


22-19

20 = 18 7 = 1 10 = 2



R-1055 PETRI
BARBOSÆ

J. B. C.

J. U. D. LUSITANI,
IN SUPREMO PORTUGALLIÆ SENATU CONSILIARI,
Maximi Cancellarii, & in Conimbricensi Academia Juris Cæsarei Primarii ac Emeriti Interpretis,

COMMENTARII
AD INTERPRETATIONEM TITULI
PANDECTARUM
DE JUDICIIS:

Editi olim Operâ & Diligentâ

PETRI BARBOSÆ DE LUNA,

SUPREMI CONSILII IN REGNO PORTUGALLIÆ SENATORIS,
& PHILIPPO III. Hispaniarum & Lusitaniæ Regi Potentissimo dicati.


OPUS DOCTRINA ABSOLUTISSIMUM,
*omnibus Jurisperitis, tum in foro, tum in Scholis agentibus, perutile,
imò necessarium.*

NOVA EDITIO ACCURATIOR ET EMENDATIOR.



COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus PELLISSARI, & SOCIORUM.

M. DCC. XXXVII.





PHILIPPO TERTIO,
HISPANIARUM MONARCHÆ
ET OMNIUM REGUM POTENTISSIMO ET PIENTISSIMO.
PETRUS BARBOSA DE LUNA
Supremi Consilii in Regno Portugalliæ
Senator.



CUM Avunculi mei vigilias mirabiliter exsudatas, & in ordinem redactas, ad amussim mea diligentia & labore typis excudi operæ pretium ducerem, nec non ab æmulis mihi stimulis invidiæ agitatis aufugiendum esse censerem, non nisi ad Tuæ Majestatis asylum tuto confugere animo & cogitatione decrevi. Nec verò me fertili aliquo discrimine circumscriptum, & à quo facile evadendum esset, quis autumarit; namque defuncti memoria, quam pro viribus incolumem superstitemque servare cordi fuerat, & mei ipsius fama, decus, existimatio, & si qua iis chariora homini videantur, hac tempestate periclitari visa sunt. Ille quidem, cui sua jam fortuna peracta est, postquam tot Literarum monumentis im-

EPISTOLA.

mortalitatem nominis sibi comparavit, ultra ea, quæ indies magis Lucubrationibus meis in lucem, si forte meliora velit, proferentur, humanis jam solutus ex vitiis, tranquilla quiete & divino solatio frui verosimiliter credendus est. Nos verò gravissimis tempestatibus agitati, & malevolentiae fluctibus pene obruti, quando majores ad dignitates longo quidem temporis intervallo satis emeritas non inconsulto animus aspirabat, alia ex aliis in fata vocamur, cum ob tanti Viri memoriam, tot tantaque beneficia, quibus Lusitanam Rempublicam magnopere demeruit, non solum me non despicere, sed etiam suscipere omnes, quando alia non suppeteret ratio, debuissent. Nam & propter Pindari munus Alexander ille Macedo omnes illos, qui ab eo ducerent originem, ab excidio Thebano liberos reddidit, at tota bene Civitate ab exilio reservata, mea tantum domus imo petitur; illud vero meis ab incommodis fortuna detrimentum parit, quod de ea coram Majestate Tua justissime queror, cui ea cœlitus imposita cura est, ut iis benigne consulas, è quibus emolumentum aliquod in Rempublicam, & utilitas emanarit. Quod si nostra cures, & hoc, quod libenter offero, munus accipias; spero fore, ut hac in Provincia, quam suscepi, animos ad ulteriora sufficias: illi vero, qui res meas odio ac malevolentia prosequuntur, prorsus deficient, ac miserrime contabescant.

IN




IN DOMINI DOCTORIS
PETRI BARBOSÆ
 TRACTATUM
 DE APPELLATIONIBUS,
 JOSEPHI PAES in Orientalium Indiarum Regno
 olim Generalis Auditoris,

ELEGIA.

UT bene perpetuo crescit res parva labore,
 Sic male desidia sceptrâ superba jacent.
 Sape labor victos evexit ad æthera, sape
 Otia victores subposuere jugo.
 Invigilent magni, parvos fortuna tenetur,
 Invigilent, casus non nisi summa perant.
 Hic Indum, Gangemque super tibi ditia Regna
 Subjecti primo Lysia pauper eras.
 Hic dedit insignes armis, in pace disertos.
 Otia dant plenos fraude, doloque viros.
 Quod fugit ad superos Astræ filia, causa,
 His quia conspexit cuncta licere, fuit.
 Non pietas vero cuiquam, nec mixta pudore
 Sancta fides, subeunt crimina, furia, neces:
 Libertas scelerum crescit, despectus honesti,
 Fas jacet in tenebris, surgit ubique nefas.
 Non sacra leges, jus inviolabile tantum,
 Quantum proficiunt, quas sibi quisque facit.
 Si (pudor est fari) meritorum premia queris.
 Hæc clandestino fœdere dona dabunt:
 Inde magistratus, & publica munera saepe
 Impius exercet, clauditur aula piis.
 Hos inter motus, tenebris Barbosa fugatis,
 Effulgit terris, lex nova, Juris honos.
 Ut Sol exoriens lucem cum mittit Olympo,
 Concedunt flammis sidera cuncta suis.
 Sic omnes cessere viro, sic lumen ab ipso
 Accipiunt, radiis Solis ut astra salent.


Lysiadum felix tanto doctore Tribunal,
 Felix Lysiadum docta Cathedra viro.
 Hæc legum Interpreter tot glossas addidit illis,
 Neu valeas normam, ne variare modos.
 Effusamque artem certa ad compendia forma
 Duxit, ut in rectum semper amissis eat.
 Ut quisquis juris minicatas discere summas
 Gaudeat, & titulos absque labore legat.
 Tandem de cœlis hic te pulcherrima virgo
 Detulit in terras, ut sua cuique daret.
 Doct inam, moresque simul videre senatus
 Illius, & tantis curia plena viris.
 Qui justo irruina causas examine pensant,
 Æquatilque omnes lancibus ire sinunt.
 Qui comites virtute ducis vexilla secuti
 Contendant sanctis moribus esse pares:
 Illustres Patres si desunt debita vobis,
 Adhuc virtutis premia magna satis.
 Hæc Barbosa sciens, juris sudaverat omnes
 Solveret ut nodos, difficileque vias:
 Irriquisita suo lassatus membra labore
 Et semper similes hic vir, & iste senex:
 Postquam discipulis implet prætoria doctis,
 Scripsit venturis tot monumenta viris.
 Ut bene jam possit (tanta est concordia legum)
 Bellorum, & pacis tempus utrumque regi.



AD LECTOREM.



ILLUD mihi à Domino meo PETRO BARBOSA munus fuit injunctum, dum adhuc in humanis esset, ut postquam è vivis decessisset, Opera omnia, quæ ipse per tot annorum curricula, tam in Conimbricensi Academia, ubi in Legalis Philosophiæ primaria Cathedra rude donatus, & miles emeritus extitit, quam in Suprema Madriti Curia Senatoris, & in Regno Portugalliæ Maximi Cancellarii munere functus, felicissimo mentis portu produxerat, Orbi sitibundo mea diligentia divulgarem, & utilitati publicæ consulerem. At rei magnitudine ex tempore deterritus hæsitare parumper cœpi, utrum votis exitus æquo pede succederet, tantoque excepto ædificio extremam imponere manum potis effem, cum ambages magnas miracula rerum nescio quæ, è regione mihi sumptus necessarij difficultas objiceret, hærentemque videns, & labori tenaciter accinctum, magis ac magis implicaret. Ea vero est animi nostri vis & conspiratio, quando alicujus gloriæ stimulis concitatur, ut nullum non moverem lapidem, quoad usque tantæ difficultatis involucro posthabito designatum Opus typis mandarem; cum subito nova tempestas oborta incogitantem me aggressa est, parumque abfuit, quin ab incepto desisterem, atque animos desponderem. Ecquis enim, certe licet Ænea contextus, post innumeros labores in regijs muneribus exantlatos, famososque magno cum vitæ discrimine, in carcerem detrusos, crucique affixos ob patrata facinora, unde quidem non solum invidia, sed vesana etiam odia conflata sunt, integritatem suam repentino syndicatui obnoxiam, non deploret, atque etiam perhorrescat? Verumenimvero, quo gravius in me affilire fortuna tentavit, eo etiam obnixius ministrat animos ultima desperatio; resistere consulto decrevi, Felicitissimique Avunculi curas in titulum de Judicijs impensas, in pignus aliarum tandem vivis amatoribus offerre curavi. Eaque diligentia summaria compegi, Indicemque fieri elaboravi, ut omnia per Librum digesta, primo quis intuitu comprehenderet, quæ sollicitudine vitia effugi, quibus Titulus de Solutio Matrimonio scaterere visus est, non quidem circumspiciissimi Authoris incuria, sed illius, cui eandem ipse curam demandavit. Quod si, quæ meis adhuc indit in rebus, fortuna remiserit, ab ipsa forsitan ad manipulum, à manipulo ad facem veniemus. At si, quod DEUS avertat, obduraverit, vernantesque arboris optimæ flores decusserit, erunt, qui suffocati fructus spes intercifas doluerint.



ELEGIAM

DIGNISSIMO SENATORI,

PETRO BARBOSÆ DE LUNA,
INSIGNIS PETRI BARBOSÆ CONSOBRINO,
VASCO MAUSINHO DE QUEHEDO, J.U. PROFESSOR,
DEDICAT ET CONSECRAT.

GRatuler, immenso tantis quod proficis In te, cum sanguis Barbosa, & nominis
Orbi, idem,
Divitiis, Patria gloria, honore tibi? Sit tenor, est eadem copia, visque simul.
An sortem passis Elegeia nostra capillis In te, quas olim Juris de fontibus hausit,
Desceat immeritam, rere rigata genas? Diffudisse suas ipse videtur aquas.
Attamen est animus primum tibi solvere gra- Nec vero ambages, aut commentitia fingo;
tes, Fama vago laudes prædicat ore tuas.
Ut meritis æquus sit dolor inde tuis. Nobilitata tuis restantur plurima sensis
O felix nimium, qua te vitalibus auris Acta, ubi iusta fides, integritasque vi-
Hoc avo in lucem Lysia terra dedit. get.
Nam te decedens insignis Avunculus aptum Curia testatur supremique Aula Senatus,
Censuit, ut proli præficerere sua. In qua tu splendor, tu jure lumen eras.
Ille pudicitia leges sub cælibe vita Nam, te natura pretioso munere, quidquid
Credidit inflexo sustinuisse genu. Terris insignem reddere possit, habes.
At qua corporeos Natura negavit ad ortus, Si genus, & prima Proavos ab origine qua-
Præcipue menti pignora chara tulit. ras.
Hæc tibi committit, curaque imponit herili. Sunt gentilitiis stemmata clara tuis.
Ut prodire tuo compta decore queant. Ecce antiqua libri rutilant Insignia fronte;
Nuda genu primum produxit, & orba reli- Verius hæc nullis annumeranda locis.
quit. Te Barbosa caput, te Serzedellus, & una
Veste regis varia, blanditiisque foves. Cynthia trina vocant, hinc leo, & inde
Exitit ille prior libri, tu causa secunda, leo.
Ille creat verbis, tu bene pandis opus. Lysiadum te Luna caput, te prædicat ipsa
Debita qua luci; tibi laus, qua gloria mun- Non tota splendens lampade Luna, caput.
do Nec te mentitum Lunæ sidera credam,
Conditus in tenebris si jacisset, erat? Nam tibi deficiens Luna corusca fuit.
Rerum Opifex summus varium super athera, Alvarus Elipsim passus de lumine lumen;
& ignem, Censetur nostris communicasse plagis.
Extendit mira dexteritate polum, Ulla nec irradiat, quam que florentibus olim
Telluremque simul proprios appendit ad artus, Successiva tuis Luna refulget Avis.
Qua tamen alluitur fluctibus Oceani. At si purpureas spectes attentius undas,
Fussit & atollit montes, subsidere valles. Nonne putes rubri flagna videre maris?
Tunc volucres, plantas condidit, atque Vasconcellorum toto memorabilis ævo
feras. Adjuncta est domui gloria summa tua.
Ast hæc non primum patuere, apparuit au- Alwarenga patet donata diplomate Regis;
reus Cui tandem conjux Eleonora fuit.
Quam Sol in cunis, claraque facta dies. Ore novem innocuo videas si stare leones;
Tu tanti monumenta Viri componis, & ip- Britorum factis bruta dicata putes.
sum Majoratus adest Alphonso tempore, regno
Monstras, ut toto nomen in Orbe ferat. Quem peperit felix Elisabetha suo.
Quid mirum? excedens terris si expresserat Quid referam? tibi divitiæ sunt, arsque fru-
ille, endi,
In te ipso effigiem corporis, atque animi. Est rara illustris Religionis thorus.

Faminei

E L E G I A.

Feminei sexus, meliorisque optima proles,
 Ne pereant tanta jura opulenta domus.
 Si vero partes animi memorare laborem,
 Dicendi finis tunc mihi nulla foret.
 Non tibi triste rigens frons est, nec moribus
 horror,
 Ast aditu facilis, comis & alloquio.
 Mens infracta manet, supraque exsurgit in
 artibus
 Rebus onus, nullis succubuitque malis.
 Dotibus invidiam tantis conflare necesse est,
 Estque insana odium terminus invidia.

Perfer & obdura, si vitam examinet actam
 Syndicus, es vita conscius ipse tua.
 Aurum candenti fornaci liquitur, undis
 Summergit mergus, tollat ut inde caput.
 Perge etiam ulterius, licet horrida flamine
 multo
 Tempestas cælum misceat, atque solum.
 Nam quoties orbi iam docta volumina mittas,
 Pracones toties mittis & ipse tui.
 Ut Parias referent per secula multa colum-
 nas,
 Quis tua nitatur gloria, fama, decus.



PETRI
 BARBOSÆ,
 LUSITANI J.U.D.
 TRACTATUS
 DE JUDICIIS.

L. I. & 2. ARTICULUS I.
 De Prorogatione Jurisdictionis.

SUMMARIA.

1. **D**E prorogatione jurisdictionis in hac l. & sequenti tractatur.
2. Materia prorogationis jurisdictionis quotidiana est, & latissime patet.
3. Prorogationis tractatio in quinque articulos dividitur.
4. Primus articulus continet definitionem prorogationis, & illationes quae ex ea consequi videntur.
5. Secundus quatuorplex sit prorogatio.
6. Tertius qua fini necessaria ad validitatem prorogationis.
7. In quarto tractabitur de causis admittentibus prorogationem jurisdictionis vel illam respicientibus.
8. In quinto explicabuntur effectus ex prorogatione jurisdictionis resultantes.
9. Definitio prorogationis jurisdictionis varie invenitur tradita per doctores.
10. Prorogatio jurisdictionis definitur, ut sit extensio jurisdictionis ordinaria ad causam seu personam alias sub ea non comprehensam.
11. Prorogatione jurisdictionis potest iudex excedere metas jurisdictionis, quia huic excessui accedit voluntas partium, & legis approbatio.
12. Prorogatio jurisdictionis est applicatio illius ad personas consentientes, quae alias sub ea non continebantur.
13. Prorogatio non censetur diversa jurisdictioni, sed potius eadem cum extensa.
14. Extensio dispositionis non inducit novam dispositionem, sed potius censetur eadem cum dispositione extensa.
- Petri Barbosa Tract. de Judiciis.

15. Extensum remanet idem cum eo quod extenditur, neque antiquum nomen, vel effectus amittit.
16. Iudex à principio competens jurisdictionem prorogata exercebit, cum eam de novo acquirere non videatur, sed tantum ampliorem seu latiore videatur assecutus.
17. Processus, & sententia lata virtute jurisdictionis prorogata ita prodest, & nocet, ac si principio coram iudice competente facta fuisset.
18. Extensum censetur idem cum prorogato attenda juris dispositione sive fictione non secundum veritatem.
19. In materia penali, sive odiosa extensum non censetur idem cum prorogato, sed diversum ab eodem censetur.
20. Prorogatio ut valeat, oportet quod ille cuius prorogatur jurisdictioni, illam habeat, alias impossibilis est prorogatio.
21. Id quod nullum est extensionem minime recipit.
22. Prorogatio non admittitur quando iudicio competit, sub conditione, vel ex die.
23. Quando iudicio competit sub conditione, vel ex die non dicitur competere jurisdictionem, sed tantum spem habendi illam.
24. Inducitur caput primum §. post hoc, de appellatione in 6.
25. Iudici, ad quem ab interlocutoria appellatum est, competit iudicio cognoscendi de causa particulari, & eam retinendi sub conditione, tamen si causa appellationis coram eo sit verificata, & ab eo fuerit pronunciatum bene fuisse appellatum.
26. Respondetur ad inductionem dicti. cap. 1. §. post hoc; & ostenditur ultra partium consensum intervenisse Papae approbationem, & confirmationem.
27. In dicti. c. 1. §. post hoc, probatur per locum ab speciali iudicem appellationis non posse de causa principali cognoscere ante verificatam causam appellationis.
28. Iudex datus per Cancellarium absque speciali commissione Papae non potest etiam de consensu partium de causa particulari cognoscere ante verificatam causam appellationis.

29. Papa competit jurisdictionis generalis cognoscendi de omnibus causis orbis, non quidem sub conditione, sed pure & simpliciter, quamvis ea non utatur ne ordinariis prejudicetur.
30. Ubi causa devolvitur ad curiam Romanam, potest Papa jubere; ut iudex de causa particulari cognoscat, etiam non verificata causa appellationis, quod non ex vi prorogationis, etiamsi partes in hoc consentiant, sed ex speciali commissione Papa inducitur: & ratio ibi assignatur.
31. Iudex inferior non potest obstaculum juris tollere, nec consensu partium ei jurisdictionem concedere potest ante verificatam causam appellationis.
32. Facilius reconvolescit actus sublato obstaculo quam de novo inducitur.
33. Ex stylo curiæ Romana quando iudex prolationis ab interlocutoria pronunciat non bene fuisse appellatum, potest nihilominus causam illam retinere si pars juret, quod non sperat justitiam sibi fieri in paribus.
34. Ex stylo curiæ Romana limitatur decisio cap. ut de bitus in fin. de appellat.
35. Examinatur opinio Innocentii c. prudentiam n. 1. de officio delegati, an quando in causa dantur plures iudices delegati cum clausula, quod non omnes, valeat sententia lata per duos iudices de consensu partium, quamvis alii non sunt impediti.
36. Inducitur c. prudentiam in primo de officio delegati contra opinionem Innocentii.
37. Opinio Innocentii in dict. cap. prudentiam amplectitur, & defenditur.
38. Quando pluribus conceditur jurisdictionis in aliqua causa attentata substantia unigue videtur concessa in solidum & tantum illius exercitium videtur pendere à conditione ut secundum omnes eam debeant exercere nisi aliqui sint impediti.
39. Jurisdictionis competens in substantia & sic in habitu admittit prorogationem, quantumcumque exercitium illius videatur pendere ab aliqua conditione.
40. Limitatur cap. Prudentiam de officio delegati quando intervenit prorogatio partium ut duo tantum cognoscant.
41. Prorogatio partium nunquam videtur exclusiva.
42. Formæ legis partes renuntiare possunt quando forma inducitur propter commodum privatum.
43. In forma in favorem partium introducta subintelligitur tacita conditio nisi partes in quarum favorem fuit introducta, illi renunciant.
44. Explicatur communis traditio que habet quod jurisdictionis competat sub conditione que facile à jure inest, & admittit prorogationem, quia huiusmodi conditio non dependit substantiam actus, sed tantum ejus exercitium.
45. Ostenditur equiparationem quam facit gloss. cap. Cum plures de officio deleg. in 6. & Vanium titulo de nullitate ex causa jurisdictionis delegata. num. 92. non bene procedere.
46. Jurisdictionis sub conditione competens neque quoad substantiam, neque quoad exercitium ante adventum conditionis potest competere.
47. Quando ita competit jurisdictionis ex die, ut ante diem expressum nullo modo competat, tunc prorogatio fieri non potest.
48. Arbitrator nullam habet jurisdictionem quam consensus privatorum retribuere non potuit.
49. Arbitrator dicitur habere notionem.
50. In compromisso non habet locum prorogatio.
51. In arbitrio potest dari prorogatio respectu notionis inter easdem partes, & de consensu partium potest arbitrator cognoscere de aliis causis, & rebus non comprehensis in compromisso.
52. Inter prorogationem & notionem nulla videtur differentia attenro effectu.
53. Assignatur tamen differentia inter eos qui habent jurisdictionem & eos qui tantum notionem.
54. Nulli alii præter compromittentes possunt prorogare jurisdictionem arbitri.

55. Si partes compromittentes declarent prorogare notionem arbitri, ut cognoscat inter eos de aliis causis, valebit prorogatio, nec novum dicitur compromissum.
56. Tertius non potest prorogare notionem arbitri.
57. Arbitrator respectu eorum qui non promiserunt neque notionem videtur habere.
58. Prorogatio arbitri non inducitur nisi quando constat de mente partium quod voluerunt notionem prorogare.
59. Verbum prorogamus in dubio in casu arbitri impropriatur & exponitur, hoc est novum factum compromissum.
60. Explicatur text. in cap. Cum dilectus de arbitris.
61. Reconventio non admittitur coram arbitro.
62. Reconventio videtur quædam prorogatio admissa per legem.
63. Notio arbitri admittit prorogationem illorum, qui compromiserunt.
64. Reconventio fit altera parte invita, & ideo in arbitro non potest considerari tanquam prorogatio, que utriusque partis requirit consensum.
65. Reconventio non potest considerari tanquam prorogatio legalis, quam ipsa inducit invitis partibus; etiamsi adesset utriusque partis consensus.
66. Reconventio que fit coram arbitro ex consensu utriusque partis, valebit non in vim prorogationis, sed in vim novi consensus, & compromissi, si compromissum plenum de omnibus causis compromittentium.
67. Explicatur l. distinguemus §. item si quis Romæ, vers. illud in fin. sup. recept. arb.
68. Legatus durante legatione conveniri non potest, si alium conveniat non obstante privilegio legationis; conveniri non potest coram iudice ordinario & competenti.
69. Si jurisdictionis alicujus revocetur, vel sit extincta, non admittitur ulterius prorogatio jurisdictionis.
70. Quod nullum est neque recipit continuationem & consequenter nec prorogationem.
71. Si deserta sit appellatio & consequenter sententia transiit in rem judicatam respectu illius minime dari potest prorogatio.
72. Prorogationi locus non erit, si transactum sit tempus intra quod causa compromissi debuit terminari per arbitrum, cum compromissum jam dicatur extinctum.
73. Prorogatio ut fieri possit, oportet quod actus qui prorogatur adhuc duret: alias magis dicitur novus actus quam prorogatus.
74. Prorogatio ut vera & propria dicatur, oportet fieri sub eadem forma & qualitate quam habebat jurisdictionis prorogata.
75. Prorogatio videtur facta cum omnibus partibus, conditionibus & qualitatibus quibus celebratus est actus, qui prorogatur, quatenus pertinet ad ipsos prorogantes.
76. Respectu aliorum qui non contraenserunt prorogationi, prorogatio non censetur facta cum ejusdem conditionibus & qualitatibus.
77. Iudex cuius prorogatur jurisdictionis ratione prorogationis, eam tantum acquirit jurisdictionem in prorogantes, quam exercet in sibi vere subditis.
78. Si per statutum tribuatur alicui jurisdictionis cognoscendi de causis mercatorum, is etiam non possit virtute prorogationis de causis non mercatorum, cum neque inter vere subditos de illis possit cognoscere.
79. Prorogatio non solum admittitur ad causas diverse speciei, sed etiam neque ad causas ejusdem speciei & tamen diverse qualitatibus.
80. Qui habet limitatam jurisdictionem ad causas certa qualitatibus, de aliis diverse qualitatibus non poterit cognoscere.
81. Expenditur text. in l. testamenta omnia C. de testamentis.
82. Inducitur text. in l. 1. Cod. de jurisdictionis omnium iudic.
83. Procurator fisci qui habet jurisdictionem limitatam cognoscendi de causis inter fiscum & privatos, & dicitur inter privatos incompetentis, tamen ex consensu partium iudex competens est etiam inter privatos.

- partium iudex competens est etiam inter privatos.
84. Causa inter fiscum & privatos omnino differunt à causis solos particulares respicientibus.
85. Explicatur l. de qua re §. 1. sub eodem.
86. Explicatur l. inter convenientes ad municipalem.
87. Iudex qui habet limitatam jurisdictionem inter subditos de illorum causis non cognoscat, si excedat certam qualitatem; tamen ex prorogatione poterit cognoscere de causis majoris quantitatis.
88. Quæ differunt secundum plus & minus, non differunt specie & quantitate.
89. Causa mercantiles & non mercantiles cum non differant specie sed qualitate, in eis admittenda est prorogatio contra communem supra relata.
90. Ponderatur contra communem c. Cum olim o primo, de officio delegati.
91. In jurisdictione delegata inter easdem partes admittitur prorogatio ad diversam causam, & ibi ponitur exemplum.
92. Expenditur contra d. communem l. si per errorem, junctâ gl. 1. supra de jurisdictionis omnium iud.
93. Prætor peregrinorum, cuius officium restrictum erat ad causas peregrinorum, ex prorogatione de civium causis poterat cognoscere.
94. Doctores qui contra communem supra relata tenent, enumerantur, & ea ut in puncto juris melior amplectitur.
95. Respondetur ad conclusionem supra adductam ex glo. c. ut hi qui, de præbend. in 6.
96. Quando prorogatio fit ad causas ejusdem formæ & naturæ, non potest fieri ad causas diverse formæ; si autem fiat ad causas ejusdem speciei, procedit prorogatio licet causa differant qualitate.
97. Causa ejusdem speciei dicuntur esse ejusdem formæ & naturæ, licet qualitate accidentali differant.
98. Diversitas in qualitate non solet inducere diversitatem in forma & natura actus, sive in subiecto.
99. Respondetur ad regulam l. in agris ff. acq. rer. domin. supra relata.
100. Omnis iudex habet limitatam jurisdictionem ad proprium territorium, & tamen est quod qui sunt extra territorium possunt prorogare jurisdictionem iudicis.
101. Respondetur ad doctrinam Panorm. supra relata in ea. at si clerici in princ. n. 19. & 21. de iud.
102. Ut dicatur novus actus oportet ut mutatio contingat in substantia actus, sive in quantitate substantiali, non autem in quantitate accidentali.
103. Respondetur ad l. testamenta omnia C. de testamentis supra adductam.
104. Ubi per legem posita est necessitas fori, non est licita prorogatio.
105. Ad veram resolutionem articuli duo casus distinguuntur: Primus ibidem.
106. Legi prohibitive partes renuntiare non possunt.
107. Contra prohibitionem legis non admittitur prorogatio.
108. Refertur secundus casus & ejus resolutio.
109. Adducitur resolutio Pauli Castr. l. 1. n. 27. C. de jurisdictionis omnium iud. que ibidem examinatur.
110. Dicitio taxativa tantum etiam prorogationem partium videtur excludere: secus quando apponitur.
111. Refertur concordia Pauli supra relata.
112. Iudex comprehens regulariter potest compellere partes invitatas ut coram se respondeant, secus in causâ statuti, etiam tamen non excluduntur hi qui voluntarie suæ jurisdictioni subjiciuntur.
113. Dicitio taxativa non excludit casus in ea per l. permisos.
114. Dicitio taxativa geminata plus quam simplex solet operari.
115. Rejiciuntur aliorum traditiones, & ad veram resolutionem articuli tres constituuntur conclusiones.
116. Prorogatio non admittitur de causis unius speciei.
117. Iudex causarum pertinentium ad simplicem jurisdictionem non potest cognoscere de causis meri vel mixti imperii, etiam ex prorogatione partium.

118. Jurisdictionis si limitata quoad personas, non autem quoad causas, admittenda est prorogatio.
119. Doctor licet tribunal non habeat, jurisdictionem tamen ordinariam in scholares habet; ac proinde in eo admittenda est prorogatio.
120. Respondetur ad text. in l. 1. C. jurisdictionis omnium iudic. supra relata.
121. Si jurisdictionis sit æque principaliter restricta & quoad personas & quoad causas, tunc non admittitur prorogatio ad causas diversas.
122. Si per statutum quantitas taxetur iudici municipalis ex prorogatione, tamen poterit de causis majoris summe cognoscere.
123. Ut prorogatio locum non habeat, oportet quod dicitur statutum, quod quis cognoscat de causis mercatorum & pertinentibus ad mercantiam.
124. Prorogatio non admittitur ad causas diversas in quantitate, licet ejusdem speciei esse videantur.
125. Declaratur dictum Cyni l. in fin. Codic. jurisdictionis omnium iud.
127. In curia mercatorum proceditur de bono & æquo, & non in rigore nec ex apicibus juris.
128. In causis ordinariis proceditur secundum juris solemnitatem & ejus rigorem, & non ex bono & æquo.
129. Qualitas regulariter non mutat speciem nec alterat subiectum.
130. Cynus loco supra relato in quo casu loquatur.
131. Diversitas in qualitate causa non impedit prorogationem; & ibidem huius regula limitatio assignatur.
132. Duæ rationes limitationis assignantur.
133. Mutatio circa formam vel naturam substantialem inducit novum actum.
134. Qualitas superveniens emittit alterat illud, & reponit in diversa specie.
135. Si ex iudicio ordinario efficitur summarium, non dicitur idem iudicium.
136. Assignatur secunda ratio supra posita limitationis.
137. In generalibus id quod est minus generale consideratur tanquam quædam species, & eodem modo in specialibus.
138. Illa species censetur magis specialis, in qua militet ratio magis specialis quam in aliis speciebus.
139. Aliquando dicitur una res. tamen generis sive speciei, & diversa propter diversitatem formæ.
140. Ubi species ponit aliquid ultra genus suum, tunc sub genere non continetur.
141. Inducitur ratio Cyni supra relata.
142. Expressio unius speciei non includit alias species ejusdem generis, imo tacite videtur eas excludere.
143. Differentia adveniens generi constituit speciem diversam.
144. Ens qualificatum videtur esse alterius speciei & naturæ quam simplex sit.
145. Mercatores non subditi possunt prorogare jurisdictionem iudicis mercatorum de causis pertinentibus ad mercantiam & ibi ratio traditur.
146. Refertur opinio Perez. l. 1. tit. l. 3. ord. veteris consil. 7. vers. item 4. p. 530. circa prorogationem iudicis gabellarum.
147. Declaratur Doct. Alex. testamenta omnia. n. 3. C. testamenta supra relata.
148. Declaratur etiam tradita per Marantam in præf. 4. p. 6. distinct. iudicio n. 42. ad fin. sup. relata.
149. Declaratur tradita per Marian. Socinus c. Significasti nu. 30. vers. 3. de foro competentis ad qua supra actum est.
150. Quando certa qualitas est fundamentum jurisdictionis, illa qualitas debet probari.
151. Expenditur ord. l. 1. tit. 67. §. fin. que hodie est lib. 1. tit. 87. §. 2. nova compilationis.
152. Respondetur ad rationes Mar. Soc. supra relata circa prorogationem iudicis papillarum.

- 153. Expenditur ord. l. 5. tit. 58. S. 2. quæ hodie est l. 1. tit. 5. S. 8. nova copulationis.
- 154. Respondetur ad ultimam rationem deductam ex dict. Cyni supra relati.
- 155. Annotatur dictum Bald. l. testamenta omnia n. 3. Cod. testam.
- 156. Reprobatur traditio Vantiis tit. de nullitate ex defectu jurisdictionis ordinaria nu. 51. dum negat prorogationem in certis judicibus ibi numeratis.
- 157. Annotantur tradita per Pan. in c. P. & G. de officio, dum enumerat species prorogationis.
- 158. Valet argumentum de causa ad personam, item de re ad causam.
- 159. Declarantur tradita per gl. 2. auth. & consequenter. Cod. sentent. & interlocut. circa prorogationem in casu reconventionis.
- 160. Annotatur d. Bal. tit. de pace constat in gl. secundum leges circa prorogationem in causa appellationis.
- 161. In causa appellationis locum habet prorogatio secundum magis communem.
- 162. Quod non invenitur prohibitum, concessum censetur.
- 163. Appellatio non mutat naturam prioris cause.
- 164. In causis meri & mixti imperii admittitur prorogatio contra Baldum supra cit. & ejus consequentia impugnatur.
- 165. De substantia appellationis est, ut de causa non possit cognoscere, nisi qui sit superior judicis, à quo appellatum est quod late comprobatur.
- 166. Refertur exemplum, in quo causa appellationis poterit esse locus prorogationis, & dicta in contrarium reselluntur.
- 167. Explicatur dictum Avena. de exsequend. mand. c. 6. n. 1.
- 168. Explicatur dictum Aven. contra Sylv. conf. 545. n. 3. & aliorum Doctorum qui tenent, post desertam appellationem, non posse judicem appellationis de ea agnoscere.
- 169. Jurisdictione prorogata inasistit transibit ad successorem in officio.
- 170. Quando clare constat ad scientiam, vel ad qualitatem persona habitum fuisse respectum, tunc jurisdictione prorogata non transibit ad successorem.
- 171. Quilibet jurisdictione admittit prorogationem.
- 172. Jurisdictione putativa etiam admittit prorogationem.
- 173. Prorogari potest jurisdictione illius, qui tribunal non habet.
- 174. Prorogatio non cadit in notario, cum nullam habeat jurisdictionem; sed tantum nudum ministerium.
- 175. Notarius non potest consecrere instrumentum publicum extra territorium, etiam si partes consentiant.
- 176. Notarius deputatus ad scribendum certum genus actuum, non potest alia diversa adscribere.
- 177. Notarius in Italia per privilegium Principum concessum est, ut tanquam judicis ordinarii condemnent volentes: quæ ordinatio habet paratam executionem.
- 178. Chartularii judices qui dicantur?
- 179. Chartularii judices jurisdictionem prorogare possunt.
- 180. Prorogatio cadit etiam in his quæ sunt voluntariae prorogationis si partes consentiant.
- 181. Contraria opinio refertur, sed ea reprobatur in versicul. sed.
- 182. Si quis non subditus voluntario se subiciat jurisdictioni voluntaria, in effectu inducere ut valida prorogatio.
- 183. Tres differentie notabiles inter voluntariam & contentiosam jurisdictionem adducuntur.
- 184. Prima est quod ea quæ pertinent ad voluntariam jurisdictionem libere exercere possunt in alieno territorio, non sic in contentiosa.
- 185. Domino territorii fit injuria, si alter in eo uteretur contentiosa jurisdictione.
- 186. Secunda differentia est, quod controversa jurisdictione potest prorogari in parem vel minorem quam sit prorogatio, non sic voluntaria.
- 187. Ratio differentie assignatur.

- 188. Tertia differentia est, quod in contentiosa jurisdictione subditus potest alterius judicis prorogare jurisdictionem, non sic in voluntaria.
- 189. Jurisdictione illius, qui causam habet in habitu & non in actu, prorogari potest.
- 190. Jurisdictione licet possit opposita exceptione elidi, nihilominus interim prorogari potest.
- 191. Ut jurisdictione admittat prorogationem, oportet competere in essentia, & non sufficit in potentia.
- 192. Respondetur ad secundam rationem supra adductam.
- 193. Respondetur ad secundam difficultatem supra adductam.
- 194. Respondetur ad fundamentum gl. de qua supra.
- 195. Superior extra provinciam existens, cui tantum in habitu jurisdictione competit, subditi eam prorogare poterunt, dummodo consensus superioris provincie interveniat.
- 196. Jurisdictione eorum, qui tribunal non habent, prorogari potest, & exempla traduntur.
- 197. Jurisdictione competens ex privilegio prorogari potest, & id exemplis comprobatur.
- 198. Contraria tamen ut verior sequitur, & rationibus contraria respondetur.
- 199. Jurisdictione delegata facilius prorogatur de loco ad locum quam de persona ad personam, secus in jurisdictione ordinaria.
- 200. Respondetur ad fundamentum Hosti. supra relatam.
- 201. In reservatis Principi non admittitur prorogatio absque Principis licentia.
- 202. Cap. Statutum in fin. de prob. in 6. quo casu procedat.
- 203. Ver. i. Episcopi jurisdictione, qui jure speciali conferunt beneficia, extra territorium illa conferre potest.
- 204. Jurisdictione delegata non admittit prorogationem.
- 205. Gloss. 2. in hac l. 1. & gl. fin. lib. 1. Cod. jurisd. omnium jud. communiter reprobat.
- 206. Agitur de ratione differentie inter jurisdictionem ordinariam, & delegatam.
- 207. Ea quæ pertinent ad potestatem clavium non recipiunt prorogationem.
- 208. Reprobatur responsio supra ad cap. P. & G. de officio delegati.
- 209. Impugnatur alia ratio etiam adducta per doctores ad cap. P. & G.
- 210. Qualitas electa per partem & judicem admittenda est, nec actus susinetur propter aliam qualitatem quæ aderat, & tamen electa non est.
- 211. Reprobatur intellectus assignatus per Curt. Jun. in l. 2. S. 1. n. 14. vers. eodem ad d. c. P. & G.
- 212. Quando multa promittuntur, & aliqua non cadunt sub potestate promittentis quoad ea quæ cadunt, susinetur actus.
- 213. Legatus non habet jurisdictionem jure proprio sed alieno nomine, quatenus per legatum revertitur concessa.
- 214. Qui commisit causam adversus certam personam ejus nomine expresso, ita videtur commissionem restrinxisse, ut omnes alias personas censetur excludere.
- 215. Reselluntur rationes quæ contra supra dictam resolutionem traduntur, & resolutio susinetur.
- 216. Mul. um interest quod varietur persona, vel quod ea non variata fiat extensio de casu ad casum.
- 217. Agitur de questione utrum jurisdictione delegati ad universitatem causarum admittat prorogationem, & pars affirmativa susinetur & defenditur.
- 218. Conservatus consensus alicui universitati censetur delegatus ad universitatem causarum, & ejus jurisdictione admittit prorogationem.
- 219. Resellitur dictum Ang. hic num. 10.
- 220. Non est facilis admittenda differentia inter jus Canonicum, & jus civile, & etiam ibidem traduntur aliqua differentia inter jurisdictionem ordinariam, & delegatam, & vera assignatur.
- 221. Quando certa causa committitur per l. certo officiali, ea jurisdictione censetur ordinaria.

222. Assignatur

- 222. Assignatur intell. ad c. cum olim. i. de officio deleg.
- 223. In jurisdictione delegata admittitur prorogatio de re ad rem, sive de causa ad causam inter eandem personas, sed contrarium ut verius defenditur.
- 224. Persona quæ se invicem contingunt ratione cause, possunt agere de jure suo coram delegato, etiam si de illorum in rescripto non fiat mentio.
- 225. Vera resolutio dict. c. olim.
- 226. Jurisdictione delegata & restricta ad certum tempus de consensu partium prorogari potest ad aliud tempus.
- 227. Respondetur ad secundam difficultatem supra relatam.
- 228. Quando quis in causa principali pretendit interesse, & iudex sit delegatus, quamvis de interesse in commissione nulla sit facta mentio, audiendus tamen est.
- 229. Non cadunt sub materia prorogationis ea quæ iudex ratione sue jurisdictionis absque prorogatione facere potest.
- 230. Subditi non possunt compromittere in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum: sed contraria opinio defenditur.
- 231. Respondetur ad tex. l. sed etsi servum S. 1. supra receper. arbit.
- 232. Expenditur text. in d. l. sed etsi servum S. 1.
- 233. Resellitur intell. dictæ l. sed etsi servum in S. 1. supra assignatus.
- 234. Nova interpretatio d. l. sed etsi servum S. 1. tradita ab auctore.
- 235. Rejicitur intell. Burg. in repetitione hujus l. 1. n. 61.
- 236. Juris ratio non patitur quod ille, qui habet jus perfectum & superius in re, in eadem re acquirat jus inferius.
- 237. Non valet compromissum factum in iudicem, etiam si partes declarent quod compromittunt in eum tanquam in hominem privatum.
- 238. In iudicem delegatum compromitti non potest.
- 239. Non subditi possunt compromittere in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum.
- 240. Subditi possunt compromittere in iudicem tanquam in arbitratorem.
- 241. Arbitrarium nil commune habet cum iudicio, cum ad ea quæ in facto consistunt, pertineat, & in eo amabiliter procedatur.
- 242. Causa de qua iudex jure ordinario poterat cognoscere, cognoscat etiam ex causa delegationis.
- 243. De jure Canonico in iudicem ordinarium potest fieri compromissum per subditos.
- 244. Jus canonicum in hoc articulo, secuta est ordin. lib. 3. art. 81. S. & potest hodie lib. 1. tit. 16. S. 3. nova copillar.
- 245. Lex Castella circa dict. artic. approbavit dispositionem juris civilis.
- 246. Agitur de quæst. an si non subditus prorogat jurisdictionem videatur in eum consentire tanquam in iudicem ordinarium, vel tanquam in arbitrum.
- 247. Quando actus potest trahi ad varios sensus debet preferri ille qui magis consonat cum præstationibus ejusdem actus.
- 248. In dubio ille actus censetur celebratus cujus forma consuetæ exprimitur.
- 249. Quando de voluntate partium constare non potest, presumendum est, quod tanquam in iudicem consenserunt.
- 250. In dubio non solum debet fieri interpretatio qua actus valeat, sed qua melius, & efficacius valeat.
- 251. Contraria opinio refertur.
- 252. Juramentum facit quod actus valeat, non autem ut efficacius valeat.
- 253. Concordantur supra posita opiniones.
- 254. In legatis fiet extensio qua actus valeat, non autem qua efficacius valeat.

Petri Barbofæ Tract. de Judiciis.

Agitur in hac lege. & seq. de prorogatione jurisdictionis, quæ quidem materia latissime patet, & intricata est: quotidiana tamen si ne asserit Marian. Soc. Significasti n. 7. de foro compet. Ut autem in ea clarius procedamus; illius tractationem in 3 quinque distribuimus articulos: Primus continet definitionem prorogationis jurisdictionis, & illationes quæ ex ea consequi videntur. In secundo declarabitur, quomplex sit prorogatio. Tertius declarabit, quæ sint necessaria ad validitatem prorogationis. In quarto agitur de causis admittentibus prorogationem jurisdictionis, vel illam respuentibus. In quinto & ultimo explicabuntur effectus ex prorogatione jurisdictionis resultantes.

Juxta prædictum igitur ordinem procedendo, offert se primus articulus, in quo agendum est de definitione prorogationis jurisdictionis, & quidem illius definitio varie invenitur tradita per Doctores, nam unam definitionem assignat Ant. de Butreo relatus per Imolam c. P. & G. n. 1. ibi. de offic. deleg. & aliam Bald. in Rub. 1. lect. nu. 16 de judic. alio etiam modo definit. Marian. Socin. c. significasti n. 16. de foro compet. & alio Perez. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti veteris gloss. i. colu. 5. vers. quæro quid est prorogatio pag. 529. alio denique Menchac. quæst. usu frequentium c. 14. n. 1.

Mihi autem placet definitio prorogationis, quæ colligitur ex mente Jas. l. si per errorem n. 1. ff. de jurisd. omnium judic. quod sit extensio jurisdictionis ordinariæ, ad causam seu personam, aliàs sub ea non comprehensam.

Ex qua definitione primo colligitur, quod per prorogationem jurisdictionis, potest iudex excedere metas propriæ jurisdictionis, quia huic excessui accedit voluntas partium, & legis approbatio, notat Bonifac. Clemen. 1. nu. 4. de heret. Unde merito tradit Alex. in Rub. nu. 6. infra de novi oper. nuntiat. Quæ prorogatio jurisdictionis, est applicatio illius, ad personas consentientes, quæ aliàs sub ea non comprehensantur.

Secundo principaliter colligitur ex prædicta definitione, quod cum prorogatio sit extensio jurisdictionis ad consentientes, qui illi se subdiderunt, non censetur diversa jurisdictione, sed potius eadem cum extensa: notat gl. fin. c. P. & G. de offic. deleg. extensio enim dispositionis, non videtur inducere novam dispositionem, sed potius censetur eadem cum dispositione extensa. l. sed si manente. ff. de precario. l. 4. in principio. ff. de damno infecto l. si cum dies, in principio, & ibi gloss. & Bart. ff. de recep. arbit. tradit Corne. conf. 235. n. 9. lib. 2. Paris. consil. 43. n. 1. lib. 1. Boënius decis. 284. num. 8. & num. 12. adeo quod extensum remanet idem cum eo, quod extenditur, neque antiquum nomen amittit, neque etiam effectus, Decius consil. 497. nu. 1. Socin. Junior. consil. 75. n. 28. lib. 3. Felin. c. 1. n. 5. de iur. jur. & ideo iudex, cujus prorogata est jurisdictione, suo proprio nomine, & tanquam iudex à principio competens, illam exercebit, cum eam non videatur acquirere de novo, sed tantum eam amplioem, sive latiore videatur consecutus, ut advertit Bald. in Rub. de judic. 1. lect. nu. 16. & Panormit. cap. Novit. n. 7. de offic. legat. & cap. omnis num. 14. & de penit. & remissio. Anchar. consil. 201. n. 7. atque proinde virtute jurisdictionis prorogate, ita valebit processus, & sententia in eo lata, & ita procedit, & nocet, ac si coram iudice à principio, competenti facta fuissent, Bald. l. 1. nu. 1. ad finem Cod. à leg. Cornel. de Sicariis. Advertendo tamen, quod id, quod diximus, extensum censeri idem cum prorogato, est intelligendum, attentâ juris dispositione, sive fictione; nam secundum veritatem, diversum est à prorogato, ut declarat Cynus & Bart. l. si cum dies, in princip. ubi supr. de arbit. Bal. c. 1. in

2. lect. n. 23. de judic. & alii quos refert Tiraq. lib. 2. retract. §. 1. gl. 7. n. 40. Anton. Gabriel. lib. 2. communium tit. de dilatio. conclus. 2. nu. 7. Unde receptum est, ut
 19 quod in materia + odiosa five pœnali, at ob id strictè accipienda, extensum non censetur idem cum prorogato, sed diversum ab eo censetur, ut tradit Bald. l. si à te ad finem Cod. de pactis inter emior. Felin. c. de causis n. 2. vers. 1. limitabis, de offic. delegati, & ibi Dec. col. 6. post. princ. Gomez in regula de triennial. q. 21. Decianus conf. 73. n. 21. lib. 2.

20 Tertio + ex eodem verbo (extensio) colligendum est: quod ut valeat prorogatio, oportet, quod ille, cujus prorogatur jurisdictionio, illam habeat, aliàs impossibilis
 21 est prorogatio: cum + id, quod nullum est, extensionem minimè recipiat, l. sed si manente ff. de precario l. 4. in principio ff. de damno infecto cum aliis cumulatis per Canon. hic n. 4. & Menchaca. q. usufrequent. c. 14. n. 1. & 2. & clarè deducitur ex mente hujus text. & clarè ex l. 1. Cod. de jurisd. omnium judic. & ibi notat Fulgofius. probat enim c. Significasti, de foro comper. & ibi notat Panormit. item probat l. 1. Cod. de pedan. judic. & ibi notat glos. & Bald. n. 1.

Ex quo principio inferi Marianus Socin. cap. Significasti, n. 21. de foro comper. quod jurisdictionis + competentis sub conditione, vel ex die, non admittitur + prorogatio, quia hoc casu pendente conditione
 22 vel die, non dicitur competere jurisdictionem, sed tantum spem habendi illam, glos. final. ad medium l. cum plures de offic. delegati in 6. Vantius de nullitate tit. de nullitate ex defectu jurisdictionis delegata, nu. 92. Ergo cum interim nulla competat jurisdictionio, sed tantum spes illam habendi, interim non admittitur prorogatio jurisdictionis, adhuc de præfenti non competentis: Quam conclusionem tanquam receptam admittunt Imola dict. cap. P. & G. nu. 85. de offico delegati & ibi And. Sicul. nu. 112. Ruin. conf. 165. nume. 11. in fine lib. 5. Antonius de Matthæis Romana tractat. de prorogatione jurisdictionis n. 5. vers. exemplum est. Et eam in quotidiano casu exemplificat Socin. conf. 99. n. 10. lib. 3. & alii relati per Vantium ubi supra.

Sed circa hanc receptam conclusionem, videtur
 24 esse subsistendum, quia contra + eam videtur urgere text. c. 1. §. post hoc de appellat. in 6. Ita inducendo, certum est + in jure, quod si quis appellaverit ab interlocutoria, judici, ad quem appellatum est, competere jurisdictionem cognoscendi de causa principali, & eam retinendi, sub conditione tamen, si causa appellationis coram eo sit verificata, & ab eo fuerit pronuntiatum, bene fuisse appellatum, cap. ut debitus, ad finem, de appell. & ibi notavit gl. verbo alioquin. glos. final. c. ex tenore de foro comper. tradit. Roman. conf. 862. n. 2. & Boer. decis. 257. n. 2. & tamen text. dict. c. 1. §. post hoc de appellat. in 6. probat, prædictum judicem de consensu partium, posse de prædicta causa principali cognoscere, etiam non verificatâ causâ appellationis. Ergo aperte probat de consensu partium, jurisdictionem sub conditione competentem prorogari posse, quod ibi notat Innocen. n. 2. & c. prudentiam, in princip. nu. 7. de offico delegati & probat. Ang. conf. 162. colum. 2. Paul. Castrenf. l. 2. §. sed si judex n. 12. infra cod. Jacobin. hic n. 2. Ergo text. ille aperte videtur profertere receptam conclusionem supra relatum.

25 Sed his non obstantibus, + non est recedendum à recepta conclusionem supra firmata: Neque repugnat text. d. c. §. post hoc de appellat. in 6. quia non probat simpliciter, judicem appellationis, de consensu partium, posse de causa principali cognoscere, non verificatâ causâ appellationis: sed id tantum admittit, quando ulterius accedit Papæ confirmatio five appro-
 26 batio. Unde + magis per hoc ab speciali videtur probare, judicem appellationis, etiam de consensu partium, non posse de causa principali cognoscere ante ve-

rificatam causam appellationis, quod etiam probat c. 1. in princip. de foro comper. in 6. tradit Covar. practicarum questionum. c. 9. n. 6. Quod + adeo verum est, ut
 28 judex appellationis datus per Cancellariam absque speciali commissione Papæ, non possit etiam de consensu partium de causa principali cognoscere ante verificatam causam appellationis, ut eleganter probat Bellamera decis. 747.

Ratio + hujus differentie est, quod Papæ competit
 29 jurisdictionio generalis, cognoscendi de omnibus causis orbis, non quidem sub conditione, sed purè & simpliciter, c. cuncta per mundum 9. q. 3. quamvis eâ non utatur, ne ordinariis præjudicetur. Si ergo + causa qua-
 30 cunque per appellationem devolvatur de curiam Romanam, potest Papa jubere, ut judex de causâ principali cognoscat, etiam non verificatâ causa appellationis, si partes in hoc consentiant: quo casu judex potest de causa principali cognoscere, non tam ex vi prorogationis quam ex speciali commissione Papæ: qui tollendo obstaculum juris ex jurisdictione parè sibi competenti, prout eam cognitionem judici appellationis concedere, etiam non verificatâ causâ appellationis, ut advertit Innoc. c. de causis n. 2. de offico delegati, Imola. d. c. P. & G. n. 85. & ibi Panor. n. 15. Notant. Paul. Castrenf. rep. l. 1. n. 35. Cod. de jurisdictione omnium jud. ad quod reducendus idem Paul. l. 2. §. sed si judex n. 12. infra eo: Quæ + ratio cessat in judice inferiori, qui neque obsta-
 31 culum juris tollere potest: neque consensus partium efficere potuit, quod jurisdictionio illius, qui non habet jurisdictionem, ante verificatam causam appellationis, prorogari possit, juxta communem traditionem supra relatum: & ideo vulgò dicitur, quod facilius reconvalescit actus, sublato obstaculo, quam + de novo induca-
 32 tur, tradit Panor. c. 1. n. 17. vers. item & melius, de judic. Alciat. l. 1. si quis simpliciter n. 16. infra de verb. obligat. Illud + sane non est omnittendum in hoc artic. de stylo
 33 curiæ Romanæ receptum esse, ut licet judex appellationis ab interlocutoria pronuntiet non fuisse bene appellatum, potest nihilominus causam illam retinere, si pars juret, quod non sperat justitiam sibi fieri in partibus, sic limitatâ decisione c. Ut debitus, in fine, de appellat. post + Rotam tradit Pan. c. Nicolao n. 6. de ap-
 34 pellant. notabiliter Covarr. pract. q. 9. n. 6. Quod tamen extra curiam minime observabitur.

Ex his ita + resolutis infertur annotatio ad opinionem
 35 Innoc. Prudentiam n. 1. de offico delegati, quod si in causa dati sint plures judices delegati cum clausula (quod si non omnes) valebit sententia lata per duos judices de consensu partium: quamvis alii non sint impediti. Subscribit Angel. l. si per errorem n. 4. sup. de jurisd. omni. jud. Greg. l. 1. §. tit. 2. parit. 3. in gl. 3. nam contrarium videtur verius ex supra traditis: Quia cum duobus competat jurisdictionio sub conditione (si alii fuerint impediti) jurisdictionio competens sub conditione, ante eam implementam non admittit prorogationem, ut dictum est: & ita contrarium in terminis tenet gl. d. c. Prudentiam verb. teneatur in fin. de offico deleg. quam uti magis receptam probant Panor. ibi n. 20. Decius n. 21. Mantua n. 50. Fulgof. conf. 167. Vissis n. 2. & videtur text. c. Prudentiam in princip. de offico delegati, dum + probat, non valere processum,
 36 neque sententiam latam in prædicto casu per duos judices, nisi omnes interveniant, vel sint justè impediti notat glos. fin. c. Complures, de offico delegati in 6. & quia prædicta delegatio eo modo facta videtur formam inducere, ut omnes simul cognoscant, formæ autem legis partes renunciare non possunt l. nemo potest de leg. 1. placet + nihilominus opinio Innoc. Neque obstant rationes
 37 contrariæ opinionis. Nam ad primum responderetur, quod quando pluribus conceditur jurisdictionio + in aliqua causa intenta substantia unicuique videtur concessa in solidum: & tantum illius exercitium videtur
- 35 *Nova conſideratio Auctoris in hac materia.*
- 36 *Multum intereſt utrum terminus præſigatur juridiſtionis, vel determinationi cauſæ, & ratio differentie ponitur.*
- 37 *Quando terminus præſigatur juridiſtionis, prorogatio conceditur.*
- 38 *Quando tempus præſigatur inſtantiæ ſive cauſæ determinationi, inducitur prorogatio.*
- 39 *Terminus generaliter præſixus, per viam legis, per privatos prorogari non poteſt, & ibi ratio traditur.*
- 40 *Ea quæ ſecundum veritatem reſpiciunt utilitatem privatam perſonaliter ſi tamen lex ea vult conſiderare ac ſi probabiliter fuiſſent inducta in favorem publicum re vera fuiſſent introducta.*
- 41 *Tempora præſixa inſtantiæ appellationis de quibus in cap. ex ratione de appell. conſenſu partium prorogari non poſſunt.*

UNC ſecundum * articulum principalem, in materia prorogationis, gl. l. 2. §. ſed eſt iudex verb. inhabitata, infra, eodem & gloſ. final. l. 1. Codic. de juridi. omn. judic. quæ aſſignant tres ſpecies prorogationum, quibus tamen alias tres addidit Panorm. cap. P. & G. numero 12. cui ſubſcribunt Curt. hic in princip. Jafon. l. ſi per errorem num. 2. ſup. de juridi. omnium judicium. Et

ibi Curt. Jun. in princip. Ant. de Mathæis de prorog. juridi. num. 19. Sed verius * eſt, quatuor eſſe ſpecies prorogationis: nam quedam eſt prorogatio, quæ fit de perſona ad perſonam, quedam vero de re ad rem, ſive de cauſa ad cauſam, alia vero quæ fit de loco ad locum: & denique alia quæ fit de tempore ad tempus. Inter * duas primas ſpecies, reſpectu juridiſtionis ordinariæ nulla eſt differentia: ſed à pari procedunt. Et ideo quemadmodum juridiſtionem ordinariam, quando fit prorogatio de perſona ad perſonam, ſufficit ſolus conſenſus partium, neque requiritur conſenſus judicis, cujus prorogatur juridiſtio l. 2. §. convenire, inf. eod. Idem procedat in prorogatione de re ad rem, ut contra gl. l. 2. §. ſed eſt iudex inf. eod. reſolvit Imol. d. c. P. & G. n. 62. & ibi Andr. Sicul. n. 61. Similiter prout ſufficit in juridiſtionem ordinariam, quæ fit de perſona ad perſonam, iudicem prorogatum exiſtimare ſe habere juridiſt. in partes coram ſe litigantes, etiam ſi ignoret quod ex cauſa prorogationis in eas prædictam habeat juridiſtionem l. 2. §. proinde, inf. eod. Idem etiam erit, in prorogatione de re ad rem, nam cum iudex ſciat ſe non habere juridiſtionem in ea cauſa, & tamen videat partes conſentire, quod ipſe de ea cognoſcat, juſte poteſt credere ſe in ea habere juridiſtionem: licet forſitan ignoret ex qua cauſa ſibi competat: l. 2. §. proinde, inf. eo Obſ. Curt. Jun. l. 2. §. convenire n. 10. inf. eod. quicquid ibi contradicant Paul. Caſtr. n. 3. Jacob. n. 9. Ea * igitur tantum erit differentia inter prædictas ſpecies prorogationis: quod juridiſtio legata non admittit prorogationem de perſona ad perſonam. d. c. P. & G. Et tamen eam admittit de re ad rem, c. cum olim 1. de offici. delegati. Rationem hujus differentie aſſignavimus ſup. in 1. artic.

Prorogatio * autem de loco ad locum, in eo differt à primis duabus ſpeciebus prorogationis, quia ad hanc inducendam requiritur, expreſſus conſenſus partium, c. ſtatutum, §. in nullo de reſcrip. in 6. Et ideo non ſufficit tacitus: Nam * quando expreſſus conſenſus requiritur pro forma, tacite videtur rejectus tacitus, juxta tradita per Alex. l. licet Imperator nu. 4. & ibi Jaf. n. 14. inf. de leg. 1. & in ſpecie ita reſolvunt Paul. l. 2. §. ſed eſt iudex n. 2. & ibi Curt. Jun. num. 4. inf. eod. Felin. c. cum olim, el. 1. n. 2. de offici. deleg. Jaf. l. ſin. n. 6. ſup. de juridi. omnium judicium Varius de nullitate lit. quib. modis ſententia nulla reparari poſſit nu. 79. Menoch. conf. 340. n. 56. l. 4. quibus adde Rotam. decif. 15. de offici. delegati in novis. Et tamen in * prorogatione quæ fit de perſona ad perſonam, vel de re ad rem, ſufficit conſenſus tacitus juxta generalitatem l. 2. §. convenire, inf. eodem, adjuncta regula l. cum, quid ſupra ſi certum petatur: & in ſpecie probat, c. cum olim, el. 1. de offici. delegati. & ibi notat Panorm. num. 7. & tradit Bartol. hic in fine communiter receptus ex Panormit. cap. ſignificasti n. 18. de foro compet. Men. de præſumpt. 19. à n. 2. Quintimo * & in prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, ſufficiet tacitus conſenſus nam l. 2. §. ſed eſt iudex, inf. eod. ſimpliciter requirit, partes conſentire, in ea ſpecie prorogationis, quod verbum in conſenſu tacito ſive præſumpto, verificatur Bald. l. ſin. §. neceſſitate n. 20. C. de bonis quæ liberis & reſolvimus eſſe receptum l. 2. §. ſin. n. 17. inf. ſoluto matrimonio & hac ratione: id verum exiſtimo & receptum cum Menoch. de præſum. l. 2. præſumt. 19. n. 2. quicquid contrarium teneant Paul. & Jac. n. 10. l. 2. §. ſed ſi iudex, inf. eod. & Meno. conf. 340. n. 56. l. 4.

Præterea

Præterea & illud eſt advertendum, * quod cum d. c. ſtatutum §. in nullo, in ea ſpecie prorogationis requirit expreſſum conſenſum partium: tantum procedit in judice delegato, in quo loquitur, nam ordinarius abſque aliquo conſenſu partium, poteſt mutare locum Judicii, ad alium locum ſitum intra ſuam dioceſim, & cum Episcopus in ſi. de offici. ordinari. in 6. Tradit. Bart. l. 2. in fin. inf. eod. Panorm. d. c. P. & G. n. 14. quicquid contradicat Paul. l. 1. in 2. C. de juridiſtione omni. Jud. Quamvis * in hoc eodem articulo in eo ſit favorabilior juridiſtione delegata, quod facta prorogatione de loco ad locum, ex expreſſo conſenſu partium: delegatus poterit de cauſa in eo loco cognoscere, etiam ſi non ſit ſubjectus juridiſtioni delegantis, & neque accedat licentia illius, cui ille locus eſt ſubditus, ut colligitur, ex generalitate d. §. in nullo, & tamen ordinarius poterit quidem cognoscere de cauſa in loco ſubjecto alteri ordinario per rationes Pauli Caſtr. conf. 203. n. 3. lib. 1. dum tamen interveniat conſenſus illius, cui locus ſubditus eſt, gl. 1. c. ut litigantes de offici. ordin. in 6. Curt. Jun. l. 2. §. ſed eſt iudex in fine, infra, eodem, rationem huius differentie aſſignavit Panorm. dict. cap. P. & G. n. 14. quam probavit Maranta, in praxi 6. parte Memb. ult. numer. 77. pag. 526.

Ultima prorogationis * ſpecies eſt, de tempore ad tempus de qua agit, c. cauſis, de offici. delegati, & verificatur proprie hæc ſpecies, quando designatur terminus, intra quem cauſa finire debeat, dicto c. cauſis & l. 2. §. ſed eſt iudex inf. eodem. Differt * autem hæc ſpecies ab aliis ſpeciebus prorogationis, nam in illis ſufficit partes conſentire in Judice: & ſi qui ipſius Judiciis non interveniat conſenſus, nam ſi non diſſentiat, ex conſenſu ſolo partium ei videtur quaſita juridiſtio l. 2. §. convenire, infra eodem notat Speculator titul. de competent. Julii in additione §. 1. 13. & 22. Tradit Bart. l. ſi per errorem n. 4. ſupra de juridiſtione omnium judic. Marian. c. ſignificasti n. 48. de foro competen. Dec. c. 1. n. 1. in l. 1. l. 1. c. 9. & Ripa n. 51. de judici. notab. Panormit. dicto cap. P. & G. n. 22. poſt Card. ibi n. 10. verſ. 17. Anton. de Mathæis de prorog. juridiſtionis, nu. 13. & rationem prædictæ concluſionis aſſignat Bald. cap. publicato, num. 3. de elec. Et tamen in * prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, non ſufficit conſenſus partium, niſi ſimul interveniat conſenſus Judicis: quod videtur probare l. 2. §. ſed & ſi iudex infra eodem, ſecundum literam Pandectarum Florentinarum, quæ ita habet: Sed eſt iudex ad tempus datus, & omnes litigatores conſentiant, poſſunt tempora, intra quæ juſſi eſt, litem diſimere, prorogare, ſecundum quam literam aperte probat conſenſum Judicis & partium requiri in prædicta prorogatione, & ita reſolvit Bart. l. 2. in princ. n. 6. inf. eodem: & aſſerit receptum Beroius c. de cauſis n. 4. de offici. delegati. Neque huic concluſioni obſtat illud, quod obijciunt Imol. dicto c. P. & G. n. 62. & ibi Andr. Sicul. n. 16. Curt. Jun. dict. §. ſed eſt iudex, in princ. quod in omnibus Codicibus vulgaribus litera, dict. §. ſed eſt iudex ita habetur (ſed ſi iudex: ad tempus datus eſt) ſecundum quam literam text ille non probat prædictam concluſionem, ſed magis contrariam: nam facile reſponderetur, quod ſecundum veram literam Florentinam, dicto (eſt) venit expungenda. Unde ea vera litera retenta bene probat communem concluſionem: Qua admiſſa, merito Sapia hic n. 24. Beroius de cauſis n. 5. de offici. delegati. colligunt, quod * facilius admittitur prorogatio de perſona ad perſonam, vel de cauſa ad

cauſam, quam prorogatio de tempore ad tempus: nam in primis ſufficit ſolus conſenſus partium l. 2. §. convenire inf. eod. & in prorogatione de tempore ad tempus, eſt etiam neceſſarius conſenſus Judicis. Et ratio hujus differentie * eſt quod iudex, cui fuit designatum tempus ad dirimendam cauſam, eo elapſo certus eſt ſe jam non habere juridiſtionem ad dirimendam eam cauſam, cap. de cauſis de offici. delegati l. Imper. ſip. de poſtulan. Unde ſi ignoret prorogationem, & propter ignorantiam illi non conſentiat, non poſſunt valere geſta per eum, quia geſta à Judice, * qui ignorat fundamentum ſuæ juridiſtionis, nihil valere poſſunt, argu. l. multum intereſt, inf. de cond. & ibi notat Bart. n. 2. l. ſed eſt de ſua & ibi notat Bald. inf. de acq. her. l. quæro, inf. de eo qui pro tutore notab. Aret. conf. 68. n. 2. Sed ſi ad dirimendas lites, habet preſentem generalem, & non limitatam ad tempus, non ignorat quidem fundamentum ſuæ juridiſtionis, quam ſcit * generaliter ſibi competere & licet ignoret modum, & qualitatem juridiſtionis ſibi competentis, hæc ignorantia neque vitiat juridiſtionem prorogatam, neque irritat facta per eum tanquam per Judicem, ut probat tex. l. 2. §. proinde, inf. eod. quem extollit Rom. conf. 446. nu. 5. & conf. 496. n. 3. Quam rationem differentie inter prædictos caſus aſſignavit Bart. l. 3. n. 6. inf. eod. & rep. l. Barbarius num. 18. ad finem ſup. de offici. prator. & l. multum intereſt. n. 2. & ibi notab. Soc. nu. 9. inf. de cond. & demonſt. Panorm. dicto c. P. & G. n. 22. Alex. l. ſi per errorem, ante finem ſup. de juridiſtione omnium Judicium, Franciſcus Marcus decif. 536. n. 3. in 2. parte, quib. addendus eſt Paul. Ceſt. conf. 19. n. 2. verſ. præterea confirmo, lib. 1. & ad hæc reducendus eſt Baldus l. ſed eſt de ſua §. 1. inf. de aquiren. hered.

Ex qua * ratione differentie ita comprobata, inferitur primo in hoc articulo non eſſe faciendam differentiam inter juridiſtionem ordinariam, vel delegatam, ut malè eam faciebant Imol. l. multum intereſt. n. 4. verſ. extra gloſ. inf. de cond. & demonſt. & Aret. conf. 68. n. 4. Sed potiùs utrum iudex ignoret fundamentum ſuæ juridiſtionis, vel tantum modum & qualitatem ipſius, juxta ſupra tradita, & advertit Socin. d. l. multum intereſt n. 9.

Inferitur * ſecundò, dubiam videri traditionem 20 gl. fin. ad medium c. cauſam, que de re judicat quod ſi durante termino aſſignato Judici ad litem dirimendam, partes prorogant illius juridiſtionem de tempore ad tempus, ipſo ignerante, & elapſo jam tempore iudex conſentiat in prorogatione, quod valebit prorogatio, ac ſi, tempore legitimo facta fuiſſet. Extollit Felin. ibi ante finem, confirmandus, quia cum Judicis voluntas requiratur per modum ſimplicis conſenſus: ſufficit iſtum conſentum ex poſt facto intervenire, ſubſcribit Claud. l. 1. §. & poſt operis num. 16. inf. de novi oper. Nam * hæc opinio ex ſupra dictis confanditur, ſi enim in prorogatione * de tempore ad tempus requiritur ſimul 22 conſenſus Judicis, & partium, ut dictum eſt: & is conſenſus debeat intervenire ante tempus finitum l. ſed ſi manente inf. de precario l. 4. in princ. inf. de damno infecto quamvis partes debito tempore conſenſerint, tamen cum deſecerit conſenſus Judicis, neceſſario actus corrumpit l. cum hi §. ſi prator, ſupra, de tranſact. nec ſuperveniens poſtea tempore inhabili prorogatio poſuit actum nullum confirmare l. penult. infra rem ratam haberi, quod tamen declarat, n. 25. Neque obſtat Felin. ratio: quia cum d. §. ſed ſi iudex, requirat * conditionaliter conſenſum Judicis, 23 & ſic pro forma l. prator ait inf. de collat. honorum:

ſi forma non fuit obſervata, non poteſt actus ſubſiſtere, ca. cum dilecta de reſcript. c. Piſanis de reſtit. 24 polia, nec ratificari c. auditis de electio. Inferitur * tercio explicatio ad text. l. 2. §. proinde inf. eodem, dum probat, quòd ad inducendam validam prorogationem, ſufficit partes conſentire, licet iudex eam ignoret, notat Bartol. l. ſi per errorem ad finem ſupra de iuriſdictione omnium iudicum. nam debet intelligi, in iudice, qui ſcit ſe habere iuriſdictionem, licet modum ignoret: nam hæc ignorantia non vitiat prorogationem, prout in ſimili videmus, quòd error circa ſubſtantiam iuriſdictionis vitiat prorogationem. l. 2. in princip. infra eodem. l. ſi per errorem, ſupra de iuriſdictione omnium iudicum. Et tamen error in qualitate iuriſdictionis, prorogationem non vitiat, ut ſentit d. §. proinde. Notat Franciſcus Marcus, decif. 536. n. 3. in 2. p. r. c. Quare ſi in terminis d. §. proinde, iudex tantum haberet certam ſpeciem iuriſdictionis, & coram eo ageretur de cauſa pertinenti ad aliã ſpecie iuriſdictionis, ſi prorogationem ignoraret non valeret geſta per eum, quia tunc neceſſario ignoraret fundamentum ſuæ iuriſdictionis. notat Alex. l. ſi per errorem ante finem, ſup. de iuriſd. omni. iudicum.

25 Ad * complementum autem prædictorum addendum eſt, quòd id, quòd diximus in prorogatione de tempore ad tempus, ut valeant geſta per iudicem, oportere eum noticiam habere de prorogatione, eſt intelligendum, quando conſtat, illum ſciſſe iuriſdictionem ſuam tempore eſſe finitam: & ipſum ignoraffe prorogationem: nam ſi ſimus in dubio, & iudex finito tempore videt, partes ſuam proſequi coram ſe, credendum eſt, exiſtiſſe partes tempore habili prorogationem feciſſe: & eum in illa conſenſiſſe, & ita expreſſe declarat Curt. Jun. l. 1. §. ſed eſt iudex. n. 2. inf. eodem, & ante eum Andreas Sicul. d. c. P. & G. n. 56. Et pro illis ſancit: quia cum partes coram iſto iudice litigent & iudex ipſis jus dicat, clarum eſt, iudicem habuiſſe animum acquirendi iuriſdictionem in illis perſonis, unde: quamvis erret in cauſa acquirendi, nihilominus * iuriſdictionem ſibi acquiret. l. regula. §. qui ignoravit ſupra de iuriſd. & fact. ignorantia. Jaf. notab. l. 1. n. 10. ſup. de offic. procu. Ceſaris.

Similiter eſt advertendum, quòd licet receptum ſit, quòd quoad acquirendam iuriſdictionem ex vi prorogationis, ſufficiat conſenſus partium, licet iudex expreſſe non conſentiat l. 2. §. convenire, inf. eod. Bart. l. ſi per errorem ad finem ſupra de iuriſdictione omnium iudicum & rep. l. Barbarius n. 18. ſupra de offic. prætor. & ſupra dictum eſt, & tamen * non eſt cogendus in cauſa procedere, niſi iudicium ſuſcepit: juxta l. 3. §. 1. ſup. de recep. arb. Et tradit gl. l. ſi qui ex conſenſu verb. ſponte. C. de Epifc. audient. Speculator. tit. de competentis iudicis aditione §. 1. n. 13. & n. 22. Marian. c. ſignificati. n. 51. de foro compet. Dec. c. 1. 2. lect. col. 9. & ibi Ripa, n. 51. de jud.

28 Satis * tamen dicitur ſuſcepſiſſe iudicium, ſi jus dixerit partibus, & cogetur cauſam proſequi & finire. Inſol. d. c. P. & G. n. 124. Marian. c. ſignif. n. 51. de foro competent. Felin. ca. cauſam, qua. in ſi. de re jud.

29 Ad complementum * autem iſtius prorogationis de tempore ad tempus, non eſt omittendum, quòd gloſſ. l. 2. §. proinde verb. inhabita, infra eodem, tradit: quòd iuriſdictione delegata recipit quidem prorogationem de tempore ad tempus, c. de cauſis de offic. delegat. quem tamen non admittit iuriſdictione ordinaria quia id jure expreſſum non invenitur. Subſcribit Paulus Caſtr. d. §. proinde n. 7. & Jacobin. n. 11. Addentes rationem huius differentie ex eo procedere, quòd iudici delegato assignatur tempus in

favorem partium, ut citius lites diffiniantur, ubi favori partes renuntiare poſſunt. l. pen. C. de pactis, & conſequenter tempus prorogare. Sed in ordinaria tempus deſignatur in favore publicum. l. propevandum. Cod. de jud. cui partes renuntiare non poſſunt. l. jus publicum. ſupra de pactis, & conſequenter neque prorogare tempus: & hanc eandem differentiam admittit idem Paul. l. 1. n. 2. C. de iuriſdictione omnium iudicum. Bald. l. ſi qui ex conſenſu n. 8. C. de Epif. audientia, Panormitan. diſt. cap. P. & G. n. 12. & ibi Andr. Sicul. num. 58. Marian. diſt. cap. ſi nifi caſu n. 31. Decius, cap. de cauſis n. 3. de offic. delegat.

Sed hæc communis differentia * non videtur admittenda, quia ei repugnat generalitas. l. 2. §. ſi iudex inf. eod. dum loquitur de iudice dato, quòd * poſteſt intelligi, de iudice dato ad univerſitatem cauſarum: qui æquiparatur ordinario, gl. recepta. c. cum cauſam de appell. maxime quia ſi generaliter datus eſt per principem, magis conſetur ordinarius l. 1. §. cum urbem, ſupra de offic. præſecti ubi l. fin. C. ubi & apud quem tradit Baldus. l. more num. 8. ad finem ſupra de iuriſdictione omnium iudicum.

Neque * ſi bene advertatur gloſſ. l. 1. proinde verb. 32 inhabita, infra eodem, ſancit etiam differentiam, quam ei imponunt Doctores, nam facit enim differentiam inter iuriſdictionem delegatam, & ordinariam, ſed potius eam facit, inter rationem, propter quam facta eſt limitatio ad tempus. Nam ſi facta * ſit per legem: quia videtur facta principaliter propter publicam utilitatem, juxta terminos legis, legis propevandum. C. de iudic. huic limitationi temporis privati derogare non poſſunt, l. jus publicum, ſupra de pactis, & conſequenter, neque prorogare. Quam conſuſionem propter prædictam rationem probant Curt. Jun. l. 2. §. ſed ſi iudex. n. 7. inf. eodem Fel. c. cum venerabilis. n. 9. de jud. Tiraqueſ. lib. 1. retract. §. 1. gl. 10. n. 3. Gutier. de jurament. confirmatorio 7. parte cap. 5. n. 5. Sed extra * hos terminos admittenda eſt prorogatio de tempore ad tempus, tam iuriſdictione ordinaria, quam in delegata: Pone enim ordinario præfixum fuiſſe terminum, ut intra biennium litem dirimat, poterit ſi terminus prorogari de conſenſu partium, ſaltem uſque ad triennium, quia in his terminis ceſſat ratio ſupra assignata: & ita reſolvit Alex. diſt. l. propevandum in princip. n. 13. & ibi Curt. Jun. 81. Gutier. de iuram. confirmat. 3. parte c. 5. notab. Aviles de prætoribus tit. de form. ſecreta ſyndicationis cap. 49. verb. condenar. n. 13. ad finem pag. 313.

Sed ultra * alios ego in hac materia conſidero multum intereſſe, utrum terminus præſigatur * iuriſdictioni, vel determinationi cauſæ. * Primum enim caſu fatendum eſt, prorogationem prædictam non concedi: nam cum iuriſdictione conceſſa, tempore fuerit eſtincta, ſuccedit regula l. privatorum C. de iuriſdictione omn. iudic. & quia non eſt ferendum, quòd remaneat ordinarius in præiudicium ſucc. ſſoris, ut advertit Panorm. d. c. P. & G. num. 12. vel etiam quòd iudex remaneat ordinarius ratione cauſæ particularis, cujus tempus prorogatur, Paul. l. 1. n. 2. C. de iuriſdictione omnium iudicum: & in notab. caſu tradit Octavian. decif. Pedemont. 7. n. 7. declarando tamen, ut per Felin. cap. de cauſis n. 4. in fin. de offic. deleg. Menoch. conſ. 240. n. 57. l. 4.

In ſecundo autem * caſu, quòd tempus præſigatur iuriſdictioni, ſive cauſæ determinationi, ſtandum videtur generali deciſioni l. 2. §. ſed ſi iudex, inf. eodem, inductæ, ut ſupra. Nam cum hæc termini præfixo fiat principaliter ad utilitatem privatam, & reſpiciat commodum pecuniarum partium, dicitur inductum principaliter ad utilitatem privatam partium,

partium, ut docet Bart. l. 2. num. 7. infra ad munic. quem probat Aret. conſ. 2. n. 18. Et ideo partes renuntiano proprio favori tempus prorogare poſſunt: limitetur tamen procedere * in termino generaliter præfixo per viam legis, ut in ſpecie l. propevandum Cod. de iudic. Is enim terminus per privatos prorogari non poteſt, ut ibi, per gloſſ. verb. triennii ad medium comuniter receptam, juxta plene relatores per Gutier. de jurament. confirmat. 3. p. c. 5. nu. 5. Et ratio eſt, quia licet eadem diſpoſitio legis attenda veritate videatur principaliter recipere privatam utilitatem, ut proxime dictum eſt: tamen rationes expreſſæ, in d. l. propevandum, magis oſtendunt ob publicam utilitatem principaliter illum terminum fuiſſe præfixum. Placè licet quid ſecundum * veritatem reſpiciat utilitatem privatam principaliter, tamen ſi lex vult conſiderari debere: ac ſi principaliter fuiſſet inducta in favorem publicum, ut mens legis obſervetur, conſiderari debet ea diſpoſitio, ac ſi revera reſpiceret principaliter publicam utilitatem l. 2. §. ſed quia veremur C. de iurejur. propter calumniam docet Bart. l. ſi quis pro eo n. 7. inf. de fidej. Alc. c. cum contingat. de iurejur. ac proinde locum habet regul. l. jus publicum, ſup. de pact. facit bonus text. 41. 3. inf. de teſtam. Qua * etiam ratione tempora præfixa iſtantie appellationis, de quibus c. ex ratione de appell. conſenſu partium prorogari non poſſunt, Bald. auth. ei qui non 10. C. de tempo. appell. Faſ. §. rursus n. 72. Inſt. de actio. Mencha. de ſucceſſ. creat. §. 7. n. 40. verſ. fiat ergo Azevedus l. 11. tit. 18. lib. 4. ordin. n. 5. quia etiam hæc præfixio videtur facta ob publicam utilitatem principaliter, Panorm. c. ex ratione n. 8. de appellat. Caſſado. decif. 9. nu. 3. de appell. & generaliter idem obſervabitur, in quocunque termino præfixo per viam legis, ut tradit Panorm. diſt. ca. ex ratione. n. 8. de appell. Proſequitur Meſſias ad legem Tolet. 10. fundam. 1. part. 1. nu. 46. pag. 23. Et ex his, remanet expeditus ſecundus articulus principalis in materia prorogationis: Succedit igitur tertius articulus principalis in hac materia, in qua agetur, Quæ ſint neceſſaria ut valida cenſeatur facta prorogatio?

ARTIC. III.

Ad prorogationis validitatem qua neceſſaria ſint.

SUMMARI A.

- 1 Primum requiſitum in hoc articulo eſt, ut in prorogatione conſenſus partium interveniat.
- 2 Iudex in illis, qui iuriſdictionem non prorogavit, nullam iuriſdictionem acquirat, eſt neceſſarii ſint ad cauſæ deciſionem ut ſunt teſtes & ſimiles.
- 3 Sententia lata à Iudice prorogato, nil nocet partibus non conſentientibus.
- 4 In hoc articulo tenet magis communis opinio, conſenſum tacitum ſufficere.
- 5 Referuntur auctores contrariæ opinionis.
- 6 Communis traditio amplectitur, & reſpondetur ad inductum text. in hac l. 1.
- 7 Vera reſponſio ad dictum text. assignatur.
- 8 Tacitus conſenſus adeo in hoc articulo, eſſetax eſt, ut Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

- non requiratur actus poſitivus, ex quo is tacitus conſenſus colligatur, ſed ſufficiat collectum ex ſola patientia, & taciturnitate.
- 9 Ex parte Iudicis ſatis videtur acceptata prorogatio, ſi patiatur partes coram eo agere, tanquam coram Iudice.
- 10 Impugnatur doctrina Doctorum, qui dicunt, quòd ad acquirendam iuriſdictionem in non ſubditos, non ſufficit ſola eorum patientia, ſed requiritur actus poſitivus, & non negativus.
- 11 Conſenſus factus vel interpretativus inductus per legem non ſufficit ad prorogationem inducendam, & in abſente & contumace exemplificatur.
- 12 Contra contumacem ad nullam poteſt Iudex procedere, non tamen ex eo inducitur valida prorogatio.
- 13 Geſta per iudicem contra contumacem diverſe iuriſdictionis tanquam per manifeſtè incompetentem nil valebunt.
- 14 Quando iudex procedit per viam inquisitionis, nunquam inducitur prorogatio, quia eo caſu nunquam adeſt verus conſenſus partium.
- 15 Proteſtatio contraria actui tollit conſenſum.
- 16 Si quis comparuit in iudicio proteſtando, quòd non vult in iudicem conſentire, ceſſabit prorogatio.
- 17 Et ſi iudex nihilominus eum compellat reſpondere, licite ab eo appellatur.
- 18 Coactio reſpondendi coram iudice incompetente, habet in ſe gravamen ſucceſſivum.
- 19 Si iudex pronunciaverit ſe competentem, tunc etiam jure civili licita eſt appellatio.
- 20 Sententia, qua iudex ſe iudicem pronunciavit, ſi pars non appellavit, facit jus inter partes, & ſic exinde reputabitur ac ſi in veritate eſſet iudex competent.
- 21 Si partes in prorogatione erraverint, quaſi deſiciente conſenſu nil valebit prorogatio.
- 22 Si partes dubitent in prorogationem, idem dicendum eſt, quòd quando errant.
- 23 Supradicta de errore procedunt, ſive ſit error utriuſque partis, ſive unius tantum, ſive contingat ante litem conteſtatam, ſive poſt, & ſive ſit error juris ſive facti.
- 24 Refert Yſerniam contrariam opinionem tenentem & ejus traditioni, & fundamentis reſponder.
- 25 Qui errat in jure, verum, ſateri, & ſic conſentire.
- 26 In dubio præſumitur is error ſive ignorantia.
- 27 Ut valeat prorogatio, oportet conſtare, quòd partes ſcienter conſenſerunt in iudice aliis incompetenti.
- 28 Refertur declaratio Jaſon. in leg. ſi per errorem à numero 11.
- 29 Iuriſdictione iudicis inter Cives cum ſit notaria, non poteſt illius præſendi ignorantia.
- 30 Rejicitur declaratio Jaſon. & aliorum ſupra relatata.
- 31 Reſciuntur etiam tradita per Soc. conſ. 108. n. 20. ad fin. l. 4. & aliorum.
- 32 Præſumitur ignorantia in imperitis, non autem in peritis, quia in his præſumitur ſcientia.
- 33 Contraria opinio admittitur, quando vere vel præſumtive conſtitit, prærogationem iuriſdictionis perfectam habuiſſe noticiam iuriſdictionis Iudicis prorogati.
- 34 Exponitur vera explicatio in hoc articulo.
- 35 Assignatur optima diſtinctio inter errorem facti, vel Juris, in hoc articulo.

- 36 Quando agitur de tollendo obſtaculo juridiſtictionis, mero jure competentis, locum habet regula quod error juris nocet.
- 37 Quando erratum eſt in re, vel articulis non ſuccurritur erranti per errorem facti, non autem per errorem juris.
- 38 Explicatur gl. l. 2. §. ſed ſi Jdex, verbo conſenſus, infra eodem.
- 39 Quando ex aliquo privilegio particulari juridiſtictionis potuit declinari, & per errorem juris non fuerit declinata, Jdex in ea cauſa, validè procedere poſſet.
- 40 Et ſupradicta procedunt in quacunq; exceptione declaratoria, quæ per errorem juris fuerit omiſſa.
- 41 Quid obſervandum ſi pars detecto errore de novo conſentiat in Jdicem, utrum antea geſta conſirmantur, remiſſive.
- 42 Metus eſt contrarius conſenſui.
- 43 Metus impediens conſenſum irritat prorogationem ipſo jure.
- 44 Geſta per metum, mero jure valent, & per actionem quod metus cauſa veniunt reſcindenda.
- 45 Speciale eſt in juridiſtictione danda, ut metus vitiet ipſe jure.
- 46 Si quis per metum recognoſcat alicum pro ſuperiore, nil valet ea recognitio, nec juridiſtictio queritur metum inferenti.
- 47 Quando coactio facta fuit per Jdicem, nil valet prorogatio in odium metum inferentis.
- 48 Offenditur ſupra poſitam rationem concludentem non eſſe.
- 49 Trahitur diſtinctio gl. 2. in l. interdum, infra, quod faſto tutore.
- 50 Nova explicatio Auctoris circa ſpecialitatem ſupra poſitam.
- 51 Quando quis viribus prætoræ, coactus eſt prorogare, in effectu jubet prætor ſe fieri Jdicem in ea cauſa, quod l. Julia prohibitum eſt.
- 52 Lege prohibente nulla acquiritur juridiſtictio metum inferenti.
- 53 Quando quis per metum, etiam non Jdicis, conſentit in Jdicem, non valet prorogatio.
- 54 Prætor ratum poſtea habens, perinde eſt, ac ſi à principio mad iſſe.
- 55 Prætor quæ per metum geſſit, non poteſt poſtea rata habere.
- 56 Jdicia agitata per tyrannum, vel officiales, ab eo creatos nil valent.
- 57 Geſta per metum extra prædictis mero jure valent, & veniunt reſcindenda.
- 58 Si Jdex cogat partes litem conteſtari, vel quid ſimile facere, valebit mero jure.
- 59 Secundum principale requiſitum eſt, quod ultra partium conſenſum, requiritur quod ille ſubſcribat ſe Jdici.
- 60 Prorogare, & ſe ſubſcribere differunt.
- 61 Per quos actus videatur quis ſe Jdici ſubſcribere.
- 62 In hoc articulo duæ opiniones contrariæ reperiuntur.
- 63 Partes videntur ſe ſubſcribere Jdici, litem coram conteſtando.
- 64 Secunda opinio eſt, quod tunc partes videntur ſe ſubſcribere Jdici quando coram eo ſe præſentant tanquam coram ſuo Jdice ſubditi ejus juridiſtictioni.
- 65 Hæc ſecunda opinio verior eſt.
- 66 Refertur, & reprobat concordia Angeli l. ſed eſt ſuſcepit num. 1. infra eodem, & Ripa capiti. 1. num. 49. de Jdiciis.

- 67 Etiam ſi Jdex ſit omnino incompetens, tamen, ut partes illi videantur ſe ſubſcribere, ſatis eſt, quod eo ſe præſentent, tanquam coram ſuo Jdice.
- 68 Per quemcunq; actum partes aliquid petant vel agant coram eo, tanquam ſuo Jdice, videntur ſe illius juridiſtictioni ſubſcribere.
- 69 Qui opponit exceptionem dilatoriam ad impediendum curſum litis, Jdici, coram quo eam opponit, ſe videtur ſubſcribere.
- 70 Litis conteſtatio tantum in hac materia neceſſaria eſt, quando nullus alius præceſſit actus, per partes videantur ſe Jdici ſubſcribere.
- 71 Quando partes Jdici abſenti aliquid petunt, ejus juridiſtictioni ſe ſubſcribunt.
- 72 Quando pars aliquid juffu Jdicis facit, in eum conſentire non videtur, nec ei ſe ſubſcribere.
- 73 Per actum ex neceſſitate factum, non inducitur prorogatio.
- 74 Subjectio partis in hac materia operatur, quod non poſſint recedere à prorogatione, quæ eſt vera explicatio hujus requiſiti.
- 75 Notabilis declaratio ad text. in præſenti traditur.
- 76 In corporalibus ad transferendum dominium non ſufficit ſola conventio.
- 77 In corporalibus ad transferendum jus non ſufficit ſolus conſenſus, ſed requiritur aliquid aliud, quod videatur ſubire locum traditionis.
- 78 In hoc text. requiritur ſubſcriptio, ut quaſi interveniente quadam traditione prorogantes efficiantur ſubditi illius Jdicis.
- 79 Reſpondetur ad argumentum Jaſonis l. ſi conveniret, n. 1. l. 1. in fine ſupra de juridiſtictione omnium Jdicum.
- 80 Agitur de explicatione textus. in l. ſi conveniret, ſupra de juridiſtictione omnium Jdicum.
- 81 Diſta lex, ſi conveniret, varios patitur intellectus.
- 82 Refertur intellectus Alciati l. 2. Paradox. c. 71. & aliorum, qui illum ſequuntur.
- 83 Reſcitur Alciati intellectus.
- 84 Refertur intellectus Decii in diſta l. ſi conveniret in principio.
- 85 Reſcitur intellectus Decii.
- 86 Refugium eſt miſerorum recurrere ad ſpeciale.
- 87 Refertur intellectus Bartol. diſt. l. ſi conveniret & Albe. in princip. qui ut magis communis ſequitur.
- 88 Ex pacto nudo jure civili; non datur actio: ac ideo nullus cogetur ſtare pacto nudo de prorogando.
- 89 Demonstratur error Doctorem, dum putant in diſta l. ſi conveniret, licitum fuiſſe partibus pœnitere.
- 90 In contractibus innominatis tantum eſt locus pœnitentiæ, non ſic in pactis nudis.
- 91 Qui pactum de prorogando fecit, ſi ex non obſervantia pacti aliquod damnum incurrit, per actionem de dolo illud ab adverſario recuperat.
- 92 In pacto nullo licet non naſcatur actio, competit tamen actio de dolo ad reſarciendum damnum.
- 93 Non obſervantia pacti, non eſt cauſa immediata dandi actionem de dolo, ſed potius damnum incurſum.
- 94 In terminis diſt. l. ſi conveniret, ob non obſervantiam pacti tantum expenſæ per obſervationem recuperantur, non intereſſe, quod pars præterdere probabiliter poterat.

95 In

- 95 In terminis d. l. ſi conveniret, propter pactum nudo competet partibus exceptio, & ibi ponitur exemplum.
- 96 Expenditur text. in l. g. penultima, Codice de pactis.
- 97 Exponeitur text. in c. 1. de Jdiciis, & latè inducitur.
- 98 Diſpoſitioni d. l. ſi conveniret, partes renunciare non poſſunt.
- 99 In terminis d. l. ſi conveniret, ſi pacto nudo fuiſſet ſub eſt stipulatio, propter ſtipulationem cogentur partes ſtare locutioni.
- 100 Aliud eſt pactum de prorogando, aliud prorogatio.
- 101 Propter ſtipulationem cogentur per partes prorogare, eſt id non fecerint, tenebantur ad intereſſe.
- 102 Refert multos contrarium tenentes, & eorum impugnat fundamenta.
- 103 Pœna & intereſſe non ſolum peti poterit in domicilio illius qui ſtipulationi non parat, ſed etiam coram Jdice, cujus promiſſor tenebatur juridiſtictionem prorogare.
- 104 Refert Doctores contrariam opinionem tenentes, quorum diſta eſt probe: & eis ſatisfacit.
- 105 In obligationibus facti, ſi factum non præſtetur, illius loco ſuccedit obligatio ad intereſſe.
- 106 Obligatio ad intereſſe recipit per omnia naturam obligationis principalis.
- 107 Qui promittit factum, non poteſt præſtari ad factum compelli, ſed ſolvendo intereſſe liberatur.
- 108 Qui promittit factum, virtualiter promittit intereſſe.
- 109 Pœna appoſita, ſi factum non præſtetur, peti non poterit coram Jdice, cujus proroganda erat juridiſtictio.
- 110 Pœna non ſuccedit loco facti promiſſi, imò per ſe conſideratur tanquam quid diverſum à facto principali promiſſo.
- 111 Opini. Decii in c. 1. in 1. lect. n. 22. de Jdiciis, in hoc articulo verior eſt.
- 112 Pœna in hoc articulo peti non poteſt in loco in quo factum erat implendum, niſi id clarè fuerit expreſſum.
- 113 Refert errorem Beroi, c. 1. numero 180. de Jdiciis.
- 114 Refertur traditio multorum Doctorem, de quibus ibi, qui dicunt, quod ubi juramentum additur pacto de prorogando, acquiritur juridiſtictio Jdici prorogato irrevocabiliter.
- 115 Imponitur ſupra poſita traditio.
- 116 Propter juramentum non poterunt partes à promiſſo recedere, ſed cogentur præſtari illud adimplere.
- 117 Refert Doctores contrarium tenentes in terminis diſt. l. ſi conveniret, ſed eos reprobat.
- 118 Si pactum de prorogando valla un ſit ſtipulatione, promittentem prorogare cum juramento præciſè cogentur illud adimplere.
- 119 Quid ſi pactum nudam apponatur ſolum cum juramento.
- 120 Refertur ſecunda conclusio d. l. ſi conveniret, per argumentum à contrario ſenſu.
- 121 Si poſt pactum de prorogando alicui ſit Jdex, non poſſunt partes pœnitere.
- 122 Si partes coram Jdice dicant, ſe illius prorogare juridiſtictionem hoc inducet efficaciæ prorogationem, nec eſt neceſſaria litis conteſtatio, ſecus ſi ſolus conſenſus partium interveniat.
- 123 Reprobat traditionem Doctorem, quos enumerat, qui putant propter pactum de prorogando juridiſtictionem acquiri irrevocabiliter, tamen donec coram Jdice litis conteſtetur.
- 124 Reprobat etiam traditionem Guid. Papa deciſione 270.
- 125 Reprobantur etiam multi Doctores, de quibus ibi, qui tenent, quod ſi partes conſentant, alicum eſſe ſuum Jdicem, ex hac ſola conſeſſione, juridiſtictio ei irrevocabiliter videtur reſcripta.
- 126 Simplex conſeſſio, vel ſimplex recognitio, non habet vim traditionis, vel quaſi.
- 127 Conſiteri, quem eſſe Jdicem competentem qui re vera non eſt, non eſt prorogare velle juridiſtictionem, ſed magis errare.
- 128 Erronea conſeſſio, nil nocere, vel operari ſolet.
- 129 Declaratur Doctrina Baldi, l. ſi pater, num. 1. Cod. ne de ſtatu defuncti.
- 130 Conſeſſio facta coram Jdice habetur pro ſubſcriptione.
- 131 In dubio magis præſumitur error.
- 132 Prorogatio ut valida ſit in perſoni Eccl. ſiſticiis, requiritur quod facti ſit cum conſenſu, ſive licentia præpiti Ep. ſcop.
- 133 Laici poſſunt prorogare juridiſtictionem Jdicis Eccl. ſiſtici.
- 134 Secularis eſt incapax cognoſcendi de cauſis ſpiritalibus, vel Eccl. ſiſticiis.
- 135 Clericus eſt incapax juridiſtictionis ſecularis.
- 136 Legitimation ſpiriti ſpiritualiter reſervata eſt, Principi, & in ſignum upreme poteſtatis.
- 137 In legitimatione ſpiriti non poteſt Laicus prorogare juridiſtictionem Eccl. ſiſtici nec e contra.
- 138 Declaratur c. ex unora, de foro competentis.
- 139 In Regno Portugallia prohibitum eſt ne Laicus proroget juridiſtictionem Jdicis Eccl. ſiſtici.
- 140 In Regno Francia conſuetudine obſervatur, ut Laicus proroget juridiſtictionem ſecularis.
- 141 In Regno Navarra idem etiam per leges ſtatutum eſt.
- 142 Prohibitio, ne Laicus proroget juridiſtictionem Eccl. ſiſtici facienda eſt à Principe ſupremo, qui non recognoſcat ſuperiorem.
- 143 Inferior à Principe, & qui ſuperiorem recognoſcit ſupra diſtam inhibitionem facere non poteſt.
- 144 Inferiorem non poteſt tollere ſubditi facultatem, ſibi per legem conſeſſam, quam ipſe derogare non poteſt.
- 145 Barones, an poſſunt prohibere vaſallos ſuos, ne alterius juridiſtictionem prorogent, & refertur partem aſſumativam tenentes, licet contrarium verius ſit ex ſupradictis.
- 146 Valde non ratione feudi, ſed tantum ratione obedientiæ, & fidelitatis, non poteſt prorogare alterius juridiſtictionem.
- 147 Reſcitur diſta Anſrea de Yſernia, libro 1. conſtitut. rubr. 30.
- 148 Princeps inferior non poteſt prorogationem inhibere eſi propter prorogationem vaſalorum forfeſtan amittat ſportulam, vel aliud lucrum ſperatum.
- 149 Impugnantur tradita per Guidonem Papa deciſio. 174. num. 1. & deciſ. 77. num. 1. & alios, qui eum ſequuntur.
- 150 Reſpondetur ad fundamenta, qua pro parte Guidonis adducuntur.

C 2

151 Reſcitur

Petri Barboſæ, Comment. de Jdiciis.

- 171 Rejiciuntur etiam tradita per Baldum. l. decernimus in fine Codic. de sacrosanct. Ecclesiis, & Decretum qui eum sequuntur.
- 172 Subditi ratione jurisdictionis, vel etiam juramenti fidelitatis, possunt prorogare jurisdictionem cujuslibet Judicis sine dominorum consensu.
- 173 Proxima conclusio duobus casibus limitatur, & ibi exprimitur.
- 174 Hæc prima limitatio habebit locum in Baronibus Regni Neapolitani.
- 175 In Regno Neapolitano Baronibus non observatur privilegium in tam ampla forma, quam verba privilegii videntur importare.
- 176 Secunda limitatio est in vassallis ratione feudorum: hi enim non possunt prorogare alterius Jurisdictionem absque dominorum directorum consensu.
- 177 Proxima conclusio intelligenda est quando controversia vertatur super feudo, vel illius juribus, secus si super alia causa respiciente feudum, tunc enim amittatur prorogatio.
- 178 Proprietarius non cognoscit inter vassallos, nisi de tangentibus feudum.
- 179 Prorogatio valet etiam in prædium domini feudi licet de juribus feudi agatur, si dominus feudi non contradicat prorogationi.
- 180 Utrum in Regno Neapolitano domini vassallorum cognoscant de causis vassallorum Burgensium.
- 181 Secularis potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis sine consensu superioris.
- 182 Refert limitationem ad hanc regulam proximè relata Paul. de Castro dict. §. & post operis, nu. 6. ne subditus unius Regis possit prorogare jurisdictionem alterius Regis.
- 183 Reprobatur limitatio Pauli proximè relata.
- 184 Unusquisque potest prorogare jurisdictionem Judicis alterius Regni.
- 185 Opinio Pauli supra relata potest salvari in Regno Portugallie.
- 186 Prohibitio, ne in Judicem Ecclesiasticum laicus consentire possit, ideo facta fuit, ne alias fieret fraus Regie jurisdictioni quam habet in subditos suos.
- 187 Ratio proximè assignata militat in prorogatione, quæ fit in Judice alteri regi subiectum.
- 188 Disputatio penalit semper extenditur ex identitate rationis, quoad dispositionem principalem, licet quoad penam extensionem non recipiat.
- 189 Probat opinionem Pauli, supra relata per argumentum à fortiori.
- 190 Quando Princeps tantum sibi reservavit jurisdictionem in certis casibus: non admittatur in illis prorogatio sine Principis licentia.
- 191 In terminis, de quibus hic, non valet prorogatio facta modo, de quo per Bellameram conf. 31. numero 43.
- 192 Si contractus sit celebratus extra Regnum, valebit prorogatio facta in Judicem contractus, et si in extraneo Regno jurisdictionem habeat.
- 193 Clericus etiam de consensu Episcopi non potest prorogare jurisdictionem Judicis secularis.
- 194 Clerici sunt exempti jurisdictione seculari jure Divino, & ideo non possunt subijci laicis, etiam per Papæ ordinationem.
- 195 In Francia Clerici in multis casibus subijciuntur jurisdictioni seculari.
- 196 Clericus ea, quæ pertinent ad voluntariam jurisdictionem, non potest celebrare coram Judice seculari.
- 197 Clericus etiam si datur se conveniri coram seculari, nec ob id Judicium subijcet.
- 198 Quomodo sit intelligenda ordinatio Portugallie, lib. 3. tit. 49. §. 2.
- 199 Clericus non potest prorogare jurisdictionem Judicis etiam Ecclesiastici sine consensu proprii Episcopi.
- 200 Voluntas proprii Episcopi, quæ requiritur in prorogatione sufficit tacita.
- 201 Voluntas ubi tantum exigitur, tacita sufficit.
- 202 Voluntas ubi exigitur, potest ex post facto intervenire.
- 203 Reprobat opinionem glossæ fin. in dict. c. significasti.
- 204 Ubi licentia requiritur, expressus consensus videtur necessarius.
- 205 Respondetur ad gloss. 3. dict. c. 1. de foro competentii.
- 206 Agitur de ratione, quæ jus Canonicum recedens à jure civili, disposuerit Clericum non posse prorogare alterius Judicis Ecclesiastici jurisdictionem, absque voluntate proprii Episcopi, & variæ assignantur.
- 207 Refert Bart. ratio hic num. 1. & 2. quæ tamen impugnantur, num. 189.
- 208 Quando quis habet jurisdictionem perpetuam, & ei etiam debetur tributum, non potest pars sine illius superioris voluntate alterius Judicis prorogare jurisdictionem.
- 209 Impugnatur Bart. ratio, de qua supra.
- 210 Proponuntur rationes gloss. in cap. innotita 11. quaestione.
- 211 Reprobatur ratio tradita à dicta gloss. & eius fundamentis respondetur.
- 212 Clerici non habentes beneficium non tenentur præstare juramentum fidelitatis proprio Episcopo.
- 213 Bona Clericorum considerantur tanquam merè temporalia, præterquam in casibus, in quibus jus Canonicum expressit contrarium.
- 214 Refert Doctores, qui tenent congruam rationem differentie hoc casu dari non posse.
- 215 Proponuntur circa hanc differentiam considerationes auctoris.
- 216 Clericus in sortem Dei vocatus est, & efficitur res spiritualis.
- 217 In spiritualibus sacramentalibus non est præmissa libera prorogatio, sed oportet, quod fiat cum licentia superioris spiritualis.
- 218 Assignat veram differentie rationem.
- 219 Refert, quo casu salvari possit communis ratio differentie supra assignata.
- 220 Explicatur c. nullus primas, in fin. & c. Episcopus in fine 9. quaestione 2. & cap. nullus, de parochiis, & quo casu procedant, vide, n. 235.
- 221 Qui aliquem ordinat, potest eum judicare.
- 222 Multi possunt uti voluntaria jurisdictione in aliquem, & tamen non contentiosa.
- 223 Explicatio Auctoris ad dicta jura.
- 224 Ordinans non solum potest judicare de quaestione tangente ordinis suspensionem, sed etiam de quibuscunque causis ipsorum Clericorum.
- 225 Res sequuntur personam naturam, & conditionem.
- 226 Differentia quæ dari possit inter spiritualia sacramentalia, & spiritualia simpliciter.
- 227 In spiritualibus simpliciter potest laicus prorogare jurisdictionem alterius Judicis Ecclesiastici.
- 228 Si agatur de jure decimandi, vel jure patronatus, potest laicus alterius Judicis Ecclesiastici prorogare libere jurisdictionem, secus in Clerico.
- 229 Laici qui subsunt jurisdictioni Ecclesiastica, quia habitant in terris Ecclesiæ, libere possunt prorogare jurisdictionem alterius Judicis, secus in Clerico.

210 Voluntas

- 210 Voluntas proprii Episcopi, quæ in hac prorogatione consideratur in Clerico, non sufficit, quod sit data ab alia persona, licet in Clerico immediate habeat jurisdictionem.
- 211 Respondetur ad c. perlectis 25. distinctione, & de eius intellectu agitur.
- 212 Conclusio deducta ex dict. c. significasti, quatuor modis limitatur.
- 213 Si Clericus mutavit domicilium, potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis sine voluntate illius, qui eum ordinavit, dummodo interveniat consensus illius Episcopi, in cujus Diocesi domicilium habet.
- 214 Episcopus domicilii dispositione juris subrogatur loco illius Episcopi, qui Clericam ordinavit.
- 215 Cap. si quis primas cap. Episcopum 9. quaestione secunda qua ratione procedant.
- 216 Clericus prima tonsuræ potest prorogare jurisdictionem alterius absque voluntate Episcopi, à quo ordines suscipit.
- 217 Ordo prima tonsuræ, licet ordo sit, non tamen est ordo, quatenus Sacramentum, nec per illum imprimitur character in anima.
- 218 Refertur dictum Guid. decif. 449. quem ibidem reprobatur, & illud dictum ejusdem, consilio 174. numero 2.
- 219 Si ordo sacer conferatur non subdito, valet ordinatio mero jure, & character imprimitur, licet ordinatus male faceret, & peccet, & puniatur, & ibi dictum Guid. decif. 449. reprobatur.
- 220 Hodie si ordo conferatur non subdito illi, qui id fecerint per extravaganam Pii II. sunt suspensi ipso jure, & administrantes in sacris sunt irregulares quod in ordinatis ad minores Ordines locum non habet.
- 221 Si Clericus conveniatur coram Judice, qui mero jure in eum habebat jurisdictionem, quamvis non accesserit voluntas proprii Episcopi.
- 222 Quando Clericus contraxit in aliquo loco, poterit in eo conveniri, etsi contractus sit celebratus sine voluntate sui Episcopi.
- 223 Quando voluntas Clerici non est causalitè mediata, ut coram alio Judice conveniatur, sed potius necessitas procedens à dispositione juris, non est necessaria voluntas proprii Episcopi.
- 224 Clericus in loco contractus conveniri potest, etiam si ibi non inveniatur, dummodo in illo contractu proprio foro renuncierit.
- 225 Clericus, qui in aliquo loco delinquit, in eo loco conveniri poterit sine sui Episcopi voluntate, quod intellige procedere in foro exteriori, non vero in interiore nisi domicilium mutaverit.
- 226 Quando Clericus contraxit in aliquo loco & solutionem in alium contulit, conveniri poterit in loco in quem collata fuit solutio, etiam si voluntas sui Episcopi non accedat.
- 227 Expenditur text. in capit. cum dilecti, de foro competentii.
- 228 Qui promittit respondere in aliquo loco, in effectu promittit in eo loco se defendere, & litigare.
- 229 Refert communem resolutionem circa supra positam conclusionem, & distinctionem, quam in ea Doctores tradunt.
- 230 Respondere verbum quando accipitur pro solvere.
- 231 Reprobat communem resolutionem proximè assignatam.
- 232 Assignat veram resolutionem, quod dictio Respondere, duo significat, scilicet litigare, & solvere, & respectu solutionis poterit in loco Petri Barbofæ, Comment. de Judiciis.
- illi destinato conveniri, nec requiritur voluntas proprii Episcopi, neque etiam poterit penitere.
- 233 Ponderatur Ordin. Portug. lib. 3. tit. 6 §. 2. & eodem lib. tit. 11. §. 1. novæ recopilationis.
- 234 Explicatur dictum Alex. dicta l. si convenerit n. 15. ad finem.
- 235 Decif. Alex. proximè relata est approbata per Ordin. Portug. l. 3. tit. 6. §. 2. novæ recopilationis.
- 236 Impugnat considerationem Alex. & veram resolutionem assignat.
- 237 Qui promittit respondere, ubicunque locorum poterit conveniri, in quocunque loco inventus fuerit.
- 238 Qui promittit respondere in aliquo loco, non solum videtur intellexisse de responsione extra judiciali, hoc est, de solutione cum effectu.
- 239 Decifio dicta l. si convenerit, tantum habet locum, quando quis simpliciter promittit litigare coram certo loco, & se subijcet jurisdictioni cujuscumque Judicis.

ET primum quidem * requisitum est: quod in prorogatione, interveniat consensus partium, ut probat is text. & l. in principio, infra eodem, l. si is qui ex consensu Codic. de Episcopali audient. notat. Bartol. l. si per errorem, ad finem, supra de jurisdictione omnium judicum, Aretin. l. 1. §. si quis simpliciter ad finem, col. penultima infra de verborum obligat. Unde nullam acquireret judex * jurisdictionem illos, qui non prorogaverunt, etiam si necessarii sint ad decisionem cause, ut sunt testes, & similes. M. ncha. quaestionum usufrequentium c. 14. num. 31. Et * ideo etiam pro regula constituitur, quod Sententia lata à Judice prorogato nihil nocet partibus non consentientibus, ut post Angelum, & Paulum hic tradit Antonius Natra conf. 413. nu. 9. lib. 2. Sed circa hoc requisitum videndum est, utrum expressus requiratur consensus, vel sufficiat tacitus? Et magis * communis opinio concludit, tacitum sufficere, juxta regulam legis cum quid supra, si certum petat. & expressum videtur probare text. cap. cum olim, el. 1. de offic. deleg. & ibi notat Panormitanus nu. 7. tradit Bartolus hic in fine. Panormit. dict. cap. P. & G. n. 20. & ibi Imol. num. 56. Panormitan. cap. significasti, nu. 18. & ibi Marianus num. 37. Felin. n. 6. de foro competentii. Paris. conf. 15. n. 4. lib. 4. explicando tamen ut per Bart. rep. l. 2. nu. 7. supra si quis in jus vocatus non ierit.

Contrariam * tamen opinionem, imò in prorogatione acquiri expressum consensum, & non sufficere tacitum, defendit Andreas Sicul. dict. c. cum olim, el. 1. n. 8. Expendendo nostrum textum ibi (is se subijciat, & consentiant) nè enim verbum (consentiant) superfluat, dicendum est text. velle, non sufficere subjectionem, ex qua tacitus colligitur consensus, sed requiri consensum scilicet expressum: Non est tamen * recedendum à communi traditione: & ad inductionem hujus text. respondet Bart. hic ad finem explicatus, ut per Curt. Ju. in fine. Alter etiam respondet Panormit. cap. 1. numero 13. ad finem, de judic. Sed vera * responsio est: quod is text. ultra consensum partium requirit subjectionem, ut efficax inducatur prorogatio, ita ut per poenitentiam partes ab ea recedere non possint: nam si simpliciter consentiant, & tamen non subijciant se Judici, à consensu illo possunt per poenitentiam recedere l. si convenerit, supra de jurisd. omni. judicum, & ita respondet Aretin. c. 1. n. 79. de judic. Socin. dict. l. si convenerit n. 27. inf. latius dicemus.

dicemus; Quinimo * adeo est vera communis traditio, ut non requiratur actus positivus, ex quo is tamen consensus colligatur, sed sufficiat collectum esse ex sola patientia, & taciturnitate, ut colligitur ex traditis per Paul. Caſtr. *conf. 183. nu. 1. ad finem lib. 1. & exemplis propositis per Men. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 19. à n. 6.* Et ideo si partes pariantur Judicem aliquid decernere contra eos tantum Judicem, is tacitus consensus partium sufficit, ad inducendam efficacem prorogationem, *Alex. l. 2. n. 12. & ibi Jafon. n. 39. supra, si quis in jus vocatus non ierit, notab. Beroius, conf. 13. num. 10.*

lib. 3. prout * ex parte Judicis satis videtur acceptata prorogatio, si patiatur partes coram eo agere tanquam coram Judice, *Alex. l. si convenerit n. 7. sup. de jurisd. omnium jud. Fel. c. causam que ad finem, de re judicat. declarando ut per Men. conf. 340. n. 57. lib. 4.*

Et ex prædictis inferitur, cavendum * esse ab Aretin. & Felin. n. 5. c. ceterum, de judic. Anton. & Panorm. n. 7. c. ad patientem, de accusat. & ibi Felinus col. 8. dum dicunt: quod si agatur de acquirenda jurisdictione in non subditos, non sufficit sola eorum patientia: sed requiritur actus positivus, per quem magis colligitur consensus, quam per actum negativum *cap. ex ore, de his que sunt à Prælati, tradit Panormitanus cap. cum Eccl. si n. 5. de causa posses. hoc enim dictum est supra traditis manifestè confunditur. Illud * tamen prædictis addendum est: quod licet sufficiat præsumtus consensus, non tamen sufficit consensus factus, vel interpretativus inductus per legem, unde licet contumax interpretativè habeatur pro consentiente, in sui præjudicium. l. de etate, §. qui tacuit infra de interrog. actio. tamen is factus consensus non sufficit ad inducendam prorogationem. Quare licet Judex procedat contra non subditum absentem, tanquam contra contumacem, & sic se gerat pro Judice, absens autem contumacem sive contumaciter non compareat: poterit * quidem contra eum ad multam procedere, juxta notat l. si quis ex aliena, infra eodem. Non tamen videtur inducta valida prorogatio, & ideo alio * gesta per eum Judicem, tanquam manifestè incompetentem nihil valebunt, quod sentit. si qui ex consensu. Col. de Episcop. audient. & ibi not. Bald. n. 7. Panormit. dist. cap. P. & G. num. 21. Marian. dist. cap. sig. significasti, num. 37. Jafon. l. 2. num. 39. supra, si quis in jus vocat. Roman. conf. 48. num. 1. ad finem. Thomajus Grammatic. voto crimi. 27. num. 2. & ampliat Gama. dist. 219. Similiter * si Judex procedat per viam inquisitionis, nunquam inducetur prorogatio: quia eo casu non adest consensus partium, etsi aliquis est, erit interpretativus. Imperatores inf. de iure fisci, qui non est sufficiens ad inducendam prorogationem, ut dictum est, & ita Bald. l. 1. in fine Codic. ubi de crimine agi oporteat & l. 1. n. 2. C. a l. Corncl. de Sicar. Socin. conf. 108. in fine libr. 4. Alex. consil. 216. n. final. lib. 6. Curt. Jun. hic n. 40. Caleſtarius num. 89. qui asserit receptum & Gregor. l. 15. tit. 1. part. 7. verbor. respondiſſe. Quibus addendus est Felin. c. ad petitionem. colum. 9. de accusat. Bulb. decision. 159. quicquid repugnent Aretin. cap. 1. n. 77. de judic. Felin. dist. c. P. & G. n. 9. Marian. dist. cap. significasti n. 39. de foro competentis.*

Et ex * hoc primo requisito inferitur, quod cum protestatio contraria actui, tollat consensum. l. qui aliena §. final. infra, de acquirend. hered. quod si quis compareat in iudicio protestando, quod non vult in iudicem consentire, cessabit prorogatio, Paul. Caſtrenſ. l. in criminali, n. 7. Cod. de jurisd. omn. iudicium. Angel. l. sed et si susceperit, in princip. nu. 1. inf.

cod. Felin. cap. cum M. n. 69. de constitut. Etsi * Judex nihilominus eum compellat respondere, licet ab eo appellabit, quia hæc * coactio respondendi coram Judice incompetenti, habet in se gravamen successivum: & ideo quocumque tempore licita est appellatio. cap. ex parte tua, & ibi Panorm. & Dec. de appellat. quod * si Judex pronuntiaverit se competentem, tunc etiam Jure Civili licita erit appellatio, gloss. fin. auth. habita, Codic. ne filius pro patre.

Si tamen pars non appellaverit, tunc ea sententia faciet jus inter partes, & sic exinde reputabitur, ac si in veritate esset Judex competens. Bart. in lectura. l. 2. num. 7. supra, si quis in jus vocat. non ierit. Paul. l. in criminali. n. 7. C. de jurisd. omnium iudicium, declarando tamen, ut notab. per Decium. consil. 18. n. 5. Afflictiſ. decis. 354. n. 15.

Inferitur secundo ex t prædicto requisito, quod cum nihil sit magis contrarium consensui quam error. l. nihil cons. §. fin. infra, de regul. juris, si partes in prorogando erraverint, quasi deficienter consensu, nihil valebit prorogatio, l. si per errorem supra, de jurisd. omnium iudicium. Et ideo si partes errando putent, aliquem esse Judicem competentem: & tanquam coram tali litigaverint, non t inducetur prorogatio. l. 2. in princip. infra, eodem. l. 5. tit. 22. partit. 3. Et idem si dubitet arg. l. final. Codic. de condit. indebiti tradit Bart. videndu. in lectura. l. 2. n. 7. supra, si quis in jus vocatus non ierit. Bald. conf. 475. Petrus, n. 1. lib. 4. Paul. Caſtrenſ. d. l. in criminali. num. 7. Greg. l. 15. tit. 1. partit. 7. verb. aliqua. Decianus tractat. criminal. lib. 4. cap. 23. n. 13. Quæ t proce dunt sive sit error utriusque partis, sive unius tantum, item sive is error contingat ante litem contestatam, sive post, & sive sit error juris, sive facti, ut resolvit Perez. l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. veteris pag. 531. col. 2. & ante eum gloss. 3. d. l. si per errorem, & ubi Curt. Jun. n. 14. asserit, receptum, tradit etiam gloss. l. 2. verb. si privati, inf. eodem. Panorm. cap. ad petitionem, n. 7. de accusat. Marian. d. c. significasti. n. 38. Alexand. l. si mulier n. 9. inf. soluto matrimonio. Beroius. conf. 9. n. 28. lib. 3.

Non diffiteor tamen, quod Andr. de Yfernia in 24 consil. regni lib. 1. tit. 38. §. 1. ad finem, tenet contrarium, quando partes errant in iure: quia is error non excusat, neque est in aliqua consideratione. l. leges & consil. Codic. de legibus, id quod etiam probat Matth. de Afflictiſ. libr. 1. constit. rub. 36. ad finem. Pro quibus videtur urgere text. l. non fatetur, infra, de conses. dum dicit, quod ille, qui errat in iure, videtur confiteri, & sic consentire, sed respondetur quod ille consensus t est interpretativus, qui non est sufficiens ad inducendam prorogationem, ut dictum est. Item respondetur nos in hoc casu non agere excusando aliquo ob errorem juris, sed potius de defectu consensus, quem quilibet error juris excludit.

Quinimò t dicendum est, quod in dubio præsumitur is error sive ignorantia, juxta reg. l. verius, supra de probat. Et ideo, ut valeat prorogatio, oportet t constare, quod partes scienter consenserunt in iudice, aliàs in competenti ut post Specul. & alios resolvit Jacobin. d. l. si per errorem 1. lectur. n. 12. & ibi Jafon. n. 10. Soc. conf. 108. n. 20. lib. 4. Ant. Nat. conf. 82. ad finem. lib. 1. Beroius, conf. 6. à n. 29. l. 3.

Invenio tamen, quod hanc communem traditionem, declarat Jafon. dist. l. si per errorem à n. 11. & ibi Dec. ad finem, illam procedere, in t cive no-29 vello, vel forensi. Nam in aliis civibus credunt, eam non procedere: quia cum jurisdictione Judicis sit notoria inter cives, non potest t illius prætendi ignorantia,

norantia, cap. 1. de postul. Prælato & Subscribit Caleſt. l. 2. n. 34. infra eo & Aretin. de Mathais de prorogatione jurisdictionis. n. 15. Quæ tamen limitatio non placet: quia licet notoria sit jurisdictione Judicis inter cives, non tamen ob id sequitur esse notorium contra quas personas, & in quibus causis ille jurisdictionem habeat: & ideo cives in his errando, non videntur prorogasse jurisdictionem, juxta supra tradita. Quæ etiam ratione venit rejiciendum, quod post t Speculat. tradit Socin. conf. 108. n. 20. ad finem lib. 4. quod præsumitur quidem * ignorantia in personis imperitis, non autem in peritis: quia in his præsumitur scientia, subscribit Vantius de nullitatibus, titul. quibus modis sententia nulla reparari possit, n. 80. & Menoch. post alios de præſumptionibus, lib. 2. præf. 19. fin. Nam id confunditur, ex supra dicta ratione, quæ semper militat: & tantum * contraria opinio admitti potest: quando verè vel præsumptivè, confliterit, prorogantem jurisdictionem perfectam habuisse notitiam jurisdictionis Judicis prorogati, ut in terminis tradit Lafred. Balb. decis. 162.

Verior ergo explicatio * est in hoc articulo prædicta procedere, quando agitur de vera prorogatione, hoc est, de acquirenda jurisd. de novo in non subditum, quicquid, repugnet Bald. c. congregato. n. 3. de elect. Nam si quis mero jure habeat jurisdictionem in aliquos, qui tamen exceptione aliqua, vel privilegio poterant se eximere ab ejus jurisdictione, tunc * distinguendum est, inter errorem facti, & juris: nam qui per errorem facti non opposuit declinatoriam, in nihilo sibi præjudicat: cap. pastoralis & de except. quamvis Alberic... 2. §. 1. in fine, infra eodem, dicat, his tantum succurri posse, impetrata restitutione in integrum: & quicquid istos jam non posse opponere declinatoriam contendat Paul. Caſtrenſ. rep. l. n. 14. Cod. de jurisdictione omnium iudicium & Anton. de Mathais, de prorogatione jurisdictionis. n. 16. vers. 2. intelligat. Si verò per errorem juris omisit opponere declinatoriam: tunc sibi præjudicat: ut coram eo * Judice tanquam competenti, teneatur respondere: nam cum agatur de tollendo obstaculo jurisdictionis mero jure competentis, locum habet regula, quod error juris nocet, l. regula est, supra, de juris & facti ignorantia & in his terminis propriè urget regula l. non fatetur, infra de conses. & explicat notab. Imol. cap. prudentiam. n. 49. de offic. delegati & in specie resolvit Alexand. l. mulier. n. 9. infra, solut. matrimonio Socin. regul. 212. Marian. dist. cap. significasti, n. 38. Felin. d. cap. P. & G. in fine, & exollit Roman. sing. 677.

Unde * si forsitan erratum sit in re, vel articulis, succurratur erranti per errorem facti: non autem per errorem juris, Jacobin. l. si per errorem 1. lectur. n. 7. & n. 9. supra de jurisdictione omnium iudicium. Et ad hunc modum sunt explicandi Bald. n. 8. Felin. n. 13. cap. ad audientiam, el. 2. de rescript. Afflictiſ. lib. 1. constituit. rub. 37. §. 1. n. 36. ad finem Macanta in praxi 4. parte 12. distinct. iudiciorum, n. 15. pag. 229. Jacobin. l. 2. nu. 9. infra eodem, qui tractantes hunc articulum nimis involute in eo procedunt.

Et * ex his venit explicanda Gloss. si l. 2. §. sed Judex verb. consensus, infra eodem, dum tenet: quod si ex aliquo privilegio particulari jurisdictione Judicis potuit declinari, & per errorem juris non fuerit declinata, Judex in ea causa valè procedere potest: quam ibi probant Paul. Caſtrenſ. & Jacobin. Angel. Aretin. §. minus num. 13. inſtit. de action. & in rub. n. 19. Inſtit. de except. Panormit. cap. ad petitionem, n. 8. de accusat. Alexand. l. si convenerit, n. 19. supra, de jurisdictione omnium iudicium, Ripa, cap. 1. n. 49. de jud. Jafon. dista l. si per errorem, nu.

9. & ibi Dec. n. 7. Gregor. l. 15. tit. 22. partit. 3. in gl. 3. ampliando, ut per Paul. l. si quis postea quam n. 5. infra eodem. Roman. singul. 144. Idque * generaliter procedet, in quacunque exceptione declinatoria, quæ per errorem juris fuerit omiſſa, ut probat Beroius, conf. 9. a. n. 32. lib. 3. Quid * autem sit observandum, in casibus, in quibus error vitiat prorogationem, si pars comperto errore de novo consentiat in iudice? Utrum antea gesta confirmantur? Videndus est Bald. l. 1. n. 8. Cod. ubi de crimine agi oporteat, quem sequitur Maria. d. cap. significasti n. 38. Lafred. Bald. decis. 85.

Tertiò * & principaliter ex prædicto primo requisito inferitur, quod cum metus sit contra consentium, l. nihil consensui in princ. inf. de reg. jur. metus impediens consentum, irritabit * prorogationem: quod probat l. post princ. inf. cod. & l. si quis ex consensu, C. de Episcop. audient. secundum intellectum gloss. fin. ibi & l. 15. tit. 22. part. 3. ac ita receptum est quod metus irritat prorogationem ipso jure: notat Paul. in criminali, n. 7. Cod. de jurisd. omnium iudic. Roland. consil. 2. n. 86. lib. 1. & conf. 57. à n. 54. lib. C. Ant. de Math. de prorog. jurisd. n. 19. vers. 4. principaliter, Decianus in tract. crimin. lib. 4. cap. 23. num. 14. Hinc * tamen illationi nimis videtur obſtare: regula, l. si mulier. §. si metu, supra quod metus causa: quod gesta per metum mero jure valent, & per actionem quod metus causa veniunt rescindenda: sed responderetur: speciale * esse in jurisdictione danda, ut illam metus viciet ipso jure, glossa magna ad finem cap. Abbas de his que vi: & ibi Panorm. n. 2. probat etiam gl. l. 1. §. fin. verb. non valet, inf. de auto. tuto. Bart. l. 2. post princ. infra eo Panorm. de cap. P. & G. in fine. Marian. d. cap. significasti num. 39. Et * generale est, quod si quis per metum recognoscat aliquem pro superiore, nihil valet ea recognitio, neque jurisdictione quæritur metum inferenti, Bart. tract. de tyranno. n. 14. Panorm. conf. 3. n. 5. vers. videtur etiam lib. 2. & cap. licet n. 12. de elect. Dec. conf. 69. n. 14.

Sed videndum est: de ratione hujus specialitatis? circa quod quæsitum, in primis est advertendum: quod l. 2. infra eod. loquitur in eo, qui viribus præturæ coactus fuit consentire, ut advertit Paul. l. in criminali, n. 7. C. de jurisd. omnium iudic. & sic quando * coactio fuit facta per ipsum Judicem, quo casu fu in odium metum inferentis, nihil valet prorogatio, ex ratione, l. meminere C. unde vi, & ita in specie tradit Curt. Jun. l. 2. in princ. n. 2. & ibi Caleſt. n. 7. inf. eod. Fortun. de ultimo fine juris n. 309. Anton. de Matth. prorog. jurisd. n. 16. vers. redeundo. Quæ * tamen ratio non est concludens, quia idem esse hoc casu, si per quemcumque (qui Judex non sit) metus inferatur, probat. l. si qui ex consensu junctæ gl. final. C. de Episcop. audient. Item quia ex prædicta ratione sequeretur, quod omnis actus gestus per metum Judicis, esset ipso jure nullus: cujus tamen contrarium probat, l. 3. §. fin. supra, quod metus causa, l. interdum, inf. quod falso tutor auctore, & quamvis gl. 2. ubi distinguat * quod si metus adhibeatur per suum Judicem, tunc actus valeat mero jure: si autem per eum qui non sit ejus Judex competens, tunc actus sit nullus ipso jure, & subscribat Curt. J. l. 2. n. 6. inf. eo. non tamen assignant rationem hujus differentie.

Et ideo * ego ultra alios adverteo, quod quando quoque quis viribus præturæ, coactus est prorogare, in effectu jubet prætor se fieri Judicem in ea causa: quod Opin. leg. Julia erat prohibitum, l. sed et si in verum §. 1. sup. de recept. arbit. l. 4. infra; de tutoribus & curatoribus datus ab his l. fin. supra, de offic. Prætor. l. præſes 9. sup. de offic. præſid. Unde lege * prohibente, meritos nulla acquiritur jurisdictione metum inferenti. non

non dubium, Cod. de legibus. Quinimò & si non Ju-
 53 dex* sed alius, inferat metum alicui, ut consentiat
 in Judicem, etiam non valebit prorogatio, l. si qui
 ex consensu juncta glossa fin. Cod. de Episc. p. audient.
 54 & est ratio: quia Prætor ratum postea habens,
 perinde est: ac si à principio mandasset, l. fin. Cod.
 ad Macedon. & sic adhuc militat ratio, de qua sup.
 55 Item* prætor promittit, se per metum gesta rata
 non habiturum, l. 1. supra, quod metus causa: adeo
 quod postea in judicio magis declaretur per metum
 gesta à principio per prætorem non fuisse rata:
 quam quod de novo rescindatur, Bart. l. metum §.
 volenti num. 2. supra quod metu causa. Si igitur prædi-
 cta rata haberet, esset sibi contrarius: si autem illa
 rata non habeat: nolente non potuit quæri ulla ju-
 risd. juxta tractata per Panormit. dict. cap. P. & G. n.
 22. Et hinc procedit, quod tradit Panorm. d. c. P. &
 56 G. in fine, quod si judicia agitata per tyrannum nihil
 valent, suppletum, vel per officiales ab eo crea-
 tos, Bart. ir. et. de tyrann. n. 16. Panorm. cap. Abbas
 à n. 12. de his que vi, Ruyn. consi. 105. nu. 1. lib. sed
 57 extra prædictos* terminos, gesta per metum Judi-
 cis jurisdictionem habentis, mero jure valent, &
 veniunt rescindenda, l. 3. §. final. supra, quod metus
 58 causa, nam tunc* cessant rationes supra assignatæ.
 Similiter si Judex cogat partem litem contestari,
 vel quid simile facere, valebunt mero jure, quia
 cessant prædictæ rationes, & in specie probat. l. in-
 terdum, infra, quod falso tutor. auctore. & post Angel.
 resolvit Jacobin. l. 2. in princ. nu. 11. infra eodem.
 Et hæc de primo requisito.

59 Succedit igitur secundò* principale requisitum,
 quod ultra consensum partium requiritur, quod il-
 le subjiciatur se Judici: ut clarè probatis text. & sic
 60 prorogare, & se subjicere, differunt, * ut post Bald.
 tradit. Decim. lib. crim. cap. 23. nu. 16. Videndum
 61 igitur est per quos actus* partes videantur se Judici
 subjicere: In quo articulo duæ reperiuntur opinio-
 nes contrariæ Prima* est: quod partes videantur se
 62 subjicere* Judici litem coram eo contestando, &
 hanc opinionem sentit gloss. 1. hic in principio:
 quam probant Alb. n. 2. Bald. l. et. nu. 4. neque
 improbat Curt. Jun. n. 17. & eandem opinionem
 probat gl. 2. l. si convenerit, supra, de jurisd. omnium
 63 judicium & gloss. final. in fine: l. si per errorem eodem ti-
 tulo, & esse receptam opinionem asserit Fulgos. l.
 1. nu. 2. Codic. de jurisd. omnium judicium & l. sed et si
 suscepit n. 1. infra eodem, idem asserit Marian. d. c.
 significalli, num. 47. Et ita etiam in effectu resolvit
 Imol. d. c. P. & G. nu. 102. & latè confirmat Cor-
 64 neus, cons. 209. n. 2. lib. 2.

64 Secunda* opinio contraria est, quod tunc par-
 tes videntur se subjicere Judici, quando coram eo
 se presentant, tanquam subditi ejus jurisdictioni:
 quam opinionem retulit gloss. 2. dicta l. si convenerit,
 & ibi probat Alex. num. 6. Dec. n. 13. Et asserit re-
 ceptum Curt. Jun. hic n. 17. Jac. n. 5. & tanquam
 receptum defendit Felin. c. 1. nu. 6. ad med. & ibi
 Rip. n. 52. de Judiciis, & extollit Matthæis, sing. 107.
 Anton de Matthæis de prorogatione jurisd. n. 12. & hæc
 65 secunda* opinio sine dubio verior est: ex verbis
 hujus text. & dicta l. si convenerit in 2. part.

66 Neque admittenda* est concordia Angel. dicta
 l. sed et si suscepit, n. 1. infra eodem & Ripæ c. 1. n.
 49. de judic. Quod si Judex cujus prorogatur juris-
 dictio, sit omninò incompetens, & partes coram
 eo nihilominus se præsentant: tanquam coram
 suo Judice, necessaria est litis contestatio, ut par-
 tes videantur se illi subjicere: si autem sit mero jure
 competens, & tamen ejus jurisdictio elidi possit:

tunc sufficet coram eo se præsentare, tanquam co-
 ram suo Judice.

Nam verius est, quod* et si Judex sit omninò in-
 67 competens, tamen ut partes illi videantur se subji-
 cere, satis est, quod coram eo se præsentent tanquam
 coram suo Judice: ut probat Aretin. c. 1. n. 7. de Jud.
 Villalobos in arario communium lit. 1. nu. 273. Nam* 68
 per quemcumque actum per quem aliquid petant,
 vel agant coram eo tanquam suo Judice, videntur se
 illius jurisdictioni subjicere, Paul. Castrens. conf. 313.
 nu. 1. ad fin. lib. 1. & Menoch. de præf. 19. nu. 6. Et
 ideo* si coram prædicto Judice proponatur exceptio
 69 dilatoria ad impediendum cursum litis: satis illi se vi-
 detur subjicere. Bart. dict. l. si convenerit, n. 9. & ibi
 Jas. n. 33. Bart. l. quidem consulebat, n. 9. infra de re
 jud. Felin. cap. inter Monasterium n. 4. de re jud. Beron.
 consi. 14. n. 10. lib. 3. quicquid controvertat Ant.
 de Matth. de prorogatione jurisd. n. 12. vers. adde, un-
 de merito Ancharan. consi. 192. n. 5. tradit tunc in
 hac materia* necessarium esse litis contestationem: 70
 quando nullus alius præcessit actus: per quem partes
 videantur se Judici subjicere: quod ita consuevisti-
 ne observari asserit Guido Papæ decif. 77. & probat
 ordinatio Portugalliæ, lib. 3. tit. 37. §. penult. que
 hodie est lib. 3. tit. 49. §. 2. nova recopilationis. Quæ
 * adeo vera sunt, ut licet Judex sit absens, & tamen 71
 partes ab eo aliquid petant, tanquam à Judice, vel
 quid aliud faciant, per quod ejus jurisdictioni vi-
 deantur se subjicere procedant, supra tradita, Bart.
 l. quidam consulebat. n. 9. infra, de re judicata, quicquid
 Jacobin. hic n. 5. asserat receptum, quod* saltem 72
 hoc casu necessaria sit litis contestatio; quæ tamen
 debent limitari, nisi ex jussu Judicis pars aliquem
 actum faciat neque enim per eum videtur se subji-
 cere, vel in eum consentire, Ferr. d. l. si convenerint,
 n. 2. quem probat Hipolyt. l. si quis ne questio n. 27. inf.
 de questio. & latius comprobatur Azevedus lib. 1. tit.
 5. lib. 4. recopilationis à n. 24. Unde* generaliter re- 73
 ceptum est, quod per factum ex necessitate factum,
 non inducitur prorogatio, auct. offeratur & ibi Bald.
 n. Cod. de litis contestatione, A gel. l. sed et si suscepit in
 princip. n. 2. infra, eodem: Curt. Jun. in rub. n. 17. Cod.
 de eund. Menoch. de præsum. lib. 2. p. sumpt. 19. n. 1.

Ad complementum autem istius* requisiti viden 74
 dum est: quid operetur subjectio partis in hac ma-
 teria? & est dicendum id operari, quod partes non
 possunt per poenitentiam recedere à prorogatione:
 nam cum subjiciendo se Judici, illius fuerint effecti
 subditi, non est amplius in potestate partium ab hoc
 recedere, cap. quod semel de reg. jur. in 6. l. id quod no-
 strum, inf. de reg. jur. Et hæc est vera explicatio istius
 quæstio, quamvis alias referat Curt. Jun. hic nu. 17.
 Ripa cap. 1. n. 48. de Judiciis.

Ex ista explicazione* colligitur, notabilis declara- 75
 tio ad nostrum text. ut dum probat ad prorogatio-
 nem inducendam: requiri partium consensum, & sub-
 jectionem: id ex eo procedat: quod* prout in cor- 76
 poralibus ex sola conventionione, non transfertur do-
 minium l. traditionib. Cod. de pact. ita etiam* in cor- 77
 poralibus ad transferendum jus non sufficit solus
 consensus: sed requiratur aliquid aliud quod videat-
 ur subire locum traditionis, l. 3. §. dare, sup. de usufr.
 l. penult. supra, de servit. gloss. recept. l. 2. Cod. ad. &
 oblig. Et ideo in* nostro text. requiritur etiam subje- 78
 ctio, ut quasi interveniente quadam traditione, pro-
 rogantes efficiantur subditi illius Judicis, quod ita in
 specie explicat Aretin. cap. 1. nu. 79. de jud. cui sub-
 scribunt Socin. dicta l. si convenerit, nu. 27. Alciat. l.
 penult. n. 5. Cod. de pact. & Roger. à Motab. n. 40. Et
 * in simili observat Guid. decif. 325. n. 1. Neque huic 79
 explicacioni

obstat argumentum Jason, dicta l. si convenerit, nu.
 1. in fine, quod in prorogatione, agitur de exten-
 denda jurisdictione, & ideo non est necessaria tradi-
 ditio, quia respondetur in nostro casu, prædictam
 extensionem fieri, ad personam non subjectam ju-
 risdictioni Judicis: Ut igitur hæc extensio plenè, &
 perfecte videatur facta: requiritur quod pars se sub-
 jiciat, & sic quod interveniat, quædam illius qua-
 si traditio, l. non distinguemur, §. dies, supra, de ve-
 cept. arbit. qua ratione etiam refelluntur objectio-
 nes, quas adversus Aretinam replicationem faciunt:
 Curt. Jun. hic n. 18. Ripa, cap. 1. n. 48. de Judic.

80 Sed quoniam* vera & perfecta explicatio istius
 articuli pendet ex vero intellectu, text. præcipui in
 hac materia. l. si convenerit, supra de jurisdictione
 omnium judicium, latius circa illius interpretationem
 insitemus. Text. ergo ille, duas habet partes* in
 prima probat, quod si aliqui conveniat, ut certus
 Judex de causa aliqua cognoscat: poterunt partes
 mutata voluntate, impunè à prædicto pacto rece-
 dere: Cui tamen conclusioni nimis videtur ob stare
 regula, cap. quod semel de regulis juris in 6. & l. si-
 cut Codic. de actio. & obligat. propter quam diffi-
 cultatem prima* pars, dicta l. si convenerit, varios pati-
 81 tur intellectus. Nam* Alciatus, lib. 2. Paradoxo cap.
 17. existimat text. esse intelligendum; quando con-
 sensu utriusque partis, à prima conventionione recedi-
 tur, hoc enim eis licebit: juxta reg. leg. 1. Codic.
 quando liceat ab empt. recedere, quam intellectum tacito
 auctore sibi arrogat Coraf. libr. 4. Misc. c. 5. &
 scribit Cov. cap. quamvis pactum de pactis in 61. parte
 §. 4. num. 7. qui quidem intellectus non est novus.
 Nam illius meminit Alb. dict. l. si convenerit in prin-
 cip. Dec. l. penult. num. 18. Cod. de pact. & c. 1. in 1.
 lect. num. 19. & ibi Beronius. num. 148. de judic.

82 Sed is intellectus omninò* rejiciendus est, quia
 ex dicta l. si convenerit in fine, aperte colligitur,
 quod si una ex partibus poenituerit, non compelle-
 83 tur stare conventioni: & ideo Dec. d. l. si conve-
 nerit principio existimat, speciale esse: in pacto de
 prorogando jurisdictionem, quod quælibet pars
 possit ab eo recedere poenitendo quod etiam Jason.
 ibi n. 1. Curt. Jun. hic n. 17. Ripa n. 10. & tradunt
 hunc intellectum tanquam receptum: pro constanti
 præsupponit Dec. c. 1. in 4. lect. n. 18. & ibi Rip. n.
 48. de judic. Jason. Dec. & Curt. Jun. l. penult. Cod. de
 pact. Et ante omnes hunc intellectum assignavit Cy-
 nus. l. si qui ex consensu, n. 9. Codic. de Episcop. audient.
 eam reddens rationem, nè aliàs pars coram Judice
 fortè suspecto, litigare cogatur: & subscribit Joan.
 And. in addit. ad Speculum t. de comp. jud. adit. §. i. n. 19.

85 Sed* etiam is intellectus non placet, quia refu-
 86 gium est* miserorum, recurrere ad specialia, gloss.
 1. l. filium quem habentem Codic. familia heriscunda.
 87 Quare Bart. d. l. si convenerit, nu. 1. & ibi Alber. in
 principio existimat, in eo text. nullum speciale con-
 88 tineri: sed procedere juxta regulam* generalem,
 quod jure civili ex pacto nudo non datur actio. l.
 jurigentium, §. nulla, sup. de pactis, & ob id nullum
 cogendum esse, stare nudo pacto de prorogando.
 subscribit Ant. c. 1. nu. 37. de judic. Imol. cap. signifi-
 cantibus, n. 25. & c. P. & G. n. 105. de offic. delegati,
 Marian. cap. significasti, n. 46. de foro competentis, &
 eundem videtur approbare Card. col. 2. Imol. n. 31.
 & Panormit. n. 19. c. 1. de judic. dum receduntur
 n. 2. intellectu supra relato, quod ita speciale in pa-
 cto de prorogando, ut in eo lit. licita poenitentia: &
 pro hoc intellectu possunt expendi verba, dicta l. si
 convenerit (proculdubio) significat enim, textum il-
 lum procedere, secundum communes, & ordina-
 rias juris civilis regulas.

Et ex* hoc ultimo intellectu magis communi-
 ter recepto, aperte colligitur labi Doctores com-
 muniter, dum dicunt, quod in terminis d. l. si con-
 venerit, licitum sit partibus poenitere: quia cum
 ibi agatur de nuda partium conventionione, non po-
 test tractari de poenitentia partium: quia illi tantum
 * locus est in contractibus innominatis correcepti-
 90 vis, qui ex se producant actionem, l. naturalis, ff. de
 præsc. verbis, & tamen re integra in illis locus est
 poenitentia, l. si pecuniam supra de condit. ob causam,
 sed in pactis nudis cum non nascatur actio, non po-
 test tractari de poenitentia, gloss. l. si cum fundum sup.
 de pactis. Non est igitur dicendum in terminis, d. l.
 si convenerit, licitum esse partibus poenitere, sed po-
 tius quod non sunt compellendæ partes illi conven-
 tioni stare, d. §. igitur nuda, quod aperte colligitur
 ex verbis d. l. si convenerit.

Unde* inferitur, quod si ille, cui pactum fuit fa-
 91 ctum de prorogando, non ex observantia pacti, ali-
 quod damnum incurrat per actionem de dolo, illud
 ab adversario recuperabit. Nam cum vera ratio d.
 l. si convenerit, in eo consistat, quod* ibi agatur de
 92 pacto nudo, succedit celebris regula in materia pa-
 cti nudi, quod licet ex illo non nascatur actio, d. §.
 igitur nuda, tamen si ille, cui pactum non observa-
 tur, aliquod damnum incurrit, competit ei in sub-
 sidium actio de dolo, per quam damnum illud re-
 cuperabit ab eo, qui pactum non servavit, leg. &
 eleganter, §. servus passionis, supra de dolo, per quam
 hanc declarationem ad d. l. si convenerit assignavit
 Panormit. c. 1. n. 19. in fine, de judic. cum quo alii
 transeant, & esse receptum asserit Ant. de Matth.
 de prorogatione jurisd. n. 12. vers. si vero de promissio-
 nis: Quamvis Ripa. dic. c. 1. n. 55. de jud. falso asserat
 Doct. communiter contrarium sentire, addendo ta-
 93 men, quod* hoc casu observantia pacti, non est
 causa immediata dandi actionem de dolo, sed po-
 tius damnum incursum in proprio matrimonio pro-
 pter non observantiam prædicti pacti, ut observat
 Bart. d. §. servus passionis in fine Dec. cap. 1. in 2. lect.
 col. 10. in princip. de judic. ac proinde in terminis
 dict. l. si convenerit, ille, cui non observatur pactum
 * de prorogando, tantum recuperat expensas, quas 94
 fecit propter prædictum pactum: non autem obti-
 nebit interesse, quod propterea, quod pacifcens
 non observavit pactum, probabiliter prætere-
 poterat, ut advertit Socinus d. l. si convenerit, n. 22.
 & ibi Dec. n. 10. licet Jason. ibidem, nu. 28. & Ripa.
 dict. c. 1. n. 55. de judic. id non satis perceperint.

Inferitur etiam, quod cum* certum sit, quod quam-
 95 vis pactum nudum non producat actionem, tamen
 pariat exceptionem d. §. igitur nuda, utique in* ter-
 96 minis d. l. si convenerit, nulla ex partibus cogetur
 stare prædictæ conventioni, & tamen propter pactum
 excipere poterit: Exemplum habes, l. penult. C.
 de pactis. nam in eo casu Judex mero jure habebit
 jurisdictionem in pacifcentes, & tamen propter pactum
 privilegium poterat declinari ejus jurisdictione per partes, ut
 intellexit Fulgos. l. si quis in conscribendo, n. 5. Cod. de
 Episcop. & Cleric. Imol. cap. significantibus, n. 24. de of-
 fic. delegati, §. sic. l. si per errorem 1. lect. n. 1. sup. de
 jurisd. omnium judicium. Poterit igitur unus ex pacif-
 centibus convenire alterum coram Judice mero ju-
 re competente, & si illi opponat privilegium, po-
 terit excipere, sive replicare de pacto, quod licet
 non producat actionem, parit tamen exceptio-
 nem & replicationem dict. §. igitur nuda: id
 quod in terminis videtur præbare text. cap. di-
 lecti, de foro competentis, junctis traditis per Ale-
 xand. d. l. si convenerit, numero 15. ad finem, & * 97
 hoc

hoc etiam modo procedit. *c. 1. de judic.* Nam in eo text. Concilium Africanum erat merito iure competens adversum illum Episcopum nomine. Quodvis tamen, ut ibi per glo. 3. quia alias propter contumaciam non posset Concilium eum excommunicare. Si igitur prædictus Episcopus, qui promisit respondere in Concilio, propter aliquod privilegium declinavit Concilii iuris, tamen ope replicationis cogendus esse in Concilio respondere iuxta supra tradita, & ideo quia illatenus recessit, merito tanquam contumax potuit, excommunicari, ut est de mente Panormi. *d. c. 1. nu. 17. & ibi Dec. 1. lect. n. 17. Beroius, n. 142. Felin. cap. dilecti col. fin. de foro compet. Alex. d. l. si convenerit, nu. 8. & dicit verum, & communem intellectum Jac. hic n. 5. & d. l. si convenerit, 1. lect. n. 5. quicquid Ripa, dicit. cap. 1. n. 50. asserit Doct. communiter aliter eam text. intelligere.*

98 Uterius ex prædictis infertur, partes * non posse renuntiare dispositioni *d. l. si convenerit*. nam cum in eo fundatur, quod ex pacto nudo non datur actio, possunt partes efficere suo consensu ut ex pacto nudo datur actio *l. nemo potest infra de leg. 1. & resolvit Badingel. in rub. n. 23. infra de verb. oblig. rone. Alciat. l. penult. nu. 52. Cod. de pactis, & in specie (licet de diversa ratione) probat Bald. c. P. & G. n. 9. de offic. delegati, & subscribit Dec. l. penult. nu. 19. & ibi Alciat. n. 7. Codic. de pactis Corne. conf. 209. n. 19. & n. 23. lib. 2. quicquid dispositioni, dicit. *l. si convenerit*, renunciari posse, tenet Albe. dicit. *l. si convenerit, n. final.* quem ibi sequitur Zafius, n. 20. Jafin. penult. n. 11. Codic. de pactis.*

99 Præterea & ex * prædictis infertur, quod si in terminis, dicit. *l. si convenerit*, pacto nudo fuisset subiecta stipulatio, propter stipulationem cogentur partes stare conventioni, *l. c. pacto, Codic. de verum permittat. & ita Bart. d. l. convenerit, n. 4. & ibi Ab. n. 2. Panormitan. c. 1. n. 19. in fin. & ibi Dec. 1. lect. n. 20. & 2. lect. n. 10. de judic. quamvis d non satis perceperit Covar. cap. quamvis pactum d. pact. in 6. l. part. §. 4. n. 7. Non autem intelligas stipulationem subiectam pacto, inducere prorogationem ut male intelligit Curt. Jun. hic n. 10. quia aliud est*

100 pactum de prorogando, aliud prorogatio * *l. in bona fidei supra, de eo quod certo loco, & in specie probat. l. non distinquamus §. dies. supra, de recept. arbit.* Melius * ergo dicitur, quod propter stimulationem cogentur partes prorogare, & si non fecerint, tenentur ad interesse, juxta regulam *l. stipulationes non dividuntur, §. celsus infra, de verborum obligat. tradit. Bart. dicit. l. si convenerit, nu. 4. imol. cap. significantibus n. 25. de officio delegati, & dicit receptam Ripa, cap. 1. n. 55. de judic.*

102 Ubi cavendum * est à Petro, & Cyno. n. 9. l. si qui ex consensu, Cod. de Episcopali audien. & à Joan. Andr. in additio. an Speculum, tit. de iudicis competen. additio §. 1. n. 19. Andr. Sicul. c. 1. num. 122. & ibi Dec. 1. lect. n. 20. de iudic. Jafin. d. l. si convenerit, n. 18. Socin. in rub. col. penult. & ibi Jacob. nigr. n. 178. infra, de verborum obligat. dum dicunt: quod si in terminis, *d. l. si convenerit*, pacto subiecta, sit stipulatio, si illud non observetur: non ob id obediens tenebitur ad interesse, vel ad poenam promissam; quia cum, *d. l. si convenerit*, permittat partes poenitere posse, quod sit lege permittente, poenam non meretur. *l. Crachus. Cod. de adulter.* Neque advertunt, *l. si convenerit*, non procedere, si pacto sit subiecta stipulatio, nam tunc partes poenitere non possunt, *l. ex pacto, Cod. de verum permittente, & supra dictum est: & sic cessat * eorum ratio: quare*

103 & interesse & poena promissa, hoc casu peti pote-

runt, *l. si pacto quo poenam. Colic. de pactis*, quinimo non solum illa peti poterunt in domicilio illius, qui stipulationi non paruit: sed etiam coram Judice, cujus promissor tenebatur jurisdictionem prorogare. Et est ratio, quia prout ratione stipulationis principalis, promissor poterat conveniri coram prædicto Judice, ut satisfacere promissioni, & sic prorogare ejus jurisdictionem, ita etiam poterit conveniri coram eodem Judice ratione interesse: quod debet: quia promissioni non satisfacit, *l. eum qui ad. gloss. 1. inf. eodem, l. in bona fidei, infra, de eo, quod certo loco, tradit Aretinus, conf. 89. col. 2. Dec. l. si convenerit, nu. 11.* Et ita in terminis per prædictam rationem, concludunt Gailiel. & Alb. hic n. 2. Jacobin. 5. in fine Ant. c. 1. n. 39. & ibi Panormi. n. 20. Dec. 1. lect. n. 22. de judic. Imol. d. c. P. & G. num. 106. Ant. Matth. de prorogatione juris. n. 12.

Contrariam tamen * opinionem, probat Marian. 104 d. c. cap. significasti, nu. 46. de foro competenti. Anir. Sicul. c. 1. n. 123. & ibi Rip. n. 56. Beroius, n. 79. de judic. ea ratione: quia non secuta prorogatione, ille Judex remanet omnino incompetens. Unde coram eo nihil peti potest: sed facile respondetur: quod prout Judex respectu promissionis de prorogando, erat competens ad cogendum partes prorogare, ut dictum est, ita etiam remanebit competens, respectu secundariæ obligationis ad interesse: quia * eas non paruit promissioni, nam in obligationibus facti, si factum non præstetur, illius loco succedit obligatio ad * interesse, *l. si quis ab alio. §. 106 fi. infra, de re judicat.* quæ obligatio recipit per omnia naturam obligationis principalis. *B. v. l. stipulationes non dividuntur, n. 40. infra, de verbor. obligat.* ergo etiam quoad forum, ut dictum est: Præterea * 107 qui promittit factum, non potest præcisè compelli ad illud præstandum: sed solvendo interest se liberatur, *l. si stipulationes, non dividuntur, §. Celsus, infra, de verb. obligat.* Et sic * qui promittit factum, virtutem videri promittere interesse, si factum non præstetur. *Imol. d. c. P. & G. n. 106.* Ergo ubi pro facto conveniri poterat, poterit etiam conveniri pro interesse: ac tunc promissio, *l. 1. supra, de eo, quod certo loco.*

Unde à cessante ratione * videtur inferri, quod si poena certa promissa sit, si factum non præstetur: *juxta l. fin. infra, de prator. stipula. & §. fin. Institut. de verb. obligat.* non poterit hæc poena peti coram Judice, cujus proroganda fuerat * jurisdictio, quia 110 nullibi probatur, hanc poenam succedere loco facti promissu, neque illius naturam sortiri, imò per se consideratur, tanquam quid diversum à facto principali promisso, & ita Decius c. 1. in 1. lectura, nu. 22. de judic. Et quamvis Imola, ibi n. 31. & Ripa, n. 56. Marian. dicto cap. significasti, n. 46. Socinus, dicit. *l. si convenerit, n. 29.*

Exstiment, imò poenam coram * prædicto Judice 111 peti posse: tamen opinio Decii verior est, nam interesse loco facti subrogatur: & ideo peti potest in loco in quo factum principale erat præstandum. *l. 1. supra, de eo, quod certo loco, & tamen * in poena promissa contrarium observatur: neque enim illa peti potest in loco; quo factum erat implendum, nisi id clarè fuerit expressum, ut resolvit Alexand. l. si ita, stipulatus, §. Obrysgonus, n. 17. infra, de verb. oblig. ubi * Barolus, nu. 4. Idem sentit: *facit l. qui fundum junct. gloss. supra, de contrahend. emptione.* Ex quibus collat quantum ab scopo in hoc articulo aberraverit, Beroius, cap. 1. n. 180. de judic. dum existimat coram Judice, cujus proroganda fuerat jurisdictio, facilius peti posse * poenam promissam quam in interesse. 112*

Ultimò ex supra traditis consequitur, non esse veram traditionem Anchara, conf. 192. nu. 8. And. Sicul. cap. 1.

cap. 1. n. 107. & ibi Felin. num. 6. Decius 1. lectura, nu. 23. de judic. Idem Dec. l. penult. n. 9. Colic. de pactis. Jafin. dicta l. si convenerit, nu. 7. Alex. consil. 89. n. 4. lib. 7. Guid. Papa, decis. 77. Jafredus Balbus decis. 48. Covarruv. dicit. cap. Quamvis pactum, §. 1. n. 4. & 7. & in rubrica detestamentis, 2. parte nu. 9. Antonius de Matthæis. de prorogat. juris. n. 12. dum dicunt, quod si pacto de prorogando additum sit juramentum, statim acquiritur jurisdictio illi, cujus 115 proroganda erat jurisdictio & quidem * irrevocabiliter; nam id verum esse non potest ex supra traditis, & quia ex solo consensu partium, non acquiritur jurisdictio, nisi etiam interveniat partium subiectio ut probat is text. & statim dicemus, unde verius prædicti docuissent, quod propter juramentum 116 partes non poterunt à promissio * recedere, sed cogentur præcisè illud adimplere, juxta doctrinam gl. receptæ *l. si pecuniam verb. necesse, supra, de cond. ob causam*, quod in terminis sentit Angelus. *d. l. si convenerit, nu. 1. Imola dicto cap. significantibus. n. 35. de offic. delegati Jacobinus, hic num. 8. Alciatus l. penult. n. 9. Cod. de pactis. Franciscus Marcus, de iurisdictione 544. num. 1. lib. 2. Quinimò * Anton. cap. 1. nu. 40. & ibi Panormitan. nu. 21. de judic. contendunt in specie dicit. *l. si convenerit*, licere partibus poenitere, non obstante juramento: Sed * vera resolutio est: quod si pactum de prorogando vallatum sit stipulatione, promittens cum juramento prorogare præcisè cogetur illud adimplere, juxta receptam doctrinam gloss. dicta *l. si pecuniam verb. necesse*, si autem * solum pactum nudum * interpositum sit cum juramento, quid juris si pendet à traditis per Bart. *l. si quis pro eo, n. 3. infra, de sit. jussor.* dum tractat, utrum per juramentum vestiatum pactum nudum, ita ut ex eo detur actio, & hæc de prima conclusione dictæ *l. si convenerit*.*

120 Succedit * igitur secunda principalis conclusio, *d. l. convenerit*, ibi (*prinquam adicitur*) nam per argumentum à contrario * sensu videtur probare, quod si post pactum de prorogando, aditus sit Judex, non possunt partes poenitere, neque ab eo recedere, quia adeundo Judicem videtur in eum consentire: & præterea illi se subijcere. Unde efficax resolutio prorogatio: ut probat nosler text. & supra diximus, & est advertendum quod *d. l. si convenerit*, 121 in hac secunda * parte tantum requirit, quod Judex adeatur: quare si partes coram Judice dicant, se illius prorogare juris. hoc inducet efficacem prorogationem, notat Jafred. Bald. decis. 48. ac ita non est necesse quod coram illo lis contestetur, ut supra probavimus, Quod si Judex non fuit aditus sed intervenit solus consensus partium, non inducitur efficax prorogatio: sed procedet prima pars dictæ 122 *l. si convenerit*: Ex quibus constat, non satis * aptè fuisse locutus in hac materia, *Imola d. c. P. & G. n. 112. Socinus dicta l. si convenerit, n. 27. & ibi Jac. 1. lect. col. fin. Corne. conf. 209. nu. 23. lib. 2.* dum dicunt, quod propter pactum de prorogando statim acquiritur jurisdictio Judici revocabiliter, tamen donec coram eo lis contestetur, nam cum ante Judicis additionem, non interveniat subiectio, seu quasi traditio, nec revocabiliter, nec irrevocabiliter potest vi teri prorogata jurisdictio illius Judicis, cujus jurisdictio veniebat proroganda: quod colligitur ex Salycet. l. 1. n. 4. Codic. de iurisdictione omnium iudicum, Ant. cap. 1. n. 39. & ibi Aret. n. 72. de judic. neque 124 * etiam aptè in hac materia locutus est Guid. Papa, decis. 37. quod si partes dicant subijcere se Judici, ex hoc inducatur efficax prorogatio: nam solo dicto non inducitur quasi traditio *arg. l. tradit. Cod. de pa-*

dis. Oportet igitur partes adivisse Judicem: & postea prædicta verba protulisse.

Præterea * & ex supra dictis constat, non esse verum, quod tradunt Alex. dicta *l. si convenerit, n. 6. & ibi Socinus n. 4. Jafin. n. 22. Dec. n. 15. Jafin. l. pen. n. 2. C. de pact. Felin. c. 1. n. 7. & ibi Dec. 1. lect. n. 21. de judic. Castelia in memorabilibus verbo prorogatio, & Decianus lib. 4. criminal. cap. 23. n. 16. quod si partes constentur aliquem esse suum judicem, ex hac sola confessione, jurisdictio ei revocabiliter videtur quærita: adducentes Bald. *l. si pater n. 1. Cod. ne de statu defuncto.* quod & tradit Decianus lib. 4. criminal. cap. 23. n. 16. in fine. Id enim esse verum non potest ex supra traditis: Cum enim tunc nulla intervenerit quasi traditio partium: per solam confessionem, nullo modo potuit prorogari jurisdictio. Nam simpliciter confessio, ut * simplex cognitio, non habet vim traditionis, vel quasi, ut probat Dec. *l. traditionibus, nu. 6. Cod. de pactis.* * & ita in terminis contra prædictos tenet Socin. consil. 108. n. 20. lib. 4. Quinimò videtur, quod nec illa confessio obligat consentientes ad prorogandum, quia lateri, quem esse meum judicem competentem, qui re vera non est, non est prorogare velle jurisdictionem, sed magis * 128 errare: quæ erronea confessio nihil nocere, vel operari solet, *l. cum falsa, Cod. de juris, & facti ignorantia.* quod ita in specie post Socinum probat Maranta in praxi 4. parte 12. distinctione juris. n. 7. pag. 277.*

Neque contradicit * traditio Baldi *d. l. si pariter*, 129 n. 1. Cod. ne de statu defuncto quia loquitur in non subdito, qui ex certa scientia confitetur coram Judice, illum esse suum judicem, nam in his terminis certa scientia excludit errorem, & * confessio illa facta in præsentia judicis habetur pro subjectione, *Mabesil. sing. 107.* Et ideo efficax * inducitur prorogatio: sed 130 in dubio magis præsumetur error, *d. l. cum falsa & tradit in specie Jac. l. si per errorem, 1. lectura n. 12. supra de iurisdictione omn. iudic.* Et hæc de 2. requisito principali prorogationis.

Sequitur tertium principale requisitum, quod in personis Ecclesiasticis ad * validitatem prorogationis requiritur, quod facta sit cum consensu, sive licentia proprii Episcopi, aliàs nihil valebit prorogatio, gloss. 1. hic per te textum expressum. c. significasti, de foro competenti. Quoniam autem text. ille est de principalioribus in materia prorogationis latius, circa illius interpretationem insitemus.

Ex * illo igitur text. prima sit conclusio: Laici 131 possunt prorogare jurisdictionem judicis Ecclesiastici. Nam cum *d. cap. significasti*, proponat regulam, quod quilibet prorogare jurisdictionem alterius judicis, & ab hac regula excipiat Clericum, qui non potest prorogare juris. judicis secularis: ergo clarè sentit, secundum regulam, secularem posse prorogare judicis Ecclesiastici jurisdictionem, & in specie probat, *l. si qui ex consensu. Cod. de Episcopali audien.* Et tanquam receptum tradit Boërius. decis. 65. n. 5. Octav. decis. 78. n. 2. & Ant. Natta consil. 413. n. lib. 2. Et est ratio hujus differentie: quia licet secularis * sit incapax cognoscendi de causis spiritualibus, vel Ecclesiasticis. cap. 2. de judic. Tamen Clericus capax est * jurisdictionis secularis ut per 132 Oldrad. consil. 83. n. 7. & ideo secularis potest illius prorogare jurisdictionem.

Et est expendendum dict. cap. significasti, probare id etiam iure Canonico permittum esse, ut ibi notat Marian. n. 40. quicquid Ant. ibi nu. 9. Panormitan. n. 15. contrarium videantur sentire, allegando text. cap. per venerabilem, §. insuper, qui sicut legimus: qui tamen * loquitur in legitimatione spurci, que specialiter

cialiter referuata est Principi, in signum supremæ potestatis auct. quib. modis naturales efficiantur sui, §. si. col. 7. Et * ideo in eo laicus non potest prorogare jurisdictionem Ecclesiasticam, neq; e contra, ut advertit Alex. l. 1. §. & post operis, n. 20. inf. de novi operis nunt. Cap. decis. 9. n. 4. & n. 14. notab. Boffius in praxi tractat. de Principe n. 261. Sed extra hunc casum prædicta ratione speciali nitentem secularis bene potest prorogare jurisdictionem Ecclesiasticam, ut in notab. tradit Franciscus Marcus decis. 544. in 2. part.

138 Neque * etiam prædictæ conclusioni repugnat tex. cap. ex tenore de foro competenti, quia in eo laicus conventus non volebat prorogare jurisdictionem Ecclesiasticam, imò volebat coram eo responderi: & ideo cessante prorogatione, merito remittitur ad suum Judicem, hoc est, dominum temporalem, ut ibi explicat Panorm. nu. 3. Quamvis ad illum text. alios intellectus, & minus probabiles referat Afflicti, cap. Imp. §. præterea si inter duos, num. 28. de prohibiti. feudi alienat. per Federicum.

139 In * Regno sanè Portugalliæ prohibitum est nè latius proroget jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, Ordinari, lib. 2. tit. 1. §. fin. quæ hodie est lib. 12. tit. 1. §. 4. novæ recopilationis: quod etiam * & consuetudine generali observari in Regno Franciæ, asserit Guil. cap. Rainutius verb. & uxorem, decis. 2. n. 53. Aufrelius tract. de potestate Ecclesiæ super laicos, quæst. 143 1. & idem * etiam observari in Regno Navarriæ asserit Navarrus, cons. 51. n. 4. sub rubr. de sentent. excommunicat. & ibi num. 5. defendit eas Leges, & consuetudines optimo jure fuisse inductas.

142 Quod * sane intelligendum est, quando hæc prohibitio facta est per Principem supremum non recognoscensentem superiorem, ut probat text. l. 2. §. si est Judex, infra eodem, & tradunt Bald. cap. Imperialem, §. præterea inter duos, n. 19. & ibi Præpositus, col. 3. de prohib. feudi alienation. per Federicum & in verminis Octav. decis. Pedemont. 31. n. 7. Nam si fuerit inferior à Principe, & qui recognoscat superiorem, prædictam * inhibitionem facere non potest: neque enim subditis suis potest tollere difficultatem sibi per legem concessam, quam ipse derogare non potest, ex nostro text. & dicto cap. significasti, in principio, adjuncta regula l. si constante, in fine Cod. de donat. ante nuptias & l. si arrogator in fine supra de adoption. & expressè probat Alb. hic n. 4. in fine Panorm. dict. cap. P. & G. n. 19. & ibi Imol. n. 97. Panorm. dicto cap. significasti, n. 7. Alex. l. 1. §. & post operis, n. 23. inf. novi operis nuntiat. Capicium dec. 9. n. 2. quidquid repugnent Marianus. dicto cap. significasti n. 45. Boerius decis. 214. n. 2.

Ex quibus dubia redduntur ea, quæ in materia tradunt Afflict. decisione 155. n. 6. Octavianus decis. 78. in fine Freccia de subfeudis lib. 2. tit. de auctoritate, & potestate Baronis 10. auctoritate, pag. 265. Dum * dicunt, Barones posse inhibere vasallos, ne alterius jurisdictionem prorogent: & ante eos sentit Bald. cap. Imperialem §. præterea si inter duos nu. 19. & ibi Præpositus, col. 3. de prohibitione feudi alienat. per Federicum Ursillus ad Afflict. decisione 155. à n. 3. & in additione ad decisionem 265. n. 39. Quinimò idem Bald. l. decernimus n. 2. in fine Codice de Sacrosanct. Ecclesiis, existimat, † vasallos non ratione feudi, sed tantum ratione obedientiæ, & fidelitatis non posse prorogare alterius jurisdictionem invito domino, & subscribit Afflict. dicto §. præterea si inter duos, n. 28. & n. 29. Guil. cap. Rainutius, verb. & uxorem decisione 2. n. 14. & Vincentius de Franchis decisione 417. n. 2. in 2. parte. Idem enim manifestè ex supra traditis confunditur, solus enim Princeps supremus potest facere

prædictam inhibitionem, ut dictum est: & pariter venit rejiciendum id quod tradit Andreas de Ysernia 147 lib. 1. constit. rubr. 50. quod Imperator potest inhibere, nè vasalli super re quam ab eo tenent alterius prorogent jurisdictionem, sed vasallos ratione personarum, & non rerum: non potest inhibere, ne alterius prorogent jurisdictionem, verius enim est ex supra dictis Principem supremum, indistinctè posse facere prædictam inhibitionem. Sed inferior * à Principe non posse eam facere, etiam si propter prorogationem vasallorum, forsitan amittat sportulas, vel aliud lucrum speratum, ut contra Paulum dicto §. & post operis, n. 6. resolvit Alex. ibi, n. 30. Capit. decis. 9. nu. 12. & ante eos Imol. d. c. P. & G. n. 100. quicquid Paulum conetur defendere Claud. dict. §. & post operis, n. 11. & Octavian. dec. Pedemont. 78. n. 19. Similiter & pari ratione videntur conuere tradita per Guidonem * Papæ cons. 174. n. 149 1. & decis. 77. n. 1. quod si quis fuerit Judex perpetuus vasallorum, ut sunt Comites, & Barones, non possunt vasalli absque eorum consensu alterius prorogare jurisdictionem, allegant Bartol. dict. §. & post operis n. 8. qui post Jacob. de Aretin. id videtur sentire, quod & tenet Afflictus, decis. 265. n. 35. & lib. 1. cons. rub. 42. n. 30. Capic. decis. 9. à n. 3. Ursillus ad Afflict. decis. 155. à nu. 3. quod & sentiant relati per Sylva. cons. 25. n. 40. & per Menoch. cons. 340. n. 55. lib. 4. hæc enim * traditio manifestè ex supra dictis confunditur: neque Bart. dict. §. & post operis n. 8. contradicit, quia si bene ponderetur, in effectu recedit ab opinione Jac. de Aretin. & magis probat nostram resolutionem quam ibi defendit Alex. n. 15. & n. 20. Jason. nu. 11. & Imola dict. c. P. & G. nu. 71. Paul. l. penult. Cod. de pactis: Angel. Aret. §. idem juris n. 42. Inst. de except. Marian. dicto cap. significasti, n. 44. Maranta in pract. 4. parte 12. distinct. judicio, n. 19. & magis probat Specin. cons. 97. n. 2. lib. 3. quicquid existimet Vincentius de Franc. decis. 417. n. 2. in 2. parte: denique, & * 151 ex prædictis à fortiori veniunt rejicienda tradita per Bald. decernimus n. 2. in fine, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, quod vasalli ratione tantum obedientiæ, & fidelitatis, adhuc non possunt prorogare alterius jurisdictionem sine dominorum consensu, cui subscribunt supra jam allegati & ulterius Ursillus ab Afflictis, decis. 155. n. 3. Boer. decis. 114. nu. 4. Octavian. dec. Pedemont. 78. n. 13. & n. 17. & Amadeus à Ponte in questione quis sit Judex competens in causa feudali, pag. 62. id enim ex supra traditis manifestè confunditur, & in specie improbat Angel. Aretin. §. idem juris, n. 42. Inst. de except.

Sed nihilominus ad veram resolutionem hujus questionis, & articuli probanda videtur resolutio, quam posuit Folerius in 1. parte ad Constitutiones Neapolitanas in rubr. de officio justiciarii, n. 112. pag. 159. quod secundum communes traditiones in dict. §. post operis asserendum est subjectos * ratione jurisdictionis: vel etiam juramenti fidelitatis, posse prorogare jurisdictionem cuilibet Judicis sine dominorum consensu: quod & tradit Afflictus, lib. 1. constit. rub. 42. n. 30. Capic. decis. 9. n. 15. Maranta in pract. 4. parte 12. distinctio, judicio, num. 19.

Limitetur tamen * hæc generalis conclusio in duobus casibus. Primus sit, quando Princeps in investitura Baronum expressit clausulam, quod eis concedebat jurisdictionem privativè ad alios Judices, cum clausula irritanti, si aliter fiat: nam tunc propter investituram, & privilegium in ea contentum, non poterunt alii Judices de causis vasallorum cognoscere, etiam si vasalli velint prorogare eorum cognoscere:

jurisdictionem, argument. l. testamenta omnia, Codic. de testament. Imò si alii velint de causis vasallorum cognoscere: poterunt domini petere, ut ad se remittantur, ut tradit idem Folerius in practica crimin. nali. pag. 75. num. 65. Vnde * cum in Regno Neapolitano communiter concedantur Baronibus investituræ, cum prædictis causulis, in illis locum habeat hæc prima limitatio, quod privilegium Baronibus in Regno competere, & illis indistinctè observari asserit Vincent. de Franci, decisio 417. nu. 2. in 2. parte. Verius tamen * est Baronibus privilegium non observari tam ampla forma, quam verba privilegii videntur importare, ut asserit Caravita. in ritibus magna curia tit. 205. n. 3. & benefaciunt tradita per Anton. Natta cons. 614. à numero 7. lib. 3.

156 Secunda * limitatio sit, in vasallis ratione feudorum, hi enim non possunt prorogare alterius Judicis jurisdictionem absque dominorum directorem consensu, ne aliàs facile colluso in præjudicium dominorum committatur: cap. Imperialem. §. præterea, si inter de prohibiti. feudi alienat. per Federi. c. certum, de judi. cap. ex transmissa, & cap. ex parte de foro competenti, & ibi notat Panormitan. n. 7. tradit. Bart. hinc n. 1. Bald. l. 2. n. 4. Cod. de operis liberti: Angel. Aretin. §. idem juris, n. 42. Inst. de except. Afflict. decis. 265. Octavian. decisio. Pedemont. 78. n. 12. & n. 18. & ampliat notab. Boffius in praxi titul. de Principe, n. 261. Et ad hos terminos reducendi sunt Panormitan. cons. 3. n. 5. lib. 2. & Socin. cons. 87. n. 2. & consil. 99. num. 16. lib. 3. ex quibus notab. illationem facit Panorm. dicti cap. significasti, nu. 12.

157 Quæ * sanè intelligenda sunt, quando controversia movetur super feudo vel illius juribus: nam si super alia causa: recipiente feudum litis moveatur, juxta regulam generalem admittenda est prorogatio, ut explicat Jason. dict. §. & post operis nu. 13. Felin. dict. c. significasti, nu. 2. Andr. de Ysernia ad Constitut. Neapol. lib. 1. rub. 50. Capic. decis. 9. n. 8. Folerius ad ll. Regni titul. de offic. justitia. nu. 112. pag. 159. ampliando, ut per Alexand. cons. 1. n. 15. lib. 5. Et * merito quia proprietarius non cognoscit inter vasallos, nisi de tangentibus feudum, cap. Imperialem §. præterea, si inter duos de prohib. feudorum alienat. per Federic. Innocent. & Panormit. n. 13. capit. cæterum, de judic. & ibi Felin. n. 8. latè Menoch. cons. 2. num. 97. lib. 1. Quinimò * & quando agitur de feudo, vel ejus juribus, oportet dominum feudi contradicere prorogationi, nam si sciat, & taceat, valebit prorogatio etiam in domini præjudicium, juxta regul. l. penult. infra, de re judicat. & in specie sentit, cap. ex transmissa, de foro competenti tradit Bald. dict. §. si inter duos n. 19. & ibi Præposit. col. 3. Afflict. decis. 155. in fine, quicquid contrarium sentiat gloss. dicta §. præterea si inter (duos) contrarium defendat Andr. Siculus. dict. cap. P. & G. n. 92. Vtrum autem in * Regno Neapolitano domini vasallorum cognoscant de causis vasallorum Burgenfium. Videndi sunt Vincent. de Franc. decis. 417. num. 2. in 2. parte & Amadeus à Ponte in questione quis sit Judex competens in causa feudali, pag. 62.

161 Secunda principalis conclusio quæ deducitur ex dicto cap. significasti; ea est: quod * Secularis potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis sine consensu superioris: nam cum à regula solùm excipiat Clericum, clarè significat secularum posse prorogare indistinctè jurisdictionem alterius sine licentia sui superioris, notat post alios Capic. decis. 9. n. 1. Quam * tamen conclusionem limitabat Paulus Castrenf. dicto §. & post operis n. 6. si Judex prorogatus est subditus ei Principi, nam si subditus sit alteri Regi, non potest subditus illius Regis prorogare jurisdictionem sine licentia sui Principis, cui subditus est: allegat cap. per venerabilem, §. insuper, qui filii sint legitimi, quod probat idem Paul. l. 1. n. 4. Cod. ubi de crimine agi oporteat: Aegidius Bellamera, cons. 11. n. 3. & cons. 33. n. 43. Vbi considerat, quod cum omnes Provinciæ essent subditæ Populo Romano; ideo pro regula constitutum fuit, quod quilibet posset prorogare Judicis alterius jurisdictionem: cæterum cum hodie distinctè sint Provinciæ: & sint sub diversis Regibus, subditus uni Regi non potest prorogare jurisdictionem subditi alteri Regi, sine proprii Regis consensu, & licentia: subscribit Gregor. l. 13. tit. 1. part. 7. verb. respondiendo, in fine.

Cæterum * hæc limitatio non videtur vera, & 163 apertè confundi per dict. capit. significasti: nam laici respectu Ecclesiasticorum, sub diverso videntur esse dominio, & tamen possunt prorogare jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, sine sui superioris licentia: Et in * specie, quod quis possit prorogare jurisdictionem Judicis alterius Regni resolvit Alex. dict. §. & post operis, n. 20. & ibi Claud. ante finem asserit magis receptum, Capic. decis. 9. nu. 3. & in punct. juris id esse verius fatetur Joan. Faber. l. si qui ex consensu, num. 6. Codic. de Episcopali audien. Quamvis asserat consuetudine observari ut in Judicem alterius Regni non fiat prorogatio, si Princeps contradicat. Et retenta hac opinione, non obstabit text. dict. cap. per venerabilem, §. insuper qui filii sint legitimi, quia loquitur in legitimatione, quæ est reservata Principi, & ideo subditus in ea non possunt facere prorogationem sine Principis sui licentia, ut jam supra dictum est.

Opinio * tamen Pauli Castrenf. sine dubio in 165 Regno Portugalliæ recipienda, & prædicanda est, propter dispositionem ordinationis, lib. 2. tit. 1. §. fin. veteris impressionis, & hodie l. 2. tit. 1. §. 14. novæ recopilationis: quæ prohibet, & verat laicos prorogare jurisdictionem Ecclesiastici, sub gravibus poenis, ut supra retulimus: ergo pari ratione non poterit prorogare jurisdictionem Judicis alteri Regi subditi: nam ideo hæc prohibitio facta fuit, ne aliàs * fiat Regis jurisdictioni, quam habet in subditos suos, ut in specie tradit Navarrus, cons. 51. n. 3. sub tit. de sententia excommunicationis. Quæ ratio * pariter militat in prorogatione, quæ fit in Judicem alteri Regi subditi, ergo idem jus observari debet. l. illud ff. ad l. aquilam: Neque obstat si quis dicat dictam ordinationem, esse pœnalem, & ideo non esse extendendam, ad alium casum diversum, cap. in penis, de reg. juris in 6. quia * respondetur, quod dispositio pœnalis semper extenditur ex identitate rationis quoad dispositionem principalem, licet quoad pœnam extensionem non recipiat, ut post Joannem Andream tradit Panormitan. cap. 1. n. 14. de locato, imò per argumentum à fortiori, hæc conclusio * videtur probari. Nam si inhibetur prorogatio laicorum, facta in Judicem Ecclesiasticum, quæ expressè jure Canonico erat permissa, cap. significasti de foro competenti, à fortiori debet videri prohibita, in Judicem alteri Regi subditi: quæ nunquam invenitur permissa. Cum igitur constet prædictam inhibitionem etiam locum habere in casu, de quo agitur, succedit decis. l. 2. §. sed

170 *est Judex, inf. eodem.* Imò * si Princeps tantum sibi reſervaverit jurisdictionem in certis casibus, non amittitur in illis prorogatio sine Principis licentia, Socin. *conf. 87. n. 7. lib. 3. Avaranta in praxi 4. part. 1. distinct. judiciorum, n. 20.* ubi ampliatur: Illud autem * indubitabile est in nostris terminis non valere prorogationem factam modo designato per Belameram, *consil. 31. n. 4.* Item * valere posse, si contractus sit celebratus extra Regnum, nam tunc valebit prorogatio facta in Judicem contractus: et si in extraneo jurisdictionem habeat, ut in simili probatur, *cap. dilecti de foro compet. & ibi notab. tradit Panormitan. n. 4. & statim latius dicemus.*

173 Tertia * principalis conclusio ex d. c. *significasti*, illa est, quod Clericus etiam de consensu Episcopi, non potest prorogare jurisdictionem Judicis secularis concordat auct. *statuimus C. de Episcop. & Cleric. & capit. si diligenti de foro competenti notat Angel. Aretin. §. item juris, n. 42. Inst. de except. Capella Tholosana q. 1. 8. & prosequitur Anton. de Matth. de prorogatione juris. n. 14.* Rationem assignat Imol. d. c. P. & G. n. 90. & Burges hic in rep. n. 28. ad finem. Sed * verior ratio est: quod Clerici sunt exempti à jurisdictione Seculari jure divino, *gloss. c. Imperator verb. discussionem 95. distinctio. & ideo non possunt subijci laicis, etiam per Papæ ordinationem: Felin. cap. Ecclesia, n. 6. de consil. quamvis in*

175 Francia in multis casibus: Clerici subijciuntur jurisdictioni Seculari, de quibus agunt additio. Capellæ Tholosanæ, q. 1. 26. & Rogerius à Porta. l. hæres absens §. 1. à n. 43. *inf. eodem.* Et amplianda est hæc conclusio procedere, etiam in * his quæ pertinent ad voluntariam jurisdictionem: neque enim illa Clericus celebrare potest coram Judice seculari, *Dec. 477. consil. 150. nu. 4.* Amplia * etiam procedere in tacita prorogatione, & ideo licet Clericus patiat se conveniri coram Seculari, non ob id subsistet Judicium, *Panormit. cap. pastoralis. n. 16. de except. Jason. l. 2. nu. 39. sup. si quis in jus vocatus. notab. Covar. practicarum, q. cap. 33. nu. 2. Azavedus. l. 1. tit. 5. 178. lib. 4. recopil. n. 21. & ad hunc modum * explicanda ordinatio Portugallæ, lib. 3. tit. 37. §. penult. quæ hodie est, lib. 3. tit. 40. §. 2. novæ recopilationis.*

179 Quarta * & ultima conclusio, quæ deducitur ex d. cap. *significasti*, ea est, quod Clericus non potest prorogare jurisdictionem Judicis etiam Ecclesiastici sine consensu proprii Episcopi: concordat, *cap. 1. de foro competenti in antiq. c. 1. de foro competenti in 6. & prosequitur Ant. de Matth. de prorogatione juris. n. 14. & sanè est advertendum: quod d. c. significasti*, tantum requirit voluntatem proprii Episcopi: unde * videtur sufficere tacita ejus voluntas, ut quia scivit Clericum sibi subditum, coram alio Judice Ecclesiastico litigare, & tamen tacuit: nam ubi tantum voluntas exigitur, tacita sufficit l. 2. §. voluntate & ibi Aretin. Jason. & Ripa num. 6. *infra solut. matrimon. & potest etiam ex post facto intervenire, ut resolvit Jas. * l. si quis mihi bona §. justum. colum. pen. infra. de acquirend. hæred. Unde casum vendum * est à gloss. final. d. c. significasti*, quæ requirit expressum consentum proprii Episcopi, item & ab Andr. Siculo, qui eam sequitur. d. c. P. & G. n. 29. & cap. 1. n. 9. *de foro compet.* Expendens illum textum adjuncta gl. 3. quæ lentit licentiam proprii Episcopi, hoc casu esse necessariam. Nam ubi licentia * requiritur, expressus consensus videtur necessarius, ut resolvit Alexan. *diſt. §. voluntate n. 6.*

185 Sed * respondendum est, expositionem l. gl. 3. *diſt. cap. 1.* non esse veram: neque enim requiritur li-

centia proprii Episcopi, sed voluntas, ut clarè probat *diſt. cap. significasti in fine.* Sed videndum * est 186 quamam ratione ejus Canonicum recedens à dispositione juris civilis, disposuerit Clericum non posse prorogare alterius Judicis Ecclesiastici jurisdictionem, absque voluntate proprii Episcopi; & varias quidem refert Burgesius, *hic n. 28. Bart. autem, hic n. 1. & 2. eam * assignavit, quod Episcopus habet perpetuam jurisdictionem, & Clericus ratione beneficii tenetur ei præstare censum, juxta titulum de censibus, & quando quis habet jurisdictionem * perpetuam & ei etiam debetur tributum, non potest is sine illius superioris voluntate alterius prorogare jurisdictionem. c. ex transmissa de foro competenti, quam rationem repetit idem Bart. l. 1. §. & post operis. numero 8. infra de novi operis.* Et subscribit Vanitus de nullitatibus titul. quibus modis sententia nulla reparari possit. n. 78. Quæ tamen * ratio non est generalis, neque concludens, nam apertè cessat in Clerico non habente beneficium, ut & advertit Bart. *diſt. §. & post operis in fine: & tamen conclusio, d. cap. significasti generaliter loquitur in quocunque Clerico: item tantum concludit, in lite quæ moveretur super censu debito Episcopo: si autem agatur de re propria Clerici, vel de juribus beneficii, à cessante ratione, de qua supra, Clericus posset prorogare jurisdictionem Ecclesiastici, sine voluntate proprii Episcopi: cujus tamen contrarium probat generalitas, *diſt. c. significasti: Alias tres * rationes differentie assignavit gloss. cap. inoluta 11. q. 1. quod Clericus magis subiectus est suo Episcopo quam laici suis superioribus: & ideo Clerici difficilius se subtrahere possint à jurisdictione proprii Episcopi, subscribit Panormitan. *diſt. cap. significasti, n. 7. ad finem & ibi Mariæ. n. 45. Panormitan. cap. P. & G. n. 18. Dominic. cap. 1. in principio n. 4. & ibi Perusin. n. 2. de foro competenti in 6. Roman. d. §. & post operis. n. 18. & ibi Jason. n. 11. Claud. ad finem.***

Sed * neque hæc magis communis ratio differentie, concludens est nam in primis non est probabile Clericos magis subiectos esse suis Episcopis, quam sint subditi laici suis superioribus, cum in contrarium sit regula, c. 2. de Majorit. & obed. & c. 2. de censibus: item Clerici non habentes beneficium non tenentur præstare juramentum fidelitatis proprio Episcopo, *cap. legatur, de majorit. & obedien. cap. nullus de jurejurando.* Ergo is non potest videri magis esse subiectus suo Episcopo quam laici suis superioribus. Præterea ratio communis tantum concluderet, quando ageretur de Ordinibus suis acceptis ab ipso Episcopo, nos autem agimus, quando lis movetur super rebus temporalibus Clericorum, quæ considerantur tanquam bona mere temporalia: præterquam in casibus, in quibus jus Canonicum expressit contrarium, ut resolvit Felin. *cap. Ecclesia. à n. 8. & ibi Decius n. 18. de Constit. Ita ut verum videatur quod asserit Imol. d. cap. P. & G. num. 98. Alexand. *diſt. §. & post operis n. 19. in fi. & Fel. d. c. significasti in principio, nullam concludentem rationem hujus differentie reddi posse, & ideo recurrendum esse ad dictam. l. non omnium, supra de legibus.**

Ego autem ad veram rationem * hujus differentie in primis considero, quod cum Clericus in sortem Dei vocatus sit, *cap. clericos. 21. distinctio, efficitur res * spiritualis ut est expressum, c. si Judex laicus, de sentent. excommunic. in 6.* Item considero, quod licet etiam in spiritualibus liberè sit permissa prorogatio, si fiat in ordinarium, *cap. P. & G. de offic. delegati, & supra diximus, & tradit Anton. Natta.*

Natta *conf. 314. n. 6. lib. 2.* Tamen in spiritualibus sacramentalibus non est permissa hæc libera prorogatio: sed oportet quod fiat cum licentia Superioris spiritualis. *cap. omnis de penitent. & remissionibus. c. final. de penitent. distinct. 6. & tradit Panormitanus, d. c. significasti, n. 15. & Marian. n. 30. Felin. n. 1. ad quos terminos reducendus est Innocent. cap. de causis. n. 3. de offic. delegati. Anton. Nat. *conf. 314. n. 7. lib. 2.**

198 Es * quibus præmissis, inferendo ad nostrum dubium, dicendum est: quod cum Clericus quæseatur res spiritualis, & subijciatur Episcopo: à quo Ordines suscepit, *capit. nullus de Parochis: Ordo autem sit unus de septem Sacramentis Ecclesiæ, ut per Navarrum in Manual. capit. 22. sub. rub. de Sacramento ordinis, verum est dicere, subditum esse Episcopo, ratione rei spiritualis sacramentalis, & ideo merito sine illius licentia, non potest prorogare alterius jurisdictionem, & se eximere à jurisdictione proprii Episcopi.*

199 Ex * qua ratione differentie, primò inferitur salvatio ad rationem communem differentie, supra relatam, quod Clericus magis subiectus est Episcopo, quam secularis suo Superiori, nam potest salvari in eo sensu, quod, Clericus subijciatur Episcopo, ratione Ordinum, qui ob id censetur res spiritualis sacramentalis, & ideo sine licentia sui Superioris non potest prorogare alterius jurisdictionem, ut dictum est: quæ ratio cessat in secularibus.

200 Secundo * inferitur explicatio ad cap. nullus primus in fine, & cap. Episcopum, in fine 9. *quæst. 2. & cap. nullus, de Paroch. in quibus ea regula præscribitur, quod qui non potest aliquem ordinare, non poterit etiam illum judicare; & etiam per argumentum à contrario sensu probat: quod * qui aliquem ordinat, potest eum judicare: notat Hostiens. in Summa tit. de tempor. ordin. n. 5. Guido Papa, *decis. 249. Jacobinus hic, n. 32.* Quam regulam interpretatur Archidiaconus. *d. cap. nullus primus n. 1. & diſt. cap. Episcop. post princip. quod valeat hæc consequentia, quod ille qui potest voluntariam jurisdictionem in aliquem exercere, nec etiam contra eum potest uti contentiosa jurisdictione, subscribit Panorm. cap. nullus 2. de Paroch. Quæ * tamen explicatio non placet: quia multi possunt uti jurisdictione voluntaria in aliquem, & tamen non contentiosa. l. 2. supra, de offic. pro consul. l. si consul. supra, de adopt. Ergo non valet consequentia de una ad aliam.**

203 Quamobrem ex * prædictis ego ita explico: quod ille qui non potest aliquem ordinare, & sic ei Ordines conferre, *cap. 2. de tempor. ordinand. lib. 6.* nec potest eum judicare, scilicet sine licentia Episcopi: qui ei Ordines contulit ut dictum est: & per argumentum à contrario sensu, qui ei Ordines contulit, potest eum judicare: quasi per Ordinum collationem, ita ei efficitur subditus, ut tantum per illum possit judicari, vel per alium cum ejus licentia. Et est advertendum illa generaliter * loqui: & sic probare quod ordinans non solum potest judicare de questione tangente Ordinis susceptionem, sed etiam de quibusvis etiamque causis ipsorum Clericorum, quia cum teneatur suo Episcopo * quasi res spiritualis, & sacramentalis, res sequuntur personæ naturam, & conditionem, l. justissime supra de edil. edito Panorm. *cap. at si Clerici in principio. num. 21. de indic. & qua Dec. cap. Eccles. nu. 18. de constit. Item probare, quod Clericus etiam per viam prorogationis, non potest ab alio judicari sine licentia sui Episcopi, ut*

clarè probat. d. cap. *significasti*, quicquid id neget Imol. *diſt. capit. P. & G. num. 47. ad finem.*

Ex quibus colligendum est: quod licet quoad spiritualia sacramentalia à pari procedant: laicus & Clericus: quia nullus potest prorogare alterius Judicis etiam Ecclesiastici jurisdictionem, sine licentia sui Superioris spiritualis, ut dictum * est, & probat, *cap. omnis de penitentis, & remissio, tamen quoad alia spiritualia simpliciter, multum differunt, nam laicus in illis libere potest prorogare jurisdictionem alterius Judicis Ecclesiastici, neque enim jure invenitur cautum, quod his casibus teneatur obtinere licentiam * Superioris Ecclesiastici, quare si agatur de jure decimarum, vel jure patronatus, potest laicus alterius Judicis Ecclesiastici prorogare liberè jurisdictionem: & tamen aliud erit in Clerico, qui indictè non potest prorogare jurisdictionem Ecclesiastici, sine licentia sui Episcopi, ut clarè probat generalitas, *diſt. cap. significasti, & ibi Panormitan. nu. 15. Marian. num. 30. Felin. nu. 1. in specie prædictam differentiam constituunt. Et idem Panormitan. d. c. P. & G. num. 15. ad finem, & latè Imol. nu. 42. in quo cavendum est ab Hostiens. Joan. Andr. & Andr. Sicul. num. 112. *diſt. c. P. & G. & Jacobin. hic num. 32. dum tenent, quod in omnibus spiritualibus laici non possunt prorogare jurisdictionem Ecclesiastici, absque licentia sui immediati superioris.***

Similiter licet laici, qui subsunt jurisdictioni Ecclesiasticæ, quia habitant in terris Ecclesiæ, libere possint prorogare jurisdictionem alterius Judicis, juxta generalem regulam nostri text, & tradit Anton. *d. cap. P. & G. in fine & ibi Imol. num. 73. Alexand. l. 1. §. & post operis infra. de novi operis. nu. 22.* tantum Clericus qui ratione Ordinum subijciatur Episcopo etiam in temporalibus non potest prorogare alterius jurisdictionem, sine sui Episcopi voluntate ut colligitur ex generalitate, *diſt. cap. significasti, & supra tradidimus.*

Denique est advertendum: quod *diſt. cap. significasti*, in prorogatione faciendâ per Clericum, requirit proprii Episcopi voluntatem: in quo significet, non sufficere voluntatem alterius, etiam immediatè in Clerico habeat jurisdictionem, qui tamen non sit Episcopus, ut ibi notat Joannes Andr. & Marianus, *num. 43. & dicit receptum Alex. diſt. §. & post operis. nu. 19.* nam cum ratione Ordinum proprio Episcopo teneatur, semper ejus voluntas exigitur in prorogatione, *ut dictum est.*

Neque * prædictis repugnat *cap. perlectis 25. distinctio*, ubi Archidiaconus potest judicare Clericos, & tamen eos ordinare non potest, quia respondetur, quod Archidiaconus est Vicarius Episcopi, *cap. 1. de offic. Archidiaconi, & tanquam talis per Episcopum revocari potest, argument. leg. judicium solvitur, supra, de judic. Tradit Præpositus, d. cap. perlectis. n. 32.* Undè cum judicet nomine Episcopi cessat difficultas: licet aliter respondeat gloss. final. *cap. nullus de Parochis, & ibi Cardinal. & Panormitan.*

Hanc tamen * ultimam conclusionem deductam ex *diſt. cap. significasti*, quatuor limitabis modis: & primò non * procedere, si Clericus mutavit domicilium in alium locum: prout jure communi ei permittitur, *l. cum quadam, supra de jurisdictione omnium judicum, nam is potest prorogare jurisdictionem alterius, sine voluntate illius, qui eum ordinavit, dummodò interveniat consensus illius Episcopi, in cujus Diocesi domicilium habet: quia is ex * dispositione juris, subrogatur loco illius Episcopi,*

- pi, qui Clericum ordinavit, ut refolvit Im. *diff. cap. P. & G. num. 46.* Et * hac ratione text. *cap. si quis primus, & cap. Episc. 9. questione 2. & cap. nullus de Paroch.* non requirunt voluntatem Episcopi, qui ordinavit Clericum: sed consensum illius, qui eum ordinare poterat, si non esset jam ordinatus: quod propriè verificatur in Episcopo, in cuius territorio domicilium habet, is enim tanquam verè subditum eum ordinare potuit, *cap. nullus de tempor. ordin. lib. 6.*
- 216 Secundo * principaliter limita, in Clerico primæ tonſuræ. Is enim potest prorogare jurisdictionem alterius, absque voluntate Episcopi, à quo
- 217 Ordines suscipiunt: nam licet is Ordinem * Ecclesiasticum videatur habere, *cap. cum contingat de etate, & qual. r.* tamen non est Ordo, quatenus est Sacramentum, nec per illum imprimitur character in anima, ut tradunt omnes 4. *dist. 24.* Cum igitur non efficiatur res spiritualis sacramentalis, cessat ratio, de qua supra, & sumus extra terminos *diff. c. significasti, & inducitur * regula huius text. & facit optimè traditio Guidon. Rapæ, decis. 449.* Quod licet quis non possit promoveri ad sacros Ordines, nisi per Episcopum, cui est subditus, *cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6.* tamen laicus potest promoveri ad primam tonſuram, etiam per Episcopum non suum, est tamen cavendum, quia hoc dictum Guidon. est falsum, & contra text. *cap. final. de temporibus ordinat. libr. 6. & ibi notat gloss. verb. homini Panormitan. cap. nullus, num. 3. de Paroch. & ita dictum illud Guid. in specie improbat Rebuff. responſo 1. col. 2.* Unde videtur inferendum, quod prout non potest ordinari ad Ordines minores, nisi per proprium Episcopum, neque etiam per alium iudicari potest sine sui Episcopi licentia: ut expressim admittit Guid. Rapæ, *conf. 174. num. 2.* Sed longe verius est contrarium per rationem supra assignatam. Et prædictis addendum est quod Guid.
- 219 Rapæ, *de decis. 449.* in alio labitur, dum * præsupponit, quod si Ordo Sacer conferatur non subdito, non valet ordinatio: neque per eum imprimitur character: hoc enim falsum est, quia licet ordinatus malefaceret, & peccet, & etiam puniatur, ut probatur, *cap. 2. de temp. ord. l. 6. Navar. capit. nihilominus ordinatio mero jure, & character imprimitur, ut tradit omnes in 4. distinctione 24. & ibi*
- 220 *disj. quæst. 1.* quamvis verum sit, quod taliter ordinatus suscipitur ab exercitio Ordinum, *cap. vel non est compos, de tempor. ord. l. 6.* quamvis hodie per quandam extravagantem Pii II. sint suspensio ipſo jure, & administrantes in sacris, sicut irregulares, ut tradit Navar. *cap. accepta. opposit. 8. num. 34. de restitutione spoliatorum, & consilio 29. n. 1. de tempor. ordin.* quæ tamen suspensio ipſo jure, & irregularitas, non habet locum in laicis ordinatis ad minores ordines per eum, qui non erat suus Episcopus, & fuit ordinatus sine illius literis dimissoris, ut eleganter probat Navar. *conf. 29. num. 31. num. 4. de temporibus ordinat.*
- 221 Tertio limita prædictam conclusionem. si Clericus conveniatur coram Iudice, qui mero jure in eum habebat jurisdictionem, quamvis aliqua ratione posset declinari: nam si non declinet, ille erit Iudex quamvis non accesserit voluntas proprii Episcopi, quia hoc casu non agitur de prorogatione jurisdictionis, sed de tollendo obstaculo ipsius jurisdictionis ad quod non invenitur jure cautum, quod si necessaria voluntas proprii Episcopi, Panormit. *conf. 25. col. 1. lib. 1. Ripa, cap. 1. num. 49. de*
- judic. Anton. de Martib. de prorogatione jurisdictionis, num. 14.*
- Quarto & ultimò * limita conclusionem de qua supra, quando Clericus contraxit in aliquo loco: poterit enim in eo conveniri, & si contractus sit celebratus sine voluntate sui Episcopi, ut probat *cap. dilecti, de foro competent. tradit Alexand. conf. 89. n. 1. & 6. lib. 7.* Et est ratio, quia hoc immediatè non procedit ex voluntate Clerici, sed potius ex dispositione juris, quæ jubet partes etiam invitatas respondere in loco, in quo contraxerunt, *cap. 1. §. contrahentes, de foro competent. in 6.* Et quando * voluntas Clerici non est causa immediata, ut coram alio Iudice conveniatur, sed potius necessitas procedens à dispositione juris, non est necessaria voluntas proprii Episcopi, Panormitan. *dicto cap. dilecti, n. 4. Angel. hic n. 5. Jacobin. n. 14. Curt. Jun. n. 20. Panormit. cap. 1. n. 21. de judic. & ibi Rip. n. 67. Dec. cap. Clerici, col. final. de judic. Maranta in præf. 4. parte 12. distinctio. judicio. n. 18. pag. 230. Navar. c. accepta oppositi. 8. num. 5. de restitut. spoliat. Quod * adeo verum est, ut in loco contractus conveniri possit: etiam si ibi non inveniantur, dummodò in contractu ipſo proprio foro renuntiaverit, juxta traditionem gloss. 1. l. 1. supra si quis in jus vocatus non ierit. Nam cum hæc renuntiatio proprii fori, conveniat ad corroboracionem fori induci per Legem, ut aliquid operetur, habebit effectum supra relatam, et si non accesserit voluntas proprii Episcopi, quod contra Panormit. probat Marian. *c. dilecti n. 39. de foro competent. n. 1.* Subſcribit Lancellot. *Dec. l. hæres absens §. 1. col. 1. ad medium, infra eodem, & notab. Ripa cap. 1. n. 68. de judic. Similiter * si Clericus in certo loco delinquat, in eo conveniri potest sine sui Episcopi voluntate, capit. final. de foro competent. quia militat eadem ratio, quæ in contractu: quod tamen intelligendum est, quoad forum exteriorem: non autem quoad interiore, neque enim delinquens, potest peccatum illud confiteri Clerico illius loci, si licentia proprii Parochi: juxta regulam generalem, *cap. omnis, de penit. & remissio tradit gl. penul. c. placuit, d. l. 1. 16. quæst. 1.* quam cum communi probat Panormit. *cap. cum contingat, nu. 29. de foro competent. Inol. diff. c. P. & G. n. 46. Navar. capit. placuit, à n. 86. de pen. dist. 6.* licet aliud sit, si mutaverit domicilium: nam tunc poterit peccata confiteri Clerico illius loci, ad quem mutavit domicilium, *capit. final. de Paroch. capit. cum quis, de sepult. etiam si non interveniat prioris Parochi licentia, Inol. de cap. P. & G. n. 46. & supra diximus.***
- Ex quibus colligitur, quod * si Clericus contraxit in aliquo loco, & tamen contulit solutionem in alio loco: quia juris interpretatione censetur contraxisse in loco, in quem collata fuit solutio, *l. 3. infr. de bonis auct. Judicis possident. l. contraxisse, inf. de actio. & obligatio.* Ampliando, & declarando, ut per Joannem Baptistam, *l. 1. n. 130. Cod. de Summa Trinit. poterit conveniri in loco, in quem collata fuit solutio, etiam si voluntas Episcopi non accesserit, quia militat ratio, de qua supra, & ita in specie Ripa, capit. 1. numero 67. de judic. Covar. practicarum questionum, capit. 10. numero 5. ad finem, quicquid voluntatem Episcopi in hoc casu requirit Speculator, *titul. de judic. competent. additio. §. 1. numero 21.* quem ibi sequitur Joann. Andr. Angel. hic numero 5. Alexand. hic in additio. ad Bart. Curt. Junior. hic numero 20. Sapia. numero 19. & tanquam novum tentavit Dec. *cap. 1. in 1. lect. n. 23. col. 25. de judic.* Contra quos tamen est text. expressus,*

- pressus, *cap. dilecti, de foro competent. qui fortius probat, quod si Clericus promissit respondere in certo loco, poterit ibi conveniri sine voluntate sui Episcopi.*
- 227 Quamvis, * fateor contra decisionem, d. cap. dilecti, nimis urgere, quod * qui promissit respondere in aliquo loco: in effectu promittit in eo loco se defendere, & litigare, *argum. l. si convenerit, supra de jurisdictione omnium judicum.* Cum igitur videatur agi de prorogatione hominis, debet locum habere ultima conclusio, *diff. cap. significasti: circa quam difficultatem insistant Panormitan. diff. cap. dilecti, n. 10. Paul. penultim. n. 6. & ibi Alexand. n. 6. Pison. n. 12. Dec. n. 22. Aciat. n. 10. Cod. de pactis, Felin. cap. 1. n. 7. & ibi Dec. 2. lect. col. 10. ad fin.*
- 229 Ripa. n. 60. & Beronius, n. 191. de judic. Magis * tamen communiter Doctores resolvunt, quod si hæc verba (*promissit respondere in certo loco*) simpliciter proferantur, idem significant, quod promitto litigare, & me defendere in certo loco, & consequenter locus erit decisioni *diff. cap. significasti in fine: si autem quis promittat respondere de pecunia, vel de contractu, in certo loco: tunc verbum (respondere) accipitur * pro solvere. l. eam quam in fine, Codic. de fideicommiss. & ibi notat. Bald. ante num. primum. l. cum, qui Codic. de procurato. junct. gloss. & in terminis non est necessaria voluntas proprii Episcopi, ut conveniatur: prout non requiritur quando promissit solvere in certo loco: ut dictum est: & ita Alex. dicta. l. si convenerit, num. 17. & ibi Socin. n. 15. Felin. cap. 1. num. 17. de judic. Dec. l. penultim. num. 22. Cod. de pactis, & in his terminis procedit, & loquitur text. *diff. cap. dilecti, ut ibi notavit Felin. in fine, Alex. l. penult. n. 7. Jafon. nu. 22. de pactis & alii, supra citati.**
- 231 Ceterum * communiter resolutio non placet, quia illi aperte contradicunt verba *diff. cap. dilecti,* nam in eo verbum (*respondere*) fuit simpliciter prolatum: & tamen probat Clericum in eo loco teneri respondere, etiam si accesserit voluntas proprii Episcopi. Item si in eo textu verbum (*respondere*) accipere (*pro solvere*) verbum (*solvere*) quod etiam fuit expressum per partes, remaneret superfluum, ut advertit Jafon. *l. penultim. num. 12. Cod. de pactis.*
- 232 Verius * ergo resolvendum est, quod dictio (*respondere*) duo significat litigare, item & solvere, ut probant jura supra citata, & utrumque propriè, *Curt. Senior. l. pen. num. 16. Cod. de pactis.* Qui igitur promissit respondere in certo loco, utrumque videtur promississe, scilicet & litigare, & solvere, *juxta reg. l. cum lege & ibi Aretin. num. 1. de testam. Qua igitur parte promissit, in eo loco solvere videtur, in eo contrahere ut supra dictum est: & promittendo postea in eodem loco (*respondere*) & litigare in effectu videtur promittere se in eo loco litigaturum coram Iudice competenti, ut jus disponit: unde merito ibi non requiritur voluntas proprii Episcopi, quia sumus extra terminos, d. c. significasti, neque etiam poterit poenitere, quia in his terminis aperte sumus extra terminos, *l. si convenerit, supra de jurisdictione omnium judic. & est de mente Paul. Caltrenf. l. 3. §. si quis ita, el. 1. n. 3. supra de eo quod certo loco, & probat ordinat. Portugallie, libr. 3. tit. 10. §. 1. & hodie libr. 1. tit. 6. §. 2. & 11. nova recopilationis.* Quamvis * Doctores communiter id non satis perceperint: neque etiam Baldus. *l. eam quam ante nu. primum. Cod. de fideicommiss. Et**
- 234 *juxta prædicta * explicandam est, id quod tradidit Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.*
- Alex. *diff. l. si convenerit, n. 15. ad finem, quod in specie, c. dilecti de foro competent. Iudex illius loci erat competens, ut potè delegatus Papæ, & tantum propter privilegium poterat declinari ejus jurisdictione, in quibus terminis qui promittit solvere aliquo loco, non poterit prædicto privilegio, neque etiam poenitere, quia sumus extra terminos, d. l. si convenerit. Ceterum * hæc consideratio Alex. licet in se vera sit, & approbata per ordinationem Portugallie, libr. 3. tit. 5. §. 2. & hodie libr. 3. tit. 6. §. 2. nova recopilationis.* Tamen quoad terminos d. c. dilecti non quadrat, quia Clericus accipiens mutuum, tantum promissit respondere in loco solutionis, non autem coram legato Papæ, ac ita reducitur ad terminos, d. l. si convenerit. Melius * ergo dicitur, quod qui promittit respondere in loco, promittit in eo loco, & solvere & litigare ut supra dictum est: Cum igitur ratione solutionis promissæ, videatur in eo loco contrahere: nulla ei inferitur injuria, si in eodem loco coram legato Papæ cogatur litigare: & sic sumus extra terminos, d. l. si convenerit, quæ loquitur quando quis promittit respondere coram Iudice, alias in competenti nulla præcedente promissione, per quam in eo loco videatur contrahere: nam si preccederet, haberet locum decisio. d. c. dilecti, explicata ut supra.
- Denique ex prædictis inferitur verum esse dictum Bald. *l. eam quam ante numerum primum Codic. de fideicommiss. quem ibi probat Corne. numer. 14.* quod si * quis promittit respondere ubicunque locorum, poterit quidem conveniri in quocunque loco inventus fuerit: quia qui promittit respondere in aliquo loco, non solum videtur intellexisse de responsione judiciali, sed etiam de responsione extrajudiciali, hoc est, de solutione cum effectu, subſcribit Paul. *l. 3. §. si quis ita, el. 1. numero 3. supra, de eo quod certo loco, & quatenus videtur promittere in eo loco solvere, videtur ibi contraxisse, & sic quod litigaret coram Iudice, alios competenti, ut supra diximus: & sic sumus extra terminos dictæ leg. si convenerit: quamvis Imol. *cap. signific. numer. 25. de offic. delegat. existimet quod si quis promittat respondere in aliquo loco, habebit locum decisio dictæ, l. si convenerit, quod tamen constat esse falsum ex supra traditis: Decisio igitur dictæ, l. si convenerit, tantum * procedet quando quis simpliciter promissit litigare coram certo Iudice, Paul. dicta leg. 3. §. si quis ita, el. 1. numero 2. supra, de eo quod certo loco, vel tantum promissit, quod conveniretur in certo loco, & se subjecit jurisdictioni cujuscunque Judicis, ut adversus Fulgos. probat Paulus. *l. penultim. numer. 6. Codic. de pactis Alex. dicta l. si convenerit, numer. 17.* Et ex his remanet expectatus tertius principalis articulus in materia prorogationis. Succedit igitur quartus articulus principalis in eadem materia, quæ causæ non admittant prorogationem.**

ARTIC. IV.

De caufis quæ ex ſua natura non admittunt prorogationem.

SUMMARI A.

- 1 Omnis caufa admittit prorogationem, niſi ſpecialiter inveniatur prohibita prorogatio.
- 2 In caufa criminali licita eſt prorogatio, & allegat multos hanc opinionem tenentes.
- 3 Contraria opinio, quod non fit licita in caufa criminali prorogatio adducitur, & Doctores qui eam tenent.
- 4 Ponderatur pro hac contraria opinione text. in l. ſi qui ex conſenſu, & l. in criminali, Cod. juriſdictione omnium judicum.
- 5 Pro confirmatione contrariæ opinionis argumentis communis reſpondet.
- 6 Magis communem opinionem amplectitur, & argumentis contrariæ reſpondet.
- 7 Reſpondetur ad l. ſi qui ex conſenſu C. Epiſc. audien.
- 8 Agitur de replicatione Curtii Ju. in hac l. 1. n. 39. & Caleſat. n. 78. & eorum dictis reſpondetur.
- 9 Dicta l. ſi qui ex conſenſu, duo habet intellectus, qui ibi reſeruntur.
- 10 Arbitrè de caufa criminali cognoscere non poteſt.
- 11 Refert ſecundum intellectum ad d. l. ſi qui ex conſenſu.
- 12 Ad argumentum, quod ex eo intellectu, faciunt Doctores, reſpondet.
- 13 Reſpondet ad argumentum deductum ex l. in criminali, Codic. de juriſdictione omnium judic.
- 14 Tres limitationes ad magis communem conſuſionem, de qua ſupra, aſſignantur.
- 15 Non procedit dicta conſuſio, quando proceditur contra delinquentem per viam inquisitionis: eo prætextu, quod facta ſit prorogatio ſecus ſi per viam accuſationis.
- 16 Contra quem inquiritur, non datur conſenſus verus, ſed fictus, qui non eſt ſufficiens ad inducendam prorogationem.
- 17 Si contra delinquentem proceſſum eſt coram J. dice prorogato per viam accuſationis, non poteſt J. dex aliàs competens contra eundem procedere per viam inquisitionis.
- 18 Prorogatio caufa criminali admittitur quando fit in eum, qui habet merum imperium in ſubditos: aliàs non valebit.
- 19 Si quis habeat mixtum imperium in ſubditos, non valet ibi prorogatio, ut cognoscat de cauſis meri imperii, vel è contra.
- 20 Ut prorogatio valeat, debet fieri de eadem ſpecie juriſdictionis: aliàs diceretur de novo conſeſſio.
- 21 Retenta eadem ſpecie, valet prorogatio de infimo gradu juriſdictionis ad ſupremum gradum illius ſpeciei.
- 22 Si quis habeat merum imperium infimum, poteſt in eum fieri prorogatio ad ſupremum gradum meri imperii.
- 23 Prorogatio in caufa criminali valebit in præjudicium illius qui prorogavit, non autem in præjudicium Reipublicæ cui intereſt, ut delictum puniatur.
- 24 Commode publico prorogans per ſuam prorogationem præjudicare non poteſt.
- 25 Reipublica læſa non tenetur ſtare ſententiæ Judicis prorogati, & ea non obſtante poteſt de novo pro-

cedere contra delinquentem, & cum condigna pœna punire.

- 26 In criminalibus non poteſt fieri prorogatio ad Judicem diverſi Regni etiam utraque parte conſentiente.
- 27 J. dex proprius non tenetur habere ratam prorogationem ſi contra ſubditum poteſt procedere per viam inquisitionis.
- 28 Subditi poſſunt facere ligas ſeu conventiones in præjudicium ſui, non autem in præjudicium Superioris.
- 29 Reſpondetur ad Regulam cap. de his, de accuſationibus.
- 30 Ubi clare, vel præſumptivè conſtat prorogationem factam fuiſſe in fraudem alienæ juriſdictionis nimè nocet.
- 31 Si per collusionem actum eſt coram certo J. dice, poteſt accuſatus iterum accuſari coram J. dice delicti, & per inquisitionem contra eum procedi poteſt.
- 32 Examinaur illa queſtio, verùm in reſervatis Principi admittatur prorogatio abſque ejus conſenſu, & auctoritate.
- 33 Prorogationem non admitti hoc caſu etiam ſi fiat in habentem eandem poteſtatem & prerogativam probat communis opinio.
- 34 Extraditur caput per venerabilem, S. inſuper, qui filii ſunt legitimi.
- 35 Supremam poteſtatem Principi ſubditi in alium Superiorem tranſferre non poſſunt per prorogationem, cum ex ea notabilis inuria fiat Principi.
- 36 Aſſignat conſuſionem quæ ex dicto S. inſuper, colligenda eſt.
- 37 Legitimitas eſt de reſervatis Principi in ſignum poteſtatis regaliæ, non vero de his, quæ ei reſervantur in ſignum ſupreme poteſtatis.
- 38 Tabellionum creatio & novorum veſtigialium impoſitio, etiam ſunt Principi reſervata in ſignum dignitatis regaliæ.
- 39 Potestas legitimandi, & ſimilia præſcribuntur ſaltem tempore immemoriali.
- 40 Proponit limitationem quæ ſit ex dicto S. inſuper.
- 41 Legitimitas licet pertineat ad voluntariam juriſdictionem, in alieno tamen territorio expediri non poteſt.
- 42 Si Princeps aliquod negotium ad ſe avocaverit, & ſua cognitioni reſervaverit non admittitur prorogatio in alium quemcumque Judicem, niſi ex conſenſu Principis reſervantis.
- 43 Emptum per Papam non poteſt prorogare juriſdictionem Judicis ordinarij abſque licentia ipſius Papæ.
- 44 Prorogatio fieri non poteſt, ſi Princeps ſpecialiter eam non inſubuit.
- 45 Si aſſit Principis prohibitio, licet J. dex prorogatus judicet ſe eſſe competentem, non ob id eſſicetur competens.
- 46 Prorogatio dari non poteſt, quando ex expreſſis tacita hæc colligitur prohibitio, exponit exemplum tacitæ prohibitionis.
- 47 Quando juriſdictione conceditur diſcretivè, ſeparando eam a aliis juriſdictionibus, conſecetur conſeſſa privativè ad alios Judices.
- 48 Ubi ex verbis conſeſſionis, colligitur, juriſdictionem datam fuiſſe privativè ad alios Judices, non poterunt alij Judices cognoscere de illis cauſis, etiam ex prorogatione partium.
- 49 Caſus in quibus juriſdictione datur privativè, remiſſivè.
- 50 Illi quibus dari fuerunt Judices privativè, non poterunt diverſi Judicis prorogare juriſdictionem.

51 Cum

- 51 Cum domino feudi privativè ſit conſeſſa juriſdictione reſpectu aliorum Judicum, non poterunt vaſalli in illis cauſis prorogare juriſdictionem, ſine domini directi conſenſu.
- 52 Proxima conſuſio, nec tuta, nec vera videtur, & eam impugnat.
- 53 Expendit text. l. in ſacris, la ſecunda, juncta gl. verb. eas, Cod. de proxim. ſacror. l. 12.
- 54 Expendit etiam pro eadem parte text. in l. penult. Cod. de pœſtis.
- 55 Milites & ſcholares, qui renunciant proprio privilegio, coguntur reſpondere coram aliis Judicibus.
- 56 Quando certi Judices conceduntur propter perſonæ privilegium, privativè videntur dari.
- 57 Illi quibus conceduntur Judices privativè, non ob id videntur inhibiti alterius Judicis prorogare juriſdictionem contra communem, de qua ſupra.
- 58 Expendit pro hac parte l. ſi per errorem juncta gl. 1. ſupra de juriſdictione omnium judicum.
- 59 Reſpondetur ad rationes contrariæ opinionis.
- 60 Quando Princeps condit Judices certos privativè, prohibet, ne alij Judices propria auctoritate in illis cauſis ſe intromittant, non autem poteſtatem partibus prorogare alterius juriſdictionem.
- 61 Reſpondetur ad l. teſtamenta omnia, C. de teſtam.
- 62 Quomodo procedant tradita per gl. cap. 1. S. ſi verbo duos, ad ſinem, de prohibita feudi alienatione per Feder.
- 63 Quo caſu procedant tradita ſupra per Murantam, & alios in favorem communis reſelatos.
- 64 In quibus terminis ſalvari poſſit traditio communis quam impugnat.
- 65 Juriſdictione ſi privativè conſeſſa eſt in favorem ſubditorum, prout in dubio præſumitur, partes ſuo favori renunciare poterunt, & Judicem prorogare.
- 66 Oſtendit corruiere multa, quæ traduntur per Doctores ad l. teſtamenta omnia, Cod. de teſtam.
- 67 Vidua & pupillus, qui habent certos Judices privativè, poſſunt, ſi velint, alterius Judicis prorogare juriſdictionem.
- 68 Vidua & pupillus qui non opponit exceptionem in competentia prorogare videtur.
- 69 Privilegio conſeſſo miſerationis gratiâ partes renuntiare non poſſunt.
- 70 Oſtendit, diverſam eſſe rationem inter meram renuntiationem privilegii, & inter eam, quæ tacite ex prorogatione videtur reſultare.
- 71 Licet in prorogatione videatur contineri tacita renuntiatione privilegii, tamen cum adveniat in conſequentiam actus liciti, permittitur, & ibi exempla hujus conſuſionis traduntur.
- 72 Per clauſulam, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, non videtur derogatum privilegium viduis & pupillis conſeſſo: ſecus quando verba ſunt ita ampla ut neceſſario derogationem inducant.
- 73 Examinaur articulus, quando juriſdictione conſecetur conſeſſa privativè ad alios Judices.
- 74 Refert opinionem, & reſolutionem in hoc articulo Romani, conſ. 339. n. 11.
- 75 Dictum Romani non eſt ſimpliciter verum, & articulus eſt nimis intricatus.
- 76 Licet in delegata juriſdictione ſpecialis conſeſſio juriſdictioni delegatæ derogare videatur alij delegatæ generali etiam legati, tamen in juriſdictione ordinariæ non idem obſervatur.
- 77 Juriſdictione ſpecialis ordinariæ non derogat generali, ſed potius videtur conſeſſa cumulativè, ita ut inter prædictos Judicis locum ſit præventioni.
- 78 Proxima conſuſio eſt vera recepta, & magis

communis & ratio dicte regule traditur.

79 Juriſdictiones jure publico fuerunt introductæ.

80 Major favor publicus eſt, quod ſint plures Judices, qui juſticiam adminiſtrant.

81 Quod operabitur conſeſſio ordinariæ juriſdictionis ſpecialis.

82 Reſprobat dictum Roman. conſ. 393. n. 11. & aliorum qui putant quod quando juriſdictione vicario ſuit conſeſſa, ut in eo loco cognoscat de cauſis civilibus, aliis videtur denegata.

83 Reſpondet ad fundamenta Romani, & in primis ad auct. de deſenſoribus Civitatum. S. & judicari, col. la 3.

84 Proponitur alia reſponſio ad dictam auct. in S. & judicare.

85 Reſpondetur ad regulam l. in rerum S. ſi quod poſt iuſ. de leg. 1.

86 Juriſdictione ordinariæ uni data, alteri non cenſetur adempta.

87 Dictum Romani ſupra reſelatum, quo caſu admittitur poteſt.

88 Si vicario ſit conſeſſa juriſdictione privativè reſpectu ordinarij, & ideo ordinarij de illis cauſis per appellationem poterit cognoscere.

89 Examinaur dictum Angel. teſtamenta omnia, col. 1. de teſtamentis & de eo late agitur.

90 Reſprobat dictum Angel. & eorum, qui ejus opinionem ſequuntur.

91 Reſpondetur ad induſtionem, l. 1. Cod. officio præfecti Urbis.

92 In juriſdictione ordinariæ per dationem juriſdictionis ſpecialis, non videtur in aliquo derogatum univerſali juriſdictioni ordinariæ.

93 Reſprobat dictum Angel. l. cum prætor, in principio, n. 3. infra eodem, & aliorum, qui eam ſequuntur.

94 Qui habet generalem juriſdictionem, etiam de illis cauſis ſpecialibus cognoscere poteſt.

95 Reſpondetur ad reg. l. uxorem S. feliciffimo infra, de leg. 3.

96 Si genus & ſpecies concurrant, ex diverſis diſpoſitionibus, legum ſpecies non derogat generi.

97 Reſprobat aliud dictum ejuſdem Angel. l. cum prætor, in principio, n. 3. inf. cod.

98 Refert opinionem illorum, qui tenent, quod ſi in conſeſſione ſpeciali addatur clauſula, ut is ſolus de illis cauſis cognoscat, tunc privativè ei videtur conſeſſa juriſdictione.

99 Adducit Doctores contrariam opinionem tenentes quam ipſe, ut veritorem approbat.

100 Adducit pro hac parte l. final. juncta gl. ſm. C. ubi cauſa ſcalis & l. 1. C. ubi & apud quem.

101 Reſpondetur ad primum fundamentum primæ opinionis.

102 Per dictionem, ſolum, videntur excluſi Judices pares in juriſdictione vel etiam inferiores, non autem videntur excluſi majores Judices, quibus illi adhuc remanent ſubjecti.

103 Proxima conſuſio, dum continet, quod pares Judices videntur excluſi, non eſt vera.

104 Per dictionem, ſolus, excluſi videntur omnes alij Judices præter illos, quibus antea competeſſat juriſdictione generalis in eiſdem cauſis.

105 Reſpondetur ad l. 1. S. de his, infra de ſeparatione, & ad l. teſtamenta omnia.

106 Refert Concordiam ad ſupra dictas opiniones ex Menoch. l. 1. de arb. q. 40. n. 8. quam ſequitur.

107 Explicatur text. in l. virus, Codic. diverſis officiis lib. 12.

108 Si tantum data ſit ſpecialis juriſdictione, in dubio non

- non videtur derogatum habenti generalem eodem casu.
- 109 Licet Princeps concesserit aliquibus jurisdictionem privatam, tamen cum illis ipse Princeps concurrere potest, cum semper majorem potestatem apud se retineat.
- 110 Princeps per viam officii nunquam videtur concedere privatam jurisdictionem respectu sui, nec etiam quoad alios ordinarios, sed potius cumulativam.
- 111 Princeps, si per viam officii jurisdictionem concedit privatam, illam revocare potest.
- 112 Si jurisdictione facta sit per Principem privatam in feudum jure patrimonii, vel donata, vel vendita, tunc, quoad se privatam videtur concessisse, saltem quoad primas causas vasallorum, quas ad se avocare non potest, quia feudatarius habens utile dominium debet preferri.
- 113 Regula l. 1. Cod. de offic. prefetti Urbis 4. mod. lim.
- 114 Si simul & eodem tempore officium generale & special. creata sunt, tunc specialis jurisdictione nunquam videtur inclusa in generali, neque ab ea videtur adempta, sed potius nunquam concessa.
- 115 Clausula generalis posita in eadem dispositione, non comprehendit specialia.
- 116 Si clausula generalis, & specialis proveniunt ex diversis dispositionibus, species non derogat generi, sed simul concurrunt.
- 117 Assignat differentiam inter jurisdictionem, quod conceditur specialiter vel generaliter, vel simul.
- 118 Ubi administratio jurisdictionis fuit distributa a principio, & diversa: unus non debet se intrinicare in jurisdictione alterius.
- 119 Pari ratione idem recipiendum est quando de novo aliquid conceditur magistratui, quod alteri nunquam fuit concessum.
- 120 In quibus terminis locum sibi vindicat q. Doctorum l. tit. 1. textores, infra legat l. 1. quando jurisdictione invenitur data divisim, & discretive.
- 121 Si duo officia simul generales creantur, videtur eis concessa jurisdictione cumulativa, ita ut inter eos sit locus preventionis: & quomodo tunc procedens remissio.
- 122 Si jurisdictione sint distincta per territoria, tunc in distinctis videtur concessa jurisdictione privatam, ita ut alter non possit se intrinicare de causis alieni territorii.
- 123 Quando constat, ea ratione magistratum specialem creatum esse, quia generalis propter multitudinem negotiorum non poterat ea commodè expedire tunc specialis videtur datus privatam.
- 124 Quando jurisdictione conceditur distributive & discretive, non potest unus se intrinicare in jurisdictione alterius.
- 125 Quando in Civitate jurisdictione dividitur inter Judices, per partes, an unus possit se intrinicare in partes alterius.
- 126 Refert, dicitur Cagnol. l. 2. n. 391. supra, de orig. juris quod reprobatur.
- 127 Agit de declaratione literarum legis si per errorem.
- 128 Respondet ad fundamenta Cagnoli. & agit de intellectu. l. 1. Cod. de officio prefetti Urbis.
- 129 Jurisdictione Superioris nunquam videtur preiudicari, nisi id clare exprimat.
- 130 Impugnat intellectum seu responsionem assignatam proxime ad d. l. 1. Cod. de officio prefetti Urbis.
- 131 Assignat aliam responsionem ad dict. l. 1. primas.
- 132 Si primus generalis remanet superior Julice specialis, tunc sine dubio poterit cognoscere de causis illis specialibus saltem per viam appellationis.

- 133 Respondet ad l. 2. §. & cum placuisset sup. orig. jur.
- 134 Conclusio d. l. 1. C. offic. prefetti Urbis non procedit, quando jurisdictione specialis conceditur per viam privilegii in favorem certarum personarum, quia tunc privatam videtur concessa.
- 135 Quod procedit, quando fuerit utilitas persona privilegiata, cui competit electio, coramque Judice velit respondere.
- 136 R. probatur tradita per Mari. c. cum contingat n. 8. de foro compet. & ad e. fundamenta respondet.
- 137 Conclusio Marian. tantum admitti potest, quando privilegium concessum est, non in favorem personarum, sed causa seu verum.
- 138 Impugnat etiam aliud de Mari. d. c. cum contingat num. 8.
- 139 Prescribitur jurisdictionem dicitur acquirere privatam respectu eius, cui antea iure communi competebat.
- 140 Explicatur ordinat. Portugal. lib. 3. tit. 11. in fine boile l. 3. tit. 12. in fin. in nova recopil.
- 141 Scholari potest eligere Judicem ordinarium, ut coram eo conveniatur.
- 142 Auth. habita cum sit facta in favorem scholarium, non est verosimile eis voluisse auferre electionem illius Judicis, quem jus commune illis tribuebat.
- 143 Si sint plures Judices ordinarii & generales, & uni ex illis certum genus causarum specialiter committatur, videtur concessam privatam ad collegam.
- 144 Proponit argum. contra proximam conclusionem.
- 145 Respondet ad argumentum.
- 146 Si Judici ordinari in aliqua causa specialis committatur, de qua ratione generalis cognoscere non poterat adhuc privatam et videtur concessam.
- 147 De delicti. clarissimi norum nullus alius Judex cognoscebat, nisi tantum Princeps, vel ille, cui Princeps id specialiter committit.
- 148 Præses causas sibi specialiter commissas alteri delegare poterit.

ET quidem * pro regula constituendum est, omnem causam admittere prorogationem, ut probatur is text. & cap. signifi. alii, de foro competenti, nisi specialiter invenitur prohibita, argument. l. 1. supra de testibus. & cap. cum apud de sponsalibus, in terminis Ruin. conf. 66. n. 7. lib. 3. & eadem * præsupponit ordinat. lib. 3. tit. 37. §. pen. quæ hodie est, lib. 3. tit. 49. §. 2. nova recopilationis. Ex qua regula prima inferitur, in causa criminali licitam esse prorogationem, cum nullibi invenitur prohibita, imò expressim eam permittere videatur. l. 5. Codic. ubi de crimine agi oporteat, & l. 1. Cod. ad l. Cornel. de Sicariis, & ita hanc conclusionem pro constanti tenet gl. l. 1. Cod. ad l. Cornel. de Sicariis, gl. l. valet Cod. ad l. Flav. de Plagiari. gl. l. inter convenientes. & ibi Bart. inf. ad municipal. Tradit Bart. hic n. 9. & asserit receptum Paul. hic n. 26. Jacob. n. 30. & n. 37. Roger. à Mota. n. fin. Cagnol. n. 46. Panormit. dist. cap. P. & G. n. 15. & ibi Imol. n. 48. Marian. dist. cap. significasti, n. 36. & asserit receptum Aretin. cap. quoniam contra n. 58. de probat. Decian. in tract. crim. l. 4. c. 23. nu. 2. & Antr. Gaius de pace publica. l. 1. c. 12. n. 10. Mench. q. usufrequentium, c. 14. n. 30. & clare probat. l. 15. tit. 1. part. 7. & ibi notat Gregor. verbo respondisse, multos allegans, quibus adde Aretin. cap. ad petitionem. n. 15. de accusationib. & Jul. Clarus in praxi crim. §. fin. quest. 24. in principio. Perez. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. veteris, col. 4. vers. quid autem, pag. 528.

Est * nihilominus advertendum, quod contrariam opinionem, imò quod in causa criminali non sit locus prorogationi, probat Bald. l. si qui ex consensu. n. 6. C. de Episcop. audien. & defendunt And. Sic. d. c. P. & C. num.

- n. 138. post Cardin. ibi num. 7. Jacobin. hic num. 30. neque imbrobat Alexand. conf. 216. numero 16. & probat Hypolyt. rep. l. final. n. 202. supra de jurisdictione omnium Judicum, & in practica criminali. §. expedita. n. 67. & tractat. Bannitorum verb. homines, n. 12. Maranta multos alios referens in practica 4. parte 6. dist. judic. num. 58. pag. 164. idque esse regulare, ut neque tacite, neque expressim possit prorogari jurisdictione in causa criminali, in præjudicium Judicis competentis, asserit receptum idem Maranta in praxi, 4. parte 12. distinct. judicio. n. 8. pag. 227. & Antonius de Matth. de prorogatione jurisdictionis, n. 5. quibus addenda est gloss. l. in fine cap. si diligenti, de foro compet. & gl. fin. cap. inoluta l. 1. q. 1.
- 4 Et * pro hac opinione videtur esse text. expressus. l. si qui ex consensu. Cod. de Episcopali audientia ibi (incivile duntaxat) item & text. l. in criminali. Cod. de jurisdictione omnium Judicum, & qui vellet hanc tenere opinionem, ad rationes magis communiter facile responderi possunt. Nam ad primam, quod * prorogatio non invenitur prohibita in causa criminali, respondetur imò inveniri prohibitam in dict. l. si qui ex consensu. C. de Episc. audien. Ad 2. de l. 1. C. ubi de crim. agi oporteat. respondetur nihil probare, nisi admissio intellectu gloss. ibi verb. inchoata, cui tamen licet repugnat, & vera mens illius est, delinquentem posse accusari tam in loco, in quo perfecit delictum, quam in loco, in quo ille inchoavit perpetrare, ut per Pan. cap. fi. n. 25. de foro competenti, & Alb. 4. par. statutorum. q. 79. Ad 3. autem de l. 1. C. ad leg. Cornel. de Sicar. respondetur quod text. agit de homicidio commisso per militem, & sic de delicto communi & gravi, quo casu præses Provinciæ est Judex competens ad illud delictum puniendum etiam à milite commissum l. fin. inf. de accusatio. l. magisteria. C. de jurisdictione omn. Judicum, & idem in dict. leg. 1. nulla fit mentio prorogationis, eo maxime, quia in eo non constat, ambas partes in Judicem consensisse, unde non potest tractari de prorogatione, gl. final. l. si per errorem, & ibi Bart. in fine supra de jurisdictione omnium Judicum.
- 6 Ceterum * his non obstantibus, non est recedendum à magis recepta opinione, cui non obstat. dict. l. si qui ex consensu. Codic. de Episc. audien. Quia † loquitur in prorogatione, quæ fit in Episcopum, qui de causis criminalibus cognoscere non potest, cap. Clericis, ne Clerici, vel Monachi, cap. in Archiepiscopatum. de raptorib. & ideo præsupponitur in causa criminali in eum non posse fieri prorogationem, ut advertit Panormitan. dist. cap. P. & G. numero 19.
- 8 Neque * obstat replicatio Curt. Junior. hic numero 39. & Calest. numero 78. quod multæ sunt causæ criminales, in quibus non agitur de poena sanguinis, sed tantum de poena applicanda siccò, juxta traditionem gloss. 3. in princ. de sepulchro violato, & tamen dict. leg. si qui ex consensu, generaliter probat in causis criminalibus non posse fieri prorogationem * in Episcop. Nam respondetur, quod dicta leg. si qui ex consensu, duos habet intellectus: primus est gloss. 2. ibi, quod in eo text. Episcop. cognoscebat de causa, tanquam arbiter de consensu partium: probat Paulus ibi numero 1. Sentit etiam gloss. l. Episcopale. Codic. de Episcopali audien. Unde secundum hunc intellectum merito præsupponitur, non posse cognoscere de causa criminali, quia arbiter de causa criminali cognoscere non potest, l. non distinguimus. §. Julianus. supra de receptis arbit. & est de mente gloss. dict. l. si qui ex consensu, verbi in civili, dum allegat, dict. §. Julianus.

Secundus * intellectus, quod in eo textu Episcop. cognoscebat virtute prorogationis in eum factæ, & tunc urget prædicta difficultas, sed facile * responderetur, ideo præsupponi, de causa criminali etiam virtute prorogationis Episcopum cognoscere non posse: quia cum in subditos non possit cognoscere de criminibus, dist. cap. in Archiepiscop. de raptor. neque in prorogantes ea uti potest cognitione, quia regula est, Judicem prorogatum non posse alia jurisdictione uti in prorogantes, quam posset exercere in subditos, ut latè diximus in primo articulo hujus materie: unde si eam exercere posset in subditos, eam posset etiam exercere in prorogantes, Bart. l. inter convenientes infra ad municip. Minus * etiam obstat. l. in criminali, Cod. de jurisdictione omnium Judicum, quia aperte loquitur, quando in casu criminali quis invitatus trahitur ad Judicem incompetentem, & aliud erit, si de consensu partium facta sit prorogatio: neque enim in his terminis invenitur prohibita, ut supra diximus. Hanc † communem conclusionem ita de-14 fensam, limitabis tribus modis: & primò procedere, quando proceditur per viam accusationis, nam si contra delinquentem procedatur per viam inquisitionis, eo prætextu, quod facta sit prorogatio: non valebit illius processus: & est ratio, quia prorogatio valida non inducitur nisi mediante consensu partium, ut probatur is textus: qui † consensus non datur in eo adversus quem inquiritur: & si quis datur, utique & factus, qui non est sufficiens ad inducendam prorogationem, ut probavimus in tertio articulo principali, & ita in terminis Bald. l. in fine. Cod. ubi de crimine agi oporteat, & l. 1. n. 2. C. ad l. Cornel. de Sica. Alexand. conf. 216. n. final. lib. 6. Socin. conf. 108. n. final. lib. 4. Anton. Natta. conf. 82. nu. 5. l. 1. Gregor. l. 16. tit. 1. part. 7. verb. respondisse. Julius Clarus in praxi criminali. §. final. quest. 42. n. 3. quicquid leviter dissentiat Follerius ad constitutiones Regni prima par. in constitutione Capitaneorum, n. 38. pag. 137. & videndus est Decian. in tract. criminali. lib. 4. cap. 23. n. 4.

Et * teneas mente, quod si contra delinquentem coram Judice prorogato processum est per viam accusationis, si alter Judex aliàs competens, velit contra eundem procedere per viam inquisitionis, non valerit processus, juxta regulam, cap. de his, de accus. quæ procedit etiam quando contra jam accusatum, per viam inquisitionis de novo proceditur, ut ibi asserit receptum Berolus. numero 20. & Julius Clarus in praxi criminali. §. final. quest. 57. numero 7. & clare expressit Paulus Castren. hic numero 20. in fine, quicquid contrarium post Joannem Andr. teneat Panormitanus, cap. si diligenti numero 15. de foro competenti Marian. dicto cap. significasti, num. 57. Gregor. leg. 15. tit. 1. part. 7. es deservit. Anton. de Matth. de prorogatione jurisdictionis, num. 5. & num. 15. ad finem, & videnda est distinctio Imol. d. c. P. & G. num. 104.

Secundò principaliter * limita conclusionem communem, de qua supra, ut procedat, quando hæc prorogatio fiat in eum, qui habet merum imperium in subditos, aliàs non valebit, adeo quidem, ut si * quis habeat mixtum imperium in subditos, non valebit prorogatio, ut cognoscat de causis meri imperii, vel è contra: nam † ut valeat prorogatio, debet fieri de eadem specie jurisdictionis, quia aliàs non dicere-

tur prorogatio, sed de novo concessio, *gloss. c. hi qui, verbo specialiter, de prabend. in 6. & ira limitat gloss. final. hic & gl. final. l. 1. Cod. de jurisd. omnium judicum & alii relati per Julium Clarum in praxi criminali. §. fin. q. 42. n. 2.* Et in terminis procul dubio loquuntur, qui communem opinionem amplectuntur, ut hic declarat Canoll. *nu. 46. Calefatus. num. 75. & nu. 82. & Marian. cap. significasti. num. 29. de foro compet. & And. Gailius tract. de pace publica, lib. 1. c. 12. num. 10. & sequent. Decian. in tract. criminali, l. 4. c. 23. num. 3. & ante eos tradit Bart. l. inter convenientes infra, ad municip. & Bald. l. ad finem. Cod. de jurisd. omnium judicum Anchar. c. P. & G. num. 4. ad finem, de offic. delegati: quibus tamen \dagger addendum est, quod licet non valeat prorogatio de una specie jurisdictionis, ad aliam diversam, tamen retenta eadem specie valebit prorogatio, de infimo gradu jurisdictionis ad supremum gradum illius speciei, *arg. l. de qua re, §. 1. inf. cod. & tradit Paul. l. testamenta omnia, num. 5. Cod. de testam. & l. final. nu. 20. & ibi Cagnol. num. 46. supra de jurisd. omn. judic. & prius Bart. inter convenientes, inf. ad municip.* Unde si quis 22^* habeat merum imperium infimum, potest in eum fieri prorogatio ad supremum gradum meri imperii, *ut est de vacante Angel. hic nu. 11. in fine, & Patorm. c. si diligenti, n. 14. de foro competenti, & ideo merito Bart. l. 1. n. 3. Cod. ubi de crimine agi oporteat, tantum requirit, quod ille, in quem fit prorogatio, habeat jurisdictionem criminalem in subditos.**

23 Tertiò & ultimò \dagger limita, conclusionem communem, de qua sup. ut procedat in præjudicium illius, qui in causa criminali alterius prorogavit jurisdictionem, non autem valebit in præjudicium Reipublicæ: nam cum interlit Reip. læsæ, ut delictum puniatur, *l. licitatio. §. quod illicite, infra de publican. l. ira vulneratus, infra, ad l. Aquilianam, huic commodo publico prorogans per suam 24^* prorogationem præjudicare non potuit, l. jurifigentium, §. si pacifear, supra de pæctis, & quia aliàs facile aperitur via malitius: nam delinquens prorogaret jurisdictionem Judicis amici, qui cum absolveret, & 25^* sic delictum remaneret \dagger impunitum: quamvis igitur delinquens condemnatur, vel absolvatur, per Judicem, cuius prorogavit jurisdictionem, tamen Respublica læsa non tenebitur observare hanc sententiam, & ea non obstante potest de novo procedere contra delinquentem, & eum condignâ poenâ punire: ut hic eleganter declarat Paul. *nu. 20. & l. 1. n. 4. C. ubi de crimine agi oporteat. Card. d. c. P. & G. n. 7. ad finem, & ibi Felin. num. 9. ad finem, Marian. d. c. significasti, n. 36. Cagnol. hic, in fin. & Calefat. numero 81. & And. Gailius de pace publica, l. 1. c. 12. numero 15. & alii relati per Julium Clarum in praxi criminali §. final. quæstion. 24. numero 1. in fin. & Menchac. quæstionum usu frequentium, c. 14. numero 33. & notab. Dec. tract. crimin. l. 4. c. 23. num. 2. quibus adde Bald. l. 1. in fin. C. de jurisdictione omnium judicum, & l. 2. num. 4. Cod. de oper. liberto. & l. 1. num. 6. C. si à compet. jud. & not. Guid. Papa, conf. 74. num. 2. Unde merito Gregor. l. 15. tit. 1. part. 26^* 1. verb. reponiendo in fin. tradit, quod 27^* in criminalibus non potest fieri prorogatio ad Judicem diversi Regni, supple tu, etiam utraque parte consentiente: quia tali modo Reipubl. læsæ nullo modo esset satisfactum: si autem fieret in Judicem ejusdem Regni, toleraretur prorogatio, quia Reipubl. satisfactum videtur: quinimò dicit idem Greg. d. l. 15. tit. 1. 27^* part. 7. verb. es de sequir: quod nec Judex 28^* proprius**

teneatur habere ratam prorogationem, si contra subditum potest procedere per viam inquisitionis: allegat Joan. And. & alios.

Neque novum videatur, quod valeat prorogatio in præjudicium prorogantis, & non in præjudicium Reipubl. Nam in 29^* simili videmus quod subditi possunt facere ligas & conventiones in præjudicium sui, non autem in præjudicium superioris, ut tradit Curt. Jun. l. debitorum, n. 4. Cod. de pæctis, & in alio casu simili tradit Felin. cap. ad petitionem, col. 9. in princ. de accus. & Vincent. de herculanis. l. si convenierit n. 1. ad finem, infra de re jud. Neque etiam difficultatem faciat, quod si fuit judicatus per Judicem prorogatum, non potest amplius accusari de eodem delicto, juxta regulam, *c. de his, de accusat. 29* nam \dagger ea regula nostris terminis applicari non potest, ut eleganter ostendit Curt. Junior hic n. 41.

Illud certissimum 30^* est, quod si clarè, vel præsumptivè constiterit, prædictam prorogationem fuisse factam in fraudem alienæ jurisdictionis, minimè nocebit, Bald. cap. de causis, n. 28. de offi. delegati, generale 31^* enim est, quod si per collusionem actum fuit coram Judice, potest accusari iterum accusari coram Judice delicti: quinimò & per inquisitionem contra eum procedi potest, *c. 2. de coll. deteg. l. 3. inf. de præv. tradit Ang. hic n. 11. Paul. n. 20. Imol. d. c. P. & G. n. 104. & dicemus latius, l. si quis postea quam infra eorum.*

His ita expeditis 32^* ulterius ex conclusionibus posita in princ. infertur ad eam dubiam quætionem, *utrum in reservatis Principi, admittatur prorogatio absque illius consensu & auctoritate?* Et communis \dagger opinio præbat in his terminis non admitti prorogationem, 33^* etiam si fiat in habentem eandem potestatem, & prorogativam, per text. cap. per venerabilem, §. insuper qui filii sine legit. adjuncto §. final. in auth. quib. modis natural. officiantur sui. collat. 7. & inducendo, ut per Pau. d. c. per venerabilem, nu. 11. & per illum text. hæc est recepta sententia, ut asserit Imol. dicto c. P. & G. n. 105. Fel. c. signific. n. 3. de foro compet. Alex. l. 1. §. & post operis, n. 20. inf. de novi oper. nunt. & ibi Jason. in fi. Decian. conf. 150. nu. 5. Casiane. conf. 88. n. 35. l. 1. Soc. Jun. conf. 100. nu. 29. lib. 2. Hieron. Gabriel. conf. 29. num. 9. lib. 5.

Est tamen advertendum, quod d. §. insuper, prima facie non 34^* videtur probare prædictam communem conclusionem: quia loquimur in legitimatione, quæ reservatur Principi in signum supremæ potestatis, quam habet in subditos: hanc igitur supremam potestatem Principis, subditi 35^* in alium superiorem transferre non possunt per prorogationem, ut advertit Pat. d. c. per venerabil. n. 23. Anchar. conf. 320. n. 5. Crot. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 178. Quia non potest hæc fieri translatio, absq; notabili proprii Principis injuria, ut post alios tradit Covar. de sponsal. l. p. c. 8. §. 8. n. 14. Ant. Peregr. de fideic. art. 23. n. 17. Non igitur ex d. §. insuper, colligenda est generalis conclusio supra relata, sed tantum ea conclusio, quod illa, quæ reservata sunt Principi in signum supremæ potestatis, & subjectionis 36^* vasallorum, non possunt prorogari, absque Principis licentia: Alia igitur quæcunq; etiam reservata ipsi Principi, debent admitti per prorogationem, jux. regulâ generalem de qua supra.

Defendêdo nihilominus receptam 37^* conclusionem advertendum est, quod legitimitio non est de reservatis Principi in signum supremæ potestatis, & subjectionis vasallorum, ut præsupponitur, sed de reservatis Principi in signum dignitatis regalis, ut scilicet præter regulam nullus alius ea uti possit, ut etiam est tabellionum

38^* tabellionum creatio novorum 39^* vestigialium impositio, ut tradit Panor. c. quod translationem, n. 1. de offi. deleg. Covar. c. possessio. 2. p. §. 2. n. 7. tertia species, de reg. jur. in 6. ex his concludens, quod licet reservata Principi in signum supremæ potestatis, sint impræscriptibilia, *l. comperit. C. de præscrip. 30. annorum, tamē 39^* potestas legitimandi, & similia præscribuntur, saltem tempore immemoriali, cap. super quibusdam, 40 * §. præterea de verb. sign. juxta 41^* quæ descendum est, d. §. insuper, clarè probare, quod reservata Principi in signum potestatis regalis, & quæ ob id per alium expediri non possunt Bald. c. pen. in fi. de offi. delegati, non possunt mediante prorogatione in alium, etiam æqualem transferri, propter irreverentiam, quæ videtur proprio Regi irrogari: Unde eadem ratione idem recipiendum, in reservatis Principi quæcunq; alia de causa: quia est eadem ratio: & hinc est, quod licet legitimitio pertineat ad voluntariam jurisdictionem, non tamen expediri potest 42^* in altero territorio, quamvis id non satis perceperit Hippoll. l. fin. n. 12. & ibi Bolognet. n. 18. supra, de jurisdictione omnium judicum.*

Et pariter, si 43^* P. princeps aliquod negotium ad se advocaverit, & suæ cognitioni reservaverit, non admittitur prorogatio in alium quemcunq; Judicem, sine consensu Principis reservantis, *c. ut nostrum, de appell. resolvit Fel. d. c. P. & G. n. 6. in fi. Jacob. l. 2. §. convenire, n. 2. inf. eo. Soc. conf. 87. n. 3. lib. 3. Alber. Brunus, conf. 47. n. 8. Grammaticus voto 28. n. 8. Roland. conf. 80. n. 8. ampliando, ut notabiliter per Marant. in 4. p. 12. distin. judic. n. 20. pag. 230. Unde quod 44^* communiter receptum est, quod exemptus per Papam non potest prorogare jurisdictionem Judicis ordinarii, absque licentia ipsius Papæ, ut per Panor. c. significasti, n. 12. de foro comp. & ibi Marian. n. 4. & idem Panor. c. fi. n. 35. eo. tit. Jacob. hic n. 16. non solum ea ratione procedit, quod Clericus non potest prorogare jurisdictionem etiam Ecclesiastici sine voluntate sui superioris, c. significasti, de foro comp. Sed etiam, quia eximendo illos à jurisdictione ordinaria, & eorum causas sibi reservando, tacitè disposuit, nè illi sine ejus voluntate, alterius prorogarent jurisdictionem ut dictum est.*

Et à fortiori 45^* non poterit fieri prorogatio, si Princeps specialiter eam inhihit, *l. 2. sed si Judex inf. eodem, & in notabil. casu 46^* tradit Ant. Capicius, decis. 9. n. 15. Quo casu etiam si Judex prorogatus pronunciet esse Judicem competentem, non ob id efficietur competens: obstante prædicta prohibitione, *l. non dubium, C. de legibus, ut post Anton. tradit Jason. conf. 100. ad fi. l. 1. & Decian. videndus, conf. 18. n. 5. & subscribunt Calefatus hic n. 85. & Ant. Natta conf. 82. à n. 9. l. 1. & sentit ordin. l. 3. tit. 37. §. pen. quæ hodie est, l. 3. tit. 49. §. 2. novæ recopilationis, quæ deducta est, ex traditis per Panormitanum, cap. pastoralis, n. 16. de excep. Licet extra hos terminos aliud sit dicendum, ubi tradit Georg. Cabed. dec. Lusitan. 22. n. 6. ad finem, de quo infra agemus: declarando tamen: ut notabiliter per Afflic. dec. 354. à n. 1. & per Bolognet. l. fin. n. 51. sup. de jurisdictione om. judicum.**

Et 47^* amplia prædicta procedere, quando ex expressis tacita hæc colligitur prohibitio: exemplum est, in l. testamentis. C. de testamentis: in quo testamenta jubentur insinuari coram Magistro census, ex quo tacitè alii Judices videntur inhiberi, ne se intromittant in insinuatione testamentorum: & ideo non valebit prorogatio in alios Judices facta, ut ibi tradit Bald. n. 1. Jaf. n. 2. Andr. Sicul. dicto cap. P. & G. n. 46. Capic. dec. 9. n. 16. & ultra alios: ratio

etiam est, quia quādo 48^* jurisdictionis conceditur discretivè, separando eam ab aliis jurisdictionibus, censetur concessa privativè ad alios Judices, Bald. auct. habita. n. 32. C. de filiis pro patre. Ergo contra hanc tacitam inhibitionem, alii Judices se intromittere non possunt.

Ex quibus colligitur valdè notanda 49^* conclusio hac materia, quod ubi ex verbis concessionis colligitur, jurisdictionem datam fuisse 50^* privativè, ut in casibus, quos congerit Fel. cap. ceterum, n. 4. de judic. & Ruin. conf. 7. nu. 6. lib. 4. Non poterunt alii Judices cognoscere de illis causis etiam ex prorogatione partium, notat. Georg. Cabed. dec. Lusitan. 22. n. 2. Et eadem 51^* ratione, illi quibus dati fuerunt Judices privativè non poterunt diversi Judicis jurisdictionem, Unde 52^* cum domino feudi, in causis feudi, privativè sit concessa jurisdictionis, respectu aliorum Judicum, cap. ceterum de judic. & ibi Panormitan. n. 7. Felin. cap. pastoralis in princip. n. 3. de offic. ordinar. Non poterunt vasalli in illis causis prorogare jurisdictionem alterius Judicis, sine domini directi consensu: & ita gloss. cap. 1. §. fin. verb. duos. ad finem de prohibet. feudi alienat. per Federic. & exemplum habes in extravagant. 1. pa. tit. 13. l. 1. quæ hodie est, lib. 1. tit. 51. in princ. novæ recopilationis, & in ordin. l. 1. tit. 67. §. ultim. quæ hodie est, l. 1. tit. 87. §. 2. novæ recopilationis, & lib. 2. tit. 29. §. 3. in fine. Et hodie lib. 2. tit. 63. §. 2. novæ recopilationis. Est tamen diligenter advertendum, quod prædicta conclusio per tot Doctores 53^* com. probata: non videtur tuta neque vera: & in contrarium expendo textum, *l. in sacris la. 2. juncta gl. verb. eos Cod. de proximis sac. Scrinior. l. 12. Nam in principio illius legis dictum 54^* fuerat, quod Magister officiorum tantum cognosceret de causis militantium in sacro Palatio, & familiarum eorum, & sic privativè ad alios Judices, & tamen hi possunt aliorum Judicum prorogare jurisdictionem, ut ibi probatur, & not. Bart. n. 1. Aretin. conf. 102. n. 3. Ergo quamvis jurisdictionis concedatur privativè, non ob id videtur inhibita prorogatio in alios Judices.*

Item 55^* expendo textum, *l. penultim. Cod. de pæct. Nam Bart. ibi utraque lectura, n. 1. Goz. ad in prin. & alii communiter exemplificant, illum text. in milite, & scholari, qui renuntiantes proprio privilegio, coguntur respondere coram aliis Judicibus, quod & tradit Bart. l. si convenierit, n. 1. sup. de jurisdictione om. judicum, Bald. l. si quis in conscribendo, n. 2. Cod. de Episcop. Cleric. Ergo pari ratione prædicti de renuntiendo proprio privilegio, poterant prorogare aliorum Judicum jurisdictionem, & in specie probat, *l. 1. cum gl. Cod. ad l. Cornel. de Sicar. Neq; dicat aliis, militibus & scholaribus non fuisse datos Judices privativè: nam imò proculdubio videntur eis dati privativè. Nam quando 56^* certi Judices conceduntur personæ privilegium, privativè videntur dati: ita ut alii Judices non possint se intromittere in illis causis. *l. nec quicquam, vers. 1. Supr. de offic. proconsul. tradit Bald. l. unica, §. ubi autem n. 7. Cod. de caducis tollendis, Paul. Castren. l. si quis cum procuratorio §. fin. n. 2. supra, de procurat. Felin. cap. pastoralis. col. 3. ad fin. vers. 5. limit. de offic. jud. ordin. Aretin. conf. 102. n. 1. Corn. conf. 30. n. 4. lib. 2. Ruin. conf. 7. n. 6. li. 4. Afflic. dec. 41. ad finem, Garcia tract. nobilitatis, gl. 1. n. 5. vers. fuit pro hac: quicquid hanc opinionem sibi non placere dicat Lancellot. Dec. l. cum prator. col. 2. inf. cod. Ergo clarè ex prædictis 57^* constat: quod hi, quibus conceduntur Judices privativè non ob id videntur inhibiti alterius Judicis***

57 prorogare jurisdictionem: expendo * etiam, l. si per errorem juncti gl. 1. supra de jurisdictione omnium judicum, & conſerunt supra tradita, in 1. parte a n. 73. & probat, l. 1. Cod. de jurisdictione omnium judicum.

58 Et * retenta hac opinione ad rationes contrarie opinionis, facile responderi potest. Nam ad primum respondetur: quando * Princeps concedit aliquibus Judices certos privative, videtur quidem prohibuisse, ne alii Judices propria auctoritate, in illis causis se intromittant: non videtur autem tollere potestatem partibus, ut si velint non possint prorogare alterius Judicis jurisdictionem: dicitur, l. in sacris, la. 2. juncti agl. verb. eos Cod. de proxim. sacror. Scripio, l. 12. & post Nerniam fere in terminis trad. Affli. l. 1. const. rub. 37. §. 1. n. 36. & in simili tradit Imol. dicto cap. P. & G. n. 47. ad finem, & Salicet. l. certa, nu. 2. Cod. quando provocare non est necesse: Aret. cap. quoniam contra nu. 61. de probat. & colligitur ex ordinatione bene expensa. l. 5. tit. 58. §. 2. quæ hodie est, l. 1. tit. 5. §. 8. novæ recopilationis, & probat Cabedus, decis. Lusitan. 22. n. 5.

60 Non * obstat secundò, dicta l. testam. omnia. Cod. de testamen. quia quod testamenta insinuarentur coram Magistro census, principaliter fuit inductum in favorem magistratus propter longævam consuetudinem, quæ magistratus ille pro se habebat: & idè in præjudicium magistratus, cui lex favebat, non permittitur prorogatio partium in alium Judicem cum ejus præjudicio, ut tradit Affli. decis. 55. n. final. Et * hac etiam ratione procedet traditio gloss. c. 1. §. fir. verb. duos ad finem, de prohib. feud. alienar. per Federicum, nam in favorem domini feudi jurisdictio privative ei concessa est, ut advertit Bald. cap. 1. n. 7. de investit. in maritum facta, & hac etiam ratione procedunt tradita per Marantam in praxi. 4. parte: 2. distinct. judic. n. 20. Ad hunc * etiam modum est explicandus Bald. l. unica, §. ubi autem n. 5. inf. Cod. de caduc. tollend. dùm respondet ad d. l. testamen. omnia, & in his tantùm * terminis salvari potest communitas, quam impugnamus. Cæterum * si jurisdictio privative concessa est in favorem subditorum (ut in dubio credendum esse tradit Ruin. in lect. l. 1. §. 1. n. 31. inf. de novi operis nuntiatio.) nihil impedit partes renuntiantes suo favori & privilegio, posse prorogare alterius Judicis jurisdictionem, ad quem modum poterunt concordari dissidentes opiniones.

65 Ex qua consideratione corrumpunt multa, quæ per dicta l. omnia testamenta, tradunt Doctores, quos refert Vantius, de nullitat. titul. de nullitat. ex defectu jurisdictionis ordinariæ, num. 52. Et consequitur, quòd vidua, & pupillus † qui habent certos Judices privative, l. unica. Cod. quando Imperator inter pupillos, & viduas, possunt, si velint, alterius Judicis prorogare jurisdictionem, quod ita pro constanti tenet Aret. l. Titia textores, col. fin. infra, de l. 1. & conf. 102. n. 1. in fine, quicquid indecisum id reliquerit Marian. cap. signifi. n. 30. in fi. de foro competent. Et idè regulariter ille, qui non opponit exceptionem incompetentiæ, sibi præjudiciat: quia videtur prorogare ob rationem deductam, ex Panor. cap. Pastoral. nu. 6. de except. & idè eam amplius * opponere non potest, ordin. l. 3. titul. 39. §. penult. quæ hodie est, l. 3. titul. 49. §. 2. novæ recopilationis. Georg. Cabedus decis. Lusitan. 22. n. 9.

68 Nec obstat, quòd * hoc privilegium fuit prædictis concessum miserationis gratia, & idè partes illi renuntiare non possunt, gl. dic. l. unica verb. excedere, C. quando Imperator, quam ibi notat Bald. Jaf. l. pen. n. 11. in fine, C. de pactis, Fel. c. si dilig. n. 16. de foro comp.

Guile'm. c. Raynunt. verb. qui cum alia. nu. 134. Ergo cum prorogando alterius jurisdictionem, proprio privilegio videantur renuntiare: non debet valere prædicta prorogatio: Nam * respondetur diversam esse rationem, inter meram renuntiationem privilegii, & inter eam, quæ tacite ex prorogatione videtur resultare. Nam mera renuntiatione privilegii, si valida esset, importaret prædictos etiam invitos trahi posse ad alios Judices, quod jus in eorum favorem, non vult admittit, sed per prorogationem tantum voluntariè respondet coram Judice prorogato, quod non est prohibitum, imò permissum, juxta regulam generalem hujus text. Et advertit Aret. conf. 102. n. 2. ad fin. & n. 3. Et quia licet * in prorogatione videatur contineri tacita renuntiatione proprii privilegii, tamen cum id veniat in consequentiam actus liciti, permittitur, argu. l. inf. de auctoritate tutorum, prout si pupillus, & vidua promittant respondere in certo loco: quia tunc videtur in eo contraire, ut diximus in articulo precedenti, Cogentur in eo loco respondere, etiam si in consequentiam videantur renunciassent proprio privilegio, ut probatur, cap. dilecti de foro comp. & in Regno Portugallicæ, in terminis dispoſit ordin. l. 3. tit. 5. §. 1. & hodie est, l. 3. tit. 5. §. 2. novæ recopilationis. * Illud utiq; verum est, quòd per clausulam non obstantibus, quibuscunq; privilegiis, non videtur derogatum privilegio viduis, & pupillis concessio, ut tradit Cynus, l. Unica, C. quando Imp. Fel. cap. nonnulli in princ. n. 19. de reservatis, nisi verba derogatoria fuerint ita ampla, ut necessariò etiam prædicto privilegio videantur derogasse, Ab. d. l. unica & post eum Affli. l. 1. const. rub. 37. §. 1. n. 10.

Ad perfectam autem * explicationem prædictorum, & illius articuli illud restat inquirendum, quando jurisdictione censetur concessa privative ad alios Judices? In quo articulo Roman. conf. 339. n. 11. pro * regula constituit, quòd licet certæ causæ, vel etiam causæ certarum personarum, alicui Judici committantur, non videtur ei concessa jurisdictione privative, nisi ex verbis concessionis id clarè colligatur, subſcribit Fel. cap. caterum, n. 4. in fi. de jud. Ruin. conf. 7. n. 6. l. 4. Affli. lib. 1. const. rub. 4. n. 31. Neque enim in dubio jurisdictione debet videri privative concessa: Bald. l. unic. §. ubi autem n. 6. in fi. C. de caduc. tollendis. Verumtamen quia * id non est simpliciter verum, & is articulus est nimis intricatus, ut fatetur Angel. dicta leg. testamenta omnia post principium & conf. 375. n. 30. Felin. cap. pastoralis. n. 2. de offic. ordinari. Andr. Sicul. cap. 2. num. 27. de officio legati, & in eo variæ sunt Doctorum opiniones, ut refert Corne. conf. 30. à numero 4. l. 2. Aret. conf. 102. n. 1. & clarus Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumptio 18. latius circa illius veram resolutionem insistentem.

Et regula * in nostro proposito videtur constitutuenda, quòd licet in delegata jurisdictione specialis concessio jurisdictionis delegatæ, derogare videatur alii delegatæ generali etiam legati, cap. 2. de offi. legati: tamen in jurisdictione ordinaria non idem * observatur. Neq; enim jurisdictione specialis ordinaria, derogat generali, sed potius videtur concessa cumulativè, ita ut inter prædictos Judices locus sit præventioni. l. 1. Cod. de officio præfecti urbis, & ibi notat Bart. & notab. inducit Angel. conf. 375. n. 2. Et hanc regulam constituit Rom. conf. 242. num. 1. Quam etiam videtur probare textus. l. fin. C. de jurisdictione omnium judicum, & ibi not. Bald. probat etiam l. unica C. de Metropoli Berito. libr. 11. probat etiam c. per hoc de Hæreticis in 6. & ibi notat Ancharanus 3. notab. & Perus. num. 3. & multa

ta alia jura ad comprobationem hujus conclusionis allegat Roman. conf. 393. n. 1. & receptam esse conclusionem asserit Paulus Castrensis. cum prætor. in princip. n. 5. inf. eod. quam probat idem Paul. l. testamenta omnia. 6. Cod. de testament. Panormitan. cap. caterum. num. 7. de judic. & cap. excommunicamus à 1. n. 4. ad finem de hæreticis Jason. l. quòd in rerum. S. si quis post n. 8. inf. de leg. 1. Sapia. hic num. 2. Minsinger. in decisione camere v. a. observat. 99. à n. 5. Adde Hieronym. Verium. l. ex factis §. 1. n. 7. inf. de vulgari Rip. de peste tit. de remediis præservativis numer. 6. Gravetta in ritibus magna curia ritu 46. n. 37. & ritu 295. nu. 17. Thomas Grammatic. decis. 30. n. 3. & n. 9. Decian. conf. 118. à num. 22. lib. 3. Roland. conf. 80. n. 7. l. 2. Menoch. lib. 1. de arbitrar. q. 40. à nume. 3. & de præsumt. lib. 2. præsumt. 18. num. 8. & num. 26. Joan. Garcia tract. nobilitat. gloss. 1. num. 5. quibus adde Signorolum. l. nemo. num. 20. Cod. de Sacrosanct. Ecclesiis Præpositum, cap. perlectis. num. 37. dist. 25. & Bald. notab. loquentem, conf. 253. Visi a. l. 1. l. 5. & Cabedus, decis. 13. à num. 1. in 2. parte.

78 Ex quibus * manifeste patet, hanc esse veram & magis receptam conclusionem: quicquid contrarium regulam & conclusionem constituent Angel. & Jacobin. l. cum prætor. in princip. inf. eodem Andr. Sicul. cap. 2. n. 44. de officio legati, & alii relati per Dec. cap. caterum. numer. 1. de judic. quibus adde Alex. l. Gallus. §. ille casus num. 11.

79 Ratio * autem receptæ regulæ, & conclusionis est: quòd jurisdictiones jure publico fuerunt introductæ. l. supra, de jurisdictione omnium judicum & ibi gloss. Porro * major favor publicus est, quòd sint plures Judices, qui iustitiam administrent, Bald. l. unica §. ubi autem, n. 6. in fine. Cod. de caduc. tollend. & conf. 253. Visi. n. 2. l. 5. Angelus dicta. l. testamenta omnia, col. 1. ad finem conf. 102. n. 1. Et idè dixit Bald. per illum textum. l. sepe audivi 1. notab. supra, de officio præsidis, quòd Princeps nunquam videtur velle diminueri jurisdictionem ordinariam, neque illi derogare. Aliam etiam rationem prædictæ conclusionis asserit Signorolus. l. nemo. 20. C. de sacrosanct. Ecclesiis. Concessio * igitur ordinariæ jurisdictionis specialis illud tantum operabitur, ut huic specialius incumbat vera cognoscendi de prædictis causis, & qui habet generalem, facilius possit se excusare, si in illis se non intromittat, ut tradit Benedicteus de Plumbino l. thais §. fin. in fine inf. de fideicom. libertat.

Et ex hac regula * & conclusione ita comprobata multa inferuntur in hac materia: in quibus Doctores hallucinati sunt. Et primò inferunt annotatio ad dictum Romani, conf. 393. n. 11. quòd si in aliqua villa constituitur Vicarius, qui cognoscat de causis civilibus, tunc generalis potestas ordinariæ de illis causis cognoscere non poterit: allegat auth. de defensoribus civitatum, §. & judicare colla. 3. & quia cum jurisdictione Vicario sit concessa, ut in eo loco cognoscat de causis civilibus, aliis videtur denegata l. quod in rerum. S. si quis post infra, de leg. 1. & subscribit Grammatic. decis. 30. n. 9. Caravita in ritibus magna curia ritu 295. n. 18. Menoch. de præsumt. lib. 2. præsumt. 18. n. 11. & n. 15. & consonat decisio. Felin. cap. caterum, n. 4. ad finem de judic. quòd si uni concedatur jurisdictione in certa parte territorii, censetur data ei ea jurisdictione privative.

Cæterum hæc traditiones ex regula, & conclusione supra firmata, aperte confunduntur, & de illis merito dubitat Menoch. de præsumt. lib. 2. præsumt. 18. num. 16. & contrarium pro regula proponit Angel. conf. 375. col. final. Neque rationes * Romani in aliquo obstant, quia ad primum de auth. de defensoribus civitatum, §. & judicare, col. 1. responde-

tur, quòd licet dicat defensores civitatum cognoscere de causis civilibus, usque ad trece nros aureos, non tamen negat Præsides Provinciæ e tiam de illis causis cognoscere posse, ut advertit Angel. d. l. testamenta omnia, col. 1. ad finem Corne. conf. 30. l. 2. lib. 2. Aretin. conf. 102. n. 1. Sed non placet: quia in d. l. §. & judicare, aperte probat, Præsides de prædictis causis non posse cognoscere, ne alias partes vexentur, si extrahantur extra proprium locum: ut advertit Thomas Grammatic. decis. 30. n. 4. Et * idè melius respondetur, idè Præsidem non potuisse se in illis causis intromittere, quia id ita expresse fuit declaratum in d. §. & judicare, ob rationes in eo expressas: Si igitur contrarium non fuisset expressum, etiam Præsides de illis causis cognoscere possent: l. placet, la. 1. unct. gloss. 1. Cod. de Pedem. judicibus, & in terminis ita respondet Aretin. l. ex factis, §. 1. col. 1. ad medium & ibi verius, n. 6. infra, de vulgari. Non * obstat secunda regula, l. quod in rerum, §. si qui d. post, infra, de leg. 1. quia procedit in re, quæ attendit voluntate testatoris, unum tantum debetur: tunc enim locum habet regula deducta ex eo text. ut advertit Signorolus. l. nemo. n. 20. Cod. de Sacrosanct. Ecclesiis. Unde igitur inferri non potest, ad jurisdictionem, quæ pluribus competere potest, l. 1. supra, de offic. consul. & in terminis Bald. conf. 253. Visi. nu. 1. ad finem, lib. 5. Et propter ea jurisdictione * ordinariæ uni data alteri non censetur ademta dicitur, l. 1. Cod. de officio præfecti urbis, l. final. Cod. de jurisdictione omnium judicum. Tantum * igitur dictum Romani admitti potest, quando in assignatione illius Vicarii, expressa fuerunt verba ex quibus constet, jurisdictionem illi privative fuisse concessam, argumento, l. 1. §. de his autem, infra, de separatio. & ita dictum Romani interpretatur Felin. cap. pastoralis in principio, col. 2. vers. limita, primo de officio ordinariæ Caravita ritu 295. nu. 18. & sentit Angel. conf. 275.

Neque in hoc articulo omittendum est, dictum Bart. per illum text. l. tam collatores in fine. Cod. de re militar. lib. 1. quòd etiam si Vicario sit * concessa jurisdictione privative, respectu ordinarii, tamen nihilominus remanet subiectus jurisdictioni ordinarii, & idè ordinarius de illis causis poterit cognoscere per appellationem, extollit Romanus, conf. 293. ad finem & singul. 2. notabilem ex hoc faciens illationem: subscribit Andr. Sicul. cap. 2. à n. 36. de officio legati, Capicinus, decis. 27. n. 38. ad finem, quicquid involvat Felinus, dict. cap. pastoralis, in princip. col. 2. vers. limita primo, de offic. ordinariæ.

Secundò principaliter * ex conclusione, de qua supra, inferuntur, annotatio ad dictum Angel. l. testamenta omnia, col. 1. Cod. de testament. quòd si plures habeant jurisdictionem universalem, & unus ex illis habeat etiam specialem ad certum genus causarum contentum sub illo universo, cognitio illarum causarum specialium videtur denegata illi, qui tantum habet jurisdictionem universalem, nisi aliud sit expressum, ad quos allegat, & inducit. l. Cod. de offi. præfecti urbis, quam inductionem facit etiam item Angel. l. cum prætor. in principio, num. 2. infra eodem, & probat Imola, l. Titia textores in fine infra, de legat. 1. Hippolyt. Riminaldus, dicta l. 1. num. 15. & n. 160. supra de offic. ejus Ruin. conf. 7. num. 6. lib. 4. Vincentius de Franchis, decis. 417. numero 2. in 2. parte. Adde * Angel. idem sentientem, conf. 375. col. final. Cæterum hæc opinio omnino rejicienda est ex * supra traditis: neque repugnat dict. l. 1. Cod. de offic. præfecti urbis, quia tantum dicit; idè Imperatorem reservasse jurisdictionem præfecto urbis, ne videatur derogasse ejus jurisdictioni: quæ ratio generalis est: & omnibus similibus casibus adaptari potest,

33 Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

potest, ut advertit Aretin. l. quod in rerum, § si quid post, colum. 2. ad finem, infra, de leg. 2. & generale est, quod in jurisdictione ordinaria, per donationem jurisdictionis specialis, non videtur in alio quo derogatum universali jurisdictioni ordinaria. l. 1. ad finem, Cod. ne liceat pretio, cap. per hoc de barut in 6. facti ratio auth. defuncti, seu funera. §. 1. vers. oportet collat.

92 Tertiò inferitur, non esse verum dictum Angel. l. cum prætor in princip. num. 3. infra, eodem, quem ibi sequitur Jacobin. num. 5. & lsi per errorem 1. lect. num. 6. sup. de jurisdictione omn. judicium Felin. cap. pastoralis, col. 2. vers. limita 4. de offic. ordin. Joannis Gartia tract. nobilitatis gloss. 1. n. 5. vers. facit pro hac. quod si alicui concedatur jurisdictionis generalis, & alteri concedatur certa species negotiorum, contenta sub eo genere, non potest habens generalem jurisdictionem se introumittere in ea certa specie negotiorum, quia species derogat generi l. uorem §. felicissimo, infra, de leg. 3. nam etiam hoc dictum ex supra dictis confunditur, imò quod qui habet generalem jurisdictionem, etiam d. illis causis specialibus cognoscere potest, dicta l. 1. C. de offic. præfecti urbis. Neque obstat regula dicti §. felicissimo, quia ea non habet locum in jurisdictione concessionibus, ut supra dictum est, & rationem assignat Bald. l. unica, §. ubi autem, num. 6. ad finem Cod. de caduc. tollend. Paul. Castrensis, qui cum procuratorio, §. Julianus. n. 2. supra, de procurat. afflicti, decis. 41. num. 2. Item regula, dicti §. felicissimo, procedit, in ultimis voluntatibus, non autem in aliis dispositionibus. Unde si genus, & species concurrant ex diversis dispositionibus legum, species non derogat generi, l. 1. §. 1. & ibi Bart. infra, de novi oper. nunc l. sanctio legum, infra, de penit. Avertit Aretin. l. quod in rerum, §. si quid post col. 2. ad finem infra, de legat. 1. Cui addendus est signoroli rep. l. nemo. n. 2. Cod. de sacrosanct. Eccl. pariter ex prædictis conrruit aliud dictum ejusdem Angel. l. cum prætor. in principio, num. 3. infra eodem, probatum à Jacobin. ibi num. 6. quod si creatur unus Judex generalis, & deinde alius Judex etiam generalis, primus in totum cessabit revocatus, nam contrarium colligitur ex supra traditis, imò erunt duo Judices generales, juxta legem primam de offic. consulis, & tener Berolius, cons. 22. n. 4. lib. 1. Menoch. de præsumtio, lib. 2. præsumtio e. 18. n. 8. Neque hoc novum est, imò scriptus in jure invenitur dispositum: ut prosequitur Capicinus, decis. 27. num. 39. quo casu observabitur inter eos, id quod tradit Bald. auth. Sed novo jure. n. 9. Cod. de servis fugitivis Vincent. l. si uni. n. 16. inf. de re jud.

93 Conclusionem hanc ita explicatam limitant qui solus dan non procedere, si in concessione speciali, addatur clarifusa, ut is solus de illis causis cognoscatur: nam tunc ut verbum (solus) aliquid operetur, dicendum est, in illis causis privative ei fuisse concessam jurisdictionem: Ita limitat And. Sicul. cons. 1. col. fin. ad medium lib. 4. adducit dictum Angel. l. Cod. ubi & apud quem, quam limitationem per prædictum dictum Angel. assignavit etiam Felin. cap. pastoralis in principio, coll. 3. vers. limita 3. de offic. ordinari. Jacobin. l. si per errorem 1. lect. num. 7. supra, de jurisdictione omn. judicium Afflicti, lib. 3. constit. rub. 5. num. 64. Croni l. si constant 1. lectura n. 66. inf. solut. Matrim. Rip. de peste, tit. de remediis preservativis. n. 62. Hippol. Riminald. l. 1. n. 159. sup. de offic. ejus: qui addendus est And. Sicul. c. 2. nu. 37. de offic. legati. Ruin. rep. l. 1. num. 84. inf. de novi oper. nunciat. & ante eos Paul. Castrensis, in rep. l. 1. num. 3. C. de jurisdictione omn. judicium & alii relati per Menoch. ac præsumt. l. 2. præsumt. 18. num. 13. & pro illis videtur urgere. l. 1.

§. de his, inf. de separatio. & l. testamenta omnia. Cod. de testament. Ex qua Bald. l. unica §. ubi autem. n. 6. Cod. de caduc. tollend. colligit, quod ubi unus solus Judex cognoscit de insinuationibus, alii se introumittere non possunt.

94 Est tamen advertendum, quod contrarium, imò quod decisio. l. 1. Cod. de offic. præfecti urbis, procedat etiam in concessione addatur dictio taxativa (solus) vel (tantum) Pro constanti tenet Bald. cons. 253. Vifis l. 5. Jason. l. quod in rerum, §. si quid post n. 9. & l. Titie textores. n. 29. infra deleg. 1. Decius, cons. 3. n. 3. & 7. Grammatic. cons. 2. post decisiones. n. 8. Hieronymus Verius l. ex factio, §. 1. n. 9. inf. de vulgari Roland. cons. 8. n. 10. l. 2. Decian. cons. 118. n. 3. l. 3. Pacian. de probat. l. 1. c. 31. à nu. 56. Menoch. l. 1. de arbitrar. q. 40. n. 8. Joan. Gartia, tract. nobilitat. gloss. 1. num. 5. vers. pro qua, quibus adde Paul. Castrensis, cons. 318. num. 2. post med. l. 1.

95 Et pro hac sententia adducitur, l. fin. juncta gloss. 100 fin. Codic. ubi cause fiscal. & l. 3. Cod. ubi & apud quem, junctis ibi traditis per Angelum. Neque obstant adducta pro contraria opinione: nam ad primū, quod aliàs verbum (solus) nihil operaretur, responderetur ex traditis per Baldum, cons. 253. Vifis num. 2. l. 5. quod per eam dictionem videtur exclusi Judices pares in jurisdictione, vel etiam inferiores, non autem videntur exclusi majores Judices quibus illi adhuc remanent subiecti. l. 1. Cod. de offic. præfecti urbis, subscribit Decius, cons. 3. num. 3. Grammat. decis. 30. n. 2. & cons. 2. n. 8. post decisiones Roland. cons. 80. n. 7. & n. 10. l. 2. Decian. cons. 118. n. 23. l. 3. & cons. 35. n. 60. l. 2. & poterit confirmari hæc responsio ex variis decisionibus Doctorum, quas refert Corne. cons. 30. n. 4. l. 2. & adde Bald. idem sententem, l. si in aliquam, & n. 5. sup. de offic. pro consul. & cap. 2. n. 2. de offic. legati.

- 213 Quando lis contestatur super actione temporali; causa decisa remittenda est ad iudicem competentem ipsius legati, qui ex eisdem actis eam terminabit finita legatione.
- 214 Mirabile hoc casu contingit, quod lis contestetur apud unum iudicem, & causa coram alio diverso decidatur.
- 215 Si legatus aliquem conveniat pro contractu gesto ante legationem per viam reconventionis, cogatur alius respondere, quamvis durat adhuc legatio.
- 216 Expendatur ad tex. in § sed si agant, infra hac l. ex quo deducitur, quod si legatus agat, potest ab omnibus creditoribus reconveniri, non obstante privilegio legationis.
- 217 Si quis impetrat jus iniquum adversus unum creditorem, reor quoniam iuris iniqui omnes ejus creditores possunt uti.
- 218 Probat contrariam opinionem, quod si legatus unum conveniat, ab eo reconveniri possit, non vero ab aliis.
- 219 Reprobat responsum gl. in auth. de sanctissimis Episcopis, § si qui. Episcopus, vers. reverendissimi, colat. 9. in verbo, solis, & ejus fundamento respondet.
- 220 Adducit contra communem traditionem gl. d. l. sed est restituatur.
- 221 Inis conventionis, quam fecit legatus, non potest tollere jus jam questum aliis creditoribus, reconvenienti eum.
- 222 Opinionem adversus magis communem probat in regno Castellæ, l. 4. tit. 3. par. 3. & in regno Portugallie ord. l. 3. tit. 4. post. prin.
- 223 Respondetur ad rationes quas magis communis pro se adducit.
- 224 Respondetur ad § sed est agant, infra hac l. pro magis communi expenditur.
- 225 Expenditur text. in l. non distinguemus, § item quis Romæ, in fin. sup. de receptis arbitri.
- 226 Respondetur ad communem resolutionem l. 3. § hac pana, sup. de regulam illius text.
- 227 Materia tituli, quod quisque juris, multum differt ab ea, de qua in presenti.
- 228 Legatus qui impetrat à Principe, quod debitores suo possit convenire, non impetrat jus iniquum sed iustissimum, & ideo solum ab illis, quo convenit, reconveniri poterit & non ab aliis.
- 229 Non est generaliter verum, quod si legatus aliquem conveniat, possit ab eodem reconveniri, & exempla adducit, in quibus regula falit.
- 230 Si quis accuset aliquem criminaliter, non poterit ab eo reconveniri civiliter, quam tamen collectionem impugnat.
- 231 Conclusio que colligitur ex d. § sed est agant, in fin. ea verior est, quod si legatus ratione delicti aliquem conveniat civiliter, non poterit per eum reconveniri, nec civiliter, nec criminaliter.
- 232 Refert Curtium Jun. d. § sed est agant, n. 4. hanc collectionem impugnantem, quam tamen sequendam putat, & ad argumenta Curtii respondet.
- 233 Respondet ad argumentum deductum ex l. cum Papinianus C. de sententiis.
- 234 Actor dici non potest iudicem elegisse, cum reum teneatur convenire coram suo Iudice.
- 235 In qualibet dispositione origo semper attenditur.
- 236 In d. l. Papinianus, attento initio dicendum est actorem voluntarie elegisse iudicem rei, & ob id non debet denegare eundem esse iudicem contra se, & rationem hujus resolutionis assignat.
- 237 Quo casu concludant ratione expressa in § sed est agant.
- 238 Quomodo sit intelligendus tex. in l. Paulus, la. 2. infra delegationibus.
- 239 Siante legationem legatus passus sit damnum & pro eo recipiendo agat in legatione, non poterit reconveniri
- 240 Disputat illam questionem, verum in causa criminali locus sit reconventioni.
- 241 Refert Doctores, & jura partem negativam sequentes.
- 242 Refert item qui contrariam opinionem tenent.
- 243 Pro concordia opinionum resolutionem assignat.
- 244 Ostendit in illa quest. duas includi & eas proponit.
- 245 In causa criminali locum non habet l. cum Papinianus, C. de sententiis.
- Secunda quest. est, utrum pendente prima accusatione.
- 246 Reus potest accusare suum accusatorem de alio delicto diverso coram Iudice competente. In qua questione pars affirmativa sequenda est, observata distinctione legis deneganda C. qui accusare non possunt.
- 247 Reaccusatio hoc modo considerata, nihil commune habet cum reconventionem, de qua in d. l. cum Papinianus, & rationes diversitatis assignat.
- 248 In reconventionem coguntur partes diversi fori coram eodem Iudice agere & respondere, & utraque causa debet eadem sententia terminari.
- 249 Reccusatio diversi delicti non fit coram eodem Iudice sed potius coram Iudice competenti primi accusatoris, nec accusatio, nec reaccusatio debent eadem sententia terminari.
- 250 Refert dictum Panormitanum, cap. 1. n. 22. ad fin. de mutuis petitionibus, quem tamen cum distinctione modificat.
- 251 Spoliator reus potest reconvenire actorem de alio spolio contra se per eum commissio.
- 252 Privilegiatus adversus pariter privilegiatum non utitur privilegio.
- 253 Quomodo sit intelligendus Panorm. ubi sup. n. 250.
- 254 Pendente accusatione reus non potest accusare suum accusatorem de pari crimine, si suam injuriam, vel suorum non prosequatur.
- 255 Si suam injuriam prosequatur licet admittenda sit reconventio, non tamen fieri poterit coram Iudice incompetenti accusatoris.
- 256 Si Iudex coram quo fit reconventio, est utriusque partis competens, tunc de reaccusatione & de accusatione cognoscere poterit, & ratio ibi traditur.
- 257 Iudex competens hoc casu debet observare decisionem auth. & consequenter C. de sententiis.
- 258 Explicatur text. cap. fin. de ord. cog.
- 259 Licet non admittatur propria reconventio, etiam si pro delicto civiliter agatur, tamen ita terminis, de quibus supra poterit alius pro delicto in se commissio etiam civiliter agere.
- 260 Si actor agat civiliter ratione contractus, poterit conveniri indistincte coram eodem Iudice etiam ratione delicti civiliter intentati, hic non cadit propriè reconventio.
- 261 Explicatur Ordinatio Portugallie lib. 3. tit. 33. § 4. nova recopilationis.
- 262 In causa criminali non admittitur reconventio in illis casibus, in quibus parte lesa non accusante Iudex nihilominus procedit ex officio ad punitionem delicti.
- 263 Supradictos casus enumerat Ord. Portugallie lib. 5. tit. 42. veteris impressionis, & hodie lib. 5. tit. 117. in principio.
- 264 In publicis criminibus non admittitur reconventio.
- 265 Adducit rationem Mariani, n. 88. cap. 1. de mutuis petitionibus, in vers. aut non venit, cui tamen respondet.
- 266 Regulariter nemo invitatus agere compellitur.
- 267 In criminibus, in quibus parte non accusante fitur Iudicium, & Iudex non potest procedere ex officio, locus erit reconventioni.
- 268 In criminibus in quibus parte non accusante Iudex subit partes accusatoris; indistincte non est locus reconventioni, & elegans ratio ibi traditur.
- 269 Si agatur de criminibus, in quibus parte non accusante permittitur Iudicium, nec Iudex in illis potest pro-

- cedere ex officio, tunc locus erit reconventioni, non quidem in eo consensu, ut invitatus cogatur respondere coram Iudice accusati quia in criminali non admittitur.
- 270 Si Iudex accusati sit competens utriusque partis, locus erit reconventioni in eo sensu, quod utraque accusatio paribus passibus procedat; & utraque eadem sententia terminabitur.
- 271 Examinat illam questionem, utrum si accusator reconveniat pro alia causa civili, admittenda sit reconventio; & pro parte negativa questione determinat.
- 272 Si accusator renuntiat privilegio suspensivo, & patitur, se reconveniri civiliter, reconventio prædicta admittenda est.
- 273 Refert Panormitanum, cap. 1. num. 23. ad fin. de mutuis petitionibus, contrarium tenentem, sed illius fundamentum satisfacit.
- 274 Que diu incho in supradictis casibus admittatur in Regno Portugallie iuxta supra allegatam ordinat.
- 275 Si olim quis reperiebatur Romæ tanquam in communi patria, & hodie invenitur in curia Romana, vel in curia Principis, & tamen venerit ex aliqua necessaria causa, si in prædictis locis reperitur, & ibi conveniatur tanquam in communi patria, habet privilegium revocandi domum.
- 276 Tradit jura & Doctores, qui rationem hujus privilegii assignant.
- 277 In hac materia duobus motis causa necessaria consideratur, scilicet præcisè, vel etiam accusatorie.
- 278 Prima pars ponit exemplum, quando quis venit Romam, vel ad curiam Principis, & per Superiorem evocatus.
- 279 Superioribus tenetur unusquisque obedire.
- 280 Quando quis evocatus fuerit Romam, causa testimonii ferendi, ex causa necessaria dicitur Romam venisse.
- 281 Item quando quis vocatur, ut iudicandi munus suscipiat, etiam dicitur vocatus ex causa necessaria duplici nomine.
- 282 Si quis destinatus est ad Provinciam causæ Reipublicæ etiam si cursim transeat per Romam ad locum, ad quem destinatus est, non poterit Romam conveniri.
- 283 Destinatus ad Provinciam, etiam si ratione contractus Romæ possit conveniri, non tamen si transeat per Romam, ibi conveniri potest.
- 284 Qui habent jus revocandi domum, si Romæ contracterunt privilegium amittunt, tamen si transierint per Romam cursim, conveniri ibi non possunt.
- 285 Qui vocatus est, per Superiorem ad reddendam rationem tutelæ, quam in Provincia administrat, ex necessitate venire dicitur: ac proinde non poterit Romam conveniri pro alia diversa tutela.
- 286 Quia sententia in Provincia lata appellatur, & causa appellationis Romam venit, non poterit Romam conveniri.
- 287 Tradit differentiam que versatur inter hoc ultimum exemplum ab aliis, de quibus supra.
- 288 Necessitas de qua in hoc ultimo exemplo non præcisa sed tantum causativa est, ne aliàs invitatus amittat jus suum.
- 289 Non omnis necessitas causativa tribuit hoc privilegium revocandi domum, sed oportet quod non possit reparari, nisi per recursum ad Superiorem.
- 290 Necessitas causativa que in eo, contra quem lata est sententia, & ab ea appellavit, consideratur, ad hoc ut ei privilegium revocandi domum competat, in victore locum non habet.
- 291 Iudex appellationis tenetur de jure victoris cognoscere & pronuntiare, etiam si victor præsens non sit.
- 292 Victor cum voluntarie Romam videatur venisse, ei privilegium revocandi domum non competit.
- 293 Quando quis citatur, ut per se vel per procuratorem compareat, si is venit, voluntarie dicitur venire.

- 294 Quando quis citatur, si sua putaverit interesse, & venit, voluntarie dicitur venire.
- 295 Vocatus si sua putaverit interesse, magis videtur vocatus ad voluntatem suam explicandam quam defendendam causam.
- 296 Coram Iudice appellationis non admittatur reconventio, quia appellans non voluntarie eum elegit, sed propter injuriam quam credidit sibi factam per primum Iudicem Superiorem, habuit recursum.
- 297 Si victor veniat ad defendendam sententiam pro se latam, reconveniri potest coram Iudice appellationis.
- 298 Ut hoc ultimum exemplum procedat, oportet quod appellans peregrinatus sit, hoc est, persecutus fuerit appellationem extra locum proprii domicili.
- 299 Si Iudex appellationis residet in loco, in quo appellans habet domicilium, habet jus revocandi domum.
- 300 Opponit contradictricam resolutionem de text. in vers. ei quoque infra hac l. cui respondet.
- 301 Si de appellatione cogitur intra Provinciam appellantis, vel in loco originis proprie, vel paterne, extra tamen domicilium appellantis, competet ei privilegium revocandi domum.
- 302 Licet appellans non possit reconveniri coram Iudice appellationis, si tamen Iudex appellationis residet in loco domicili appellantis, coram eo potest reconveniri.
- 303 Refert Paul. Castrensis, hic, n. 4. ante fin. contrarium tenentem, & Doctores qui cum sequuntur.
- 304 Examinat illam questionem, utrum privilegium revocandi domum, locum etiam habeat, quanto quis reperitur Romæ propter justam causam & probabilem.
- 305 Refert circa hanc questionem opinionem gl. verbo, venit, que pro parte affirmativa respondet, ut ex exemplis que adducit, colligitur.
- 306 Patri qui vivit ad visitandum filium in studio existentem competit dictum privilegium revocandi domum, sed hoc falsum esse ostenditur, n. 334.
- 307 Privilegium revocandi domum juxta opinionem supra d. gl. videtur locum habere in omnibus personis de quibus agitur in tit. sup. exqq. causis majores.
- 308 Supra d. gl. opinionem impugnat ex text. expresso, quem ad id expendit in c. fin. de foro compet.
- 309 Agit de vero intellectu c. fin. de foro compet.
- 310 In d. c. fin. ut privilegium revocandi domum competat, requiritur copulativa causa justa & necessaria.
- 311 Dicitur c. fin. loquitur in Episcopis & personis Ecclesiasticis que secundum dispositionem juris Canonici, non possunt abesse à suis beneficiis absque justa & necessaria causa.
- 312 Pro eo quod quis penam meretur, non debet præmium sive privilegium habere.
- 313 In secularibus non militat ratio d. c. fin. ac ideo aliud dicendum est.
- 314 Licet à causa justa incipiatur, illa non sufficit ad hoc privilegium, nisi etià ex causa necessaria corroboretur.
- 315 Si vero incipimus à necessaria, tunc illa sola sufficit.
- 316 Refert circa dictam distinctionem dictum Joan. And. d. c. fin. de foro compet. quem exemplificat in causa minoris qui fuit victus, & sua facilitate appellavit à sententia.
- 317 Dicitur Joan. And. proxime relatam comm. recipitur.
- 318 Si minor ex causa necessaria venit Romam, habet privilegium revocandi domum.
- 319 Quod tamen privilegium non conceditur solum, justa & probabili causa, nisi ea quoque fuerit necessaria.
- 320 In hac materia iusta & probabili causa, magis pro mere voluntaria habetur, licet in aliis materiis probabili causa necessaria solet equiparari.
- 321 Reprobat opinionem Doctorum supra relatam, dum materiam, de qua in presenti commexerunt cum tit. sup. ex quibus causis major & rationem differentie assignat.
- 322 In titulo supra, ex quibus causis majores, agitur de damno vitando, & ideo facilius eis succurritur.
- 323 Quando agitur de privilegio revocandi domum, de

- lucro acquirendo tractatur, eum per id lra movenda impediatur, & causa ad Judicem domicilii conveniri remittatur.
- 327 Absenti ex causa studii conceditur resolutio, & tamen existenti in studio non conceditur privilegium revocandi domum.
- 328 Tractat illam questionem, utrum qui reperitur Roma vel curia ex causa justa, vel probabili habeat privilegium revocandi domum.
- 329 Magis communis opinio tenet partem affirmativam sed contrarium verum videtur.
- 327 Explicatur text. in hoc §. hujus l. 2. in vers. ei quoque.
- 328 Explicatur glos. traditionem hic, verbo venit, de qua agit n. 305. quæ est communiter recepta.
- 329 Examinat, an exempla posita per d. gl. sint in severa?
- 330 Anima cunctis rebus est preferenda.
- 331 Causa iadventuræ & peregrinationis, licet cetera sit omni favore, tamen ad concedendum privilegium revocandi domum, non est sufficiens, cum non sit ex causa necessaria.
- 332 Quando alio modo parti potuit esse consultum, si Romanam veniat, voluntarie videtur venire.
- 333 Causa justa & probabilis regulariter non tribuit dictum privilegium.
- 334 Reprobatur glos. verbo, venit, de qua supra num. 306. in exemplo patris qui ivit ad visitandum filium scholarem, & contrarium verius esse ostendit.
- 335 Doctores qui tenent ob causam iustam & probabilem concedi jus revocandi domum, & conclusionem limitant, nisi absens ex causa probabili diu in eo loco moraturus, nam prædictum jus tunc eis non conceditur, ne creditores diu sint in suspensio.
- 336 Reprobat dictam Doctorem qui præsupponunt scholaribus non competere privilegium revocandi domum, quia diu sunt moraturi in loco studii.
- 337 Privilegia concessa scholaribus intelliguntur, quando illi in loco studii inveniuntur.
- 338 Scholares habent certos Judices coram quibus conveniendi sunt, etiam pro contractibus alibi gestis.
- 339 Scholares si non reperiantur in loco studii, in loco, in quo inveniuntur, tenentur respondere coram ordinario illius loci, quo casu eis concedi debet jus revocandi domum, si reperiantur ex causa justa & necessaria.
- 340 Respondet ad ea quæ contra hanc conclusionem tradita sunt, n. 325. in fine.
- 341 Scholaris non videtur habere domicilium in loco studii.
- 342 Cum hodie scholares secundum statuta universitatum debeant remitti ad locum studii ad conservatorem frustra tractabitur de privilegio revocandi domum.
- 343 Reprehendit Doctores quos enumeravit n. 335. qui putant hoc privilegium mercatoribus non competere, quia diu in loco sunt moraturi, & veram rationem assignat.
- 344 Consideratio, utrum diu moraturi sint in loco, magis explicabitur in traditis per Rotam decisione ultima de foro competenti, in antiquis.
- 345 De stylo quod decisione proxima tradit, merito dubitari potest, cum in contrarium sit decisio cap. fin. de foro competenti.
- 346 Concordat dictas decisiones distinguendo casus.
- 347 Qualiter hoc privilegium in Regno Neapolitano practicetur, vide ibi remissivè.
- 348 Privilegium competentis scholaribus, communicatur bis qui veniunt ad eos visitandos in studio ex aliqua probabili causa.
- 349 Pater qui filium scholarem visitat, non poterit capi pro repræsentatis, nec etiam nuncius qui ad scholarem propter aliquam causam probabilem mittitur.
- 350 Nec capientur in locis, per quæ prædicti necessario debent transire, ut perveniant ad locum studii.
- 351 Hodie ex consuetudine indistinctè omnes capiuntur pro repræsentatis, præter legatos publicos quibus
- partitur ob rationem, de qua ibi.
- 352 Reperi in curia ex causa justa, & necessaria poterunt ibi conveniri, si ibi contraxerunt, nec non tunc eis competit privilegium revocandi domum.
- 353 Rationem conclusioni assignat ex glos. hic, verbo, contraxerunt, quam latè ampliat.
- 354 Adducit Doctrinam gl. hic, verbo, destinati, contra rationem glos. supra relatam.
- 355 Si appellatio tractatur in alio loco & non Roma, appellans habet jus revocandi domum, & tantum alio loco non poterit conveniri, nisi ibi contraxisset.
- 356 Reprobat dictam traditionem, & expendit text. in vers. omnes autem, infra hac lege.
- 357 Declarat quomodo sit intelligendus text. in vers. ei quoque hujus legis.
- 358 Forum contractus forritur est privilegium, cum procedat ex immediato consensu partium.
- 359 Conclusio d. §. omnes autem, hujus legis ita generalis est, ut solum ab ea excipiat legatus, qui Romæ contraxerit ante legationem, tantum competit ei jus revocandi domum.
- 360 Si legatus Romæ post legationem contraxerit, tunc ratione contractus Romæ conveniri potest, nec habebit dictum privilegium.
- 361 Privilegium revocandi domum non competit illi qui contraxerit extra Provinciam, & rationem conclusioni ibi traxit.
- 362 Si vero in Provincia contraxerit habebit locum privilegium.
- 363 Si Romæ, vel in Italia contraxerit, tunc Romæ convenitur, & cessabit privilegium.
- 364 Index cui pars privilegii dictum apposuit, & ideo cum ad Judicem domicilii remittit, potest parti statuere terminum, intra quem compareat in loco domicilii, accepta ab eo cautione de iudicio fisci.
- 365 Index etiam incompetentis cujus declinatur iurisdicctio ex dicto privilegio, poterit remisso assignare terminum intra quem compareat coram Iudice competente.
- 366 Reprobat Matt. de Afflict. lib. 1. contest. rubrica 95. n. 17. contrarium tenentem.
- 367 Index incompetentis non potest assignare parti terminum ad proseguendam causam, & ad eam terminandam.
- 368 Agit de differentia, quæ versatur inter terminum assignatum ad comparandum per Judicem competentem iure iure, vel per omnino incompetentem.
- 369 Primo casu tenetur præstare cautionem de iudicio fisci.
- 370 Penam vero promittere non tenetur, etiam in præstatione cautionis sufficit remissum promittere de sistendo.
- 371 Quanto iubetur dari juratoria cautioni alicuius, ille nihilominus debet bona sua hypothecare, in præsentem vero sufficit simplex promissio de sistendo.
- 372 In secundo casu quando terminus assignatur a Iudice omnino incompetenti, non tenetur remissum promittere de sistendo & si non compareat, non potest contra eum procedi.
- 373 Index competens procedit contra supradictum, tanquam contra contumacem, quia non comparuit in termino assignato per primum Judicem quantumcumque incompetentem.

Agitur in hoc text. de materia Legatorum ad Principem missorum, de quibus agit Cabed. Decis. Lufiana 116. & n. 1. in 2. parte. Et ad intelligendum hujus materie illud præmittendum est, pro negotiis alibi gestis posse quem conveniri in propria patria: sive patria consideretur, ratione propriæ originis, quia eo loco natus est. l. incolæ, 29. junctâ glos. pen. inf. ad municip. sive etiam ratione originis paternæ, l. assumptio, 6. filius inf. ad municip. l. filios. C. de municip. & origin. lib. 10. tradit Panorm. signific. num. 7. de Paroch. Felin. c. postulasti, n. 1. ad fin. de foro competenti, & ita Doctores communiter

- alternativè dicunt, quem conveniri posse in loco originis propriæ, vel paternæ, gl. 1. l. 1. infra ad municip. Specul. tit. de compet. iudicis additio. §. 1. n. 33. Bart. l. assumptio §. 1. n. 2. ad fin. infra ad municip. Paul. 2. n. 5. C. de iurisd. omn. iudic. Si ergo * ponas patrem fuisse natum in certo loco, deinde mutasse domicilium: & in loco domicilii filium natum fuisse, id quidem censetur Civis loci in quo pater natus est: quia etsi domicilium mutaverit, non ob id * mutavit propriam originem, quæ immutabilis est: & à qua nullus possit se eximere propria voluntate, sive factis, l. origine C. de municip. & originar. lib. 10. l. assumptio. in pr. inf. ad municip. Tradit. Ruin. conf. 120. n. 1. lib. 4. quamvis * in eo sit differentia inter forum ratione originis * vel domicilii: Quod si in loco originis non habeat bona, tenebitur subire honores & onera personalia prædicti loci, non autem tenebitur ad onera realia, vel mixta, ad quæ tamen tenebitur in foro domicilii, Bart. l. assumptio, §. filius, nu. 2. post medium. inf. ad municip. notab. Ruin. d. conf. 120. nu. 5. limi. 4. Item & in alio est differentia, i. quod in propria origine forritur quis forum, & ibi conveniri potest, dummodò ibi reperitur, Bart. l. assumptio, §. filius, n. 2. in fi. inf. ad municip. Panormit. significavit, de parochiis. Paul. l. 2. n. 6. C. de iurisd. omn. iud. Alex. conf. 157. n. 13. lib. 2. & Afflict. decis. 384. n. 6. & asserit receptum Decianus l. cum quadam, num. 5. sup. de iurisd. omn. iudic. quamvis quem posse conveniri in loco propriæ originis, & si ibi non reperitur, falso asserat esse receptum Marian. in rub. nu. 15. de foro competent. In foro autem domicilii, potest quis conveniri, * & si ibi non reperitur, l. si heres res absens, §. fin. inf. eod. & ibi dicemus latius & ad hunc modum sunt interpretandi illi, qui simpliciter dicunt, * quem forritur forum ratione domicilii & ratione originis, & ob id in utroque foro conveniri posse, l. Cives C. de incolis, lib. adjuncta l. filios C. de municip. & origin. lib. 10. tradit Dominicus cap. 3. n. 10. & ibi Perusin. nu. 3. de tempor. ord. lib. 6.
- 10 Secundò est præmittendum, i. quod si quis inveniatur Romæ, poterit in ea conveniri tanquam in propria Patria, pro contractibus alibi gestis, prout & in vera & propria Patria conveniretur, si ibi esset reperitus, ut dictum est. Et est ratio, * quia Roma respectu omnium subditorum, censetur esse communis Patria, l. Roma, 13. inf. ad municip. l. sed & reprobari, 7. §. fin. inf. de execut. tutor. notavit. §. fin. verb. accipere, infra hac lege, gl. in l. si fideicommissum, verbo, hic puto. inf. eod. gl. final. supra de officio proconsul. gl. cap. 1. §. nec etiam, verb. defendere, in fine, de foro competenti in 6. gl. fin. cap. fina. de foro competenti & ibi Marian. n. 63. tradit etiam Paulus Castrenf. l. cum qui, §. 1. n. 3. inf. de constituta pecun. l. 2. nu. 5. C. de iurisd. omn. iudic. Alex. l. si legatus, in princ. inf. ad Trebellianum. Jafon. l. de quibus, n. 6. supra, de legibus: quibus addo auctoritatem Ciceronis in Orat. 2. d. l. Agraria adversus Rullum dicentis, Romam esse omnium nostrum Patriam.
- 12 Ex quibus inferebat i. glos. d. l. Roma, infra, ad municip. quod prout quilibet in propria Patria conveniri potest pro contractibus alibi gestis, ut dictum est: ita etiam Romæ conveniri potest, quia est Patria communis respectu subditorum: & ibi subscribit Bart. idem tradit gl. l. si heres absens. §. pen. verb. defendere, inf. eod. & est tex. elegans, l. nec non. §. si cum junctâ glos. verb. potuit, supra, quibus ex caus. maiores. Nam igitur subditi Imperio Romano, Romæ conveniri poterant, quasi in ea censerentur habere domicilium, ut malè existimavit glos. §. fina. verb. accipere infra, hac l. gl. l. si fideicommissum. Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.
- §. 1. verb. hic puto, infra eodem. Sed potius quia Roma est Patria communis, & ideo in ea quilibet subditus, tanquam in propria Patria conveniri potest, juxta supra tradita, & satis probat textus per locum ab speciali.
- Insurgit autem juxta prædicta * notabilis quæstio, 13 Quamobrem Roma dicta sit communis Patria? Cui quæstioni * satisfacit Anton. de Butr. c. fin. n. 23. & ibi 101. n. Panormit. n. 45. de foro comp. in quibus, * quod Roma erat caput Orbis, & sic habebat locum Principis, l. 1. verb. sed etsi C. de veteri jure emulcando. Unde tanquam in curia Principis, quilibet ibi conveniri poterat, c. fin. de foro compet. Ex hoc enim inferentes, quod cum hodie Roma non sit caput Orbis, neq; habeat locum Principis, quia omne jus, quod in ea habebat Princeps, translatum fuit in Summos Pontifices per donationem Constantini, cap. fundamenta, de electio in 6. Jam hodie appellari non potest communis patria, & consequenter in ea non poterit hodie quilibet conveniri, quod asserit receptum Felin. dist. cap. fin. n. 25. & pro constanti tenet Socin. l. qui Romæ, in principio, n. 1. & ibi gl. Jafon. n. 12. inf. de verb. obligat.
- Cæterum hæc communis ratio, non est concludens: * qui dato quod Roma esset caput Orbis, non ob id sequitur quod haberet locum Principis, cum certum sit Populum Romanum, omne jus suum transfuisse in Principem, l. 1. in fin. ff. de constit. Principum, tradit gl. 2. cap. lex est, 2. dist. Item neq; est vera dum præsupponit: quod cum per Imperatorem Constantinum omne jus translatum fuerit in Summos Pontifices, quod id hodie non potest dici communis patria: neque habere locum Principis, * quia translatio facta per Constantinum in Summos Pontifices, debet videri facta eodem modo quo ille Romæ jus habebat: ut advertit Andreas Sicul. d. c. ff. 75. de foro competenti.
- Rejeda igitur prædicta i. communi ratione, verior ratio est: quod Imperator Antonius Pius, per suam * Constitutionem induxit, quod illi qui in Orbe Romano continerentur, Romani Cives essent, l. in Orbe supra, de statu hominum. secundum veram literam, quæ reperitur in Pandectis Florentinis, & eam reposuit Alciat. lib. 2. dispositio c. 22. & lib. 4. parergon. c. 5. Ant. August. lib. 10. singular. ad Modest. pag. 320. & Costal. d. l. in Orbe, & prædictis Constitutionis Antonini, meminit Justinianus in auth. ut liberti, de cetero, §. fin. collat. 6. Quicquid reluctetur Vasconcellus, * lib. 3. vari. cap. 16. n. 10. Est igitur litera d. l. in Orbe ad hunc modum explicanda, quod illi dicuntur esse in Orbe Romano, qui subditi erant illius Imperio & ei parebant, ut exponit glos. & fin. l. item potestate sup. de his qui sunt sui, gl. §. 1. verb. Roman. Infit. de patria potest. notab. Ignecus l. necessarias, §. non alias 3. parte, n. 64. inf. ad Syllanian. Cum igitur subditi Romano Imperio fuerint adjecti in Cives Romanos, * merito ratione illorum Roma dicitur communis patria, l. Cives, & ibi notavit gl. 2. ad medium, C. de incol. lib. 10. quam explicationem, & rationem perstrinxit Covarruvias practic. quæst. 5. n. 1. quicquid repugnat Vasconcell. d. lib. 3. diversorum, c. 16. n. 10. & n. 15.
- Ex qua vera ratione inferitur annotatio ad id quod dicit * Cicero, Orat. 2. de lege Agraria adversus Rullum, quod supra retulimus, nam cum eo tempore Antoninus natus non esset, ea auctoritas debet referri ad Cives, qui vel ratione originis, vel domicilii: vel etiam ex privilegio erant Cives, his enim Roma erat patria communis: cæterum post legem Antonini omnes subditi fuerunt effecti Cives, & sic omnibus Roma inceptit esse patria communis, d. l. Roma, infra ad municip.

25 Secundo infertur annotatio ad tradita † per Imo- lam. cap. fi. 2. *ibi And. Sicul. n. 75. de foro compet. Perusin. & Dec. n. 5. c. minimus. de appell.* dum dicunt, etiam hodie Romam dici communem Patriam, cum hoc non inveniatur correctum: & quia licet fuerit translata iurisdicatio in Summos Pontifices, debet videri translata cum omnibus suis privilegiis, ut scilicet appellaretur caput orbis, l. 1. §. sed et si C. de vet. iur. enucl. Hac enim opinio est contra magis communem opinionem supra relaram, quod hodie cum Roma omnino sit translata in Summos Pontifices: Roma non potest dici caput orbis, neque Patria communis, ut advertit Felin. d. c. fi. n. 25. de foro comp. Neque obstant rationes in contrarium adductae: nam ad primum responderetur, quod nunquam legitur in privilegio fuisse Romae concessum quod appellaretur caput orbis, neque quod esset communis Patria, sed potius ea appellatio ei cepit competere, quia revera Imperium Romanum dicebatur esse Imperium totius orbis, l. d. precatio, sup. ad l. Rhodiam de iust. & quia Roma erat praecipua Civitas, & sedes Imperii † dicta fuit esse caput orbis; Ceterum hodie cum neque Imperium Romanum sit caput totius orbis, neque Romae dicitur esse praecipua Civitas Imperii, cum non pertineat ad Imperium, sed ad Summos Pontifices, cessante causa praedictae appellacionis, cessabit etiam & ipsa appellatio: Tiraqu. tract. cessante causa 1. parte a n. 210. & eodem modo potest responderi ad secundam rationem, & conferunt tradita per Boffium, in practica criminali, tit. de Principe n. 344.

27 Tercio ex praedictis infertur annotatio * ad tradita per gl. l. 2. ad medium, l. Cives, C. de incol. l. 10. Bart. l. Roma inf. ad municip. quod etiam hodie omnes subditi Imperii Romano, dicuntur Cives Romani, & consequenter quoad eos Roma dicitur Patria communis; quod ampliat Bart. l. hostes num. 6. inf. de captivis, etiam quoad non subditos Imperio Romano, qui tamen recognoscant Imperatorem esse Dominum totius orbis: nam haec opinio ex supradictis confunditur: nam cum ea ratione Roma dicatur Patria communis: quia per legem Antonini omnes subditi Imperio Romano fuerunt effecti Cives Romani, ut supra dictum est: & haec ratio hodie cessat, quia Roma non pertinet ad Imperium: quia per donationem Constantini omnino separata & expropriata fuit ab Imperio, & fuit translata in Summos Pontifices, cap. fundamenta de elect. in 6. quae

28 † expropriatio ab Imperio, admissa fuit, quia erat facta in favorem Ecclesiae universalis, gl. l. 1. §. cum Urbem, sup. de offic. praefect. Urbis Bald. in proaemio Codicis, n. 7. & notab. Paul. Castr. conf. 70. n. 7. lib. 291. Cum igitur † propter dictam expropriationem Roma non pertineat ad Imperium, neque etiam subditi hodie Imperio, possunt appellari Cives Romani, juxta doctrinam gl. receptae, l. 1. infra. de legit. tutor. nisi eos salves, quia cum adhuc durat appellatio Romani Imperii, non dicentur Cives Romani simpliciter, sed Cives Romani Imperii. Verius tamen † dicetur, quod propter praedictam rationem hodie non procedat vera litera, d. l. in orbe sup. de statu hom. Sed potius litera, quae in multis libris invenitur scilicet. (in Urbe Romana qui sunt, Cives Romani sunt) quam literam agnoscit & probat gl. l. 1. Proviciales 188. inf. de verb. signif. gl. auth. ut liberti de cetero, §. si. verb. donavit collat. 9. de quo videndus est Vasconcel. d. lib. 3. vari. cap. 16. n. 15.

31 Ad complementum * autem praedictorum, est advertendum, quod cum in confesso esset apud omnes scribes & Principes, rationem propter quam

Roma olim dicebatur communis Patria, hodie manifeste cessare, loco illius excogitarunt, & subrogarunt novum forum: ut censeretur communis Patria, locus ille, in quo Princeps resideret, cum sua curia: ut probat cap. fin. de foro competenti, & ibi notant Panorm. n. 45. & Felin. 15. inquietes, † rationem illius text. esse, quod cunctus mundus dicitur territorium Papae, cap. cuncta per mundum, 8. quast. 3. & potest concurrere cum quolibet ordinario. cap. dudum. de praebend. in 6. & not. gl. fina. in fine cap. 1. de offic. legati, lib. 6. Unde merito Sedes * 33 Apostolica potest dici communis Patria, respectu omnium, ut advertit Paul. Castr. l. 2. n. 7. C. de iuris. diff. omn. jud. Jacobin. hic, nu. 4. Quae tamen ratio non est generalis, nam tantum concludit quoad Ecclesiasticos qui subsunt Papae, non autem quoad laicos qui illi regulariter non subsunt: ut advertit Anton. d. cap. fi. n. 23. & ibi Felin. n. 25. Quicquid Andr. Sicul. d. cap. fin. n. 2. contendat, etiam quoad laicos censeretur communem Patriam, nisi eum salves in laicis, qui degunt in terris Ecclesiae, vel aliis causis tenentur respondere in foro Ecclesiastico.

Praeterea est advertendum * quod is novus forus, 34 in aliquibus differt a foro, d. l. Roma, cujus loco subrogatus est: quia in dicta l. Roma, cum omnes subditi Imperio, essent effecti Cives Romani: omnes Romae poterant conveniri, & ideo l. Roma, infra, ad municip. dicit, Roma est communis Patria nostra, scilicet qui sumus subditi ejus Imperio. Quae ratio cum hodie cesset ut supra dictum est: tantum subditi Papae in ea conveniri poterant, non autem non subditi. Secundo differunt in eo, * quod in terminis d. l. Roma, quilibet in ea poterat conveniri, etiam si in ea Imperator non resideret cum sua curia, ut colligitur ex generalitate d. l. Roma, adjuncta l. in orbe supra, de statu hominum, & tamen Romae hodie non poterit conveniri quilibet tanquam in communi Patria, nisi ibi resideat Papa cum sua curia, d. cap. fina. de foro competenti.

Unde pro regula constituitur, quod ubicunq; * 36 Papa residerit, dicitur ibi residere Sedem Apostolicam, & consequenter ibi tanquam in Patria communi quilibet Ecclesiasticus conveniri potest: ut colligitur ex cap. 2. de praebend. in 6. & ibi notat Dominicus. n. 5. tradunt Bald. & Jacobin. hic n. 4. Curt. Ju. n. 8. Dec. cap. minimus, nu. 2. de appellat. extollit Reman. sing. 145. Gomez. §. fuerat, num. 5. Instit. de actio. & pari ratione ibi dicuntur esse limina Apostolorum, c. ego enim, de iurjurando, & ibi tradit Innoc. in fine Felinus, n. 9.

Et ex his infertur, quod si * Papa residet in aliquo 37 loco sine Consiliariis, ibi dicitur esse Sedes Apostolica, & consequenter communis patria. In quo aperte labitur * Covarruv. practicarum questionum cap. 4. 38 n. 10. dum existimat, quod ut dicatur Sedes Apostolica, debet Papa in eo loco residere cum Consiliariis allegat Clem. ne Roman. §. sane, de elect. qui tamen text. non probat, quia loquitur, quando Papa moritur in alio loco, proceditur ad electionem novi Pontificis nam tunc exigitur, quod Papa in loco, in quo decessit, ibi residerit cum Consiliariis sed extra hunc casum ibi dicitur Sedes Apostolica, ubi Papa residerit: etiam sine Consiliariis argumento cum in diversis, supra, de religiosis & sumptibus funerum, & in specie tradit glossator ad regulam Cancellariae S. Innocentii VIII. Melius igitur ex dicto §. sane, colligitur, quod non solum dicitur Sedes * Apostolica in loco, in quo 39 quo Papa residet, sed etiam locus, in quo resident officiales: & Consilarii supremae curiae, qui res iustitiae, & gratiae administrant, notat Assisius, lib. 1. consil. rubr.

40 rubr. 95. n. 14. & in curia * Regum idem probat l. 4. tit. 3. part. 3. & lex Portugalliae lib. 3. tit. 3. in princ. veteris impressio. & lib. 3. tit. in princ. nova recopilacionis, nam & Reges induxerunt, quod in loco, in quo ipsi residerent, vel Consilarii supremi ibi dicitur esse curia, & ubi subditi possent conveniri tanquam in communi patria. Anton. cap. fi. n. 23. de foro compet. Perusin. cap. meminimus, nu. 4. de appellat. Jacobin. hic, nu. 4. Covarruv. pract. quast. cap. 15. in princ. & notab. Tiraq. tract. nobilit. cap. 30. n. 4.

41 Illud nihilominus advertendum, * eam esse differentiam inter curiam Papae, & curiam Imperatoris, sive Regis; quod cum Papae Ecclesiastici totius orbis sint subditi, c. cuncta per mundum 9. q. 3. in curia Papae quilibet Ecclesiasticus conveniri potest etiam si regionis sit remotissima: quia omnes sunt ejus subditi, ut supra diximus. Ceterum in curia Imperatoris, vel Regis qui restrictiorem habent iurisdictionem, tantum subditi, illorum, in curia conveniri poterunt, ut dictum est.

42 Et juxta haec accipiendum est, * quod tradit Bald. in rub. n. 11. C. qui accusare non possunt. Dec. cap. 1. n. 12. de praebend. quod Urbs Constantinopolitana dicebatur urbs esse communis patria: & in qua quilibet conveniri potest, quia dicebatur nova Roma. l. 1. §. sed et si C. de veteri jure enucl. anth. de quaestore. in princ. collatione 6. Haec enim opinio vera non est, nam Roma ideo dicebatur communis patria, l. Roma, inf. ad municip. quia per Constitutionem Antonini Pii, omnes subditi effecti sunt Cives Romani leg. in orbe supra, de statu hominum; quod non legitur fuisse constitutum, circa subditos Imperio Constantinopolitano. * Ideo verius dicitur: dum est, quod Constantinopoli omnes subditi ejus Imperio, poterant ibi conveniri, quia Imperator ibi residebat, & in ea habebat curiam, ut advertit Gomez. §. fuerat, n. 5. Instit. de actionibus.

44 Et ad hunc modum est explicandus. * Cumanus conf. 72. in fine. dum dicit, Civitatem Venetiarum esse communem patriam, nam est intelligendum quoad subditos, ut dictum est: & infertur explicatio ad l. 4. tit. 3. part. 3. dum generaliter dicit, quod in curia Regis quilibet conveniri potest tanquam in patria communi: nam est restringenda ad subditos Regis, ratione Regni Castellae, vel etiam ad non subditos: qui tamen ratione contractus, vel delicti, in Regno Castellano conveniri poterant; nam & hi in curia Regis conveniri possunt, ut declarat elegans ordinario * Portugalliae, lib. 3. titul. 3. post pr. Nam si sint extranei, & non subditi, neque ulla ratione in Regno conveniri poterant, non possunt in curia Regis conveniri, cum respectu eorum, curia Regis non possit appellari communis patria: Et quia, ut supra diximus in terminis cap. fin. de foro competenti; ut quis conveniatur in curia Romana, oportet, quod ille, qui ibi conveniendus est, sit subditus Papae, quod iurisdictionem: pariter igitur aliter pro contractibus, vel delictis extra Regnum commissis in curia Regis conveniri nullo modo possunt:

45 Illud certum est, * quod pro criminibus alicui commissis, non potest etiam subditus in curia Regis accusari, ut constat ex l. 15. tit. 1. part. 7. quae referens loca, in quibus delinquens accusari potest, tantum facit mentionem domicilii, & loci, in quo delictum commissum est, tacite excludens locum originis, * quasi pro delictis alicui commissis in loco originis accusari non possit. ut ibi not. Greg. in gl. fi. Et fuit opinio multorum, quos refert Theiaurus dec. Podem. 90. in fi. Si ergo in propria patria non accusatur, a for-

Petri Barbofa, Comment. de Judiciis.

tiori neque in curia Regis, quae dicitur patria communis, l. Roma, inf. ad municip.

His ita praemissis ex isto * tex. colligendum est per 48 locum ab speciali, quod Romae quilibet conveniri potest, etiam pro contractibus alicui gestis, & est ratio, quia Roma erat communis patria, l. Roma, inf. ad munic. declarando ut supra. Ab hac tamen regula & conclusione certae personae excipiuntur, quae si Romae conveniantur, habent jus revocandi domum: inter quas principatum habent personae legatorum ad Principem missorum.

Sit igitur conclusio: Legatus * non potest conveniri in curia Romana, vel Imperatoris, vel Regis, dum durat legatio, non solum pro contractibus alicui gestis, ut sentit is tex. & exprimit l. 4. tit. 3. part. 3. sed etiam neque pro contractibus gestis in ipsa curia, antequam legatus fieret: ut clare probat is tex. in princ.

Videndum tamen est de ratione, propter quam hoc privilegium legatis concessum est: Et respondendum est: ea ratione id fuisse concessum: * ne personae convenientes, ipse impeditur ab officio legationis, quod, pro Repub. suscepit, & sic impeditur publica utilitas, vel illi inferretur praedictum, l. non alia, §. 1. in fi. & l. de eo inf. & l. si legatus, 30. in princ. inf. ad Trebellian. & tradit gl. 1. hic addo tex. elegantem anth. de sanctis. Episcop. §. si quis Episcop. aut Clericus, vers. si vero, collat. 9. probans, quod legatis non inferatur molestia, vel importunitas per aliquam personam: ne scilicet fiat praedictum vel impedimentum ipsi legationi publicae.

Ex * quibus iuris manifeste colligitur, hoc privilegium non fuisse concessum legatis, in favorem ipsorum, sed potius ob publicum favorem legationis, quod agnoscit Bart. auth. & consequenter, n. 19. ad si. C. de sentent. & interlocutio. Curt. Jun. §. sed si agant, n. 8. inf. hac l. ex quo consequitur, legatum huic privilegio renunciare non posse † juxta regulam, l. jus 2. publicum supra, de pactis & c. p. si diligenti, de foro competenti, & quia jus keipub. pacto mutari non potest. l. 2. §. us Reipubl. infra. de administ. rerum ad Civitatem pertinentium, quod ita pro constanti tenet Felin. cap. fi. n. 25. in princ. de foro compet. Ubi tamen Marian. Soc. n. 89. contrarium resolvit, * per regulam 3. generalem l. pen. C. de pactis, quod & sentit Fel. cap. cum ordinem n. 15. de rescript. idque etiam tanquam verum praesupponit, gl. fin. l. cum furiosus, inf. eod. Gregor. l. 4. tit. 3. part. 3. verb. sobre pleito, ad finem. & Auth. de Matib. de prerogatione iurisdictionis, n. 46. vers. dummodo, pro qua opinione videtur text. l. non distinguemus. §. item si quis: Roma, ibi (si iudicium sponte susceperunt) supra. de recep. arbit. Item & l. 3. in fine, infra de legato, in qua praesupponit valere pactum, quod legatus existens in legatione solvere teneatur.

Pro concordia autem harum * opinionum considerandum est, hoc privilegium legatorum, in duobus praesertim consistere, scilicet quod nulla eis molestia, † vel importunitas inferatur, auth. de sanctis. Episcop. §. si quis Episcopus vel Clericus, vers. si vero, collat. 9. Item neque aliquid fiat per quod * impediat legatio, l. non alia, §. 1. & l. de eo inf. eod. Prima igitur pars privilegii, cum magis respiciat favorem personae legati, ejus renuntiatione tolli potest, juxta regul. l. pen. C. de pactis. Secunda autem pars privilegii, quia principaliter respicit in favorem legationis, renuntiatione legati non tollitur l. jus publicum sub de pact. etiam si minim. praedictum legationi inferatur, arg. l. cum tale, §. si a bivariate, inf. de cond. & demonst. quae consideratio, & distinctio colligitur ex mente gl. 1. l. legatus antequam, inf. de legat. & comprobatur ex eo † quia quando in dispositione 56 concurrunt simul favor publicus & privatus, qui

tamen recipiunt ſeparationem, valet renunciatio, quatenus reſpicit favorem privatum, & non valet, quatenus reſpicit favorem publicum, l. jurisgenitum, §. ſi paſſear, ſup. de paſſ. & eſt doctrina Bart. l. pen. n. 3. C. de paſſ. neque his repugnant l. non diſtinguimus, §. item ſi quis Roma ſup. de recept. arbit. neq; l. 3. in ſi. de legat. quia verus intellectus illarum aperietur in prima limitatione hujus concluſionis.

58 Ex his inferitur vera reſolutio ad aliam * controverſiam quaſtionem Doctorum in hac materia: *Utrum ſi cauſa talis, cujus tractatio nullum afferat præjudicium legationi ſi invitus cogetur legatus in ea reſpondere?* Nam videtur dicendum, cogendum eſſe reſpondere per l. quid enim inf. eod. & ibi notavit gl. fina. & idem videtur probare text. l. ſi legatus, 30. in princ. & ibi n. tat Paul. & Alex. n. 3. inf. ad Trebel. & in ſpecie hanc concluſionem proponit & probat Rota * deciſ. 1. & 2. de foro compet. in antiquis. Felin. cap. ſi de foro compet. col. pe. ad ſi. ubi tamen Marian. n. 486. cōtendit, legatum invitum conveniri non poſſe, etiam in cauſa, ex cujus tractatione nullum præjudicium inferatur officio legationis, quæ opinio longè prior eſt, per text. l. ſed eſt reſtituatur, §. 1. inf. eod. Neq; obſtant rationes adductæ pro contraria opinione, nam ad rationem reſpondetur, privilegium legationis in duobus præfertim conſiſtere; quòd nulla moleſtia vel importunitas legato inferatur: item quòd non fiat impedimentum legationi ut dictum eſt, quamvis igitur in caſu propoſito videatur ceſſare ſecunda pars privilegi, tamen adhuc durat prima pars privilegii: nam ex iſtibus * conſtat moleſtiam, & importunitatem inferri, l. minoribus ſup. de minorib. Undè propter hoc adhuc videtur durare privilegium arg. l. quoties duplici, inf. de reg. jur. & in ſimili obſervat. Alex. l. ſi legatus, n. 3. in ſi. inf. ad Trebel. & idè legatus in his terminis non cogetur invitus ſtare in iudicio, argumento l. quamvis, ſupra, de in juſ vocando: Item reſpondetur, * quòd cum à communiter accidentibus propter lites fiat impedimentum legationi, l. ſi de eo §. 1. inf. eod. quamvis ex accidenti in aliqua cauſa particulari videatur ceſſare prædictum impedimentum, non ob id ceſſat privilegium, argu. l. nam ad ea, ſup. de legib. Nam ut habeat locum regula, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus, oportet quòd cauſa ceſſat univerſaliter ꝛ reſpectu certi generis perſonarum, l. adigere, §. quamvis, inf. de jure patronat. l. ſi maritus, 15. §. legis Julii, inf. de adulter. Nam ſi in caſu particulari tantum ex accidenti videatur ceſſare cauſa, non ob id ceſſat privilegium, l. ſi frater, junctis ibi traditis per Paul. Caſtrenſ. Cod. qui teſtament. facere poſſunt, tradit Arcetius l. 2. col. 7. infra, de vulgari. Curt. Jun. l. poſtumo nato Cod. de bon. poſſeſſ. contra tab. & l. tranſigere, n. 6. Cod. de tranſactionibus Covarruv. cap. cum eſſe, n. 9. de teſtamentis, quamvis id non ſatis percepit gloſſ. fina. l. quid enim, infra eodem.

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

unum, adhuc locus eſſet privilegio, ut dictum eſt: & eodem modo reſpondetur ad * l. ſi legatus, 30. inf. ad Trebellian. Nam in eo text. non ſolum ceſſabat impedimentum legationis: ut ibi advertunt Alexan. n. 3. Marian. cap. ſin. n. 86. de foro compet. ſed etiam ceſſabat moleſtia & importunitas legati nam cum diceret ſuſpectam hæreditatem, nulla ei moleſtia inferitur, ſi cogatur actum momentaneum additionis facere, nè aliàs intercedat fidei commiſſum.

Præterea & juxta prædicta venit * reſolvenda alia Doctorum controverſia in hac materia. Utrum hoc privilegium competat legato, qui per additionem & modos prohibitos procuravit eligi in legatum? * in qua quaſtione Andr. Sicul. cap. ſin. à nu. 76. de foro compet. exiſtimat, non competere, allegat l. qui data ſup. quib. ex cauſ. major. & text. expreſſum l. legati, C. de legatio. lib. 10. quòd etiam ſentit gl. 1. l. qui autem, in princ. ſup. ſi quis cautio. & conferunt cum ſumma per * Felinum, cap. ſin. num. 3. de teſtib. Contrariam tamen opinionem, imò & his competere privilegium, nè illiàs impediat officium legationis, cum detrimento Reipub. tenet Felin. d. cap. ſin. n. 25. poſt. princ. de foro compet. & Ait. de Matth. de prorogatione jurisdiccionis, num. 48. verſ. redeundo.

Ex prædictis autem reſolvendum eſt, * quòd ea pars privilegi, quòd legato non inferatur moleſtia & importunitas, non competet prædicto legato, illa autem pars, quòd non debeat ei offerri aliquod impedimentum in officio legationis, etiam in prædicto locum habebit, nè aliàs inferatur præjudicium Reipub. quæ eum miſit.

Denique & juxta prædicta venit * reſolvenda Doctorum controverſia in hac materia, *Verum exceptio competens legato ſit dilatoria, vel peremptoria?* In qua quaſtione cap. fina. de foro compet. verbo, tunc, videtur ſentire, * dilatoriam eſſe, ac ob id à legato eſſe opponendam ante litiſ conſteſtationem, & ibi notavit Marian. num. 6. & num. 67. Felin. col. antepen. ad ſin. idem Felin. cap. cum Ordinem, nu. 15. de reſcript. ſiſt. l. 1. conſtit. rub. 95. numer. 8. & num. 13. & ſecundè Gregor. l. 4. tit. 3. part. 3. verb. ſobre pleito, in ſin. Cæterum Andr. Sicul. d. cap. ſin. num. 14. contendit imò, prædictam exceptionem eſſe peremptoriam. Sed ex prædictis concordandæ * ſunt opinionès: quòd ſi ille, qui convenitur in curia, reperitur ibi ex cauſa neceſſaria, ſine dubiò, exceptio huic competens eſt dilatoria, d. cap. ſin. de foro competente. Sed ſi conveniatur legatus (de quo nos agimus,) pro ea parte privilegi, nè moleſtius vexetur: exceptio ei competens erit dilatoria: pro ea vero parte, nè legationi impedimentum fiat, exceptio erit peremptoria, cum legatus quoad hanc partem, neq; expreſſim neque tacitè poſſit privilegio renunciare, ut dictum eſt: & ita in effectum has opinionès reducit ad concordiam, Anton. de Matth. de prorogat. juridiſt. num. 55. ad ſuam.

Quinimò ꝛ proceſſus factus ſcienter per Judicem contra legatum, qui omiſit opponere prædictam exceptionem, ipſo jure cenſebitur nullus, ut probat Felin. cap. cum ordinem, n. 15. de reſcript.

His ita explicatis ad perfectionem * materiæ: concluſionem hujus text. cum loquitur de legato, quatuor ampliabilis modis, & aliis quatuor limitabilis: ac ita plenè remanebit explicata & expedita.

Prima igitur ampliatio ſit, * ut hoc privilegium legatis, nan ſolum competat jure communi, ſed & jure Regni Portugallia, ut probat Ordinatio, lib. 3. tit. 3. veteris impreſſ. & l. 3. tit. 4. nova recopilationis. Item jure Regni Caſtellæ, ut probat l. 4. tit. 3. part. 3. & l.

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

77 3. & l. 25. tit. 9. l. 7. ordinam. Neq; his * repugnat l. 4. tit. 11. l. 2. ordinamenti, quæ hodie eſt l. 11. tit. 7. l. ordinamenti, dum probat quòd legatus Civitatis, poſſet conveniri pro propriis debitis, & ejus perſona capi, quæ intricatur Gregor. l. 4. tit. 3. part. 3. verb. ſobre pleito, nam reſpondendum eſt, quòd liber ſtante litera Legis antiquæ ordinamenti, de hoc potuit probabiliter dubitari, ut etiam agnoſcit Perez. l. 4. tit. 11. l. 2. ordinamem, tamen hodie ſtante nova litera, l. 11. tit. 7. l. 6. nova recopilationis, ceſſat omnis difficultas, quia in ea adduntur ea verba (en caſi que aya lugar conforme aderecho) per quæ aperte ſignificatur, legatum non poſſe conveniri durante legatione, niſi in caſibus in jure expreſſis, de quibus agitur inf. in limitationibus, id quòd etiam clarus expreſſit, l. 13. tit. 7. l. 6. novi ordinamenti, & adde tradita per Gregor. l. 23. tit. 18. partit. 3. in gl. 1. cui adde l. 25. tit. 9. partit. 7. & l. 4. tit. 16. partit. 2.

78 Secunda ampliatio ſit, * ut hoc privilegium, non ſolum competat legato, quem Princeps ſupremus mittit ad alium, vel quem mittit Civitas ad ſuum Principem, in quibus cauſis hoc privilegium expreſſim concedit, l. ſi. §. legati, inf. de muner. & honor. & l. 10. tit. 7. l. 6. nova recopilat. Ordin. Portugallia, l. 3. tit. 4. §. Cabedus dec. 16. n. 3. in 2. par. Sed etià in legato, quem una Civitas mittit ad aliam, cauſa reum publicarium: nam & huic competere privilegium legati, tradit Alberic. hic, col. 2. verſ. quæſ. Guid. & Jacobin. hic, n. 7. Curt. Ju. ad ſi. * & pro illis videtur text. l. qui mittuntur, §. ſed eſt, ſup. quib. ex cauſ. maj. dum probat, quòd ſi quis mittitur à ſua Civitate cauſa Reip. quamvis per Urbem (ſcilicèt Romanam.) tranſiens, debeat iter facere, videtur abeſſe cauſa Reip. in quo ſignificat, quòd ſi Civitas mittat legatum, non ad Romam, ubi Princeps reſidet, ſed ad aliam Civitatem, videtur is legatus abeſſe cauſa Reip. ac proinde quamvis per Urbem Romanam iter faciat, non poterit ibi conveniri, quaſi in cōmuni Patria, quia cum ille legatus cenſetur abeſſe cauſa Reipub. competit ei privilegium hujus text. & expreſſit hic verb. deſtinati, & Odoſre, quamvis gl. d. l. qui mittuntur, §. ſed eſt, ſup. per Urbem aliter explicet.

79 Non tamen eſt omittendum, * quòd gl. 1. hic ſentit, quòd ſi legatus mittatur de una Civitate ad aliã, propriè non dicitur legatus, neq; etiam propriè dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ, ac ob id illud tantum ei conceditur privilegium, ut tanquam abſenti ex juſta cauſa, ei concedatur reſtitutio ex clauſula generali, ut eſt expreſſum l. ſed eſt per præſorem §. ſi. verſ. multi enim. ſup. ex quib. cauſ. maj. per quem hoc probat gl. d. l. qui mittuntur. §. ſed eſt verb. profectus. & gl. 1. l. ſi legatus 30. inf. ad Trebellian. quòd & videtur probare text. l. legatis ſupra, quib. ex cauſ. major. ubi legatis miſſis de Civitate ad aliam (ut ibi intellegit gl. 1. & 2.) ſuccurritur ex quadam Imperatoris conſtitutione, & ſic præſupponit, non videri abeſſe cauſa Reipublicæ, atq; ſuſpecta fuiſſe prædicti Imperatoris conſtitutio: ut ibi expendit Alber. * Pro concordia dicendum eſt, hoc verbum (Rempublicam) propriè ſignificare * Rempublicam Romanam, nam aliæ Civitates improprie & abuſivè appellantur Reipub. l. bona Civitatis, inf. eo verb. ſignificat. & not. gl. l. 1. verb. aut publica, ſupra, de rer. aſſuſio, & gl. ſin. l. pen. inf. de privileg. creditor. gl. l. ſed eſt per præſorem. §. ſin. verb. abſit. ſupra, quibus ex cauſ. major. & gl. 1. l. Reipublic. C. quib. ex cauſ. major. aded quòd pro * regula conſtituatur, omnes Civitates (excepta Civitate Romana) magis conſiderari tanquam perſonas quaſdam privatas, l. cum qui veltigal. 16. in ſi. de verb. ſigniſ. l. nihil intereſt, inf. ad Macedonian. l. 1. §. illud cum gl. ſup. de edil. edicto gl. elegans in rub. C. de jure

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

Reipub. l. 11. ac ob id ubi * ſit mentio abſentium cauſæ Reipublicæ, non videntur per vim comprehenſivam contineri abſentes, cauſa ſuarum Civitatum, Sed tantum per interpretationem extenſivam, ſi eadem fuerit ratio, ut advertit Cuſatius, l. 19. obſer. cap. 14. Et hac ratione jura * loquentia de abſentibus cauſa Reip. ex identitate rationis extenduntur ad abſentes cauſa ſuarum Civitatum, ut eſt expreſſum, l. ſed eſt per præſorem. §. ſi. ſup. quib. ex cauſ. maj. verſ. multi enim. Cum autem jura exorbitantia * non ſoleant recipere extensionem, etiam ex identitate rationis, cap. quæ à jure de reg. jur. in 6. in hac materia privilegiativa, neceſſaria fuit Principis conſtitutio, ut abſentes cauſa municipii, vel Civitatis reſtituantur, quaſi abſentes cauſa Reipubl. ut eſt expreſſum, l. legatis, ſup. ex quib. cauſ. major.

Et hac etiam ratione, * ſi quis veniat ad tractanda negotia publica Civitatis, quamvis ab ea non ſit miſſus, tamen ob ſimilitudinem rationis dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ ita colligitur ex text. auth. de ſanctiſſ. Episcopis. §. ſi quis Episcopus vel Clericus, verſ. ſi vero, col. 9. tra. it Innoc. c. ſin. col. 2. poſt princ. & ibi Panormit. n. 46. Marian. n. 66. de foro competente, & per contrarium; ſi quis ſit electus, & miſſus per Civitatem pro modicis negotiis Civitatis, & ſic ut ſua negotia magis principaliter tractaret: non videtur abeſſe cauſa Reipublicæ, l. Reipublicæ cauſ. & l. non vere. ſupra, quib. ex cauſ. major. elegantè Rebuff. l. cum qui veltigal. col. ſi. infra, de verb. ſign. Si autem principaliter agat de rebus Civitatis, etiamſi incidenter agat de aliquo negotio ſuo particulari, coram * Principe, vel ejus curia, dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ, l. 2. junctæ gl. 2. C. de legatio. lib. 10. quamvis is, qui defendat Civitatem in iudicio, non dicatur legatus, ſed Syndicus, l. ſin. §. deſenſores inf. de muner. & honorib. & explicat not. Ruin. conſ. 116. n. 19. l. 4.

Tertiã ampliatio ad prædictam concluſionem ſit, * quòd ſi lis conteſtata ſit cum aliquo, & poſtea creatus ſit legatus, ſuperſedendum eſt in prædicta cauſa, donec durat legatio: ita clarè probat text. l. non diſtinguimus. §. item ſi quis Roma. ſup. de recept. arbit. notat. gl. §. item ſi extra, inf. hac l. & gl. 1. l. qui autem in princ. ſup. ſi quis cautio. Marian. cap. ſin. n. 67. de foro compet. Invenio tamen quòd Jaſon. l. ſi quis quemquam, n. 6. ſup. ſi quis cautio, contrarium * tenet per l. penul. §. 1. inf. de legatio. quam ad id ibi notat Alber. in ſine. Sed mirum eſt, non fuiſſe memores d. l. non diſtinguimus. §. item ſi quis Roma, quæ clarè probat, concluſionem ſupra firmatam, ꝛ neque repugnat text. d. l. pen. §. inf. de legatio, qui tantum probat, ſi mora ſit lis ante legationem ſuſceptam, tenetur legatus ſe defendere, quia ante ſuſceptam legationem non cenſetur eſſe verus legatus: ſed poſt eam ſuſceptam non tenetur ſe defendere: intellige tu, etiam ratione litiſ antea motæ: ut eſt expreſſum in d. §. ſi quis Roma. niſi prædictus ꝛ legatus fungatur, d. l. pen. §. 1. inf. de legatio. hoc eſt functus ſit officio legationis, ut ibi exponit gl. ſin. qui exinde tenetur ſe defendere, cum jam non ſit legatus.

Sed adverſus hanc etiam ampliacionem videtur urgere regula l. ſi quis poſteaquam, 7. inf. eodem, ubi poſt citationem * propter ſuperſententiam privilegii non mutatur forus: * neq; quoad cognicionem cauſæ neq; quoad executionem l. cum quadam, in princ. ſupra, de juſiſ. omni. juſtic. & ibi tradit Cagnol. n. 23. Ergo à fortiori idem erit, ſi poſt litem conteſtata ſuperſententiam privilegium. Sed huic difficultati reſpondet gl. d. l. ſi quis poſteaquam, * & gl. l. 1. l. qui autem, in princ. ſup. ſi quis cautio, in hac difficultate diſtinguendum eſſe: nam ſi ad poſtulationem partis concedatur privilegium, locum habebit deciſ. d. l. ſi quis

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

quis posteaquam. Si autem motu proprio Princeps concedat privilegium, vel quis invitatus cogatur suscipere officium, cui sit annexum privilegium, tunc privilegium proderit etiam ad causas antea motas, l. qui autem, in principio, supra, si quis cautio, & l. si reus inf. iudicatus solvi, & in his terminis procedet nostra ampliatio, prout in simili hos casus distinguit l. 3. in princ. supra, quod quisque juris. Et hanc resolutionem probat Paulus d. l. si quis quemquam, n. 2. sup. **97** fin. quis cautio, ex ea colligitur, quod * clausula (motu proprio) generaliter concepta, censetur referri etiam ad causam, quae antea pendebat, & in qua praevenerat erant iurisdictionis, subscribit Alex. ibi, n. 3. & l. cum quadam, n. 7. supra, de iurisdic. omn. iudic. ubi Cognol. n. 26. Id tanquam receptum probat & asserit receptum Ripa, c. 1. in fin. de rescriptis. Ant. Gabriel, l. 2. communium, tit. de iud. conclus. 4. n. 20. **98** Caeterum hanc communem * resolutionem impugnat Jason, l. qui quemquam, n. 5. sup. si quis cautio, & l. 2. n. 2. C. ut lite pendente. Ruinus cons. 80. in fine, lib. 5. Et ratione, quia clausula (motu proprio) **99** non censetur relata ad lites antea pendentes, l. em. **100** *co* fina, ut lite pendente, quia Princeps iuri tertii nunquam videtur voluisse praedjudicare, l. 2. §. si quis a Principe, infra, ne quid in loco publico, & in terminis tradit Innoc. cap. causam quae, de testibus: cui rationi non satisfacit responsio Curt. Jun. d. l. cum quoniam, n. 12. & ibi Cognol. n. 27. quod in mutatione fori videtur agi de parvo praedjudicio, & ideo non debet esse in consideratione, l. scio, supra, de in integ. rest. quia replicabitur, in hac materia veram esse resolutionem, quod in dubio Princeps non videtur voluisse tertio praedjudicare * etiam in minimo, d. §. si quis a Principe: quod si clare constet Principem tertio voluisse praedjudicare, interpretabimur in minimo voluisse praedjudicare, non autem magnum verum tertio voluisse inferre. gl. fin. si cum ab herede inf. ad Trebellian. Tradit Alciat. de praesumpt. regul. 3. pr. sumpt. 11. n. 4. Cum igitur in nostro casu, non appareat de mente Principis, dicendum est, neque in **101** minimo voluisse praedjudicare tertio, & ideo verior responsio est, quod in nostro casu non mutatur forus, sed remanet idem forus qui ante privilegium suberat, sed propter privilegium legationis, interim differretur prosecutio causae, dum durat legatio, plane difficilium admittitur mutatio, † sive peremptio fori, quam caute prosequenda dilatio, l. deberi, C. de fideicom. libert. & in specie advenit Aret. in cap. causam quae, el. 2. n. 9. de re lib. quicquid praedictos casus aequiparet Cast. d. l. si quis quemquam n. 2. de quo articulo latius agemus in l. si quis posteaquam, infra eod. m. **104** Quare & ultimo amplia † conclusionem huius text. procedere, etiam in contractibus Romae celebratis ante legationem, nam esset etas legatus, etiam pro illis Romae conveniri non potest, ut probat is text. in pr. & in vers. caeterum & l. non distinguemus, §. item si quis Romae, sup. de recept. arbit. & notat gl. s. hic verb. destinati, & verb. dummodo. gl. cum qui §. 1. verbo denegatur, inf. de constit. pecun. & probat **105** Ordin. * Portugalliae, l. 3. tit. 4. §. 1. Imò nec pro delictis commissis Romae, ante legationem Romae accusari potest, l. non aliis, vers. legati, inf. eodem, **106** à contrario sensu, & quia in hac materia contractus, * delicta à pari procedunt, l. omn. obligationem cum gl. inf. eod. & in specie probat. l. 10. tit. 7. lib. 6. novae recopilationis, Ordinatio Portugal. l. 3. tit. 4. §. fi. sunt enim legati * iure gentium immunes ab omni poena & punitione, l. sanct. sup. de verum divis. l. fi. inf. de legatio. ca. ulgentium 1. dist. tradit. Bart. l. 1. infr. ad leg. Jul. majest.

Et juxta praedicta venit explicandus * text. vers. **108** item si extra, inf. hac lege, quem Curt. Jun. ibi n. 3. intellexit loqui in legato: & juxta hunc sensum probat ille text. quod id quod dictum est, legatum non posse conveniri Romae pro contractibus ibi celebratis ante legationem, debet intelligi de contractibus celebratis in domicilio, vel saltem in Provincia, in qua habebat domicilium: nam si in alio loco cessat praedictum privilegium, & sic pro illis Romae conveniri potest, etiam durante legatione, qui intellectus est etiam de mente Pauli Gaitrenf. & Lancel. Dec. ibi & Socin. regula 101. n. 5. Qui tamen * intellectus **109** est omnino rejiciendus: quia si pro contractibus Romae celebratis non potest Romae conveniri, postquam legatus effectus est, quamvis duplici nomine ibi videatur forum fortiri, scilicet ratione contractus in ea celebrati: & quia est communis Patria, à fortiori conveniri non poterit Romae pro contradictionibus extra Provinciam gestis ante legationem, cum nunc tantum una ratione Romae forum sortiatur, scil. quod Roma sit communis patria, ut advertit gl. d. §. item si extra. Quare * magis probandus est **110** intellectus gl. d. §. si item extra quod text. ille non loquatur in legato, sed in eo, qui reperitur Romae propter aliquam necessitatem: nam si is Romae conveniatur, habet privilegium revocandi domum, ut postea dicemus: is enim habebit hoc privilegium revocandi domum, si Romae conveniatur, pro contractibus gestis in loco domicilii, vel saltem in Provincia, in qua habet domicilium: pro aliis autem Romae conveniri non potest: nam cum hoc privilegium, ei tantum concedat jus revocandi domum, non potest adaptari ad contractum gestos extra Provinciam, in qua domicilium non habet, quem gl. intellectum asserit receptum Alberic. §. omn. col. 1. ad medium, inf. eod. & tandem cum, tanquam verior agnoscat Curt. Jun. d. §. tit. si extra ad finem, & receptum † esse fatetur Lancelotus Dec. & ibi **111** var. post quae, cap. 5. n. 2. Anton. de Matib. de derogatione iurisdic. n. 49. & juxta hunc intellectum litera d. §. item si extra, ita explicanda est: & dictum fuerat §. omn. inf. hac l. quod si illi, quibus competit jus revocandi domum, Romae contraxerunt, pro his contractibus non possunt uti praedicto privilegio, nisi jure legationis competat praedictum privilegium, nam tunc etiam pro contractibus gestis Romae habent jus revocandi domum, ut dictum est. Sed pone praedictos, qui extra causam, quam legationis, habebant jus revocandi domum, non contraxisse quidem Romae, sed in alio loco, utrum pro his contractibus possint Romae conveniri? An verò eis competat praedictum privilegium revocandi domum? Cui quaestioni respondet Jureconsult. in d. §. item, si extra, cum distinctione, quod pro contractibus gestis intra Provinciam domicilii, poterit uti praedicto privilegio, sed pro gestis * extra Provinciam illa non utetur, & **112** tradunt Innoc. & Panor. n. 46. cap. fi. de foro comp. & ibi Marian. n. 76. Socin. reg. 102. n. 5. Et ratio huius distinctionis, quia qui revocat domum, praesupponit se in proprio domicilio necessario esse conveniendum pro praedicto contractu, gl. hic, verb. jus dicat, & gl. cap. fi. verb. privilegium de dilatio, vel saltem coram praeside, sub cujus iurisdictione habet domicilium, qui in tota Provincia exercet iurisdictionem, l. 3. sup. de offi. praesid. Sed quia hoc notorie est falsum, quia etiam & in loco contractus conveniri potest, c. 1. §. contrahentes, de foro comp. in 6. l. haeres absens. §. proinde infra eod. quasi non verificentur per omnia verba privilegii, eis non conceditur hoc casu jus revocandi domum: sed Romae tanquam in propria patria

Patria conveniri permittitur, ut advertit gl. cap. fin. verb. privilegium, de dilat. & hunc esse communem intellectum d. §. item si extra, asserit Covar. pract. q. c. 5. n. 2. & est de mente Marian. cap. fin. nu. 76. de foro comp. Et sic cessat praedicta difficultas. **114** Non est tamen omittendum, * quod dum is text. probat, legatum pro contractibus gestis Romae ante legationem, non posse Romae conveniri post legationem, in contrarium nimis videtur urgere cap. delict. de foro comp. dum probat, quod si quis habet privilegium, ut non conveniatur, nisi in certo loco, & coram certo Judice, si in alio loco contraxerit, poterit in loco contractus conveniri, non obstante **115** praedicto privilegio, quod etiam * probat c. 1. de privileg. in 6. ord. Portugalliae lib. 3. tit. 2. §. 2. & hodie lib. 3. tit. 2. §. 2. novae recopilat. Huic tamen objectioni communiter responderetur, objectionem procedere, quando quis habet privilegium particulare, & non clausum in corpore juris, & ideo non obstante praedicto privilegio in loco contractus conveniri potest: Sed si habet privilegium corpore juris clausum (ut habet legatus) est contra in alio loco **116** tamen nihilominus in eo uti potest * praedicto privilegio, quia privilegium corpore juris clausum fortius censetur: & sic difficilium etiam tollitur. Et ita gl. hic, verb. non compellitur. quam probat Bart. in fine, paul. Cast. §. omnes, n. inf. hac l. & ibi Curt. Jun. n. 14. Felin. c. fi. n. 5. de foro comp. Jas. l. 1. nu. 16. sup. de constit. Princ. Rebuff. de privileg. scholarium. **117** privileg. 179. Quia ratione clausula (non obstante * quocunque privilegio) non comprehendit privilegia in corpore juri clausa, gl. l. 3. C. de silentio. lib. 12. Dec. cap. 1. n. 2. ad fin. de rescript. Galeaul. l. centurio, nu. **118** 168. inf. de vulgari. Quae tamen * communis responsio tuta non est, quia si vera esset, sequeretur, quod pupillus & vidua, qui habent fori privilegium corpore juris clausum, l. unica C. quando Imperator inter viduam, non possent in eo loco contractus conveniri, quod tamen est contra mentem omnium, & contra ordin. Portugalliae, lib. 3. tit. 6. §. Item miles **119** habet † privilegium in corpore juris clausum, de quo l. tam collatores in princ. C. de re milit. lib. 12. l. magisteria. C. de jur. omn. jud. & tamen loco contractus conveniri possunt, l. pen. cum ibi not. C. de pact. Et in specie, quod non obstante privilegio in corpore juris clauso, quod quis loco contractus conveniatur, probat l. interdum, 36. §. fin. & ibi notat Fulgos. infra eodem. **120** Melius ergo ad * dictum cap. dilecti. responderetur, procedere in eo, qui tempore contractus jam habeat privilegium, qui tacite videtur renuntiasse quoad eum effectum, ut in loco contractus conveniri possit: nos autem loquimur, quando tempore contractus quis non habet privilegium cum postea fuerit effectus legatus. Neque enim contrahendo potest videri renuntiasse privilegio, quod nondum sibi competeat. l. mater decedens, de offic. testam. Et hac ratione procedit nostra ampliatio. Quare si tempore contractus, quis jam esset legatus, non obstante privilegio legationis: posset in loco contractus conveniri: ut dicemus in prima limitatione. Quinimò si **121** promissio esset collata * in tempus, quo promittens esset jam legatus, posset conveniri in loco promissionis, ac si jam factus legatus praedictam promissionem fecisset, juxta regulam legis quod C. donat. ante nupt. & probat expressim l. 3. in fi. inf. de legat. notar. gl. hic, verb. non compelluntur, in fine. & in simili ita etiam distinguit tex. l. non distinguemus. §. sacerdotio, supra, de receptio supra, de recept. arb. **122** Expeditis ampliationibus, * deveniendum est ad limitationes nostrae conclusionis. Prima igitur sit limitatio, quod legatus, pro contractibus, quos fecit,

dum esset jam legatus, nullum habet privilegium, & pro illis Romae, vel alio loco idoneo, conveniri potest. Ita probat text. verb. caeterum, & l. n. alia, in princ. inf. eod. l. non distinguemus, §. item si quis Romae, supra, de recept. de arbit. tradit gl. hic, verb. dummodo. Socin. reg. 103, in prin. probat. l. 10. tit. 7. lib. 6. novae recopilationis, & l. 4. tit. 3. partit. 3. Ordinat. Portugalliae, lib. 2. tit. 3. §. 1. & hodie lib. 3. tit. 4. §. 2. novae recopilationis. Ratio assignatur l. interdum, 36. §. fin. inf. eod. quod huic obligationi sive oneri legatus sponte videtur se subjicere, & licet tex. ille loquitur in Senatore, tamen idem esse observandum in legato, qui durante legatione contraxit, probat l. cum furiosus, §. fin. inf. eod. Cui tamen rationi nimis videtur * obviare, quod **123** legatus non potest spontaneè renuntiare suo privilegio, ne impediatur legatio cum detrimento Reipub. ut supra tradidimus. Sed pro responsione considerandum est, quod legatus durante legatione est prohibitus tractare propria negotia, vel aliena. Paul. la. 2. §. fin. & l. legatus antequam, infra, de legatio. Unde videtur, quod si legatus tractavit propria negotia, contra prohibitionem Legis, contractus erit nullus: & consequenter legatus non poterit pro illo conveniri contra id quod praesupponunt jura supra citata. Neque satis facit huic difficultati, responsio Marian. cap. fin. nu. 75. ad finem: & Felin. ibid. colum. penult. ad finem, de foro competer. quod licet legatus contra prohibitionem contraxerit, tamen nihilominus pro eo potest legatus conveniri: nam replicabitur, hanc responsionem directo non satisfacere difficultati eo modo quo facta est. Item & confundi per text. l. legatus creatus, infra, de legatio, dum probat, Senatus consultum prohibuisse, ne legati durante legatione aliquem actum * facerent, & **124** quod sit contra prohibitionem Senatus consulti, valere potest, l. a Divo Pio, supra, de ritu nupt. & ibi gl. recepta. Melius igitur respondebitur praedictae difficultati, * praedicta jura esse intelligenda, quando legatus **125** traxit, praehabita Principis licentia, ut probat tex. l. si quis in legatione, inf. de obligationib. Semper enim * **126** jura sunt intelligenda praesuppositis terminis habilibus, l. qui testamento, §. 1. sup. de testamentis. Quamvis igitur legati non possint contrahere, est nihilominus contrahant, * nihil valeat contractus, u. supra **127** dictum est. Tamen si factus sit cum licentia Principis, valebit, quia tunc Princeps contra prohibitionem videtur dispensare, l. quidam consulebat in fine, de rejudicata. Et est qui replicet, quod adhuc remanet ea difficultas, quod legatus non potest renuntiare proprio privilegio, ne impediatur legatio: facile responderetur, credendum esse, quod Princeps non concederet praedictam licentiam, si propter eam impedimentum afferretur legationi: & ita in effectu Lancelotus Decius §. sed si agant, col. 1. ad medium, hac l. & ibi Curt. Jun. in 8. Ant. de Matib. de prorog. iurisdic. n. 51. & ad hunc * modum debet declarari cum **128** furiosus, §. fin. inf. eod. dum dicit, legatum durante legatione posse fidejuberere pro alio, item, & l. non distinguemus, §. item si quis Romae, sup. de recept. arbit. dum probat, valere compromissum, si legatus compromittat, nam debet intelligi praehabita Principis licentia, ex supra traditis. Item ex praedictis infertur, * quod pro contractibus **129** celebratis durante legatione cum Principis licentia, ut supra dictum est: non solum conveniatur, si eos contractus Romae celebraverit, sed & pro quibuscumque aliis quocumque loco celebratis: nam cum contrahens in legatione nullum habeat privilegium pro contractibus quocumque loco celebratis, poterit Romae conveniri tanquam in communi Patria. Cop-

108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129

130 Contrarium nihilominus tenet Aldricus glossator antiquus relatus per Accursium, §. item si extra infra hac l. concludens, quod si legatus post legationem contraxit in sua Provincia, vel etiam in aliena per procuratorem, adhuc gaudet privilegio legati, & habet jus revocandi domum. Sed pro contractibus Romæ, vel in Italia celebratis, potest Romæ conveniri allegat. cum furiosus, §. fin. infra eod. & Aldrici opinionem existimat veriore Coryar. prædictam questionem cap. 25, n. 2. ad finem, sed huic Aldrici opinioni aperte repugnat supra tradita.

131 Quare pro vera resolutione advertendum est: in hoc articulo duas occurrere quæstiones diversas. Prima est, Utrum pro contractibus factis durante legatione, possit Romæ conveniri, tanquam in communi patria. Secunda est, Utrum ratione contractus in Italia celebrati possit Romæ conveniri, ac si interpretatione juris, ille contractus esset Romæ celebratus? Et quoad primam quæstionem respondendum est, posse legatum Romæ conveniri tanquam in communi patria: pro contractibus quocunque loco celebratis durante legatione, ut dictum est: intelligendo sane, quando hi contractus celebrati sunt cum Principis licentia, ut supra probavimus. Quoad secundam quæstionem respondendum est, quod ut ratione contractus conveniatur Romæ ac si Romæ fuisset celebratus, oportet quod vel Romæ sit celebratus, vel saltem in Italia: nam si in Provincia, vel extra fuerit celebratus, pro his contractibus poterit quidem Romæ conveniri, tanquam in communi patria: non autem quasi ibi juris interpretatione contractum sit, nisi veram Romæ, vel in Italia celebratus sit: ita clare videtur probare tex. l. cum furiosus, §. si. inf. eod. Nam licet gloss. fin. ibi exponat (in Italia) hoc esse Romæ, quæ est caput Italiæ: & receptam dicat 133 Jacobin. in fin. §. omnes, inf. hac l. & securè Paul. §. item, si extra, inf. hac l.

134 Tamen rejicienda est hæc expositio, quæ aperte corrumpit literam, d. l. cum furiosus, §. fin. infra eod. ut advertit Marianus cap. fin. n. 76. de foro competent. & sic in his terminis opinionem Aldrici relatum per Accursium, d. §. item si extra, tanquam veriore probat Fulgos. d. l. cum furiosus, §. fin. inf. eod. & Covarruvias practicarum, cap. 5, n. 2. ad finem. & Marian. d. cap. fin. n. 7. de foro compet. quem sequitur Anton. de Matth. de prorogatione jurisdictionis, n. 49. Pro quorum sententia ego expendo verba n. 135 §. si extra, infra hac l. ibi. (Licet in Italia) Sententiam, quod si in Italia contractum esset, sine dubio Romæ conveniri posset, ac si juris interpretatione in ea contraxisset: licet si extra Italiam contraxisset, observanda sit distinctio ibi tradita. Cujus distinctio 136 his veram rationem colligo * ex notabilibus verbis Titii Livii, lib. 7. decadis tertia pagin. 159. dicentis, Patres negabant debitorem dici posse extra Romanum agrum, cum autem in Italia terminari. In quo aperte significatur, totam * Italiam considerari, tanquam agrum Romanum, & tanquam Romæ territorium.

137 Unde facile contractus in territorio celebratus, * juris interpretatione censetur Romæ celebratus, argum. l. qui ex viro, inf. ad municip. & l. pupillus 237. & territorium, infra, de verborum signif. & quæ cum * Roma sit caput Italiæ, contractus celebratus in Italia juris interpretatione in capite potest videri factus, arg. l. 3. C. de naturalit. lib. Prout contrahens, 139 * in quacunq. parte Provinciæ, coram præside conveniatur, ut præsupponit §. item si extra, inf. hac l. quia Præses est caput Provinciæ, & in tota ea habet jurisdictionem. l. 3. supra, de offic. præsid. l. nec quicquam, in prin. sup. de offic. proconsul. & sic tota ea, ejus est territorium, ut tradit Bologni. auct. habita, n. 207. C. ne

filios pro patre, & Thesaurus decis. Pedemont. 229. numer. 7.

Ex quibus ita explicatis infertur intellectus ad 141 plures textus in hac materia, qui eam difficilem reddunt: & primò infertur intellectus ad l. eum qui, §. 1. infra, de constit. pecun. quæ constituit differentiam, utrum legatus Romæ existens, constituat se soluturum Romæ: & hoc casu per actionem de constituta, cogatur Romæ solvere, prout promissit: si autem in Provincia constituat se Romæ soluturum, id quod aliàs debebat, non poterit Romæ conveniri per actionem de constituta, ut in ea solvat id, quod promissit, ut ibi intelligendum Fulgos. Castrenf. & Salyc. Marian. cap. si. n. 7. de foro compet. Jafon. §. plus, n. 15. ad fin. Inst. de actio. Cujat. lib. 3. observat. cap. 17. Nullus tamen assignat congruam rationem * hujus differentia: Ego autem ad eam reddendam in primis considero: in hoc articulo distingendum esse contractum constitui habere ex natura sua rationem ad jam debitum, ab illis promissionibus, quæ de novo fiunt ad obligandum: ut distinguit Jureconf. in l. 1. §. eum qui inf. de constit. pecun. Item considero, quod licet Jureconsult. l. eum qui, §. 1. duas proponat conclusiones supra relatas, tamen ad faciliorem declarationem quæstioni, converso ordine Jureconsulti à secunda conclusione incipiendum est: & deinde deveniatur ad primam. Secunda igitur conclusio dict. l. eum qui, §. 1. ea est, quod si quis 144 adhuc in Provincia existens, constituit id, quod acceperat in Provincia, Romæ se soluturum, non dabitur adversus eum Romæ, actio de constituta: & ratio est, quia cum adhuc non esset legatus, sed in Provincia existeret, non potest videri renuntiasse privilegio legati, quod adhuc sibi non competebat. Unde Romæ conveniri non potest, per actionem de constituta, quia opponetur privilegio legati postea sibi superveniente. Ampliatur hæc conclusio per l. si quis in legatione, §. 8. inf. eod. in qua probatur * quod 145 licet jam legatus, & Romæ existens, constituat se soluturum id, quod ante legationem debebat: adhuc actio de constituta in eum non dabitur. Et est ratio, quia cum constitutum necessariam habeat relationem ad id, quod debebatur ante legationem, naturam principalis sequitur: ut sic durante legatione pro eo non conveniatur, nisi clare expressum sit, quod eo tempore legationis illud * teneatur solvere, 146 ut probat, l. 3. inf. de legation. Item est alia ratio, quia constitutum principaliter inventum est ad corroborandum debitum præcedens. Ita ut ad petendum competat nova actio prætoria, quæ dicitur de constituta, §. de constituta, Inst. de actio. Et faciens 147 actum corroborativum debiti præcedentis, propter hoc non sortitur forum in loco, in quo actum corroborativum præcedentis fecit, ut ex mente dictæ l. si quis in legatione, collegit Roman. l. 3. inf. eod. extollit Jafon. l. more n. 29. sup. de jurisdictione omn. jud. Andr. Gail. pract. observat. lib. 2. cap. 1. n. 4.

Ex quibus infertur, * inanem esse laborem gl. l. 148 cum qui, §. 1. verb. quod & verum, inf. de constit. pecun. Nam opponens contra eum tex. de l. si quis in legatione, §. 8. inf. eo quatuor assignat concordias, circa quas insitit Salycet. ibi. & Maria. cap. fin. n. 76. de foro compet. Nam ex prædictis constat, tantum abesse, quod prædicta jura inter se adversentur, ut potius unum veniat ad ampliationem alterius, ut supra dictum est.

Infertur etiam, quod licet quis in Provincia existens, contituit se Romæ soluturum, atq; proinde juris interpretatione Romæ videatur constituisse l. contraxisse, inf. de act. & oblig. quicquid id neget Anton. de

de Matth. de prorog. jurisdiction. n. 49. vers. & nota in prædictis, tamen non ob id videtur forum sortiri, quod effectum, ut eo loco conveniatur, per actionem de constituta, propter rationem supra allegatam.

150 Hanc conclusionem * ita explicatam limitabis si quis legatus Romæ existens, constituat se Romæ soluturum: nam tunc actio de constituta, adversus eum dabitur, ut Romæ cogatur solvere prout promissit, ut clare probat d. l. eum qui, §. 1. inf. de constit. pecun. in conclus. & rationem hujus limitationis assignat Fulgos. ibi, & aliam Salycet n. 2.

151 Ego autem adverteo * quod ut hæc limitatio locum habeat, duo copulativè debent concurrere, & quod legatus Romæ existat, item quod constituat se soluturum Romæ, ut d. l. cum qui, §. 1. intelligit gl. verb. quod & verum in 3. solut. quam ibi probant 152 Fulgos. Paul. Castr. & Salyc. Altero * autem ex his deficiente, non procedet limitatio, & ideò si legatus Romæ existens constituat simpliciter se soluturum, id quod debet, & non exprimat quod Romæ solvet, ex constituto non poterit Romæ conveniri, quia cessat unum ex prædictis requisitis: quod clare probat l. si quis in legatione, §. 8. inf. eod. Similiter 153 * si legatus non existens Romæ constituat se soluturum Romæ, ex constituto in ea conveniri non potest, quia deficit primum requisitum, & ita clare probat d. l. eum qui, §. 1. in 2. respons. inf. de constit. pecun. & ibi notat gl. verb. quod & verum, in 3. solutio. Duobus autem prædictis simul intervenientibus Romæ, poterit per actionem de constituta conveniri, quia licet per constitutum non consequatur novum forum ratione constituti facti ob rationem, de qua supra, tamen quia constituit * se soluturum Romæ durante legatione, amisisse privilegium legationis, juxta §. ceterum, inf. hac l. & supra tradita in hac limi. Unde Romæ tanquam in communi Patria libere conveniri poterit, tam respectu debiti antiqui & principalis, quam ratione constituti facti post legationem, quod habet relationem, aut debitum antiquum, ut dictum est. Quamobrem id 155 procedit sive * constituerit in his terminis se soluturum id, quod debebat alia persona diversa, quia utroque casu militat eadem ratio, quicquid contrarium existimat Cujac. lib. 13. observat. cap. 27.

156 Et hæc de constituto. * In aliis autem promissionibus de novo debito factis dicendum est, quod cum illis cessat ea particularis ratio: quæ militat constituto, qui promissit solvere Romæ, tenebitur in ea respondere, non solum ea ratione, quod Roma sit communis Patria, sed quia promittendo ibi de novo videtur contraxisse, l. contraxisse, de actio. & oblig. dilecti de foro compet. & est text. l. cum furiosus, §. si. inf. eo & in materia est * optimus tex. l. 3. inf. de leg. Quod si jam legatus conveniatur pro contractu ante legationem gesto, conveniri Romæ non potest, ut etiam probat l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, sup. de recept. arbit. & tamen convenitur, si conventum sit, quod tempore legationis teneatur solvere, l. 3. inf. de legat. notat Cujac. 3. tractat. ad Africanum, pag. 30. Et est advertendum, quod ideò tex. ille requirit eo casu conventionem, quod tempore legationis solvatur, quia agebatur de contractu gesto ante legationem; neque enim qui simpliciter promissit solvere, videtur promittere etiam si postea fiat legatus: quia huic juri adhuc non committitur, * non videtur renuntiasse, nisi id exprimat: ut tradit Paul. Castr. l. eum qui, §. 1. inf. de constit. pecun. Quare si jam legatus promittat solvere Romæ, ratione promissionis poterit conveniri: quia cum tanquam legatus promiserit, videtur promittere solvere in eo loco, in quo fecit promissionem, l. hæres absens, §. proinde, inf. eod. l. si cum dies, §. si

arbiter, sup. de recept. arbit. & sic in eo loco promissionis poterit conveniri tanquam in loco contractus, etiam durante legatione, etsi nihil aliud fuerit expressum, ut sentit gloss. hic, verb. non compelluntur, in fine.

Secundò principaliter ex prædictis infertur intellectus * ad text. l. si uxor, inf. eod. ubi uxor divertit à 159 marito, qui erat legatus Romæ, & potest maritum convenire pro restitutione dotis, non obstante privilegio legationis, in quo eum text. reputat singularem Ang. l. 1. n. 6. ante si. inf. sol. matrim. Obstant tamen illi decisioni ea, quæ supra diximus, quod pro ante gestis non convenitur legatus durante legatione. Communis tamen responsio est, * quod maritus 160 & uxor contraxerunt matrimonium Romæ, & ibi uxor marito tradidit dotem, & hac ratione sit etiam divortium Romæ, poterit maritus ad dotis restitutionem Romæ conveniri, non obstante privilegio legationis, & ita respondet gl. & Barr. d. l. si uxor. & tanquam receptum intellectum probat Roland. de lucro dotis, q. 21. n. 4. Ant. de Matth. de prorogatione jurisdiction. n. 55. quibus addo Præpositum cap. 1. nu. 9. post medium, de sponsalib. Sed is communis intellectus est rejiciendus, tum quia divinat, tum etiam quia cum prædicta fuerint facta, antequam maritus esset legatus, si postea efficiatur legatus, adversus ea poterit se defendere privilegio legationis, l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, supra, de recept. arbit. declarando, ut per text. l. 3. infra, de legat.

Secundò igitur modo respondet * gl. d. l. si uxor, 162 speciale esse favore dotis restituendæ, ut maritus possit conveniri pro dotis restitutione, non obstante privilegio legationis, subscribit Marian. cap. fin. n. 88. & ibi Felin. in fine de foro compet. Præpositus cap. 1. n. 9. ad fin. de sponsalib. Bald. novellus l. 1. n. fin. inf. soluto matrimonio. Sed etiam non placet, quia 163 specialia non sunt facile admittenda, gl. l. filium C. famil. heriscum. & quia licet Romæ conditio restituenda dotem fuerit impleta, * tamen regula est, 164 quod in hac materia non debet attendi locus, in quo conditio fuit adimpleta, sed potius locus in quo contractus conditionalis fuerit celebratus: ut tradit gl. d. l. si uxor, & probat. Panorm. cap. 1. in fin. de sponsalib. Marian. cap. dilecti, n. 33. de foro compet. Ergo maritus pro restitutione dotis, non potuit Romæ conveniri, contra id, quod clare probat d. l. si uxor. Quare * Marian. d. cap. dilecti, n. 33. de foro compet. 165 Respondet, quod ideò in terminis d. l. si uxor, maritus conveniri Romæ: quia Roma est communis Patria: neq; advertit, quod legatus non potest conveniri Romæ, tanquam in communi Patria, ut probat §. ceterum, inf. hac l. Probabilior igitur est intellectus Anton. de Butreo cap. 1. ad fin. de sponsalib. 166 quod ideò in specie d. l. si uxor, maritus pro dotis restitutione Romæ convenitur, non obstante privilegio legationis, quia matrimonium illud fuit diremptum Romæ de consensu mariti, & sic interveniente facto ipsius mariti: & cum illud factum interveniret post legationem, meritò quoad illud cessat privilegium legationis, §. ceterum, inf. hac l. & subscribunt Paul. Castrenf. & Jac. d. l. si uxor. Curt. Jn. & omnes, n. 6. ad fin. inf. hac l. Bapt. l. 1. n. 129. ad medium C. de summa Trinit. Ruin. conf. 53. nu. 13. lib. 3. Roland. de lucro dotis, q. 21. n. 5.

Pro quo intellectu facit, * quia si uxor divertit 167 a marito invito, sine justa causa, amitteret dotem l. consensu. C. de repud. & sic frustra quæretur de restitutione dotis, quare necessariò intelligendum est, quod de communi consensu factum fuit divortium, vel saltem propter culpam mariti. Cum igitur durante legatione interveniret factum legati

168 legati diremptivum matrimonii, ſuccedit regula, quod eo modo, quo quis forum ſortitur in loco ꝑ contractus, eodem modo eum ſortitur in loco diſtractus. *l. qui certo loco, ſupra, de eo, quod certo loco l. 3. ubi & apud quem. Eleganter Bald. novellus l. 1. n. ſi. inf. ſoluto matrimonio.*

169 Unde inferitur, * quod ſi in terminis d. l. ſi uxor, morte uxoris fuiſſe diremptum matrimonium, quia ceſſat ratio, de qua ſupra, non habet locum deſidio d. l. ſi uxor, ſed maritus, quoad reſtitutionem dotis uteretur privilegio legati, quoad aperte agnoſcunt probantes intellectum proximè ſelatum.

170 Inferitur etiam, ꝑ quod cum divortium fuerit Romæ celebratum, & ſic intervenerit diſtractus poſt legationem, poterit Romæ conveniri, ratione diſtractus Romæ celebrati, non obſtante privilegio legati per proximè tradita: Quod ſi matrimonium eſſet diremptum in alio loco, tunc ratione diſtractus non poſſet Romæ conveniri, bene tamen in ea poſſet conveniri tanquam in communi Patria, & in loco, in quo diſtractum eſt, ut poſſit maritus in eo conveniri tanquam in loco diſtractus: non tamen poſſet in eo conveniri tanquam in communi Patria: quia hoc privilegium tantum Romæ competit, ſi ibi conveniatur, neq; obſtat quod propter factum poſt legationem, amiſit maritus privilegium legati. *§. cæterum infra hac l.* Neque enim propter hoc poterit conveniri in loco, in quo aliàs intenta diſpoſitione juris communis non forticatur forum, *¶ anius Cuſtenti & Jacobinus in l. ſi uxor, infra eodem.*

171 Tertio princip. liter ex ſupra traditis ꝑ inferitur. Intellectus ad l. de eo infra eodem, ubi legatus poſt legationem adivit hæreditatem. in qua fuerat inſtitutus, & ſic quaſi contraxit cum creditoribus hæreditariis & legatariis. *§. hæres Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract. & tamen legatus poſſet conveniri per creditores & legatarios, dum durat legatio, quod aperte repugnat ſupra traditis. Cui difficultati reſpondet gl. hic, verb. dummodo, ſupra tradita procedere in contractibus celebratis cum legato poſt legationem, limitari tamen, ſi legatus quaſi contraxerit poſt legationem. Nam nihilominus retinebit * privilegium d. l. de eo, i: fra eodem juncto, d. §. hæres. Sed rejicienda eſt hæc reſponſio, quia imò legatum ꝑ amittere privilegium propter quaſi contractum celebratum poſt legationem, probat l. interdum; 36. §. ſi. ſina. juncto, gl. ſina, infra eodem.*

174 Quare * gl. l. de eo, infra eod. verb. actionem, alias reſert ſolutiones: quæ tamen difficultati non ſatisfaciunt, ut oſtendit Curt. Jun. §. omnes n. 11. inf. hac

175 l. Cynus ꝑ autem in auct. qua in Provincia nu. 9. C. ubi de crimine agi oporteat, reſponder, quod ſi in quaſi contractu intervenit factum legati poſt legationem, tunc in loco quaſi contractus conveniri poſſet, d. l. interdum, §. ſina infra eodem. Si verò ſolus animus legati intervenit, ut contingit in aditione hæreditatis, §. ſina Inſtit. de hæred. qualitat. tunc procedit l. de eo, infra eodem, ſubſcribunt Bart. & Fulgoſ.

176 ibi n. 1. Sed & hæc ꝑ reſolutio confunditur per l. ſed eſi reſtituatur, infra eodem, quæ probat, quod ſi legato ſit reſtituta hæreditas ex fideicommiſſo, & ſic intervenit factum legati, reſtitutionem acceptantis, tamen dum durat legatio, non poſſet conveniri à creditoribus & legatariis, qui aliàs adverſus fideicommiſſarium actionem habent. Quare ꝑ alio modo reſpondet Angel. d. l. de eo, in ſi. inf. eo, quod ſi quaſi contractus celebretur cum certa perſona, locum habebit l. interdum, §. ſina, infra eodem. Sed ſi cum perſona incerta procedet d. l. de eo, infra eod. ſubſcribunt Maria. cap. ſina. n. 77. & ibi Felin. col. penultim. poſt medium, de foro competent. Anton. de

Matth. de prorogatione jurisdictionis, n. 68. ad finem. Sed non aſſignant congruam rationem hujus diſſerentia quicquid eam conetur aſſignare Paul. Caſtrenſ. l. non aliàs, col. 1. ad finem, infra eodem.

Unde pro vera reſolutione * memorandum eſt, 178 quod diximus ſupra, quod legatus poſſet renuntiare ſuo privilegio, quatenus reſpicit utilitatem ſuam principaliter, non autem quando propter hoc præjudicaretur utilitati publicæ Civitatis; cuius legatus eſt: ac proinde ſi in legatione negotium aliquid particulare gerat, & conveniri poſſet: quia hoc magis videtur reſpicere damnum particulare ipſius legati. Nam à communiter accidentibus propter unum negotium particulare, non inferitur præjudicium, per quod impediatur publica utilitas legationis: & per contrarium, quando aditur hæreditas multa inſunt onera, & multæ moventur lites, l. ſi hæreditatem, ſupra, mandanti, propter quas facile impediatur publicum officium legationis, & ideò habito reſpectu ad communiter accidentia ꝑ lex conſtituit, ne poſſet legatus conveniri per creditores hæreditarios vel legatarios: ne ſic facile impediatur publicum officium legationis, ut clarè deducitur ex litera l. de eo inf. eodem, * & pariter quando ei reſtituitur hæredes ex Trebelliano, quia eadem militat ratio, l. ſed eſi reſtituatur, inf. eod. conjuncta l. ſina. G. ad Trebellian. Jubetur tamen * his caſibus, legatus ſatisdare creditoribus & legatariis, aliàs jubetur prædicti mitti in poſſeſſionem rerum hæreditarium, l. de eo, inf. eod. Quia hoc magis reſpicit ad damnum particulare legati, cum aſſerat impedimentum officio legationis, l. quid enim, ubi aſſignatur ratio, inf. eod. Potuit igitur legatus ad eundem ſibi præjudicare, non autem publico officio legationis, l. juris gent. §. ſi paciſcar, ſup. de pact. & ideò legati jubentur ſatisdare: aliàs mittuntur prædicti in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum: quæ per aditionem de novo acquiruntur legato, cum prædicto onere, non autem mittuntur in poſſeſſionem bonorum ipſius legati, quia ſic inferetur impedimentum officio legationis, quod in legato generaliter accipiendum eſt. Quamvis in aliis * perſonis tranſactis ſex menſibus à die aditionis, ſoleant mitti creditores & legatarii, etiam poſſeſſionem bonorum hæredis ad eundem, l. certa eſt forma. C. in poſſeſſ. legato, notavit gl. ſina. l. de eo, infra eod. m. ad quem modum explicandus Anton. de Matth. de prorogatione jurisdictionis, n. 68. ante finem.

Et ex his cavendum eſt, ꝑ a traditis per Curtium Jun. §. ſed eſi dubitetur, n. 5. inf. hab. leg. dum dicit Bart. l. de eo, inf. eod. dubitare. Quare hæres non poſſit conveniri loco aditionis, in quo videtur quaſi contrahere cum creditoribus & legatariis, §. hæres Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. & aſſerit Bart. reſpondere, quod creditoribus non tenetur ex quaſi contractu, ſed potius ex contractu deſuncti cuius perſonam hæres repræſentat, de qua tamen reſponſione dicit ſe dubitare, propter deſiſionem text. l. apud Julianum, §. infra, quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.

Sed circa hæc dicta Curt. Ju. in primis eſt advertendum, quod dicta l. de eo, infra eodem, non probat, hæredem non poſſe conveniri in loco aditionis per creditores, imò magis contrarium innuit: cum hæredem tantum liberet propter officium legationis: quamvis in ſe verum ſit, quod * hæres non convenitur in loco aditionis, niſi major pars hæreditatis Paulus Caſtrenſ. l. fideicommiſſum, n. 3. infra eod. Præterea eſt advertendum, ꝑ quod Bartolus in his terminis non movet quæſtionem, quam recitat Curt. Junior. ſed loquitur in aliis terminis diverſis aſſignando rationem, propter quam creditores non poſſunt

poſſunt convenire legatum, qui adivit hæreditatem? Et reſponderet, quod legatus illis non tenetur ex quaſi contractu, ſed potius ex perſona deſuncti, cuius perſonam repræſentat. Unde cum reſpectu creditorum, nihil de novo videatur feciſſe, meritò à creditoribus non convenitur. Quæ quidem Bart. ꝑ ratio non eſt ita, ut ſtatim dicemus. Denique eſt advertendum, quod prædictum dictum Bartoli communiter eſt receptum, quod creditoribus heres non tenetur ex quaſi contractu: ſed potius ex contractu deſuncti, legatariis autem tenetur ex quaſi contractu: quem tempore aditionis cum illis cenſetur celebraſſe §. hæres Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contractu, reſolvit Jaſ. l. cum res, numero penult. infra, de legat. 1. Decius l. qui cum alio, numero 6. infra, de reg. jur. Coſta cap. ſi pater, 2. parte, verb. Trebellianica, num. 10. de ſolvan. in 6. Neque repugnat l. apud Julianum §. ſina. infra quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. ex qua Bart. ibi collegit, quod hæres videtur etiam quaſi contrahere cum creditoribus, & ſubſcribunt Alber. & Fulgoſ. l. de eo, infra, eodem Jaſon l. nemo poteſt, 2. l. l. n. 19. inf. de leg. 1.

Nam reſpondetur, * prædicta ita eſſe componenda: ut cum creditoribus etiam videatur quaſi contrahere, diverſo tamen modo, quam cum legatariis: nam cum creditoribus videtur quaſi contrahere, non ut de novo eis videatur obligari, ex prædicto quaſi contractu: ſed potius quod eis tenetur eodem modo, & eadem obligatione, qua deſunctus illis tenebatur, cuius perſonam repræſentat, l. §. ex his. inf. de verb. obligat. ex quo concludentem: cum verius ſit, & cum creditoribus heredem quaſi contrahere, ut expreſſum d. l. apud Julianum. §. ſina. Quamvis ex illo directo, & immediate non obligetur, ſed modo, de quo ſupra. Cum legatariis autem videtur quaſi contrahere, ut ex illo quaſi contractu, eis de novo incipiat obligari, quamvis ex ſua perſona eis minime fuiſſet obligatus, quicquid aliter explicet Coſta, d. verb. Trebellianica, n. 10. Quare ad dictam l. de eo, infra eodem, verior eſt ratio ſupra aſſignata. Et hæc de prima limitatione principalis.

Succedit igitur * ſecunda limitatio principalis, ut tantum locum habeat privilegium durante legatione: nam finito officio legationis, ceſſat prædictum privilegium, ut probat ſi text. verſ. plane, tradit Bart. per illum text. l. mercatores, in fine. C. de commerc. mercator. Nam & privilegium revocandi domum, * quod competit illi, qui ex cauſa neceſſaria Romæ reperitur, ut ſtatim dicemus, tantum durat: quantum ea neceſſitas durat, & ea ceſſante Romæ cum effectu convenitur, Afſiliæ lib. 1. conſtit. rub. 95. n. 3. Quod tamen intellexit gloſ. hic, * verb. perſecta, ut & ſinica legatione durer privilegium, intra illud tempus, quod eſt neceſſarium, ad properandum l. ab hoſtibus, & ſed quod ſimpliciter, ſup. quib. ex cauſ. mator., quod & probat tit. Panormitanus d. cap. ſinali, in fine. & ibi Marianus, num. 87. Felinus colum. penult. in fine. de foro competent. Sochus reg. 102. num. 4. Anton. de Matth. de prorogatione jurisdictionis, numero 50. Quod ordinatio Portugalliæ, lib. 3. tit. 4. in fine, reſtringit, ad decem dies poſt finitum tempus legationis, quinimo & poſt finitum officium denegabitur * legato legativum, cuius invenitur facta mentio, l. ſina §. legati, infra, de muner. & honoribus, & in terminis tradit Orrianus, l. 1. num. 126. ſupra, de offic. e. jus. Et hæc de ſecunda limitatione.

Succedit igitur tertia principalis * limitatio ad con-

cluſionem, de qua ſupra, ut ſi legatus teneatur aliqua actione temporali, cogatur ſaltem litem conteſtari, ne aliàs pereat actio temporalis creditoris, quod probat l. ſed eſi reſtituatur, §. penult. infra eodem. Ex qua limitatione primò colligendum eſt, * actionem temporalem exſtingui tranſacto tempore, etiam ſi ille, qui competit, impeditus ſit de jure adverſus actorem agere, niſi ad litem conteſtationem proceſſum ſit: nam hoc caſu actor erat impeditus de jure agere adverſus legatum, & tamen text. præſupponit, nihilominus exſtingui actionem temporalem, niſi lis ſit conteſtata ſuper ea: quod notat Angel. l. ſed eſi reſtituatur, §. adium nomine, infra eod. Paul. Caſtrenſ. & Jacob. in omn. inf. hac l. Sed urget * contrarium reg. l. 1. 197 §. ſina. C. de annali exceptio, quod * adverſus impeditum de jure agere, nulla currit præſcriptio, & in terminis tradit Aretin. conſ. 101. poſt princ. & in ſpecie videtur text. l. nec non §. ſi cum ſupra, quib. ex cauſ. major. & clarior authen. de ſanct. Episcopis, §. ſi quis Episcopis, verſ. ſi vero collat. 9. & ibi notavit gloſ. verbo, propter. Et ita hanc ſecundam opinionem primæ contrariam, probat Curtius Jun. §. ſed ſi dubitet, ad finem, infra hac lege.

Et ad text. * l. ſed eſi reſtituatur, §. penult. inf. eo-199 dem, reſponder, quod ibi non requiritur litem conteſtatio, ad impediendam præſcriptionem: ſed potius ad perpetuandam actionem uſque ad 40. * annos, juxta l. ſina. C. de præſcript. triginta annor. quæ etiam locum habet in actionibus temporalibus, ut poſt alios reſolvit Covar. cap. poſſeſſor. de reg. jur. in 6. 2. part. §. 12. n. 6. Quæ * tamen reſponſio non placet, quia d. l. ſed ſi reſtituat, §. penult. inf. eod. aperte requirit litem conteſtationem, ne aliàs actio temporalis exſtinguatur, & probat ordinatio Portugalliæ, lib. 3. tit. 4. poſt principium, ac ita verior videtur opinio Pauli Caſtrenſ. Cui non * obſtant jura adducta in contrariam, nam ad primum de reg. 1. ſina. C. 203 de annali except. reſpondetur, quod in actionibus temporalibus proprie non cadit præſcriptio: neque enim quid quaritur debitori: ſed potius ipſæ actiones temporales ex ſuapte natura pereunt, & exſtinguuntur tranſacto tempore: ut declarat Paul. l. ſequitur, §. ſi viam, n. 6. inf. de uſucap. Panorm. cap. ſina. 10. ad finem de præſcript. & ſic ſumus extra terminos regulæ d. l. 1. §. ſi. C. de annali. except. Quæ etiam ratione * receptum eſt, quod non obſtante mala fide debitoris, etiam hodie actiones temporales exſtinguuntur tempore, quia cum proprie non agatur de præſcriptione, ſumus extra terminos cap. ſina. de præſcript. ubi Panorm. n. 11. Felin. n. 8. Paris. n. 19 ita reſolvunt. & Crot. l. omnes populi, n. 75. ſupra, de juſticia & jure, & alios quos reſert Covar. cap. poſſeſſor, ſecunda. parte §. 11. num. 15. declarando tamen ut per Menchacam de ſucceſſio. creat. §. 10. num. 37.

Non obſtat etiam l. nec non §. ſi cum ſupra, ex quibus cauſ. major. quia loquitur in anno, qui datur abſenti cauſa reipublicæ ad petendam reſtitutionem in integrum: nam cum annus ille ſit utilis, l. ſina. de tempor. in integr. reſtit. quodlibet impedimentum * impedit illius curſum, l. 1. infra, de diverſ. tempor. præſcript. Non obſtat tertium de authen. de ſanctiſſimis Episcopis, §. ſi quis Episcopis, verſ. ſi vero collat. 9. quia ſpecialiter procedit in Episcopis, vel Clericis, qui non funguntur officio legationis pro Eccleſia, vel Civitate. His enim vult Imperator nullam moleſtiam, vel importunitatem inferri, ac proinde diſponit, quod non cogantur litem conteſtari ſuper actione temporali: & licet in hoc graventur creditores, in alios eos relevavit, diſponendo, ut contra ipſos tempus actionis temporalis ipſo jure non curreret: in aliis autem autem legatis procedunt ſupra tradita.

207 Et ſecundum hæc venit explicandus * text. §. penult. verſ. in omnibus, infra hac l. dum probat actionem temporalium tempora, non currere ipſo jure, 208 ad verſus impeditos. Nam loquitur, * quando in aliquo caſu erat dubium, utrum in eo privilegium competeret legato revocandi domum: nam dum pendet hoc dubium, interim ipſo jure non curret tempus actionis temporalis, ut ibi declarat Paulus Caſtrenſis: & Jacobinus, facit l. cum ipſe, infra, de excuſatio. tutor. l. cum quidam, infra, de bonor. poſſeſſ. l. contra majores. de in offic. teſtamen. poterit etiã reſponderi. ad dict. verſ. in omnibus per tradita per Baldum, l. quoties, n. 3. ad medium Cod. de precibus Imperator. offerendis, quem probat Aretinus conſilio 101. poſt principium, Rura l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, n. 15. ad fin. infra de novi oper. nuntiatione. 209 Uterius ex dicta l. ſed eſt reſtituatur. §. pen. infra eod. colligendum eſt, in hujusmodi cauſis, tantum eſſe procedendum uſque ad litis conteſtationem. Nam cum neceſſitas ſuadeat hanc cauſam agitari, ne alias actio temporalis pereat: non eſt ulterius procedendum, quàm neceſſitas illa exigat. l. ſenatus, ſup. de offic. præſid. Notat Paulus Caſtrenſ. l. non alias, n. 7. infra eodem. exornat Dec. l. ſi donatione. à n. 17. Cod. de collation. & litis conteſtatione regulariter ſufficit ad perpetuandam actionem temporalem, l. 1. & 2. Cod. quando libellus Principi datur? Quare ſi actio * temporalis talis eſſet, ut ad ejus conſervationem non ſufficeret litis conteſtatio, tunc eſſet procedendum ultra litis conteſtationem: exemplum eſt in actione de dolo, quæ non perpetuatur 211 per litis conteſtationem l. ſina. C. de dolo. Nam * in hoc proceditur uſque ad deſiſſionem cauſæ; Bart. l. ſed ſi reſtituatur. §. pen. inf. eodem. Marian. cap. ſin. n. 33. de foro competenti. Anton. de Matth. de prorogatione de juridi. n. 52. Prout * & quando periculum eſt in mora, permittitur agi adverſus legatum, ac ſi non eſſet privilegiatus, l. ſed eſt reſtituatur, §. 1. verſ. adium nomine. & ibi Angel. in eo. 213 Ultimo * ex dicta l. ſed eſt reſtituatur. §. pen. infra eodem, colligendum eſt, quòd quando lis conteſtatur ſuper actione temporali, cauſæ principalis deſiſſio remittenda eſt ad Judicem competentem ipſis legatis, qui ex eisdem actis eam terminabit finita legatione, notat Angel. d. l. ſed eſt reſtituatur. §. adium nomine, n. 2. infra eod. Et ſic contingit mirabile, * quòd lis conteſtetur apud unum Judicem, & cauſa coram alio diverſo decidatur, notat. Paul. Caſtrenſ. l. ubi acceptum, n. 4. infra eodem. Et hæc de tertia limitatione principali. 215 Succedit igitur quarta & ultima * limitatio ad conclusionem: de qua ſupra, ut ſi legatus aliquem conveniat pro contractu geſto ante legationem, quævis adhuc duret legatio, ita probat text. §. per viam reconventionis cogitur aliis reſpondere, quævis adhuc duret legatio, ita probat text. §. ſed ſi agant, infra hac l. & l. qui non cogitur, infra eodem. & l. non diſtinguemus. §. item ſi quis Roma, verſ. illud ſupra, de recept. arbit. Et ad prædictam conclusionem prædicta jura notat Imo. l. 1. §. hæc ſtipulatio. n. 10. infra, ſi cui plusquam per l. falcid. Jaf. in l. 3. in princip. ſupra, quod quisque juris Greg. l. 7. tit. 6. partit. 6. gl. 2. ad finem. & ampliat Fulgoſ. l. ſina §. ſi vero poſtquam in princ. C. de jure deliberandi. Et eſt expendendum, * quòd d. verſ. ſed ſi agant, videtur probare, quòd ſi legatus unum ſolum conveniat, poteſt ab aliis omnibus creditoribus reconveniri, non obſtante privilegio legationis: quod ibi tenet gloſ. verb. compellentur. & ibi Caſtrenſ. n. 1. Paul. & Jac. l. qui non cogitur, inf. eod. Marian. cap. ſin. n. 75. de foro compet. & eſſe receptam ſententiam, aſſerit Covarr. præſt. cap.

§. n. ſina. quibus addenda eſt gloſ. d. §. item ſi quis Roma, verb. item. & verb. defendat. Et pro hac ſententia, * quòd ſi quis impetrat jus iniquum adverſus unum creditorum retortione juris iniqui, omnes ejus creditores poſſunt uti, l. ratas. C. de reſcind. vend. l. 3. §. hæc pena, ſupra quod quisque juris, & ibi poſt Fulgoſ. defendit Jafon, à n. 4. Contrariam tamen ſententiam, imo quòd * ſi legatus unum conveniat, ab eo quidem reconveniri poſſe, non autem ab aliis, tenent aliqui, quos refert gloſ. d. verb. ſed ſi agant, verb. compellentur, in ſi. quorum opinione tanquam veriore probant antiquiores, quos refert Alb. ibi. probat etiam Ant. de Matth. de prorogatione juridi. n. 51. verſ. 7. quorum opinio videtur verior per l. non cogitur, infra eod. & per clarum auth. de ſanct. Episcopis. verſ. reverendiſſimi, collat. 9. Cui non ſatis fecit reſponſio gloſ. ibi verb. ſi ſolis, quòd text. ille loquatur in curatore, qui alium convenit nomine abſentis, nam replicabitur, quòd ſi procurator habuit mandatum ad conveniendum illum tertium perinde haberi debet, ac ſi dominus illum conveniret: cap. qui per alium, de regul. uris in 6. Ac ita ſi verum eſſet, quòd ſi dominus unum debitorem conveniret, poſſet ab omnibus creditoribus reconveniri, idem utique eſſet admittendum, ſi procurator prædictum conveniret, cujus tamen contrarium præbat prædictus text. facit l. 3. §. ſi procurator, ſup. quod quisque juris, item & adverſus communem * urget traditio gloſ. l. ſed eſt reſtituatur, infra eod. quæ vult legatum poſſe ab aliis creditoribus reconveniri, dum durat prima reconventio facta per legatum, nam ea finita, per alios reconveniri non poteſt: quam ibi ſequuntur Ang. & Jac. in fine, Marian. c. ſi. n. 75. de foro compet. quod & voluit gloſ. d. verb. ſed ſi agant, verb. compellentur, in princ. & reſolvit Ant. de Matth. de prorog. juridi. n. 1. verſ. 3. Nã non eſſet vera prædicta opinio, ſi communem admitteteremus: neque enim ſinis conventionis, quam fecit legatus potuit tollere jas jam quaſitum aliis creditoribus, reconveniendi eum, arg. poſt murem §. ſina. inf. de bono poſſeſſ. contra tab. & l. ſina, ſupra, de poſſeſſ. quod eſt abſurdum, ut dictum eſt. Et ita hanc opinionem adverſus magis communem * in regno Caſtellæ probat l. 4. tit. 3. partit. 3. & in regno Portugallæ probat ordinatio l. 3. tit. 3. poſt princ. Et retenta hac opinione * non oberunt rationes, 223 quas magis communis pro ſe adducit: Nam ad primum de §. ſed eſt agant, inf. hac l. reſpondetur, quòd dum text. dicit, quòd ſi legatus aliquem debitorem convenit, debuit adverſus omnes ſe defendere, exponendum eſt * ſcilicet quos convenit: pro qua expoſitione expendo text. l. non diſtinguemus, §. item ſi quis Roma, in ſin. ſup. de recept. arb. dum probat, quòd ſi quis compromiſit, & poſtea efficiatur legatus, cogitur arbiter ſententiam ferre, dummodo legatus defendat ſe adverſus omnes, ut ibi addit gloſ. verb. item. & verb. defendat: quòd tamen neceſſario referendum eſt ad omnes, qui in compromiſſo erant comprehenſi: nam adverſus alios, legatus neque tenetur, neque poteſt coram arbitro ſe defendere. Non * obſtat ſecundo de communi reſolutione l. 3. §. hæc pena ſupra, quod quisque juris, nam in primis eſt advertendum, quòd in ea materia, hæc eſt verior & magis communis reſolutio, quòd ſi impetratio juris iniqui ſpecialis fuit contra certam perſonam, illa tantum poteſt uti jure retortionis. Si vero impetratio juris iniqui ſit generalis contra omnes debitores, tunc adverſus eum omnes creditores poterunt uti jure extorcionis, etiam ſi impetrans jus iniquum adverſus unum tantum jure

jure iniquo uſus fuerit, quia ſatis eſt impetrationem juris iniqui generalem omnibus creditoribus nocere potuiſſe, l. ratas, C. de reſcind. vend. reſolvit Curtius Jun. l. 3. §. hæc pena n. 2. ſup. quod quisque juris. & probat ordinatio Portugallæ lib. 3. tit. 80. §. 1. & 3. veteris impreſſionis, & bodie lib. 3. tit. 83. §. 1. nove recopilationis. Sic igitur in noſtro propoſito erit dicendum, quòd cum legatus non poſſit aliquem convenire abſque Principis licentia, l. i. qui legatione, infra, de legationib. & ſic cum conveniat tanquam particularem, 227 retorquetur, † materiam tituli, quod quisque juris, multum differre à noſtra: nam † legatus qui impetrat à Principe, quòd debitores ſuos poſſit convenire, non impetrat jus iniquum, imò impetrat jus juſtiſſimum: ac ob id licet poſſit reconveniri ab illis, quos convenit juxta rationes, l. cum Papinianus. C. de ſentent. & interlocutio. Non tamen poterit reconveniri ab illis, quos legatus minime convenit, argum. l. ſina. §. ſi vero poſtquam. C. de jure deliberandi. advertit Curt. Jun. l. 3. in princip. n. 5. ſupra, quod quisque juris. 229 Quinimò non eſt generaliter verum, quòd * ſi legatus aliquem conveniat, poſſit ab eodem reconveniri: nam imprimis non poterit conveniri ab eo, qui legato injuriam fecit, vel etiam damnum intulit in bonis legati, l. Paul. 2. l. legatus antequam, infra, de legatio. l. 4. tit. 3. partit. 3. l. 10. tit. 7. lib. 6. nove recopilationis, & ordinatio Portugallæ, lib. 3. tit. 4. poſt princ. Id quòd etiam clare probat dict. 230 §. ſi agant, infra hac lege, aſſignans * rationem hujus conclusionis, ex qua Bartolus ibi collegit, quòd ſi quis accuſat aliquem criminaliter, non poterit ab eo reconveniri civiliter: quæ tamen collectio non videtur vera: nam legatus petens damni ſatiſfactionem, civiliter agit, & non criminaliter, l. ſina. infra, de privatis delictis: nam cum ſatiſfactio damni legato applicari debeat, & non ſilco, civiliter videtur actum, juxta doctrinam gloſ. recepræ, l. 3. in princ. infra, de ſepulcro violato. non probat ergo text. id, quòd exiſtimat Bartolus ſed potiùs, quòd accuſans aliquem civiliter, non poterit ab eo reconveniri: neque civiliter, neque criminaliter, ut ibi advertit Lancellor. Decius poſt principium. Curtius Junior, numer. 2. Melius ergo cum Paulo Caſtrenſ. d. §. ſed eſt agant, in fine. colligendum eſt, quòd ſi legatus † ratione delicti, in ſe vel bona commiſi, aliquem conveniat civiliter, non tamen poterit per eum reconveniri, nec civiliter, nec criminaliter, ob rationem in eo text. expreſſam, quam conclusionem probat gloſ. penult. ad finem, cap. relatum, §. ſina. de jure patronat. Bartol. auth. & conſequenter, numer. 7. & ibi Salycetus, numer. 9. C. de ſentent. Bald. cap. 1. numero 5. ad finem, de controverſ. feudi apud pares terminanda. Panormitanus, 6. 1. numer. 25. de mutuis petitionibus. Maranta præxi 4. part. c. diſtinct. judiciorum, in fine pag. 164. 232 Sed & hanc collectionem * impugnat Curtius Jun. in d. §. ſed eſt agant, numer. 4. ea ratione: quia ratione expreſſa d. l. cum Papinianus, C. de ſentent. etiam locum habet, quando legatus ratione delicti in ſe commiſi, civiliter agit, allegat etiam Bart. d. auth. & conſequenter, numero 7. qui ut ipſe refert, tradit, quòd in caſibus, in quibus locus eſt reconventioni, illi locus eſt, etiam ſi de crimine civiliter agatur. Sed non eſt recedendum à communi collectione. 233 Nec * obſtat Curtii Jun. objectiones. Nam ad primum de ratione d. l. cum Papinianus reſpondetur rationem illius text. ita communiter explicari, quòd cum actor elegerit Judicem, coram quo reum conveniat: non poteſt deſignari, quòd coram eodem Judice reconveniat, per prædictum Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

reum: & ita Bart. d. auth. & conſequenter, n. 5. in fine Panormitanus, cap. 1. n. 2. 5. de mutuis petitionibus. probat expreſſim ordinatio Portugallæ: lib. 3. tit. 24. §. item, ſeo Reo, veteris impreſſionis, lib. 3. tit. 33. §. 5. nove recopilationis. Quæ explicatio prima facie non † videtur juridica: neque actor poteſt dici elegiſſe Judicem cum certum ſit, quòd ſecundum juris regulas ne caſſario reum tenebatur convenire coram ſuo Judice, l. 1. C. de jurisdictione omnium iudicum, cap. cum ſi generale, de foro competenti, & in ſpecie advertit Paulus dicto §. ſed eſt agant, ad finem, Anchoran. cap. ea quæ, numer. 19. quaſt. 14. de regulis juris. in ſexto. Decius cap. at ſi clerici, in principio col. 17. in principio de judic. Sed nihilominus ſalvando communem explicationem, conſiderandum eſt, quòd licet verum ſit quòd actor neceſſario teneatur ſequi forum ei, tamen hæc neceſſitas habuit initium à facto voluntario actoris, argumento l. ſina. C. de action. & obligat. Cum igitur in * qualibet diſpoſitione origo ſemper attendenda ſit, l. qui id quod, infra de donat. l. clam poſſidere, in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. 1. C. de impendenda lucrativa, deſcript. lib. 10. Artento initio dicemus, * actorem voluntarie elegiſſe Judicem rei, ac ob id non debet deſignari eundem eſſe Judicem contra ſe, ut eſt de mente Panormitani, cap. at ſi clerici, in princip. numer. 12. poſt medium, de judiciis, & cap. 1. numer. 25. de mutuis petitionibus. Quæ ratio a parte ceſſat, quando actor paſſus eſt aliquod damnum, & ratione illius civiliter agit. Nam hoc caſu nullum factum voluntarium intervenit actoris, ſed fuit mera paſſio. Cum igitur initium non fuerit voluntarium, manifeſte ceſſat ratio expreſſa d. l. cum Papinianus, explicata, ut ſupra, & conſequenter actor invitus coram eodem Judice non reconvenitur, Bart. d. auth. & conſequenter nu. 7. quem male ad contrarium adducebat Curtius Jun. ſupra relatus, & juxta hanc explicationem optime concludunt rationes * expreſſæ in d. §. ſed eſt agant. Nam præſuppoſito, quòd illis caſibus nullum factum voluntarium interveniret: illæ rationes concludentes ſunt: quicquid aliter explicet * Paul. ibi n. 3. Item & juxta prædicta venit intelligendus text. l. Paul. la. s. inf. de legatio. dum probat, quòd ſi legatus paſſus eſt damnum, poteſt petere damnum ſibi reſarciri: gloſ. ibi addit, quòd ſimpliciter poterit reconveniri, quòd tamen eſt falſum, & contra text. expreſſum in d. §. ſed eſt agant. Quinimò, * etiam ſi ante legationem damnum paſſus ſit, & pro eo reſarciendo agat in legatione, non poterit reconveniri, quia adhuc militat ratio ſupra aſſignata. Denique juxta prædicta * venit componenda reſolutio, numer. 244. ea Doctorem controverſia, Utrum in caſu criminali locus ſit reconventioni? In qua * quaſtione gl. 2. c. cum dilectus, de arbit. gloſ. 2. cap. eſt clerici, in princip. de judic. gloſ. cap. 2. verb. aut condemnare, de foro competenti & gloſ. penult. in ſi. cap. 1. de mutuis petitionibus. & gloſ. 1. cap. dilectorum, de teſtibus cogend. in ea ſunt opinione, ut exiſtiment, in caſu criminali non eſſe locum reconventioni, † & admittit Socin. regul. 332. ad finem. Contrariam tamen * opinionem: imò etiam in caſu criminali locum habere reconventionem, probavit gloſ. 2. in d. auth. & conſequenter, & tanquam receptum pro regula tradit Maranta in præxi 4. parte 6. diſtinct. n. 47. pag. 160. Pro concordia harum opinionum reſolvendum eſt: in hac quaſtione duas diverſas includi quaſtiones. Prima * eſt: utrum in caſu criminali locus habeat reconventio in eo ſenſu, ut accuſator reconventus teneatur reſpondere coram Judice, coram quo accuſat reum, etiam ſi ille judex reſpectu accuſatoris alius ſit

ſit competens? Et conſequenter, *utrum in cauſa criminis locum habeat decifio l. cum Papinianus, C. de ſententiis?* Et reſpondendum eſt, illi locum non eſſe, quia obſtat ratio dictæ, ſed ſi agant, explicata, ut ſupra, quod clare ſentit Bart. d. *auth. & conſequenter*, n. 7. & agnoſcit Maranta in 4. parte d. 6. diſtincti.

246 *judic. nu. 51. pag. 161.* Eſt & ſecunda quæſtio, *Utrum pendente prima accuſatione reus poſſit accuſare ſuum reaccuſatorem de alio delicto diverſo, coram Judice competente?* Et reſpondendum eſt, poſſe obſervata diſtinctione l. *neganda. C. qui accuſare non poſſunt*, quem eleganter explicat Julius clarus in *praxi crimin. §. final. quæſt. 14. n. 12.* & in terminis admittunt Bart. d. *auth. & conſequenter n. 7. Panormit. cap. 1. n. 22. poſt princip. de mutuis petitionib.* dummodo intelligas reaccuſationem hoc modo conſideratam, nihil habere commune cum reconventionem, de qua ſit mentio d. l. *cum Papinianus, & au. l. ſi q.* Nam in prædicta reconventionem, etiamſi partes ſint diverſi fori, coguntur coram eodem Judice agere, & reſpondere, & utraque cauſa debet eadem ſententia terminari, d. *auth. & conſequenter*, & tamen terminis primæ quæſtionis nihil tale obſervatur. Nam reaccuſatio diverſi delicti non fit coram eod. Judice, ſed potius coram Judice competente primi accuſatoris, quem reus accuſare vult, & conſequenter non debet accuſatio, & reaccuſatio terminari eadem ſententia, ſed quilibet Judex contra ſuum ſubditum, ſeparatam feret ſententiam, ut conſtat ex ſupra traditis.

250 Ex quibus ita reſolutis, inferitur * annotatio ad ea quæ poſt Federic. tradit Panormitanus, *cap. 1. n. 22. ad finem de mutuis petitionib.* & ibi Marianus *nu. 84. ad ſuam*, quod ſi duo mutuo ſe in injuria affecerunt, * locus erit inter eos conventioni, *argumento cap. ſu. de ordin. cognitio.* ubi ſpoliator reus poteſt reconvenire actorem de alio ſpolio, contra ſe per eum commiſſo: & ibi Panormitan. *num. 11. rationem aſſignat, & quia*

252 * ut privilegiatus adverſus pariter privilegiatum, non utitur privilegio, *l. ſed & milites. inf. de excuſat. tutor. & ceſſante privilegio, debet obſervari regul. d. auth. & conſequentes.* Nam ex prædictis * dicendum eſt, quod ſi Panormitan. intellexit, hoc caſu locum eſſe reconventioni in eo ſenſu, ut actor teneatur reſpondere coram Judice, aliàs incompetenti, juxta decifionem d. l. *cum Papinian.* non eſt verum, per text. & ejus rationem d. *§. ſed eſt iudex, inf.* Hac l. autem Panormitan. intelligit, quod reus poſſit reaccuſare accuſatorem coram Judice, qui eſt competens utriusque partis, & adhuc ejus dictum non eſt ſimpliciter verum; quia pendente, accuſatione

254 * reus non poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem de pari crimine, ſi ſuam injuriam, vel ſuorum non perſequatur. *d. l. neganda.* Quod * ſi eam perſequatur, licet admittenda ſit reconventio in d. l. *neganda*, non tamen fieri poterit coram Judice incompetenti accuſatoris, ut dictum eſt, & tradit Bart. d. *auth. & conſequenter, numer. 7. & Panormit. cap. 1. numer. 22. mutuis petitionib.* Si verò Judex coram, * quo ſit reconventio, eſt utriusque partis competens, tunc de accuſatione & reaccuſatione cognoscere poterit, non quidem in vim privilegii reconventionis: ſed quia ex accidenti Judex erat competens utriusque partis. Quo tamen caſu ¶ videtur, quod ille Judex competens utriusque partis, debet obſervare decifionem *auth. & conſequenter C. de ſententiis*, propter rationes Panormit. quæ in his terminis proprie videntur militare: & quia in criminalibus proceditur ad modum civilium, *l. abſentem infra, de pen. & agnoſcit Bart. d. auth. conſequenter, n. 13.*

258 Et juxta hæc venit explicandus * text. *cap. ſina ordin. cognitio.* nam eſt dicendum, fieri reconventionem

de alio ſpolio, coram Judice competente actoris: ita, ut ſi idem ſit Judex competens utriusque partis, coram eodem debet fieri conventio, aliàs ſecus, *Bartol. d. auth. & conſequenter, n. 13.* quo caſu Judex competens debet in utroque procedere juxta formam d. *auth. & conſequenter, ut ſupra diximus.* Similiter * & licet non admittatur propria reconventio etiamſi pro delicto civiliter agatur, d. *§. eſt iudex*, tamen in terminis, de quib. ſupra, poterit alius pro delicto in ſe commiſſo, etiam civiliter agere, *juxta ſupra dicta.* Quinimò ſi actor agat * civiliter ratione contractus, poterit conveniri indiſtinctè coram eodem Judice, etiam ratione delicti civiliter intentati, quia in his terminis militat ratio d. l. *cum Papinianus*, & ſic nihil eſt, quod impediatur reconventionem etiam proprie ſumtam, tradit Bart. d. *auth. & conſequenter n. 7. Panorm. c. 1. n. 25. de mutuis pet. & ibi Marian. n. 88. Maranta in praxi, 4. parte. 6. diſt. judic. à n. 59. pag. 164.*

Ultimò ex prædictis inferitur explicatio * ad ordinat. 261 Portugallie, *lib. 3. tit. 24. §. item ſeo Reo, veteris impreſſionis, que hodie eſt lib. 3. tit. 33. §. 4. novæ recopilationis.* Ex qua in noſtro * propoſito, 262 due colliguntur concluſiones. Prima eſt, quod in cauſa criminali non admittitur reconventio * in illis caſibus, in quibus parte læſa non accuſante Judex nihilominus procedit ex officio ad punitionem delicti: Quod in eo regno procedit. in quibusdam delictis enormibus, quæ enumerantur per ordinat. *lib. 5. tit. 42. in princ. veteris impreſſ. & hodie lib. tit. 117. in princ. novæ recopilationis.* Quæ ordinatio in hac concluſione aperte probat etiam in publicis criminibus, non admitti reconventionem, quæ fuit opinio * Bart. d. *auth. & conſ. n. 7. quicquid poſt Ant. contrarium teneat Panormit. cap. l. n. 22. poſt medium, & ibi Marian. n. 84. ad fin. non venit, de mutuis petitionibus.* Ea ratione, quod in prædictis criminibus accuſator nulla neceſſitate coactus accuſat, ſed eam fecit voluntariè. Unde videtur militare ratio d. l. *cum Papinian.* explicata, ut ſupra. Sed facile reſponderetur in hac materia attendendum eſſe initium, utrum fuerit voluntarium, vel neceſſarium, *ut ſupra diximus*, non autem eſt attendendum, utrum ex voluntate venerit ad judicium, vel ex neceſſitate: * nam regulariter nemo invitus compellitur *l. unica, C. nemo invitus.* Cum igitur in noſtro caſu initium non fuerit voluntarium & accuſator neceſſariò debeat ſequi forum accuſati, *l. cum crim. C. de juris. dom. judic.* ceſſat ratio d. l. *cum Papinianus*, explicata ut ſupra.

Secunda concluſio * ex dicta ordinatione à contrario ſenſu ea eſt, quod in criminibus, in quibus parte non accuſante finitur Judicium, & Judex non poteſt procedere ex officio, locus erit reconventioni: quæ tamen concluſio videtur repugnare ſupra reſolutis. Sed reſolvendum eſt, * 268 quod in criminibus, in quibus parte non accuſante, Judex ſubit partes accuſatoris, *ut l. penult. in princ. inf. de publ. judic.* indiſtinctè non eſt locus reconventioni, neque quoad terminos dictæ. & conſequentes. Ratio eſt, quia cum prædictus accuſator non ſit perfectus accuſator, quia eo non accuſante procedit Judex ex officio: & quia tunc certum eſt, Judicem non poſſe conveniri indiſtinctè negatur reconventio, ne aliàs una & eadem accuſatio diverſo jure cenſeatur, contra regulam *l. cum qui ades, infra, de uſucapionibus.* Si autem agatur de criminibus, * in quibus parte non accuſante non permittitur Judicium, neque Judex in illis poteſt procedere ex officio: tunc erit locus reconventioni, non quidem in eo ſenſu, ut invitus cogatur reſpondere coram Judice accuſati, quia hoc in cauſa criminali non admittitur, *§. ſed eſt iudex, infra*

270 *infra hac l.* Si tamen Judex accuſati, ſit Judex * competens utriusque partis, locus erit reconventioni in eo ſenſu, quod utraque accuſatio paribus paſſibus procedat, & utraque eadem ſententia terminabitur dict. *auth. & conſequenter*, quæ in his terminis locum habet, ut ſupra probavimus. Juxta quæ venit etiam componenda ea controverſia Doctorum, * *Utrum ſi accuſator reconveniat pro alia cauſa civili admittenda ſit reconventio?* Et certum eſt, non poſſe admitti reconventionem civilem propter regulam *l. ſina. C. de ordin. judicio*: & admonet Bart. d. *auth. & conſ. n. 27210.* Si autem accuſator * renuntiet privilegio ſuſpenſivo d. l. *ſina.* & patiat ſe reconveniri civiliter Bart. d. *auth. & conſequenter, n. 7. ad finem*, ſentit hoc caſu admittendam eſſe prædictam reconventionem, ſed contrarium tenet Panorm. *cap. 1. n. 25. ad finem de mutuis petitionibus*, * quia admiſſa opinione Bartoli impediretur & ſuſpenderetur puniſio delicti: cum tamen publice interſit crimina quam celerrime puniri, *l. cum reis. C. de panis.* Sed opinio Bartoli verior videtur: quia dicta *l. cum reis*, loquitur in reis condemnatis: ſed quod dum pendet accuſatio, interim non impediatur propter reconventionem, non invenitur prohibitum. In regno autem Portugallie diſtinguetur juxta ordinationem ſupra citatam, ut in delictis, in quibus parte non accuſante Judex procedit ex officio, * non admittitur reconventio propter quam accuſatio ſuſpenderetur. Nam hoc caſu proprie procedunt rationes Panorm. ſupra relatæ in aliis autem accuſationibus admittitur reconventio modo ſupra declarato: & ex his perfecte remanet explicatus is textus, dum loquitur in legato, & ejus privilegio.

Cæterum, quia in hoc text. ſit mentio alterius materie mainò diverſæ à præcedenti, de ea ſeparatim agemus, ut nihil inta ætum remaneat: Prima igitur ſit concluſio in hac nova materia, * quod ſi olim quæ reperiebatur Romæ, tanquam in communi parria, & hodie invenitur in curia Romana, vel in curia Principis & tamen venerit ex aliqua neceſſaria cauſa, quod in prædictis locis reperitur, & ibi conveniatur tanquam in communi patria, habet privilegium revocandi domum, concordat, *cap. ſi de foro compet. l. 4. tit. 16. part. 2. & l. 4. tit. 3. part. 3. & in regno Portugallie lib. 3. tit. 3. ad finem novæ recopilationis, & ratione * hujus privilegii aſſignat glof. hic verb. *teſtimonii.* Alia colligitur ex *cap. ſu. de dilatio.* quam notavit Lancelot. *Dec. hic poſt princ. & Rebut. de privileg. ſcholarum, privileg. 77.* & ex eo notabilem concluſionem collegit. Bart. l. 3. *§. transfugas, ad fin. inf. de ſcariis. Hippolyt. tractat. Banni verb. capti, n. 14.* Quare etiam ex mente hujus text. & exemplis in eo propoſitis, colligitur in hac materia duobus modis conſiderari cauſam * neceſſariam, ſcilicet præciſe neceſſariam, vel etiam cauſative: Primæ partis exemplum eſt, quando * quis venit Romam, vel ad curiam Principis evocatus per ſuperiorem: nam ſuperioribus tenemur * præciſe obedire, *l. vel uti, ſupra, de juſtitia & jure c. 2. de majorat. & obediens* autem dicitur Romæ inveniri propter cauſam præciſe neceſſariam, *Aſſiſt. l. 1. conſtit. rubr. 95. n. 4.* Et hac eadem ratione probat text. quod ſi quis * evocatus fuerit Romam, cauſa teſtimonii ferendi, juxta *l. ſi quando, C. de teſtib.* ex cauſa neceſſaria dicitur Romam veniſſe, juxta *tit. de teſtib. cogend. & concordat l. ſed eſt per prætorum §. penult. verſ. item puto, ſup. quib. ex cauſis major. l. 4. tit. 3. part. 3.* Et eadem 281 ratione * procedit aliud exemplum in hoc text. propoſitum: quando quis cauſa judicandi accerſitus fuit; hoc eſt, quando vocatus eſt, ut in judicandi*

munus ſuſciperet, *ut hic exponit Alberic.* is enim dicitur Romæ eſſe, ex neceſſaria cauſa, duplici nomine, & quia vocatus eſt à ſuperiore, & quia vocatus eſt ad ſuſcipiendum munus judicandi, quod neceſſariò ſubeundum eſt, *l. ſi. §. judicandi inf. de mun. rib. & honorib. ut exponit Duarenus in commentariis ad hunc tit. in rubr. de foro competenti, col. 6. ad finem.*

Additur & in hoc text. tertium exemplum * quando quis deſtinatus eſt ad Provinciam, cauſa ſcilicet Reipub. nam eſt curſum tranſeat per Romam ad locum, ad quem deſtinatus eſt, non poterit Romæ conveniri, ut probat *l. qui mittuntur, §. ſed & ſupra, quib. ex cauſ. major.* & explicat glof. hic, *verb. deſtinati* communiter recepta. Et eſt ratio, quia cum deſtinata ſit per Republicanam ad certum locum, ex neceſſaria cauſa dicitur Romæ conveniri: quinimò, eſt ratio ne * contractus Romæ poſſet conveniri, tamen ſi curſum tranſeat per Romam, ibi conveniri poteſt, nam licet qui habet jus revocandi domum, ſi Romæ contraxerunt, * amittant prædictum privilegium, *§. omnes, infra hac l.* tamen ſi tranſit curſum per Romam conveniri ibi non poteſt, *l. hæres abſens, §. proinde infra eod. & ibi latus dicemus.*

Proponitur & in hoc text. aliud exemplum * quando quis vocatus eſt per ſuperiorem ad reddendas rationes certæ tutelæ, quam in Provincia admittit: nam cum is propter juſſum ſuperioris ex neceſſitate venerit, non poterit Romæ conveniri pro alia diverſa tutela, ad cujus rationes reddendas evocatus non eſt: ut probat is text. *verb. nam & divum.*

Ultimum exemplum propoſitum in * hoc text. quando ſententia in Provincia lata fuit contra aliquem, à qua ipſe appellavit: nam dum durat cauſa appellationis Romæ conveniri non poteſt, ſed habet jus revocandi domum, concordat *l. ſed eſt per prætorum, §. ſu. ſupra, ex quibus cauſis major. l. ad cognitionem, inf. ex quibus cauſis in poſſiſſ. eatur l. 4. tit. 3. part. 3. ordinat. Portugallie, lib. 3. tit. 4. in princ. & proſequitur Ant. de Matth. de provocat. jurif. n. 48.*

Cæterum circa explicationem hujus ultimi * exempli, ad tria eſt advertendum. Primum quod hoc ultimum exemplum in eo diſfert à primis, quia in illis neceſſitas eſt præciſa, *l. 1. ſupra ſi quis jus dicendi non obtemperav.* Sed in hoc ultimo exemplo non adeſt talis neceſſitas; ſed tantum eſt neceſſitas * cauſativa, 288 ne alias victus amittat jus ſuum, *ut hic explicat Paulus Caſtrenſ. n. 4. Ang. Arctim. l. 1. n. 1. infra, eum qui appellavit in provincia defendi Marianus cap. ſu. n. 66. de foro compet. ubi Panorm. n. 46. hanc cauſam quaſi neceſſariam appellat & eſt addendum, ¶ quod non omnibus neceſſitas cauſativa, tribuit hoc privilegium revocandi domum, ſed oportet, quod non poſſit reparari, niſi per recurſum ad ſuperiorem, quem victus adivit; juxta hoc ultimum exemplum aliàs non videtur recedendum à regula *l. Roma infra, ad municip.**

Secundum eſt advertendum, quod Jureconſultus in hoc ultimo exemplo reſtringit ſe ad eam, qui appellavit ad ſuperiorem, ut etiam fecit *l. 4. tit. 3. part. 3. & Lex Portugallie, lib. 3. tit. novæ recopil.* In hoc enim exemplo conſiderari poteſt prædicta ¶ neceſſitas cauſativa. Non procedet igitur in victore, qui pro ſe obtinuit ſententiam, nam ſi is veniat ad defendendam ſententiam pro ſe relatam, Romæ poterit conveniri, neque habebit privilegium revocandi domum quia in eo conſiderari non poteſt neceſſitas 291 cauſativa, de qua ſupra, quia eſt non adeſſe, * tamen ex præcepto legis Judex appellationis, tenetur de ejus jure cognoscere, & pronuntiare *l. ſi in pr. C. de appellat.* Magis * igitur hoc caſu volun-

tarie videtur veniſſe, ac proinde ei non competet privilegium revocandi domum, quod ſentit Panor. c. ſi. n. 4. ad ſi. de foro compet. & colligitur ex traditione gloſ. ſina l. ea quidem. C. ſi mancipium ita fuerit aliena-
 293 290. Quod ſi quis ciſetur ad cauſam, * ut veniat per ſe vel per procuratorem, ſi voluerit, ſi is ad cauſam veniat, dicitur voluntarie veniſſe, quia modus citationis eum ad veniendum non arctabat quia venire in ejus ponatur voluntate. Quinimod, ſi quis fuerit
 294 citatus cum clauſula † (ſi ſuſ. putaverit intereſſe) voluntarie dicitur venire, cum forma citationis id remiſerit ad ejus opinionem & voluntatem, Paul. Caſtr. l. ſi libertus. la. 2. in ſu. ſup. de in juſ. vocan. Faſ. de pupillo, §. 1. n. 4. ad ſu. inf. de novi oper. nuntiati. Afflic. deciſ. 2. n. 9. notab. Decret. cum inter. n. 16. de excepi. Roland. conf. 2. 3. n. 12. Quoniam, ut inquit Bald. l. teſt. omnia. n. 5. de teſt. hoc caſu magis vocatur * vocatus ad explicandam voluntatem ſuam, quam ad cauſam defendendam; ſubſcribit Felin. cap. ſu. n. 3. de foro compet. & Martienſo l. 3. tit. 4. §. 5. nova recopilat. gl. 3. n. 2. & ibi Az. ced. n. 8. Ergo à fortiori dicitur voluntarie veniſſe, qui non vocatus venit ad defendendam ſententiam pro ſe latam abſque ulla neceſſitate. Et
 296 comprobatur optimo ſimili, † quia coram Judice appellationis non admittitur reconventio quia appellans non voluntarie eum elegit, ſed propter injuriam quam credit ſibi factam per primum Judicem, ſed ad ſuperiorem habuit recurſum, unde ceſſat reconventio, §. ſed ſi egat. infra hac l. tradit Bart. aub. & conſequenter n. 15. communiter receptus, & aſſerit Maranta in praxi. 4. parte, 6. diſtinctione juſticio n. 15. p. g.
 297 14. & tamen * ſi victor veniat ad defendendam ſententiam pro ſe latam, reconveniri poteſt coram Judice appellationis: quia tunc manifeſte ceſſat ratio Bart. ſupra relata.
 Tertium eſt advertendum, * quod ut hoc ultimum exemplum procedat oportet quod appellans peregrinatus ſit, hoc eſt, proſecutus fuerit appellationem extra locum proprii domicilii, ut probat l. ſed eſt per prætozem. §. ſina. ſupra, ex quib. cauſ. major. & colligitur ex l. 1. infra eum qui appellaverit in provincia deſendi, & l. ad cognitionem, infra, quib. ex cauſ. in poſſeſſ. catur. tradit Marian. cap. ſina n. 62. de foro compet.
 299 petent. Unde ſi Judex, qui debet de appellatione cognoſcere, reſideat in loco, in quo appellans habeat domicilium, non habet jus revocandi domum, cum in ea ſit, Ang. hic, n. 5. ad ſinem. Cui tamen videtur
 300 obſtare text. verſ. * ei quoque infra hac lege, qui clare probat, privilegium revocandi domum competere non ſolum, quando de appellatione eſt Romæ cognoſcendum, ſed & in quocunque alio loco, nota Felin. cap. ſu. n. 25. verſ. considera duo de foro competenti.
 301 Sed pro reſponſione * reſolvendum eſt, quod ſi de appellatione cognoſcitur intra Provinciam appellantis, vel in loco originis propriæ vel paternæ, extra tamen domicilium appellationis, competet ei privilegium revocandi domum, quia hiſ caſibus militat ejus ratio, quod probant Paul. Caſtr. hic, n. 6. Jacobin. ad ſu. Marian. ca. ſina. n. 64. ad ſu. de foro compet. Anton. de Matth. de prorog. juſ. diſt. n. 48. verſ. quod juſ. & in hiſ terminis procedet generalitas verſ. ei quoque, infra hac l. Cæterum, ſi non egrediatur proprium domicilium, non habebit prædictum privilegium, cum in loco domicilii ſit: & ſic non fuerit peregrinatus.
 Quinimod ſentit Angel. hic, n. 5. ad ſinem, † quod
 302 licet appellans non poſſit conveniri coram Judice appellationis, Bart. receptus, d. aub. & conſequenter, n. 15. Tamen ſi Judex appellationis reſidet in loco domicilii appellantis, coram eo poteſt reconveniri: quam opinionem dixit veram Alex. ad Bart. d. aub. & conſequenter n. 15. littera C. de Angel. Aretin. l. 1. n. 5.

infra eum qui appellavit in provincia deſendi: Contrarium tamen tenet † Paul. hic n. 4. ante ſi. cujus opinio.
 303 nem dixit verioreſ Greg. l. 4. tit. partit. 3. in gl. pen. Et merito, quia ratio Bar. communiter recepta, d. aub. & conſeg. n. 15. etiam hoc caſu militat.
 Ad perfectam autem explicationem hujus materiæ, illud venit in quæſtionem, utrum hoc privilegium
 304 * revocandi domum, locum etiam habeat quando quis reperitur Romæ propter juſtam cauſam & probabilem? Et gl. hic, verb. venit, aperte ſentit * etiam hoc caſu locum, 305 habere prædictum exemplificat text. in eo, qui Romæ reperitur cauſa Religionis, hoc eſt, cauſa conſequendarum indulgentiarum, vel cauſa peregrinationis; quam ex devotione ſuſcepit, ut hic exponit Bart. n. 3. Panorm. c. ſu. n. 46. de foro comp. Peregr. de fidei-commiſſ. art. 53. n. 7. quam reſolutionem reprobatur, inf. n. 331. & ſequens exemplum etiam reprobatur, ibi n. 334.
 Item dum etiam exemplificat * tex. in patre qui fuit ad viſtandum filium in ſtudio exiſtente: is enim non dicitur abeſſe ob cauſam neceſſariam, ſed potius ob probabilem, & nihilominus ei competit prædictum privilegium, arg. l. nec non in princ. ſup. quib. ex cauſ. major. & huic gl. expoſitioni ſubſcribit Paul. hic, n. 2. §. n. 3. & ſu. 46. & ibi Marian. n. 66. de foro compet. loci. Reg. 104. Rebuſſ. de privileg. ſcholar. privileg. 77. Covar. præſ. quæſt. c. 25. n. 1. ſi. ita, ut hoc * privilegium videatur locum habere in omnibus perſonis, de quibus agit in tit. ſupra, quib. 2. cauſ. major. ut expreſſe tenet Sp. calator, tit. de reo, n. 13. quod tamen reprobatur infra, num. 321.
 Sed ſubſiſtendum eſt: * quia contra prædictorum opinionem, videtur tex. expreſſus, cap. ſina, de foro compet. ubi ab obtinendum privilegium revocandi domum requiritur: quod juſt reperiat in curia ex cauſa juſta & neceſſaria: Ergo non ſufficit ex ſola juſta cauſa ſive probabili, ut ibi expendit Andr. Sicul. n. 81. & magis probat Felin. ibid. col. antepen. verſ. tamen pro impugnatione præſcripta, & probat ſecure Coſialius l. in orbe, in ſi. ſupra, de ſtatu hominum.
 Ad veram reſolutionem * agendum nobis eſt de
 309 vero intellectu dict. cap. ſina. de foro competenti, circa cujus veram interpretationem, in primis eſt advertendum, quod text. de cap. ſina. videtur probare, quod ut competat privilegium * revocandi domum, in
 310 pulative requiritur, quod venerit ad locum, in quo convenitur ex juſta & neceſſaria cauſa, & ſic videtur probare, non ſufficere veniſſe ex cauſa neceſſaria, niſi illa quoque fuerit juſta, quod tamen repugnat ſupra traditis. Ex quibus conſtat, nihil aliud requiri; quam quod venerit ex neceſſitate præciſa vel cauſativa. Sed huic difficultati reſpondetur duobus modis
 Primò, quod d. c. ſina. loquitur in Epifcopo & perſonis Eccleſiaſticis, * qui ſecundum diſpoſitionem juſtis
 311 Canonici, non poſſunt abeſſe à ſuis beneficiis abſq; juſta & neceſſaria cauſa, text. expreſſus c. inter quatuor de cleric. non reſiden. Si * ergo abſint à ſuis beneficiis, abſq; juſta & neceſſaria cauſa: pro eo quod poenam merentur: non debent commodum ſive privilegium habere, c. ex tenore, de reſcript. & ideò requiritur, quod ut prædicti habeant privileg. revocandi domum: Romam venerit ex juſta cauſa & neceſſaria. Et aliud dicendum eſt in ſecularibus, * in quib. non
 313 militat prædicta ratio: hos enim ſatis eſt veniſſe pro cauſa neceſſaria, alio non requiſito.
 Secundum reſpondeo, quod aut incipimus * à
 314 cauſa juſta; & illa non ſufficit, niſi etiam ex cauſa neceſſaria corroboretur, ut eſt expreſſum in d. c. ſi. Si vero * incipimus à cauſa neceſſaria, & tunc illa ſola ſufficit juxta ſup. tradita. Exemplum habemus per
 315 Jo. And. d. c. ſi. de foro comp. quod ſi minor in cauſa fuit
 316 victus:

victus: & facilitate ſua non appellavit, ſi venerit Romam ad petendam in integrum reſtitutionem, diſtinguendum eſt: nam ſi Judex qui tulit ſententiam, non poterat eam in integrum reſtitutionem concedere, juxta diſtinctionem l. ſi. C. ubi & apud quem. c. ſu. de in integ. reſt. quaſi minor Romam venerit ex cauſa neceſſaria, ſi ab alio conveniatur, habebit juſt revocandi domum: ſi vero Judex, qui tulit ſententiam, habebat poteſtatem concedendi reſtitutionem: quaſi minor voluntarie Romam venerit, non habebit juſt * revocandi domum: quod dictum communiter recipitur, ut aſſerit Felin. d. c. ſi. col. antepen. verſ. tamen pro impugnatione, & Marian. n. 66. Anton. de Matth. de prorog. juſ. diſt. num. 48. verſ. aliud exemplum.
 317 Ex quo dicto Jo. Andr. communiter recepto, duo colliguntur valde noranda in hac materia, * quod ſi minor ex cauſa neceſſaria venerit Romam, habet privilegium revocandi domum, quicquid id negaverit Panor. d. cap. ſi. n. 48. ad ſi. Secundo * colligitur, quod, ut quis habeat privilegium revocandi domum, non ſufficit ex juſta & probabili cauſa Romam veniſſe, niſi ea quoque fuerit neceſſaria: ac ita quoad noſtram materiam juſta & probabilis cauſa, magis pro mere voluntaria haberi debet, licet in aliis materiis probabilis cauſa, neceſſaria ſoleat æquiparari, ut tradit gl. ſi. ſupra, de in integ. reſt. & ibi explicat Bar. n. 4. Bal. col. 1. Ant. Sicul. c. conſultationibus. 14. de offi. delegati Faſ. S. rursus. in princ. & ibi Gom. n. 5. Inſtit. de off.
 318 Ex quibus inferitur, * non eſſe veram communem traditionem D. d. ſupra relata, dum materiam noſtram conjunxerunt cum tit. ſupra quib. ex cauſ. major. nam in eo caſu ad concedendam reſtitutionem ſufficit, quem abeſſe ex juſta cauſa & probabili, l. nec non in princ. ſup. quib. ex cauſ. major. In noſtra autem materia non ſufficit cauſa juſta & probabilis, 321 niſi ſimul ſit * neceſſaria, d. c. ſi. de foro comp. explicat., ut ſupra. Et eſt ratio huj. differentie, * quia in tit. ſupra, quib. ex cauſ. major. agit de damno, l. ſciendum eo tit. & ideò facilius eis ſuccurritur: in noſtra autem materia magis videtur agi de lucro acquirendo: quia pro hoc privilegium non impeditur liſ movenda, & remittitur ad Judicem domicilii illius, qui habet juſt revocandi domum, & non eſt eadem ratio lucri & damni, l. ſi. C. de codicil. Unde
 322 de abſenti ex cauſa ſtudii * conceditur reſtitutio, l. nec non, in princ. ſup. quib. ex cauſ. major. & tamen exiſtenti in ſtudio non conceditur privilegium revocandi domum, Alb. hic, col. 1. ad ſi. Curt. Jun. n. 4. Bologn. aub. habita n. 207. C. ne filius pro patre.
 325 Secundo, ex prædictis * principaliter inferitur vera reſolutio ad ea controverſam quæſtionem: Utrum ei, qui reperitur Romæ vel in curia, ex cauſa juſta & probabili, competat privilegium revocandi domum?
 326 In qua quæſt. magis * communis opinio tenet competere per tex. noſtrum verſ. ei quoque, inf. hac l. ibi, (ob aliam cauſam) & ibi notat gloſ. verbo venit: ſed contrarium videtur verius per c. ſi. de foro comp. quod concedendum privilegium revocandi domum, requirit juſtam cauſam & neceſſariam, & ſupra diximus, notat Peregrin. de fidei commiſſ. artic. 53. numero 7.
 327 Nec repugnat tex. noſter * verſ. ei quoque, inf. hac lege. neque enim dicit, quod juſt revocandi domum dicatur competere ob cauſam neceſſariam, vel aliam cauſam ut male intellexit gl. hic, verb. venit. ſed potius, quod ille, qui habet juſt revocandi domum, quia venit Romam ex cauſa neceſſaria, ibi non reconvenitur: quia ob aliam cauſam, ſcilicet neceſſariam venit Romam diverſam ab ea, pro qua nunc convenitur, & ſic nihil facit pro communi opinione.
 328 Tertio principaliter inferitur explicatio ad * tra-

ditionem gl. hic, verb. venit, quæ intelligens tex. probare, propter ſolam juſtam cauſam vel probabilem, competere privilegium revocandi domum, exemplificat cauſam juſtam vel probabilem eſſe, quando quis reperitur Romæ ob cauſam Religionis, hoc eſt, gratia conſequendarum indulgentiarum vel ex cauſa peregrinationis, quam ex voto ſuſcepit, ut hic exponit Bart. numer. 3. & ſupra retulimus, ut ſubſcribit Anton. Peregrin. de fideicom. critic. 35. numero 7. Item dum exemplificat in patre, qui ivit ad viſitandum filium in ſtudio: is enim, eſt ex probabili cauſa iyerit, non ex neceſſaria, tamen habebit juſt revocandi domum, arg. l. nec non in princ. ſup. ex quibus cauſ. major. Nam hæc traditio gl. in dicto principali, licet ſit communiter recepta, tamen verius eſt, ob hanc ſolum cauſam non competere privilegium revocandi domum, niſi ſimul ſit neceſſaria, ut ſupra probavimus.
 Utrum autem exempla propoſita * per gloſ. ſint in
 329 ſe vera, diſcutiendum eſt? Et videtur reſpondendum prima duo videri eſſe vera in ſe, cum agatur de favore animæ, * quæ cunctis rebus eſt præferenda, l. 330 ſancimus. C. de ſacroſancti. eccleſ. & ſacri aub. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſo. & cap. 1. cum gloſ. de cler. peregrinantibus. Sed licet hæc cauſa nimis pia ſit, & digna omni favore. tamen quoad noſtram materiam, non videtur eſſe ſufficiens, ut hiſ concedatur privilegium revocandi domum: quia licet cauſa ſit juſta, & probabilis, tamen non poteſt negari non eſſe neceſſariam, vel ſaltem magis trahere à voluntario, quam à neceſſario. Unde habito reſpectu ad id, quod eſt principaliter, tanquam voluntarium conſiderabitur, argum. l. quæritur, ſupra, de ſtatu homin. Et quia quando alio modo
 332 potuit parti eſſe conſultum: ſi Romam veniat, voluntarie videtur venire, neque ei competit juſt revocandi domum; ut colligitur ex doctrina Jo. Andr. cap. ſina. de foro compet. quam ſupra retulimus, & hiſ peregrinis etiam circa remiſſionem peccatorum aliis modis potuit eſſe conſultum. Unde tanquam voluntarie Romam venienti, non debet concedi juſt revocandi * domum; regulariter enim juſt
 333 ta & probabilis cauſa ſola non tribuit prædictum privilegium, ut probavimus; ſed l. ſed eſt per prætozem §. ſina. ſupra, quibus ex cauſ. major. & ibi poſt Guil. tradit. Bal. in 1. & 2. lect. & l. ſi. col. 1. ad ſu. ſupra de in integrum reſtituit. & Maria. cap. ſina. num. 66. ad ſinem, de foro competenti, & ſentit ordinatio Portugalliæ l. 3. vit. 3. nova recopilatione.
 Denique inferitur annotatio ad * ultimum exem-
 334 plum gloſ. hic, verbo, venit in fine, dum patri viſitanti filium in ſtudio, concedit juſt revocandi domum; quia communiter ſequuntur Doctores. Contrarium enim verius eſt ex ſupra reſolutis. Nam licet hæc cauſa ſit probabilis, & multum utilis, ut ſic pater videat, utrum filius proficiat in ſtudio & literis incumbat, ut debet, & ob id patri juſt revocandi domum pro contraſtibus alibi geſtis concedat, Rebuſſ. de privileg. ſcholarium, privileg. 77. tamen cum non fuerit neceſſaria, ſed magis trahat à voluntate, vel utilitate non debet patri concedi prædictum privilegium revocandi domum, per ſupra tradita.
 Neque eſt in hac materia * omittendum, quod
 335 & illi, qui tenent, ob cauſam vel probabilem concedi juſt revocandi domum: id limitant, niſi abſens ex cauſa probabili, diu in eo loco eſt moraturus; nam tunc prædictum juſt eis non concedetur: ne aliiſ creditores diu ſint in ſuſpenſo, & facile fraudentur per debitores, & ita Alber. hic. col. 1. ad ſinem. ſubſcribit Curtius Jun. hic, nu. 4. Af. ſiſti, lib. 1. conſtitu. rub. 95. n. 1. Bologn. aub. habita, num.

n. 208. C. ne filius pro patre Rebuff. de privileg. ſcholarium. privileg. 77. qui hoc exemplificat in ſcholaribus & mercatoribus, qui diu debent manere in loco. Sed circa hæc dicta Doctorem, * eſt advertendum, quod dum præſupponunt, ſcholaribus non competere privilegium revocandi domum, quia diu ſunt moraturi in loco ſtudii, inadventerter * videtur dicendum: quia privilegia conceſſa ſcholaribus, intelliguntur, quando illi in loco ſtudii inveniuntur, & ibi debent conveniri, ut ſentit auth. habita C. ne filius pro patre, & ibi notant Salycetus, n. 18. & Bologninus. n. 338. quo * caſu cum coram certis Judicibus ſint conveniendi, quos expri: it d. auth. habita etiamſi conveniantur pro contractibus alibi geſtis, Rebuff. de privileg. ſcholarium privileg. 121. Quare ſi hoc caſu coram certis Judicibus conveniendi ſunt, fruſtra quaeritur, utrum eis competat privilegium * revocandi domum? Cæterum, ſi non reperiantur in loco ſtudii, & ideo alibi conveniantur, ceſſat diſpoſitio dict. auth. habita, & in loco, in quo inveniuntur, tenentur reſpondere coram ordinario illius loci, Bart. l. ſina. in ſine. C. de agentibus in rebus. lib. 12. quo caſu non video rationem, cur ei debeat concedi jus revocandi domum, ſi ibi reperiantur ex cauſa juſta & neceſſaria. Neque obſtat, * quod diu moraturus eſt in loco ſtudii, quia nos loquimur, quando extra locum ſtudii convenitur, quo caſu nullus habetur reſpectus ad ſtudium, quinimò eum ſcholaris non videatur * habere domicilium in loco ſtudii, l. 2. C. de incolis. lib. 12. Felin. cap. deſiſtus, el. 2. n. 12. verſ. ſecunda declaratio, de reſcriptis, remittitur ad domicilium, quod habet in patria: * hodie ſane, quoniam ſecundum ſtatuta univerſitatum, ſcholares debent remitti ad locum ſtudii, & ad conſervatorem univerſitatis, ut per Rebuff. & privilegii ſcholarum privileg. 1. 2. ad ſinem fruſtra tractabitur, de privilegiis revocandi domum, cum ad locum ſtudii neceſſario remittendi ſunt. Ulterius eſt advertendum, * quod dum prædicti hoc etiam exemplificant in mercatoribus qui diu ſunt moraturi in loco infra, conſiderata etiam videtur dictum. Nam mercatores non ea ratione habent prædictum privilegium, quia diu moraturi ſunt in loco, ut prædicti præſupponunt, ſed potius quia videntur abeſſe ex cauſa voluntaria, gloſ. ſin. ſupra, de integ. reſtit. & ibi Bald. col. 1. ad ſi. & abſentibus ex cauſa voluntaria non competit hoc privilegium: neque aliter eis ſuccurritur, l. ſed eſt per prætozem, §. ſin. ſupra, ex quibus cauſ. majores. Magis igitur prædicta conſideratio * Utrum diu moraturi ſint in loco? exemplificabitur in traditis per Rotam deciſ. de foro compet. in antiquis, dum concludit, de ſtylo curia, quod in ea reperiantur, etiam ex cauſa juſta & neceſſaria, coguntur in ea reſpondere, neque eis conceditur privilegium revocandi domum, ſubſcribit Octavian. de ſtylo curia, lib. 4. cap. n. 2. Vantius de nullitate ex deſectu jurisdiſtionis ordinaria n. 85. De cujus tamen ſtyli validitate merito dubitate poſteſt, * cum in contrarium ſit expreſſa deciſio, cap. ſina. de foro competenti, quam obſervari in curia Romana aſſerit. Innocent. ibi Angel. hic, n. 4. Rota deciſ. 2. de foro compet. in antiquis, vel concordandæ ſunt opiniones cum * Felino, cap. ſina. col. ſina. ante ſinem, de foro competenti, quod ille, qui reperitur in curia, ex cauſa neceſſaria, dum pendet neceſſitas, hæc et jus revocandi domum, ſi verò conſtat, quod etiam ſinita neceſſitate in curia ſit moraturus, tunc denegabitur ei prædictum privilegium, quod optime confirmatur ex ſupra traditis. Qualiter autem hoc privilegium * in regno Neapolitano prædicetur,

tradit Afflictis lib. 1. conſtit. rubr. 95. n. 6. Neque eſt omittendum, quod dum gl. hic, verbo venit, ad ſinem, proponit exemplum † in patre, 348 viſitante filium in ſtudio, aperte ſentit, quod privilegium competens ſcholaribus communicatur his, qui veniunt ad eos viſtandos in ſtudio ex aliqua probabili cauſa, notat Bald. auth. habita n. 18. C. ne filius pro patre. Tiraquell. in legib. comubialis. gloſ. 2. n. 57. Horatius Lucius de privileg. ſcholarium, privileg. 80. Unde prout ſcholaris non poteſt capi pro repræſſaliis, dicta auth. n. habita, & ibi notat Bald. n. 4. Pariter pater, qui filium viſitat, * non poterit capi pro repræſſaliis, neque enim nuntius qui propter aliquam probabilem cauſam mittitur ad ſcholarem: ut ex mente gloſſ. collegit Bart. hic, n. 4. Lancellor. dec. in ſi. Panormit. cap. ſin. n. 47. de foro competenti. Bolog. d. auth. habita, n. 199. Rebuff. de privileg. ſcholarium privileg. 78. & pariter, neque capientur in locis, per quæ prædicti * neceſſario debent tranſire ut perveniant ad locum ſtudii, argum. l. oratio, ſupra, de ſponſalib. & in ſpecie Lancellor. Decius, hic. col. 1. ad medium. Eſt tamen advertendum, quod licet prædicta vera ſint in terminis juris communis, * ut hinc 351 tradit. Angel. n. 3. & Barolus tracta. de repræſſaliis, quaſtione 7. n. 7. Tamen, ut ipſi teſtantur conſuetudine generali non obſervantur, ſed indiſtincte omnes capiuntur pro repræſſaliis, præter legatos publicos quibus parcitur ob rationem expreſſam. l. ſina. infra, de legatio. & ſubſcribit Paul. Caſtrenſ. hic. n. 2. Jacobin. n. 3. Ant. de Mat. de prorogatione jurisdiſtionis, n. 48. verſ. exemplum. Illud autem in hac materia certum * eſt, reperitis 352 in curia ex cauſa juſta & neceſſaria, poterunt ibi conveniri, ſi ibi contraxerunt neque enim tunc eis competit privilegium revocandi domum, ut clare probat §. omnes autem, infra hac lege, & probat Ordinatio Portugallia, lib. 3. c. 1. in principio, nova recipiationis. Et ratio eſt ex gloſ. hic, verbo, * contraxerunt, quia Romæ poterat conveniri, tanquam in communi patria, & præterea ratione contractus in ea conveniri poterat: Propter igitur hanc geminatam cauſam, denegatur privilegium revocandi domum. Ex qua ratione inferri videtur, quod ſi loco, in quo contraxit, remoto contractum non poterat conveniri, cum tunc tantum ratio contractus ibi conveniatur, ſi ibi reperitur ex cauſa juſta & neceſſaria, habebit jus revocandi domum: quia, in his terminis ceſſat ratio gloſ. ſupra relatæ, & tenet gloſſ. hic, verbo, * deſtinati, & videtur text. verſ. ei quoque, infra hac lege, ibi, (vel alio loco) nam ſentit, * quod ſi appellatio tractatur 353 in alio loco, & non Romæ, appellans habet jus revocandi domum, & tamen alio loco non poterat conveniri, niſi contraxiſſet, ut expendit Marianus cap. ſina. n. 63. ad ſinem, de foro competenti, & probant Paul. Caſtr. & Jacobin. uterque n. 3. & omnes infra hac l. & Covarruvias practicarum quaſt. c. 5. n. 3. verſ. quid ergo. Sed cavendum eſt: quia hæc * traditio manifeſte 356 confunditur per generalitatem, verſ. omnes autem, infra hac l. qui tantum conſiderat, utrum ille, qui reperitur in loco ex cauſa juſta & neceſſaria, antea in eo loco contraxit: tunc enim indiſtincte ei denegat privilegium revocandi domum: ut advertit Felinus diſto cap. finali colum. antep. ad ſinem. de foro competenti, & Anton. de Mat. de prorogatione jurisdiſt. n. 48. verſ. & hæc. & probat l. 25. ad ſinem tit. 9. partit. 7. Neque prædictis † contradicunt verſ. ei quoque hujus l. quia debet intelligi quando convenitur in loco originis propriæ vel paternæ, prout poteſt, ut probavimus in principio hujus §. Is enim, ſi ibi ſit repertus, ex cauſa juſta & neceſſaria, habe-

habebat jus revocandi domum. Cæterum, ſi conveniatur in loco contractus, non habebit locum prædicta conclusio: quia §. omnes autem, hu us l. generaliter conſtituit, quod ſi inveniretur in loco contractus, non haberent privilegium revocandi domum: † quia forus contractus fortior eſt privilegio: quia procedit ex conſenſu partium, ut advertit Cu. Jun. §. omnes autem, n. 3. infra hac l. A qua generali conſiſtione, ſolus excipitur legatus: qui licet Romæ contraxerit ante legationem, tamen competit ejus revocandi domum, d. verſ. omnes autem infra hac l. qui aperte ſentit, quod licet legatus duplici nomine forum ſortiat, ſcilicet Romæ, tanquam in communi Patria, & etiam ratione contractus in ea celebrati, tamen ei competit privilegium revocandi domum: quod ſi * Romæ contraxit poſt legationem, tunc ratione ſolius contractus Romæ conveniri poteſt, neque habebit privilegium revocandi domum, ut clare probat l. non alias. in princ. inf. eod. & d. verſ. omnis autem, hu us l. quamvis C. Jun. ib. non ſatis mentem Jureconſulti perceperit, & videndus eſt Grego. l. 4. tit. 16. artit. 2. in gloſ. 1. Item & illud certum eſt in hac materia, privilegium * revocandi domum, non competere illi, qui contraxerit extra Provinciam. Nam ſi pro hoc contractu Romæ conveniatur, non concedetur ei privilegium domum revocandi, ut clare probat d. §. it. ſi extra, inf. hac l. Et eſt ratio, quia nulla eſt ratio, ob quam magis debeat remitti ad locum domicili, quam ad locum contractus, & ideo cum omnino non adaptentur verba privilegii, * illud hoc caſu non conceditur, & diximus ſupra: ſi autem in Provincia contraxerit, habebit locum privilegii: quia tunc locus contractus & domicili confunduntur, & ſic adaptantur, verba privilegii, quod ſi Romæ vel in Italia contraxerit: tunc Romæ convenietur, nec habebit jus revocandi domum, perinde ac ſi Romæ utroque caſu ex interpretatione juris fuiſſet contractum, ut jam ſupra explicavimus. Et ad complementum prædictorum, * addendum eſt, quod in caſu, in quo jus revocandi domum, jure competi, Judex qui eum remittit ad Judicem domicili, poteſt parti ſtatueri terminum, intra quem compareat in loco domicili, accepta ab eo cautione de Judicio ſiſti: ita probat text. verſ. ſed ſi dubitetur, infra hac l. notat Panorm. cap. ſi. n. 49. & ibi Marian. num. 90. de foro comp. notat. Paul. conſ. 397. n. 2. lib. 1. & literam D. verſ. ſed ſi dubitetur, hujus l. declarat Ant. Auguſtin. l. 4. emandatio cap. 8. p. 231. Et ultimo eſt advertendum, quod in terminis dicti §. ſed ſi dubitetur, Judex remittens erat mero jure competens: cum quilibet poſſit conveniri Romæ, tanquam in communi Patria & tantum ex privilegio fuit declinata ejus jurisdiſtione. Unde inſurgit quaſtio. Utrum idem ſit recipiendum, quando judex remittens, erat omnino incompetens? Et Bart. * l. præſes n. 4. per illum text. C. de appellat. exiſtimat, Judicem etiam omnino incompetentem, poſſe remiſſo assignare terminum intra quem compareat coram Judice competentis, quod & probat Paul. Caſtrenſ. §. ſed ſi judex, n. 5. inf. hac l. Alexand. l. 2. n. 2. infra, de re judicata. Felin. cap. cum contingat, in fine, de reſcriptis, & c. cum ſit Romana, n. 3. de appellatio. Dec. l. qui jurisdiſtioni, n. 6. ſupra, de jurisdiſtione omnium judicum. Hippolyt. l. de uno quoque n. 206. infra, de re judicata. Sares, tit. de los emplazamientos, §. 3. num. 7. Ex quibus cavendum eſt à Matthæo de Afflictis * 366 lib. 1. conſtit. rubr. 95. num. 17. qui negabat Judicem incompetentem poſſe assignare prædictum terminum, allegando Bart. l. 2. n. 2. infra, de re judicata,

qui tamen non loquitur de termino assignato, intra quem compareat remiſſus coram Judice: ſed de termino assignato ad proſequendam cauſam, & ad eam terminandam, hoc enim Judex omnino incompetens facere non poteſt: quia in effectu eſſet, ſe intromittere in jurisdiſtione alterius & quaſi Judici competentis legem imponere, quod non eſt permiſſum cap. ex inſinuatione, de appellatio. & eleganter explicat Alex. l. 2. n. 3. & ibi Joſon, n. 11. Ripa. n. 15. infra de re judicata. Felin. d. c. cum ſit Romana, n. 3. Decius cap. ex inſinuatione, n. 3. de appellat. Eſt nihilominus * differentia inter terminum assignatum ad comparandum per Judicem competentem mero jure, vel per omnino incompetentem: quia primo caſu ille qui remittitur, tenetur præſtare cautionem * de Judicio ſiſti, ut probatur §. ſed ſi dubitetur, hujus l. Quinimò teneri etiam poſſent promittere, ſi in termino assignato non ſiſtat, tenet gloſſ. ibi verb. ſola & Paulus Caſtrenſ. in fine. & idem conſ. 397. n. 2. lib. 1. ſed falſum, & communiter reprobat. Neque enim tenetur * poenam promittere, cum d. §. ſed ſi dubitetur, ad hoc eum non obliget, ut reſolvit Curt. Jun. hic, num. 7. Joſon, l. ſancimus, num. 2. l. de verborum ſignificat. Marian. cap. ſina. num. 90. de foro competenti. & in præſtatione cautionis, ſufficiet remiſſum promittere de ſiſtendo, ut probat d. §. ſed ſi dubitetur, ita ut licet, quando jubetur † ſtari juratoriae cautioni alicujus, ille nihilominus debeat bona ſua hypothecare, l. ſupra, ut legato, ſeu fideiſſionis nomine, tamen hoc caſu ſufficit ſimplex promiſſio de ſiſtendo, cum dicto §. ſed dubitetur, hypothecam bonorum non requirit, Bald. l. ſina. C. ubi in rem aſſio, & l. difſamari, n. penult. C. de ingen. & manumiſſ. Si autem prædictus terminus assignaretur à Judice omnino incompetente, non tenetur remiſſus promittere de ſiſtendo in Judicio: quia hoc jure cautum non invenitur, gloſ. d. §. ſed ſi dubitetur, verbo, accipere. & ibi Paulus, n. 6. Jacobin. n. 8. Curt. Jun. ad ſinem. Si ergo is in termino non compareat, non poteſt contra eum procedi, ob non obſervatam promiſſionem quam non tenebatur facere: * ſed Judex competens procedet contra eum, tanquam contra contumacem: quia non comparuit in primo termino assignato, per primum Judicem quantumcumque incompetentem, ut eſt de mente ſupra allegatorum, & probat Ordinatio Portugallia, l. 3. tit. 15. §. & depuis que de Reo, ad ſinem antiquæ impreſſionis, & hodie lib. 3. tit. 20. §. 9. nova impreſſionis de quo articulo videndus eſt Anton. de Mat. de prorogatione jurisdi. n. 53. Et hæc ſatis de materia hujus §. in quo materiam legatorum ad Principes miſſorum, ſatis luculenter & nerveſe explicaviſſe mihi videor, ut non putem repertum iri quemquam, cui hac mea explicatione, quamvis ſatis rudi & impolita non ſit ſatiſfactum. Sequitur hujus legis ſecundæ, §. ultimus ſeu finalis, qui quis multam indicere poſſit tractat. Age videamus ergo quid amplius in eo doceat; & quid ex eo colligendum ſit.

LEX II. §. FINALIS.
S U M M A R I A
 1 Regula notabilis quæ ex hoc text. colligitur, ea eſt quod ille tantum poteſt juri ſuo multam indicere, cui publice judicium eſt.
 2 Multa eſt vocabulum Sabinum à Latinis receptum, & ſigni-

- 32 Magiſtratus Romani, qui non ſunt præſecti juridi-
- 31 Omnes magiſtratus Romani qui præſunt iudicando habent jus mulctandi.
- 30 Ad hoc ut quis proprie dicatur habere jus mulctandi duo copulative requiruntur, quod ſit præpoſitus iudicio, item quod præſit iudicio publico.
- 29 Refert unde originem traxerit lex mulctarum.
- 28 Dum text. dicit eum poſſe mulctare, cui publice iudicium eſt, in effectu, vult quod qui habent jus iudicandi publice hoc eſt, in civitate Romana, ii poſſint mulctam indicare.
- 27 Refert unde originem traxerit lex mulctarum.
- 26 Aliam expoſitionem aſſignat ex Decian. tracta. criminali lib. 5. capit. 3. numer. 6. quam tamen rejicit.
- 25 Rejicit hanc expoſitionem.
- 24 Aliam expoſitionem aſſignat ex Longovallo quod omnis qui habet poteſtatem publicam poteſt mulctare, ſecus qui non habet.
- 23 Procurator ſiſci non poteſt mulctare cum tamen habeat ordinariam iurisdictionem.
- 22 Aliam expoſitionem aſſignat ex Longovallo quod omnis qui habet poteſtatem publicam poteſt mulctare, ſecus qui non habet.
- 21 Reprobat d. communem expoſitionem.
- 20 Expoſitio ad dicta verba que tradit gloſ. pen. d. l. aliud eſt fraus, communiter recipitur.
- 19 Verba, de quibus in text. ibi, iudicium publice eſt, varia habent explicationes, & aſſignata à gloſ. hic communiter reprobandur.
- 18 Pena imponi poteſt à quocunque iudice, qui de delicto cognoſcit, mulctam vero imponi non poteſt, niſi per eum cui iudicium publice eſt.
- 17 Pena imponi poteſt à quocunque iudice, qui de delicto cognoſcit, mulctam vero imponi non poteſt, niſi per eum cui iudicium publice eſt.
- 16 Conſuetudine etiam eſt obtentum, ut non obſtante diſpoſitione d. l. ſina. poſſit iudex ſepe ſepius unum mulctare, ſi contumacia ejus id exigat.
- 15 Conſuetudine etiam eſt obtentum, ut non obſtante diſpoſitione d. l. ſina. poſſit iudex ſepe ſepius unum mulctare, ſi contumacia ejus id exigat.
- 14 Respondet ad dictum text. in l. ſina. C. de modo mulctarum.
- 13 Impugnatur proximam differentiam ex text. in l. ſina. C. de modo mulctarum.
- 12 Pena ſemper eſt certa utpote per legem declarata, mulctam autem eſt incerta utpote pendens ex arbitrio illius qui eam impoſuit.
- 11 Olim mulctam non conſiſtebat in pecunia, ſed potius in bovis & ovibus, poſtea fuit mutata in pecuniariam condemnationem.
- 10 Pena refertur etiam ad coërcionem corporalem, mulctam autem hodie ſolum conſiſtit in pecuniaria.
- 9 Lege antiqua cautum erat, ut ſubditi parerent magiſtratibus illis mulctandi.
- 8 Auſtor proponit interpretationem ſuam circa mulctam ut dicatur coërcio ſpecialis criminis, quod committitur non parendo iudici, & ejus præceptis.
- 7 Mulctam dicitur delicti commiſſi coërcio, que tantum in pecunia conſiſtit.
- 6 Pena eſt coërcio delictorum nominatorum, mulctam vero delictorum inominatorum.
- 5 Mulctam autem ſignificat coërcionem cujuſdam ſpecialis delicti.
- 4 Pena ſignificat generaliter coërcionem cujuſcumque delicti.
- 3 Inter mulctam & penam, multa differentia conſtituitur.
- & ſignificabat penam quandam, que in bovis & ovibus conſiſtebat.

- 64 Juriſdictio mulctandi, cum conceſſa fuerit magiſtratibus Romanis, ad municipales magiſtratus extendi non debet.
- 65 Municipales eſſi eſſent particeps numerum & honorum cum Romanis, tamen magiſtratus Romæ carere non poterant.
- 66 Apud magiſtratus municipales non erat legis actio, niſi ſpecialiter eis eſſet conceſſa.
- 67 Legi actiones dicuntur actus quidem ſolemnes, que ſecundum leges in eo actu debeant intervenire, & hi, apud quos peragi poterint, dicebantur habere legis actiones.
- 68 Emancipationes ſolebant fieri adhibitis quibusdam ſolemnitatibus, ac ideo non poterant fieri niſi coram habentibus legis actione.
- 69 Emancipationes fieri non poterant coram quibuscuſque magiſtratibus, niſi eis ſpecialiter inveniretur commiſſio, ut haberent legis actiones.
- 70 Declarat id, quod probat dicta l. 1. ſupra ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.
- 71 Respondet ad fundamentum magis communis opinionis, de qua numero quadrageſimo ſeptimo, quam reprobat.
- 72 Tradit rationem, ob quam duumviris modica coërcio conceditur.
- 73 Delegatus conceditur modica coërcio, & tamen nullam mulctam indicare poſſunt.
- 74 Inferit ex prædictis ad deſiſtionem legis deſenſores, à ſecunda Cod. de deſenſoribus civitatum, de cujus intellectu ibi agit.
- 75 Explicat, in quo differant deſenſores civitatum, à reliquis magiſtratibus municipalibus.
- 76 Deſenſores civitatum tantum cognoſcebant de cauſis pauperum adverſus divites, ne eos opprimerent, & ut decuriones & plebem deſenderent ab omni injuria.
- 77 Deſenſores civitatum erant ſyndici civitatis, & aſſimulabantur Tribunis plebis Romanis.
- 78 Deſenſores civitatum cognoſcebant de cauſis quorumcumque, que eſſent parvæ quantitatis.
- 79 Explicat iterum dictam leg. primam ſupra, ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.
- 80 Respondet ad ea, que ex d. l. 1. colligunt Doctores, & veram explicationem tradit.
- 81 Mulctam quamvis ſit arbitraria tantum, quoad quantitatem, quam Magiſtratus concedere non poteſt, ſemper taxationem habuit.
- 82 Mulctam maximam que vocabatur apud veteres, & quomodo boves & oves æſtimabantur.
- 83 Poſtquam civitas ære ſignato uti cepit, facta eſt æſtimatio pecorum, & maxima appellabatur trium milium, quam taxationem, qui habebant cognitionem majorum delictorum excedere non poterant in mulctam.
- 84 Qua ratione conſtituitur differentia inter majores & minores magiſtratus.
- 85 Iudex delegatus non poteſt mulctam imponere, & rationem ibi aſſignat.
- 86 Delegatus ad univerſitatem cauſarum datus, mulctam etiam imponere non poteſt.
- 87 Contraria opinio refertur, & Doctores qui eam ſequuntur.
- 88 Oſtendit priorem opinionem veriorē eſſe.
- 89 Respondet ad text. in l. penult. infra, qui & à quo appellatur.
- 90 Delegatus per ordinarium etiam de jure Canonico non poteſt mulctam imponere.
- 91 Refert opinionem illam Doctorem, qui dicunt delegatum Principi, mulctam indicare poſſe, quod magis communiter receptum eſt.
- 92 Recenſet eos qui contrariam opinionem ſequuntur.
- 93 Oſtendit primam opinionem veriorē, & receptiorē eſſe.
- 94 Jure civili, delegatus Principis mulctam indicare non poteſt, ſecus de jure Canonico.
- 95 Expenditur pro eadem opinione l. 2. C. de modo mulctarum.
- 96 Procurator ſiſci non poteſt cognoſcere inter privatos, niſi ex illorum prorogatione, nec mulctam indicare.
- 97 Procurator Cæſaris nullam habebat iurisdictionem, ſed tantum adminiſtrationem, & poſtea Imperator Claudius conceſſit iurisdictionem reſtrictam tantum ad cauſas inter ſicum & privato.
- 98 Item reſtrictam ad cauſas civiles: & ideo de criminalibus non poterat cognoſcere.
- 99 Proponit argumentum à fortiori de procuratore Cæſari, & delegato.
- 100 Tentat & probat delegatum Principis, etiam jure Canonico mulctam indicare non poſſe.
- 101 Respondet ad cap. ex literis, quod pro contraria opinione citatur.
- 102 Delegatus perturbans iurisdictionem ſuam coërcere poteſt, & tantum non poterit eos mulctare.
- 103 Si vero magis communis admittatur declarari debet, ut delegatus non poſſet majorem mulctam imponere, quam ordinarius.
- 104 Agit de intellectu legis non ex omnibus, 44. §. ſupra, de receptis arbitri.
- 105 Refert reſponſionem gloſ. hic, referent ſe ad tradita per ipſam gloſ. ad d. l. non ex omnibus, §. 1.
- 106 Oſtendit in d. text. non agi de mulctam, ſed de pena expreſſa, in compromiſſo.
- 107 Magna eſt differentia inter culpam & penam.
- 108 Mulctam ea dicitur que applicatur ſiſco, vel operi publico.
- 109 Arbitrarius non poteſt mulctam indicare.
- 110 Qui mulctare non poteſt, nec poteſt penam imponere, ſimilem mulctam, ut quia applicaretur ſiſco.
- 111 Respondetur ad text. in l. unica, Cod. de ſiſcal. uſuris, lib. 10.
- 112 Text. in dicta l. non ex omnibus §. 1. in eo eſt notabilis, dum probat, quod pena expreſſa in compromiſſo tribus tantum caſibus incurritur, quos ibi enumerat.
- 113 Arbitrarius non poſſet condemnare in pena, niſi hoc in compromiſſo ſit expreſſum, tamen quando generaliter pena promiſſa eſt, ſi arbitro non pareatur, in tribus caſibus ſupra relatis, arbitro in penam condemnare poteſt.
- 114 Quis ſit iudex competens ad condemnandum in pena, ſi ſtatuti non pareatur, vide ibi remiſſive.

C Olligenda ex hoc text. regula notabilis: Quod ille tantum poteſt jure ſua mulctam indicare, cui publice iudicium eſt. Ad cujus regulæ explicationem præmittendum, quod * mulctam, eſt vocabulum Sabinum, & à Latinis receptum, & ſignificabat penam quandam, que in bovis & ovibus conſiſtebat, ut tradit Aulus Gellius lib. 11. notitium Atticar. c. 3. Inter mulctam autem * & penam multas differentias conſtituit Ulpianus Jureconſultus, l. aliud eſt fraus, 131. §. 1. inf. de verb. ſignif. Quarum prima eſt, quod * pena ſignificat generaliter coërcionem cujuſcumque delicti, mulctam autem coërcionem ſpecialis delicti. * Quam differentiam Alciati. ibi numero 3. ita explicat, quod pena ſit coërcio delictorum inominatorum, & mulctam coërcio delictorum inomi-

innominatorum. Quam tamen explicationem Rebuff. ⁷ *ibi. col. 1.* non admittit interpretans quod multa dicitur delicti commissi coercio, quæ tamen in pecunia consistit. Quæ interpretatio etiam non aridet, & ideo ⁸ ego interpretor multam dici coercionem: *speciatim criminis*, quod committitur non parendo iudici, & eius præceptis. *l. 1. supra, si quis jus dicenti non obtemper.* Lege enim antiqua cautum erat, ut subditi parerent ⁹ Magistratibus: alias concedebatur potestas Magistratibus, illos multandi: quam legem refert Cicero *l. 3. de legib. & colligitur ex Aulo Gellio, l. 1. nocturnum Attic. c. 101.* Est & alia differentia, quod pœna refertur etiam ad coercionem corporalem: multa autem hodie solum consistit in pecuniaria: nam olim quidem multa non consistebat in pecunia, sed potius in bobus & ovibus, ut supra dictum est: postea autem fuit mutata in pecuniariam condemnationem, æstimato quolibet bove, vel ove, per legem Ateriam, ut refert Aulus Cælius, *ibi supra*, & latius prof. quitur Brissonius, *lib. 1. antiquitatum juris, cap. 3.*

¹² Est & alia differentia, quod pœna semper est certa, ut pote per legem expressa & declarata: multa autem est incerta, ut pote pendens ex arbitrio illius, qui eam imposuit, *l. aliud est fraus, §. 1.* Neque repugnat text. *l. fina. C. de modo multarum* ubi taxatur certa quantitas, quam multam indicentes excedere non possunt; explicat Angel. *§. fina. num. 2. Instit. de fidei. tutorum*, & meminerunt Pancirolos, *de notitia imperii Orientis, cap. 100. col. 1.* & Cujacius *l. 16. observat. c. 34.* Nam respondetur quod dummodo Judex quantitatē taxatam non excedat potest illam moderare arbitrio suo, advertit Alciatus, *dicta l. aliud est fraus, §. 1. nu. 5.* & hac ratione pauperi condemnato potest Judex multam remittere *l. illicitas, §. fin. supra. de offic. præsid.* Quinimo hodie consuetudine obtentum est, ut non observetur quantitas taxata, in *l. fina. C. de modo multarum*, sed pro qualitate inobediencie & contumacie possit Judex imponere multam, ut asserit Alex. *cons. 35. nu. 2. lib. 2. Jason. l. 1. §. quod si prator. in fine, supra ne quis eum qui in jus vocatus est. Cland. l. filius famil. §. divi. ad fin. de leg. 1.*

¹⁷ Relat. *cons. 47. nu. 1. q. 2. n. 15. lib. 2.* Similiter & illud quod constitutum est, in *l. fina. C. de modo multarum*, quod una persona in Anno possit tantum multari, & notat Ang. d. *§. fina. 2. Instit. de fidei. tutorum* etiam consuetudine abolitum est: potest enim Judex sæpius unum multare, si contumacia & inobediencia illius id exigat, *l. ceteris cap. 1. in lect. col. 12. post princ. de judic. Rebuff. l. aliud est fraus, §. 1. col. pen. in princ.* Denique & hæc est differentia, quod pœna imponi potest à quocunque Judice, qui de delicto cognoscit, multa autem imponi non potest: nisi per eum cui iudicium publice est, ut probat is text. Quæ quidem verba varias habent explicationes. Nam gl. pen. *hic* tres refert, quæ communiter reprobantur, & communiter recipitur exposito gl. pen. *l. aliud est fraus, §. 1.* quod is text. velit, quod Judices ordinarii, qui publice iudicium exercent possint multam imponere, non tamen id sit permillum delegatis, nisi id eis expressim permillum sit, quam expositionem probat ibi Cæpol. *n. 3. in fi. & Alciat. n. 2.* & hanc esse receptam expositionem asserunt Paul. & Jac. *hic, in princ.* Quæ tamen communis expositio neque quadrat verbis text. neque in se vera: nam videmus, quod Duumviri non possunt multam imponere, *l. 1. supra, si quis jus dicenti non obtemper.* & tamen Duumviri jurisdictionem ordinariam habent, ut statim probavimus: item procurator fisci non potest multare, *l. 2. C. de modo multarum*, & tamen is ordinariam jurisdi-

ctionem habet, *l. 1. C. de jurisd. omn. judic.* Aliam igitur expositionem assignat Longaval *l. in perium. 24. n. 163.* & ibi Juvenalis, *n. 21. supra; de jurisd. omn. judic.* quod omnis, qui habet potestatem publicam, potest multare, *Menoch lib. 1. de arbit. q. 74. n. 8.* & qui eam non habet, non potest multare *l. curator. C. de modo multarum, l. non ex omnib. supra. de recept. arbit.* sed neque hæc expositio admittenda est: quia aperte violat verba hujus text. & verba *l. aliud est, §. 1.* dum habent, quod is demum potest multam imponere, cui adjudicatio concessa est: & quod circa hanc consuetudinem observetur; tradit Guid. *decis. 626.* Quare aliam novam explicationem ad hunc text. assignat Decianus, *tract. crim. lib. 5. c. 3. n. 6.* quæ etiam non placet.

Unde ego ultra alios, ad veram explicationem hujus text. nostri expendo verbum (*publice*) quo ille utitur, quod utique verb. refertur ad civitatem Romanam, *l. 1. §. 1. supra, de usit. & jure, l. bona civitatis, & l. cum qui veltigal, infra, de verb. significat. tradit. glof. l. sed et si per prætorem, §. fina. verbo, non absit. supra, quibus ex causis majores. Alciat. lib. 2. parergon. cap. 35.* Dum ergo is text. dicit, eum posse multare, cui publice iudicium est, in effectu vult, quod qui habent jus iudicandi, *l. 1. supra de jurisd. omn. judic.* & quidem publice, hoc est, in civitate Romana, hi possunt multam indicare. Quam expositionem confirmo auctoritate Dionysii Halycarnassæ, *lib. 10. antiquitatum Romanorum, p. 495.* asserentis, Spurium Tarpejum, & Aulum Terminium consules, legem tulisse, ut liceret omnibus Magistratibus, inobedientes multare, & meminuit hujus legis Ant. Aug. *tract. de legibus & senatusconsultis, cap. de lege Tarpeia & Terminia, de multis, pag. 179.* meminit etiam Decianus *tract. criminal. lib. 2. cap. 26. n. 2.* Et juxta hanc expositionem probabit is text. quod ut quis jure proprio dicatur habere jus multandi, duo correlative requiruntur: quod sit præpositus iudicio hoc est, iudicando, *l. 1. supra, de jurisd. omn. judic.* Item, quod præsit iudicio publice, hoc est, in civitate Romana.

Et qua nova expositione inferitur primo, omnes Magistratus Romanos, qui præsent iudicando, habere jus multandi quod clare expressit Cicero, *lib. 3. de legibus*, his verbis: *Magistratus neque obedientem, & noxium civem multa, vinculis, verberibusque coercent.* & agnoscit Duaren. *lib. 1. disputat. cap. 50.* Inferitur secundò, quod si Magistratus Romanus, non sint præfati iudicando, sed aliis rebus, non poterunt multam indicare, quia hoc solum concessum est, perfectis iudicando ut constat ex *supradictis*: & exemplum colligitur ex *l. 2. §. item decem, vers. nam præfatus, supra, de orig. jur.* ubi etiam textus probat, hos non dici proprie Magistratus, quasi proprie Magistratus dicantur, qui præsent iudicando: nam, ut inquit Cicero, *lib. 3. de legibus. Omnes magistratus auspiciis, iudiciumque habent.*

Tertiò inferitur explicatio ad *l. aliud est fraus, §. 1.* dum probat, hos posse multam indicare, quibus ad judicatio concessa est: *glof. penult.* ibi exponit, hoc est, quibus *jurisd. ordinaria concessa est*: sed hanc explicationem rejecimus. Quare Alciat. ibi exponit, quibus *jurisd. concessa est*, hoc est, concessum imperium, quia adjudicatio nihil aliud est, quam peracto iudicio rem actori addicere, quod magis dicitur pertinere ad imperium, quam ad jurisdictionem, *l. jubere cavere, supra, de jurisd. omnium judic.* Et facit pro hac expositione, quod ut quis multam indicat, oportet quod imperium habeat, *glof. in rubr. C. de modo multarum*, & multam indicare per-

tinere ad merum imperium, tradit Bart. *l. imperium, n. 12. & ibi Rimini. n. 27. Curt. Jun. n. 99. & Purpur. n. 209. sup. de jurisd. omn. jud.* Sed non placet hæc expositio, quia quatenus pertinet ad multam indicentem, imperium nihil videtur facere, ut constat ex *l. aliud est, in fine*, dum sentit, Præsidem Provinciæ non potuisse multam imponere, nisi mandatis Principum id fuisset concessum, & tamen certissimum est, Præsidem in Provincia amplissimum habuisse imperium *l. ex omnibus, supra, de offic. præsid.* Item confunditur ex eo, quod adjudicare proprie significat rem ad victorem pertinere, *l. liberti, §. Lucius, cum glof. infra, de annui legatis, l. vicinus 23. in fine princip. infra, de aqua pluvia arcenda. l. si is à quo supra, de rei vend. virtute* cuius pronuntiationis, statim transfertur dominium, *secuta Salycer. traditione §. fina. junctis glof. verb. eus fr. Instit. de offic. judic. quod quidem totum, magis pertinet ad jurisdictionem, quam ad imperium l. de quare, infra eodem.*

Alias igitur expositiones ad dictam *l. aliud §. 1.* refert Rebuff. *ibi, col. 6.* quæ non satis quadrant, & ideo verius est, quod verba illius text. veniunt explicanda juxta nostrum text. explicatam, ut supra: ut scilicet multam indicare possint, quibus adjudicatio concessa est, hoc est, potestas iudicandi, rem victori: dummodo id competat publice, ut probat noster text. hoc est, de electione populi Romani, ut supra diximus, id quod clare significat *l. alia est in fine*, dum subdit, solus Magistratus & Præsides multam indicare posse. Nam verbum, *magistratus*, proprie ad Romanos referunt, Nam alii potius dicuntur potestates sive Judices, quam Magistratus, *l. eum qui, & ibi Goucanus, supra, de jurisd. omn. judic.* & notabiliter probat Ant. Gilbertus Costanus, *l. 3. quest. uris, cap. 9.* Et hac ratione Præsides Provinciarum distinguuntur à Magistratibus, scilicet Romanis, *l. 3. §. fina. supra, quod metus causa, l. voluit, §. fina. supra, de interrog. actio. Decian. in pract. crim. lib. 4. cap. 2. à n. 6.* juxta quæ verba *l. aliud est, §. fina.* ita explicanda sunt, ut Magistratus, scilicet Populi Romani, possit multam indicare, ex lege antiqua Torpeja Arteria, quem supra retulimus, quæ postea mandati Principum fuit confirmata: Præsides autem Provinciarum, licet possint multam indicare, id tamen ex specialibus mandatis Principum, eis de novo concessum fuit, ut probat *l. aliud, in fine.* Et est ratio, quia potestas multam indicendi, solis Magistratibus Romanis à principio concessa fuit, ac ob id quantumque Præsides Provinciarum amplissimam habent potestatem, non tamen possent ea potestate multandi uti, nisi ad eos mandatis Principum fuisset de novo extensa.

Quando principaliter ex prædictis inferitur intellectus ad *l. 1. in princ. §. si quis jus dicenti non obtemperaverit*, in qua præscribitur regula, quod omnes Magistratus possint defendere jurisdictionem suam pœnali iudicio, hoc est, multam indicendo, ut ibi exponit glof. *verb. pœnali*, communiter recepta, à qua tamen regula generali excipiuntur duumviri, qui eo modo jurisdictionem suam defendere non possunt, qui quidem text. in ea exceptione multas patitur interpretationes, quas ibi refert Jason, *n. 14.* communiter tamen approbat interpretario glof. *1. ibi ad finem*, quod text. velit, quod duumviri, hoc est, Magistratus municipales, non possunt indicare multas: scilicet magnas, sed modicas pro modo suæ jurisdictionis, quam interpretationem esse communiter receptam, asserit Alex. *ibi, n. 5. & defendit Cagnol. in 50.*

Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

Quæ tamen communis interpretatio, nullo modo admittenda est: quia repugnant generalia verba *l. 1.* denegantia duumviris potestatem multam indicendi. Item cum Jureconsultus promiserat regulam, Magistratus posse indicare multas pro modo suæ jurisd. frustra ab hac regula exciperet duumvros, si & hi pro modo suæ jurisdictionis possint multam indicare.

Secunda igitur interpretatio fuit Bart. *d. l. 1. n. 5.* quod dum text. ille à regula excipit (*duumvros*) debet referri ad eos Magistratus, qui habent curam & administrationem rerum civitatis, & tamen illarum jurisdictionem non habent: nam cum ea careant, multam indicare non possunt: & subscrībunt Alex. *ibi, n. 6.* Et facit pro eis: quia, ut supra diximus; etiam Magistratus Romani non poterant multam indicare, nisi præfati essent iudicando, facit etiam, quia, ut tradit Alciat. *lib. 3. disunctio. c. 5.* Duumviri in civitatibus dicebantur illi, qui locabantur publica, & carceribus præerant, quod & repetit *l. pupillus 239. §. decuriones, n. 3. infra de verbor. signif. & ei subscrībunt Antonius August. lib. singular. ad Modestin. pag. 525. & Coraf. lib. 3. miscellaneo. cap. 6. n. 8.* Longaval. *l. imperium, n. 138. infra, de jurisd. omnium judic.* Ad do Alciat. *l. 1. C. de privilegiis eorum, qui sacro palatio militant, lib. 12.* tradentem, duumvros esse datos ex Magistratibus municipalibus, qui in reos inquirebant, & nullam ulterius habebant jurisdictionem: ita ut neque apud eos filifamilias emancipari poterant, *l. 1. C. de emancip. liberorum.*

Sed neque hæc explicatio admittenda est, quia cum Jurecons. in *d. l.* agat de defendentibus suam jurisdictionem pœnali iudicio, inepte à regula excepti essent duumviri, si nullam haberent jurisdictionem: sed tantum administrationem rerum publicarum: Præterea falsò præsupponunt, duumvros nullam habere jurisdictionem, cum contrarium clare probet, *l. 4. §. si duas, infra, de damno infecto. l. si quis uxori, 33. §. si fugitivum, infra, de furtis. l. fina. de judic. & latius adversus supra allegatos probat Cagnol. *l. 2. n. 430. supra, de orig. juris.* Quinimò non solum habebant jurisdictionem, sed etiam erant præfati iudicando, ut tradit Cujacius, *l. duumvirum. C. de decurio. l. 10. Præte us in lexico juris, verb. duumviri municipales*, & agnoscit Alciat. *c. quod sedem n. 51. vers. 5. de offic. ord.**

Neque objiciat quis, quod si prædicti haberent jurisdictionem, & tamen eam non possent defendere pœnali iudicio, inanis redderetur prædicta jurisdictione. Nam respondetur, quod nihilominus poterit eam defendere, per capturam pignorum, vel alia similia remedia, de quibus agit *l. quemadmodum, 29. §. fina. supra, ad lex. Aquil. & Curt. Jun. post. Fulg. d. l. 1. n. 2. supra, si quis dicenti non obtemperaverit.*

Rejctis igitur aliorum dictis, ad veram resolutionem hujus difficultatis, sciendum est, quod in colonis municipiis Romanorum creabantur Decuriones, qui præsent administrationi rerum municipii, & fungebantur eodem jure, quod Senatores Romæ: ut post Vallam tradit Coraf. *l. 3. Miscellan. cap. 6. n. 6. & Brissonius l. 4. antiq. juris, c. 13. Pancirolos de magistratibus, municip. cap. 1. Cagnol. videndus l. 2. à n. 472. supra, de origin. juris dec. in tracta. criminali l. 4. cap. 14. à n. 1.* & est bonus text. *l. omnes judices. C. de decurio. l. 10.* quicquid aliter explicet Alciat. *l. 3. disunctio, cap. 5. & de prædictorum decurionum origine tractat Jureconsultus l. pupillus 237. §. decuriones infra, de verbor. signif. & Justinianus, non illa 38.* Et hac ratione dicuntur Patres Civitatum, ut colligitur ex rubr. *C. de ratiociniis operum publicorum.*

59 Ex his autem Decurionibus * eligebantur Magiſtratus municipales, ut præſupponit l. honores. §. is qui infra, de decurionib. l. reſcripto, in princ. inf. de numer. & honor. inter quos Magiſtratus principatum obtinebant Duumviri, l. 1. inf. de albo ſcriben. l. 1. & de tempor. appellatio, l. 1. in p. C. de natu lib. fungebantur enim ciſſem muneribus, quibus Romæ * fungebantur Conſules, & ad eorum ſimilitudinem tantum duo creabantur: & ideo Duumviri appellabantur: & ut officium Romanorum Conſulum tantum durabat per annum: ita etiã & Duumvirorum * officium tantum durabat per annum, ut tradit Cujac. l. duumvirum. C. de decur. l. 10. & ideo majorem etiam habebant * poteſtatem, quam alii quicumque Magiſtratus municipales, ut colligitur ex l. ſi qui u. oris, 59. §. ſi fugitivum, infra, de ſurtis. Quare dicendum eſt * quod dum in d. l. 1. ſupra ſi quis jus dicenti non obtemperaverit, à regula generali excipiuntur Duumviri in effectu vult dicere ſub illo verbo generali, [magiſtratus] comprehendit tantum Magiſtratus Romanos, juxta regulam §. ſed jus quidem civile, Inſtit. de jure naturali, non autem municipales, quantumcumque ampliam habere jurisdictionem in municipio, Cujac. d. l. duumvirum, C. de decur. l. 10. & melius Panchir. de magiſtratib. municipalib. c. 8. col. penult. Et merito, quia cum jus mulctam indicendi ſolum fuerit conceſſum Magiſtratibus Romanis, * non debet extendi ad magiſtratus municipales: quia municipales quantumvis eſſent participes munerum & honorum cum Romanis tamen Magiſtratus Romæ creari non poterat, ut tradit Feſtus Pompejus de verborum antiquorum ſignificatione. l. 1. verbo municipes & hac ratione apud Magiſtratus municipales non erat legis actio, niſi ſpecialiter eſſet conceſſa, colligitur ex l. ſenat. C. de iudiſt. libertate. & tradit Paulus Jureconſult. l. 2. receptura ſententiarum, tit. 15. §. pen. & ibi not. Cujac. quicquid contrarium præſupponat idem Cujacius. l. duumvirum C. de decurio lib. 10.

67 Dicuntur autem legis actiones, * actus quidem ſolemnes, quæ ſecundum leges ideo actu debebant intervenire, & hi apud quos peragi poterant, dicebantur habere legis actiones, ut eleganter declarat Briſſonius, lib. 4. antiquitatum juris, cap. 20. & Longoval. d. l. imperium, à n. 125. quicquid aliter explicet * Budæus, l. 4. ſup. de adoptio. ac proinde cum adoptiones & emancipationes ſolerent fieri adhibitis quibuſdam ſolemnitatibus, ut reſertur §. præterea Feſt. quib. mod. jus poteſt. patrie ſolvitur. l. ſin. C. de emancipatio. l. beror. non poterant fieri niſi coram habentib. legis actiones, l. 4. ſup. de adoptio. quæ non erant, niſi apud Magiſtratus Romanos & non penes magiſtratus municipales, l. 1. C. de emancipatio. l. imò neque fieri * poterant coram quibuſcumque aliis, niſi eis ſpecialiter inveniatuſſet commiſſum, ut haberent legis actiones, l. 1. ſupra, de offic. juriſdici Alexandria, & eleganter tradit * Cornel. Tacitus, l. 12. annalium juxta quæ dicendum eſt, d. l. 1. ſupra, ſi quis jus dicenti non obtemper. aperte probare, Magiſtratus municipales nullam habere poteſtatem indicendi mulctam: quod veruſſe ſiſtimat Jaſon. ibi, n. 17. Alciat. l. aliud eſt fraus, §. 1. n. 10. inf. de verb. ſignif. Cuiac. l. duumvirum. C. de decurio l. 10. quævis ¶ magis communis opinio teneat, eos poſſe mulctam indicere pro modo ſuæ jurisdictionis, ea moti ratione: quia cum hi habeant modicam coercionem corporalem, l. magiſtratib. ſupra, de juriſdici. omn. judic. aub. de deſenſorib. civit. §. audivit, collat. 3. à fortiori poterunt mulctam pecuniariam indicere, quod minus eſt, argum. l. ſervorum, infra, de panis, ut avertit glo. d. l. 1. & ibi Bar. & communiter alii ut ibi tradit, Alex. n. 5. Curt. Jun.

n. 15. & Cagnol. n. 50. Paul. Caſtren. hic. n. 2. Alex. conſ. 35. n. 5. l. 1. Sed aperte falſum eſt, ex ſupra traditis. Neque obſtat prædicta ratio, * quia ideo modica coercio eis conceditur, quia aliàs cognitio delicti, quam habent, inutilis redderetur, ſine ulla coercionem, d. l. magiſtratibus: quæ ratio ceſſat, in noſtro caſu: quia licet prædicti non poſſint mulctam indicere: tamen aliis multis remediis ſua jurisdictionem defendere poſſunt, de quibus per Curium Junioſum poſt Fulgoſium n. d. l. ſupra ſi quis jus dicenti. Unde videmus * quod delegatis conceditur modica coercio, l. 1. §. ſina, & l. ſina ſupra de officio ejus, & tamen nullam mulctam indicere poſſunt, ut ſtatim dicemus.

Quintò, Ex prædictis inferitur ratio * ad deciſionem l. deſenſores, la. 2. C. de deſenſorib. civit. dum probat, deſenſores Civitatum mulctam indicere non poſſe: nam cum ſint Magiſtratus municipales, merito eis denegatur prædicta poteſtas, quicquid aliter explicent doct. ut reſert * Cagnol. d. l. 1. n. 51. Et patet, quia hi deſenſores Civitatum, in eo differunt à reliquis Magiſtratibus municipalib. quod reliqui Magiſtratus ex corpore Decurionum eligi debent, l. honores. §. ſi is qui infra, de decurionib. & tamen deſenſores Civitatum, non creabantur ex eo tempore, ſed ex ditioribus & nobilioribus Civitatis eligebantur, aub. de deſenſorib. civitat. in princ. col. 3. aub. præſidentes, C. de epiſc. audivit. bonus text. l. jubemus, C. de epiſc. audivit. Item alii Magiſtratus municipales generaliter cognoscebant de cauſis municipum: ¶ deſenſores autem Civitatum tantum cognoscebant de cauſis pauperum, adverſus divites, ne eos opprimerent: & ut Decuriones & plebem defenderent ab omni injuria, nulli, & deſenſores, la. 2. C. deſenſorib. civitatum, & * erant etiam Syndici Civitatis, l. 1. §. & l. ſina. §. deſenſores, infra, de munerib. & honorib. ita ut aſſimularentur Tribunis plebis Romanis, Alciat. l. 3. diſpunctio cap. 5. Corral. miſcellan. cap. 6. n. 1. & norab. Cagn. l. 1. n. 43. ſupra, de orig. jur. Et hac ratione in primo libro Codicis Separatim ponuntur tituli de magiſtratibus municipalib. Item, de deſenſoribus Civitatum. Et addit prædictis, quod deſenſores Civitatum cognoscebant de cauſis quorumcumque, quæ eſſent parvæ quantitatis, l. 1. C. de deſenſorib. civitatum, explicat Panchir. de magiſtratib. municipalib. cap. 9. quod tamen de conſuetudine non obſervari in Deſinaturo, aſſertit Guid. Papæ, dec. 526.

Et antequam ulterius progrediamur, non duxi omittendum, * quod dum text. d. l. ſupra, ſi quis jus dicenti non obtemperaverit, probat Magiſtratus poſſe imponere mulctas, pro modo ſuæ jurisdictionis, exponunt Doctores, hoc eſt, obſervata taxa præſcripta l. eos, C. de modo mulctarum.

Sed non verifimile ¶ Ulpianum reſpexiſſe ad legē, quæ eo tempore condita non erat: circa * quod inſiſtit Cagnol. à n. 10. poſt alio. Sed vera explicatio eſt: quod licet mulctæ eſſent * arbitraria, d. l. aliud eſt, §. 1. Tamen quoad qualitatem, quam Magiſtratus excedere non poſſet, ſemper taxationem habuit ut colligitur ex l. certa ratione, C. quando provocare non eſt neceſſe, & l. 2. ſup. ſi quis in jus vocat. non invenit. Ut enim tradit Feſtus Pompejus, de verborum antiquorum ſignificat. l. 11. verbo mulctam, veteres * maximam mulctam dixerunt trium millium & viginti aſſium, quia non licebat olim pluribus viginti bobus & duabus ovis mulctare, æſtimabaturque bos centumſibus, ovis autem decumſibus, & idem Feſtus Pompejus, de verborum antiquorum ſignificatione l. 11. col. ſina. tradit, quod ovis duabus tabatur olim in levibus delictis, in majoribus autem bobus viginti, neque hunc numerum poterat excedere mulctæ.

Post.

83 Poſtquam autem civitas ¶ are ſignato uti cepit, facta eſt æſtimatio pecoralis mulctæ, & boves centenis aſſibus, & oves denis æſtimati ſunt: unde ſuprema mulctæ, hoc eſt, maxima appellatur trium millium æris, & vicis: qui igitur habebant cognitionem majorum delictorum, in mulctæ non poterant excedere quantitatem trium millium aſſium, qui vero cognoscebant de minoribus delictis, juxta formam legis antiquæ, mulctare debent, & proſequitur Petrus Crinitus de honeſta diſciplina, lib. 25. cap. 8. Et hac * ratione l. neque magiſtratibus, infra, de injur. & l. 2. ſupra, de in jus vocando, conſtituit differentiam inter majores & minores Magiſtratus: quam explicabis ex traditis eleganter per Aulum Gellium lib. 13. nocturna Atticarum, cap. 12. & ad hoc etiam procul dubio alluſit Jureconſult. d. l. 1. ſupra, ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.

85 Sexto, principaliter ex prædictis ¶ inferitur, Judicem delegatum non poſſe mulctam imponere, qui cum is non habeat poteſtatem Judicandi publice: id eſt, ex conſtitutione legis Romanae, l. more, ſupra, de juriſd. omn. judic. ſed ex perſona delegantis, l. 1. §. ſi ſupra, de officio ejus, qui mulctam imponere non poſſet, juxta ſupra tradita, & ita gloſ. penult. hic, quam ſequuntur Paulus, Fulgoſ. & Jac. b. Angel. conſ. 8. n. 2. Plaut. conſ. 3. l. 2. n. 8. inter criminalia. & aſſertit receptum Jaſon. l. à divo Pio, in princ. numero 4. inf. de re judic. & l. 1. in princ. numer. 20. ſupra, ſi quis jus dicenti, & ibi Cagnol. numer. 56. Jaſon. l. 1. §. ſina, col. penult. ad finem, ſup. de officio ejus. Alciat. l. aliud eſt fraus, §. numer. 10. infra, de verbor. ſignif. Socin. regu. 85. Jaſon. Balb. deciſ. 155. Rolandus conſ. 47. numer. 1. l. 2. numer. 12. Ateroch. lib. 1. de arbitrat. quaſt. 74. à numer. 8. Hippolyt. traſt. Bannitor. verb. commiſſario, à numer. 60. de quo notabiliter traſtatur Angel. conſ. 8. à numer. 1. quicquid repugnet Alciat. lib. 3. diſpunctio. cap. 5. ad finem Curt. Jun. l. 1. numer. 19. ſupra, ſi quis jus dicenti. Longeval. l. imperium, à numer. 162. & ibi Jureconſult. numer. 19. ſupra, de juriſd. omn. jud. & Capella Tholoſ. q. 274.

88 Quinimò prædicta ratio evincit, reſolutio numero 88. id non ſolum procedere, in delegato cauſæ particularis, ſed etiam in delegato dato ad univerſitatem cauſarum, ut videtur eſſe de mente ſupra allegatorum, quamvis contrarium teneat gl. l. 2. verb. ſupponere C. de Sport. cujus opinionem ſæpius vidiffiſſe obſervatam in praxi aſſertit additio Capellæ Tholoſ. q. 274. & illam probat Rebuſ. d. l. aliud eſt fraus, col. antepen. poſt princ. Valaſc. d. l. imperium, numero 221. Jaſred. Balb. deciſ. 155. per tex. l. penul. inf. quis & à quo appellentur, ubi legatus pro conſulis, qui jurisdictionem mandatam habet, poteſt mulctam indicere, quem ad hoc notavit Alciatus c. quod ſdem, numero 51. verſ. quinimo, de officio ordin. & ante eum Fulg. l. 5. numero 1. ſup. de officio ejus. Sed longe verior eſt prima * opinio propter rationem ſupra relatum, nec repugnat text. l. pen. inf. qui & à quo appell. quia loquitur in legato proconſulis, qui datur de conſcientia legis, & ideo mulctam poteſt indicere, quam alii delegati non poſſunt, gl. ſin. l. more, ſupra juriſd. omn. jud. notab. Ang. conſ. 8. numero 1.

90 Et procedunt ſupra tradita etiam attenda diſpoſitione juris Canonici, non delegatus per ordinarium, etiam eo jure, non poteſt mulctam indicere, quia hoc non reperitur jure tantum: quamvis igitur non obediens poſſim modicè coercere, quia aliàs inutilis remaneret ejus juri dictio, c. ex literis, de officio del. & hac ratione illud in quocumque de-

legato admittitur, l. 1. §. ſin. ſupra de officio ejus, tamen mulctam indicere non poteſt, quia hoc non invenitur eis conceſſum: quod ille magis communiter receptum fatetur Dec. c. de cauſis, in princip. numero 14. de officio del. quamvis ipſe poſt Panor. in contrarium n.atur, & Jacobin. Nig. in Rubrica numero 18. ſup. de officio ejus, eorum tamen rationibus reſponderet Valaſcus communem defendens, l. imperium, numero 221. & Cagnol. l. 1. numero 58. ſupra, ſi quis jus dicenti non obtemper.

Solent tamen limitare Doctores hanc conſuſionem non procedere in delegato Principis, quem dicunt mulctam inducere poſſe, c. paſtoralis, §. 1. de officio del. quia cenſetur major ordinario, c. ſane, de officio de leg. & hanc eſſe magis communem opinionem aſſertit Alciat. d. l. aliud eſt fraus, §. 1. numero 10. & ibi Rebuſ. col. antepen. p. ſi prin. infra, de verbor. ſignif. addit. Cap. Tholoſ. q. 274. Jaſred. Balb. deciſ. 155. Roland. conſ. 47. numero 11. lib. 2. & Etyppol. traſt. Bannito verbo commiſſario à numero 60. Adde Alex. in rub. numero 8. ſup. de officio ejus, & ibi Jac. Nig. numero 18. & licet poſt Ant. contrarium defendat Dec. d. c. de cauſis, in princ. numero 13. primam tamen opinionem dicit veriorē, & receptionem Valaſc. d. l. imperium, numero 221. Cagnol. d. l. 1. numero 58. Aſſ. d. lib. 1. conſ. rub. 97. numero 7. qui rationibus Decii repugnantis reſpondet.

Cæterum Paulus hic numero 2. & Lancell. Dec. 94. poſt princ. contendunt receptam opinionem, tantum jure Canonico admitti poſſe: nam jure civili delegatus Principis mulctam indicere non poteſt, niſi officiali ſibi ſubdito, & qui in officio deliquit, l. 2. C. de ſportulis. Et facit urgens pro hac opinione regula hujus text. quia hanc poteſtatem concedit tantum Magiſtratibus, qui jus dicunt publice, hoc eſt, quod fit ordinarius, ut ei comperat nomen Magiſtratus. ut communis exponit: quod requiſitum in delegato Principis minime verificatur. Item pro eadem opinione poteſt expendi, l. 2. C. de modo mulctar. dum probat procuratorem Principis mulctam indicere non poſſe, & quamvis Odoſred. & Albericus ibi dicant, eam legem tantum procedere, quando lis illa agitur inter privatos, nam ſi inter fiſcum & privatum procurator fiſci, poterit mulctam indicere: tamen repugnat generalitas illius text. & quia procurator fiſci non poteſt cognoscere inter privatos, niſi ex illorum prerogatione, l. 1. C. de juriſd. om. jul. Unde ſi ex ſua jurisdictione non poſſet mulctam indicere, neque eam poſſet indicere inter prerogantes, juxta d. l. 1. ſup. eodem, & generaliter quod procurator fiſci non poſſit mulctam indicere: ſignificat l. un. C. de uſur. fiſcalib. lib. 10. optime explicata per Cuiacium ibi & agnoſcunt gl. ſin. Platea. ibi num. 3. Et ratio eſt, quia ut eſt Dion. Caſſio reſert Cuiac. lib. 9. obſ. c. 13. à principio, procurator * Caſaris nullam habebat jurisdictionem: ſed tantum administrationem: & poſtea Imperator Claudius ei conceſſit jurisdictionem reſtrictam tamen, ad cauſas inter fiſcum & privatos, l. 1. C. de ur. omn. jul. Item * & reſtrictam ad cauſas civiles, & ideo de criminalibus non poterat cognoscere, ut colligitur ex l. ſi ſupra, de officio procur. Caſar. & l. 3. C. ubi cauſæ fiſcales not. Longeval. d. l. imperium, n. 1051. Si ergo procurator Caſaris, ex eo, quod habet jurisdictionem reſtrictam ad certas cauſas, mulctam indicere non poteſt, à fortiori, neque delegatus Principis, qui eam habet reſtrictam ad cauſas particularem.

Quinimò * & illud non ſine colore tentari poteſt, 100 etiam

Petri Barboſa, Comment. de Judiciis.

H 2

etiam

etiam jure Canonico delegatum Principis multam indicere non poſſe, * quia text. d. c. ex literis, de offic. de leg. qui in contrarium citatur, tantum probat, quod delegatus Principis habet coercionem adverſus inobedientes, quia alias inanis redderetur ejus juriſdictio, quod & in quocumque delegato locum habere, probat l. §. ſi. & l. ſi. ſupra, de offic. ejus. Unde igitur non poteſt inferri ad multam, quam certum eſt jus civile delegato denegari, ut ſupra oſtenſum fuit. Unde & delegatus juriſdictionem ſuam perturbantes coercere poteſt, c. 1. de off. del. & tamen non poterit eos multare, quia & jus civile permittit delegatos coercere poſſe perturbantes eorum juriſdictionem, ut probat Curt. Jun. l. 1. §. 1. n. 29. ſup. ſi quis juſ. dic. & tamen non permittit multare eos poſſe, ut dictum eſt. Quod ſi magis communem admittas, illam declarare debes, ut delegatus non poſſit majorem multam impo- nere, quam poſſet ordinarius, ut probat Valaſc. d. l. imperium, n. 221. & Rol. conf. 47. n. 74. l. 2. & conſequenter nec exorbitantem multam poſſe indicare Rol. ibi à n. 46. Ultimo ex * prædictis inferitur intellectus ad l. non ex omnib. 44. §. 1. ſup. de recep. arb. ubi arbiter, qui nullam habet juriſdictionem, l. privat. C. de juriſd. om. ind. tamen contumacem punire poteſt, & ſic multare, quod videtur repugnare ſupra traditis, Gl. ſi. * hic opponit de eo text. & pro reſponſione refert ſe ad tradita per ipſam gl. in l. non ex omnibus. §. 1. ubi duas refert reſponſiones, quas ibi explicat Bar. Ego autem adverte in 1060 text. * non agi de multa, ſed de pœna certa expreſſa in compromiſſo non parenti, præcepto arbitri, plane magna eſt differentia * inter multam & pœnam quæ parti applicatur: nam ea dicitur multa, quæ applicatur ſiſco, vel operi * publico, non autem parti, l. multarum, C. de modo multæ. Si igitur in terminis d. l. non ex omnib. §. 1. arbiter multaret inobedientes, in pœna applicanda ſiſco, vel operi publico non valeret ea multa, l. arbiter iura certum, 47. ſup. de recept. arb. quia in effectu eſſet multam indicere: quod * arbitro non reperitur conceſſum t. alii Cognol. l. 1. n. 59. ſup. ſiqui juſ. dic. 110 & ideo pro regula conſtituitur, quod ille, qui * multare non poteſt, neque pœnam impo- nere ſimilem multæ, ut quia applicaretur ſiſco, l. 3. C. de re jud. & ibi not. Ang. & tradunt Pau. & Jacobi hic ad ſi. in quo caute legendus eſt Greg. lib. 1. obſ. tit. 18. part. 3. ad med. 111 Neque * repugnat text. l. n. C. de ſiſc. uſur. lib. 1. ubi procurator Cæſaris, qui multare non poteſt, l. 2. de modo multæ. Poteſt tamen condemnare ad pœnam ſiſco applicandam. Nam reſpondet Cujacius ibi, procuratorem Cæſaris in eo text. non condemnari ad pœnam certam & determinatam per leges, cujus pœnæ uſuræ minime ſolvuntur 112 juxta regulam, l. ſi. infra, de magiſtr. conven. erit * ſane notandus text. d. l. non ex omnib. §. 1. dum probat. quod ſi generaliter promittitur pœna, ſi arbitro non pereatur, quod hæc pœna committitur in tribus tantum caſibus. Primus, quando ſententiæ diffinitivæ arbitri non paretur, Secundus ob ope- ram non præſtitam, id eſt, quando pars non fecit, quod arbiter juſſerat, l. ſi cum dies, §. ſi arbiter, in ſi. ſup. de re ep. arb. declarando ut per text. l. diem præſerre, §. ſi quis ex litigatoribus, ſup. de recept. arb. Tertius quando pars fuit contumax in comparando, juxta l. contumacia, inſr. de re jud. notavit hos tres caſus Georg. l. 23. tit. 4. part. 3. verb. tambien. In his igitur tribus caſibus pœna expreſſa in compromiſſo, ſi non paretur arbitro, committetur, 113 & parti applicabitur. Ex quo ꝑ inferitur, quod licet arbiter non poſſit condemnare in pœna, niſi hoc in

cōpromiſſo ſit expreſſum. l. quid tamen, 25. §. ſup. de recep. arb. tamen quando generaliter pœna promiſſa eſt, ſi arbitro non paretur, in tribus caſibus ſupra relatis, arbiter in pœna condemnare poterit, quaſi hoc virtualiter in verbis compromiſſi contineatur, faciunt in ſimili tradita per Fulg. l. quid tamen, §. ſi. ſup. de recep. & per Ant. de But. c. cum dilectus, in ſi. de arb. Quis ꝑ autem ſit Judex competens ad condem- nandum in pœna, ſi ſtatutus non paretur, tractat Fel. c. cum omnes, num. 14. de conſtit. Cur. Jun. l. 1. n. 18. ſupra, ſi quis juſ. dicenti non obtemperaverit.

L. ſi quis ex aliena, ff. de Judiciis.

SUMMARIA

- 1 Si quis aliena juriſdictionis, & non prætorie per Præto- rem fuerit citatus tenetur coram Prætorie parere, ne contra eum tanquam contra contumacem procedatur.
- 2 Concluſionem impugnat ex text. in l. 3. ſupra eodem quem text. quo caſu procedat, vide num. 52.
- 3 Contumax non videtur qui præſens judicium ſuſcipere non compellitur.
- 4 Tradit concordias inter hunc text. & dict. l. 3. ubi di- ſtinguendo procedit.
- 5 Ubi veritur dubium juris, vel facti, an citatus teneatur comparere coram Judice citante, in dubio coram eo tenetur comparere, alias cenſebitur contumax.
- 6 Supra poſita concluſio locum ſibi vendicat in Judice de- legato.
- 7 Oſtendit differentiam qua in hac materia verſatur inter judicem ordinarium, & delegatum.
- 8 Delegatus non habet intentionem ſuam ſummatam, quo- ad juriſdictionem niſi oſtendat literas delegationis.
- 9 Si in citatione non ſit in certa copia delegationis, eſt ci- tatus non compareat, non poterit citans contra eum procedere, tanquam contra contumacem.
- 10 Si Judex ſpecialis, & qui in paucis habet juriſdictio- nem aliquem citaverit, non tenebitur citans com- parere, niſi in citatione expreſſum juſta cauſa propter quod coram eo debeat comparere.
- 11 Quando certum eſt, & notorium citantem nullam habere juriſdictionem in citato, tunc eſt non com- pareat tamen citans, non tenetur contra eum procedere tanquam contra contumacem.
- 12 Concluſionem proximo impugnat ex text. hic duplici- ter inducendo.
- 13 Jude. in eum qui eſt aliena juriſdictionis notorium eſt nullam habere poſteſtatem.
- 14 Privilegium legati notorium eſt, utpote claſſum in juri corpore.
- 15 Concluſionem ut veram defendit, & ad induktiones hujus text. reſpondet.
- 16 Reſpondet ad primam induktionem.
- 17 In dubio præſumitur quis eſſe ſubditus judicis in cu- jus territorio repertus eſt.
- 18 Si quis in territorio citantis repertus non ſit, citatus comparere non tenetur, niſi in citatorio expreſſa eſſet juſta cauſa citationis.
- 19 Impugnat communem reſponſionem de qua nu. 16. & oſtendit eum, qui ſit ex aliena juriſdictione non teneri comparere coram Judice incompetenti, quia citatio re- gulam non arctat.
- 20 Niſi in ea ſit expreſſa aliqua ex limitationibus, l. 2. in ſi. ſupra ſi quis in. uſ. vocatus.
- 21 Multi ſunt caſus, in quibus quis cogitur procedere in die feriato.
- 22 Aliam reſponſionem aſſignat ad difficultatem, de qua n. 12.
- 23 Quod eſt notoriū præſumitur eſſe notum judici citanti.
- 24 Multi poſſunt dici eſſe notoria, quæ tamen non ſunt nota judici.

- 25 In hac materia non ſufficit, quid eſſe notorium parti- bus, niſi etiam ſit Judici notorium: nam ſi Judici non ſit notorium, poterit procedere tanquam contra contumacem, & valebit proceſſus.
- 26 Citatus debet comparere coram Judice citante, tan- quam illius ſuperiore, & coram eo allegare proprium privilegium alias contra eum validè procedetur.
- 27 Refert caſum in quo communis traditio admitti poterit.
- 28 In citatione non requiritur neceſſario, ut caſu illius exprimat.
- 29 Quomodo debeat declarari gloſ. 2. poſt principium, cap. ſi Episcopus, 3. quaſtione 2.
- 30 Proponit etiam exemplum in ſcolari citato.
- 31 Reſpondet ad ſecundam induktionem, de qua in num. 13. & conſequenti.
- 32 Si Judici conſtaret eſſe legatum citatio non valeret, nec ille teneretur comparere, contrariū tamen reſolvit, n. 40.
- 33 Hæc communis reſponſio ut divinatoria impugnat.
- 34 Refert reſponſionem Paul. Caſtrenſ. conſ. 431. n. 6. li. 1. quam ut viorem approbat, procedit diſtinguendo.
- 35 Notoria licet non ſint probenda, ſunt tamen allegan- da & proponenda.
- 36 Qui ſcit ſe habere juriſdictionem licet elidibilem op- poſita exceptione indiſtinctè poterit procedere contra contumacem, & valebit ejus proceſſus.
- 37 Judex notoriè ſuſceptus validè procedet contra con- tumacem antequam per partem ſit reſuſcitatus.
- 38 Judex delegatus ex primis literis procedens valebit proceſſus licet ſciat oppoſita exceptione ſuam juriſdi- ctionem elidibilem eſſe, ſi intra annum de ſecundis lite- ris non oppugnatur.
- 39 Reſtat opinionem illorum qui tenent, quod ſi excep- tio elidens juriſdictionem ſit notoria, vel nota Judici non valebit citatio, nec proceſſus factus tanquam con- tra contumacem.
- 40 Licet in citatione expreſſum ſit, quod citandus ſit le- gatus, tamen adhuc valebit citatio contra id quod ſu- pra traditum eſt, n. 32.
- 41 Non ſufficit ad exceptionem ut citatus non compareat ſed requiritur quod opponatur in Judicio coram ipſo Judice.
- 42 Declaratur dictum Innocentii in cap. ex parte 1. col. 2. ad ſinem, de verb.
- 43 Reſtat opinionem illorum quos ſupra retulit, n. 30.
- 44 Scholaris oportet excipere de ſuo privilegio, & id eod- mero jure valebit citatio, & proceſſus, & refert caſum in quo communis opinio admitti poterit.
- 45 Proponit item annotationem ad dictum Joan. And. in c. accedens §. 1. ut de lite non conſteſtatis.
- 46 Agit de intellectu Clementine paſtoralis, §. piſanaque de re judicata.
- 47 Citatus per Prætozem tenetur indiſtinctè coram eo comparere ad eum eſſe citatum, ut ſi non veniat cenſea- tur contumax, & tanquam talis multari.
- 48 Item ſi non compareat & habeat bona in territorio ci- tantis, poterit actor mitti in poſſeſſionem illorum bo- norum ex primo decreto.
- 49 Al interponendam poſſeſſionem primi decreti ſufficit qualibet abſentia abſque latitatione.
- 50 Hæc ſimplex ſiſta contumacia non ſufficit. ut contra contumacem interponatur ſecundum decretum, nam etiam requiritur latitatio.
- 51 Non dicitur latitare qui non tenetur comparere.
- 52 In quibus terminis loquitur, & procedat l. 3. ſupra eod. de qua num. 2.
- 53 Eſt dubio ſemper quis teneatur comparere alias mul- tabitur, ſi poſtea docerit, quod in veritate non tene- batur comparere irritabitur proceſſus, & tantum va- lebit proceſſus punitivus.
- 54 Sententia contra abſentem tanquam contra contuma- cem, lata irritabitur: ſi ipſe probet, quod non tenebatur comparere.
- 55 Proceſſus punitivus contumacie non valebit niſi quo-

- ad multam, & inter poſſeſſionem primi decreti, non autem interponatur ſecundum decretum.
- 56 Quamvis ſtatuto cavetur, ut contra abſentem pro- cedatur ad ſententiam diffinitivam, tamen ſi is poſtea compareat, & oſtendat, quod teneatur comparere, ir- ritabitur prædicta ſententia, & non exequetur.
- 57 Si quis per diſpoſitionem ſtatuti propter contumaciam fuerit bannitus & comparens oſtendat, quod non tene- batur comparere irritabitur Banni ſententia.
- 58 Ubi citatus non comparet poteſt multari, & adver- ſus eam procedi ad primum decretum, quod eſt puniti- vum ſimplecis contumacie.
- 59 Concluſio procedit etiam ſi qui non comparuit, poſtea doceat ſe non teneri comparere.
- 60 Id quod juſte factum eſt, ex poſt facto irritari non debet.
- 61 Qui non potuit comparere etiam ſi maxima vellet non poteſt multari, nec contra eum poni poteſt primum decretum.
- 62 Probat limitationem exemplo clerici, quem Judex ſe- culari fecit.
- 63 Clericus jure Canonico prohibitus eſt coram ſeculari reſpondere, vel ſe defendere.
- 64 Aliud eſt Judicem eſſe incompetentem, aliud Judicem eſſe incapacem juriſdictionis, in primo procedet con- cluſio, de qua nu. 58. in ſecundo vero minime.
- 65 Contumacia non poteſt reddere incapax juriſdictionis illum, qui illius capax non eſt.
- 66 Reſtat Bartolum l. 3. n. 1. ſupra eodem.
- 67 Eſt dubium ſit de clericatu, licet non appareat cleri- cus citatus coram ſeculari citante, quicquid factum fuerit contra eum irritabitur.
- 68 Cognitio de clericatu, quando de eo dubitatur, perti- net ad Eccleſiaſticum, & non ad ſecularem.
- 69 Enumerat eos Doctores qui contrarium tenent.
- 70 Licet clericus ſpontè compareat coram ſeculari, & co- ram eo litiget, poteſt etiam poſt ſententiam opponere de clericatu, & omnia contra eum facta irritare.
- 71 Licet ſimplex contumacia ſufficiat ad imponendum multam, & ad interpoſitionem primi decreti, tamen quoad omnia alia irritabitur proceſſus, ſi ſimplex con- tumax doceat de incompetencia Judicis.
- 72 Refert notabilem dictum Pauli Caſtrenſ. in hac ma- teria conſ. 430. n. 6. lib. 1.
- 73 Limitatur concluſio proxima in Judice incompetente ipſo jure, quia tunc non procedit, ſecus ſi mero jure erat competentis.
- 74 Limitationem confirmat in Judice notoriè ſuſpecto, de quo egi num. 37.
- 75 In quibus terminis accipienda ſunt tradita per Afflic- tum, deciſione 133. in hoc articulo.
- 76 Contumax compareas non poteſt ponere exceptionem, niſi eo tempore, quo ſi præſens fuiſſet, eam opponere debuiſſet.
- 77 Si contumax venit poſt ſententiam, vel litem conſteſta- tam audiri non debet.
- 78 Declaratur dictum Bart. in ſummaria l. 3. ſupra eodem.
- 79 Licet contumax habeatur pro præſente, non tamen habetur pro conſentiente in Judice, nec pro pro- rogante ejus juriſdictionem.
- 80 Exceptio incompetencie nunquam cenſetur excluſa, & quocumque tempore pars eam opponere poterit.
- 81 Quæ regula limitatur, quando exceptio non opponitur Judici qui mero jure juriſdictionem habebat in cita- to, licet elidibilem.
- 82 Quando ille qui revera non habet juriſdictionem ipſo jure in citato cognita pronunciat ſe eſſe Judicem, valebunt poſt ea gſta per eum.
- 83 Contra rem judicatam quis audiri non debet.
- 84 Reſtat traditionem Afflicti, deciſ. 354. n. 16. ad ſi.
- 85 Addit proximam concluſionem procedere, ſive pars fuerit præſens in prolatione ſententiæ, ſive abſens contumaciam.
- 86 Quando pars eſt præſens non videtur neceſſaria ſen-

- tantia super competentia cum patiendo eam causam agi uti etiam eo iudice prorogasse illius jurisdictionem videtur.
- 87 Secus si forsan errans in iure crediderit illi esse competentem, tunc tunc non confititur facta prorogatio.
- 88 Declarat quod dicit supra n. 85. quando pars fuit abiens per commutationem.
- 89 A sententia qua quis pronunciat se competentem, licita est appellatio, etiam secundum dispositionem juris civilis.
- 90 A sententia incompetente si pars expressim illi non acquiescit quocumque tempore poterit ab ea appellari.
- 91 Sententia incompetente infert gravam successivam cum incompetente: revera in illam jurisdictionem exercet, et sic quasi quotidie gravans. licita est appellatio, quod tamen est contra mentem communis.
- 92 Ille qui a die notitia sententia contra se lata ab ea non appellaverit intra decem dies videtur eam approbasse.
- 93 In quibus terminis salvari possit resolutio posita, n. 9.
- 94 Ad hoc ut iudex appellacionis causa principali de sententia incompetente cognoscat, oportet ut pars in actis interponat gravamen ad superiorem.
- 95 Quando pars praesens opposuit exceptionem incompetente, et nihilominus iudex ulterius processit, videtur tacite illam rejicere, et consequenter iudicium competentem se pronunciare.
- 96 Si pars sit abiens est non inoposuerit exceptionem incompetente iudex ulterius procedendo, non videtur se competentem pronunciare.
- 97 Refert opinionem illorum, qui putant gesta per iudicem, qui scit revera non esse iudicem, non valere.
- 98 Reprobatur praedictam opinionem.
- 99 Declarat quo casu procedere debeat traditio Doctorum, de qua n. 97.
- 100 Pronunciatio competentia debet succumbere prohibitioni statuti contrarii.
- 101 Quando iudex ita est incompetens, ut nec de consensu partium eidem competens propter iuris prohibitionem pronunciatio qua se competentem declarat nihil valet.
- 102 Conclusio in clerico excommunicato, valet.
- 103 Si falsum rescriptum praesentetur, et pars de falsitate opponatur, et nihilominus se competentem pronunciet sententia nullatenus tribuet jurisdictionem, quod disputatur.
- 104 Referuntur Doctores contrarium tenentes.
- 105 Arguitur utrum pro eadem parte de ratione capitali ex parte decani de rescriptis.
- 106 Ostendit quo pacto qui tenuerit hanc ultimam opinionem ad fundamenta magis communis respondere poterit.
- 107 Idem est aliquid valere, vel de invaliditate jam opponi non posse.
- 108 Magis communem opinionem sequendam declarat de qua n. 103.
- 109 Ut decisio legis barbarius, supra de officio praetoris procedat duo copulativè requiruntur, quae ibi tradit.
- 110 Refert casum in quo etiam reducitur ad terminos dictae legis barbarius.
- 111 Quando opponitur aliquid quod contradicit jurisdictioni iudicis potest ipse cognoscere, ut si sua sit iurisdictio.
- 112 Quod procedit non solum in iudice ordinario, de quo text. loquitur, sed etiam in iudice delegato.
- 113 Opponit contra conclusionem de regul. legis unica, gl. ne quis in causa sua cui tamen respondet.
- 114 Tunc dicitur causa sua, quando iudex in ea proprium commodum praecedat.
- 115 Habere jurisdictionem ad cognoscendum de causa non commodum, imo magis omnia.
- 116 Si iudex pretendat aliquod particulare interesse, ne potest sportularum, vel simile, tanquam suspectus non cognoscat, utrum in ea causa sua sit iurisdictio?
- 117 Proximam opinionem reprobatur, et ostendit magis communiter reprobari.
- 118 Iudex delegatus iure civili debet habere sportulas

- et tamen cognoscere poterit, utrum sua sit iurisdictio.
- 119 Adducit concordia eam opinionem, distinguendo, an sportulae sint modicae, vel excessiva.
- 120 Si sportula fuerit modicae, et excessiva tunc procedit opinio, de qua n. 16.
- 121 Si iudici opponatur aliqua exceptio qua sigillat illius personam, scilicet quod sit infans, vel excommunicatus, ac ita incapax jurisdictionis, non poterit cognoscere, utrum sua sit iurisdictio.
- 122 Quando agitur de estimatione propria persona iudicis in exceptionibus iudex suspectus reddetur ad cognoscendum de tali exceptione.
- 123 Preponit generalem conclusionem in hac materia.
- 124 Quando iudici opponitur, quod est suspectus in causa principali, non potest cognoscere de incidenti, an sua sit iurisdictio? (cursati.)
- 125 Recusatio videtur subsigillare personam iudicis re-
- 126 Licet quando obicitur ordinario, quod sit incompetens ad cognoscendum de aliqua causa particulari possit nihilominus cognoscere, an sua sit iurisdictio, si obijciatur quod ille de nulla omnino causa possit cognoscere, de hac exceptione cognoscere non poterit.
- 127 Proximam conclusionem impugnat exemplo delegati.
- 128 Refert differentiam quae in hoc articulo versatur inter delegatum, et ordinarium.
- 129 Proponeit quaestionem, utrum ad concedendam citationem contra eum, qui est alienae jurisdictionis, et proponitur ejus subditus ratione contractus, necessaria sit summaria informatio de qualitate, in qua fundatur iurisdictio.
- 130 Quando pars citata nil opponit contra citationem proculdubio valet citatio, et ratione illius procedi potest.
- 131 Examinat illam quaestionem, utrum iudex antequam cogat partem licet eam cogere iudex facere praedictam informationem super veritate et qualitate, et sic cognoscere, an sua sit iurisdictio.
- 132 Refert iura et Doctores qui in hac quaestione affirmativam partem sequuntur.
- 133 Refert etiam contrariam opinionem, et Doctores qui illam sequuntur quam magis communem, receptiorem affirmat.
- 134 Inducitur pro hac magis communi in l. cum quaedam s. final. supra de jurisdictione omnium iudicum.
- 135 Refert responsionem Philippi Decii ad illum text. in eodem ad finem. (peterere.)
- 136 Licet actor dividere debitum, et tantum partem illius
- 137 Respondet ad rationem Decii de qua proxime n. 134.
- 138 Inactionem Decii ostendit, in quo sensu pro magis communi faciat, et alia iura pro eadem opinione adducit.
- 139 Respondet ad ea quae pro opinione, de qua n. 132. adducta sunt.
- 140 Respondet ad text. cap. si clericus laicum, de foro competente, quem author non interpretatur.
- 141 Si laicus conventus negotium esse Ecclesiae, nisi negotium qualitatem propter quam Ecclesiae vel clerico privilegium concessum est, debet de ea qualitate constare, ut cognitio pertineat ad Ecclesiasticum.
- 142 Si causa expressim in libello fundaret citanti jurisdictionem secundum regulam juris communis, illa qualitas haberetur pro probata, donec de contrario constaret.
- 143 Qualitas fundata in aliquo privilegio debiliore censetur, quam fundata in iure communi.
- 144 Si in terminis dicti cap. si clericus laicum negotium qualitatem in qua fundatur privilegium, oportet quod Ecclesiasticus praenittat summariam cognitionem super veritatem praedictae qualitat.
- 145 Quando de qualitate propter quam praedictum privilegium fuit concessum Ecclesiae, vel clericis, non constat Ecclesiasticis statim remittat causam ad jurisdictionem secularem.
- 146 Si Ecclesia, vel clericus allegent causam qua secundum ius commune fundaret intentionem agentis, etiam

- si negaretur per conventum, ea qualitas tamen Ecclesiastica in causa procedat.
- 147 Quando postea in processu causa constat qualitatem expressam in libello non esse veram, nec probatam pronunciat Ecclesiasticus se esse incompetentem, et illam veniat ad secularem, condemnabit clericum in expensis.
- 148 Respondet ad doctrinam glossae cap. 1. verbo conservatores ad medium, de officio deleg. in 6.
- 149 Tradit elegantem explicationem ad nostrum textum.
- 150 Si praetor citaret aliquem alienae jurisdictioni expressa causa, qua si vera esset, fundaret jurisdictionem citantis, non obstantem negatione partis, posset interim procedere.
- 151 Exemplificat dictam limitationem etiam in legato.

LEX isto text. colligenda est notabilis conclusio, quod si quis alienae jurisdictionis, et non praetoris: per praetorem fuerit citatus, tenetur coram praetore comparere: quia alias procedetur contra contumacem concordat, l. 2. sup. si quis ius voc. non ierit, c. cum parati, de appell. c. veniens, juncta gl. fin. de accusat. c. cum personae, de privil. in 6. et probat l. 2. tit. 7. part. 3. et ibi Gregor. in gl. 3. tradit gl. 2. c. si episcopus, 3. q. 2. cum sim. de quibus per Caravium in ritibus magna curia, ritu 230. n. 3. Adversus tamen hanc conclusionem nimis videtur urgere, l. 3. supra eod. quae probat, non videtur contumacem, qui praesens * iudicium suscipere non compellitur: notat Romanus cons. 454. n. 3. et probat etiam l. contumacia, s. fin. infra, de re jud. In * qua difficultate inter praedicta iura duae assignantur concordiae: Prima est textum istum procedere quando dubium est, utrum citatus teneatur respondere coram praetore: nam stante hoc dubio, si non compareat procedetur contra eum tanquam contra contumacem, sed si notorium sit, citatum non esse subditum praetoris citantis, si tunc citatus non compareat: non procedetur contra eum tanquam contra contumacem, et in his terminis procedit, l. 3. supra eod. cum sim. quam concordiam assignavit gl. 1. l. 13. supra eod. et ibi sequuntur Bart. Ang. Paulus n. 5. et Minsingerus in decisione Camera Imper. Centuria 6. obs. 7. et Georgius Cabedus decis. Lusitanica 22. n. 7. Seraphinus de privil. juramenti privil. 33. n. 153. Et secundum hanc concordiam duae in hac materia constituntur conclusiones. Prima est, * quod ubi vertitur dubium juris, vel facti, utrum citatus teneatur comparere coram iudice citante, in dubio coram eo tenetur comparere, alias censetur contumax, ut clare probat in text. in sua generalitate, et l. 2. sup. si quis in ius voc. non ierit. Ea ita hanc conclusionem probat Innoc. praesenti, col. 1. ad fin. de rescript. in 6. et c. ex parte, et. 1. col. 2. ad fin. de verb. sign. et mol. l. quidam consulabat, n. 23. infra, de re jud. et cap. cum super, n. 22. de offic. deleg. Fel. c. cum ordinem, n. 14. de rescript. Minsing. in decisionibus camerae imperiali, centuria 6. observat. 7. in fin. Quae * prima conclusio etiam locum sibi vendicat, in Iudice delegato: nam si aliquem citet, in dubio tenetur comparere: quia ad Iudicem delegatum pertinet cognoscere, et pronunciare, utrum sua sit iurisdictio, c. super literis, de rescript. Ea * nihilominus est differentia, in hac materia inter Iudicem ordinarium et delegatum: quod Iudex ordinarius habet fundatam suam intentionem, quoad omnes, qui reperiantur in eius territorio, et ideo in eo citatus tenetur comparere coram ordinario citante, et juxta generalem regulam hujus text. Delegatus autem non habet territorium, neque habet intentionem suam fundatam quoad iurisditionem, nisi ostendat, literas delegationis, c. cum

in iure, de offic. del. & ideo citatus per eum, non tenebitur coram eo comparere, nisi * in citatione sit incerta copia praedictae delegationis: alias et si non compareat, non poterit citans eum procedere tanquam contra contumacem, l. unic. C. de super in d. l. 10. facit l. 1. C. de mand. prim. & ita hanc differentiam inter praedictos Iudices, constituit Innoc. praesenti, col. 2. post princ. de dilat. Bart. rep. l. 2. n. 26. supra, si quis in ius voc. non ierit. et ibi Alex. n. 2. Ant. de But. notab. c. super literis, n. 37. ad fin. de rescrip. Panor. c. cum in iure n. 7. de offic. deleg. Guida Papae. dec. 450. n. 2. Et * eadem ratione si fuerit Iudex particularis sive specialis, et qui in paucis habeat jurisdictionem, non tenebitur citatus comparere, nisi citans in ipsa citatione, inferat iustam causam, propter quam coram eo debeat comparere, ut sentit gl. fin. ad fin. c. unico, de investit. in maritum facta, et ibi Bal. n. 2. Alvarot. col. fin. ad meamum, tradit idem Alvar. c. 1. n. 3. an. apud iudicem vel curiam, Aret. cons. 64. col. final. Cui. Jun. de feud. 7. par. n. 7. Purpur. l. 1. n. 554. ad fi. supra, de officio ejus.

Secunda principalis conclusio in hac materia fit, quod quando certum est & notorium, citantem nullam habere jurisdictionem in citato, tunc et si non compareat, tamen citans non potest contra eum procedere: tanquam contra contumacem, l. 3. supra eod. ita communiter intellecta, et l. contumacia, s. fin. infra, ac re jud. et c. si a iudice, de appell. in 6. Clem. pastor. l. 5. Pisanus, de re jud. quae conclusio nem constituit gl. 1. l. 3. supra eod. et gl. 2. l. 2. supra, si quis in ius voc. et ibi Alex. n. 11. Jus. n. 3. Cui. Jun. n. 9. gl. c. super literis, verb. nisi, in fin. de rescrip. gl. 2. c. si episcopus, 3. q. 2. et gl. c. conventior, verb. congruat, 23. q. 8. Fel. c. cum ordinem, de rescrip. n. 8. et c. veniens n. 4. de accus. et c. si duobus, col. 2. et ibi dec. n. 7. de appell. Soc. reg. 49. dec. c. 1. in 1. lect. n. 18. de iud. Hypol. in Rubr. C. de probat. n. 215. Maranta in praxi 6. parte, tit. de citat. n. 39. pag. 360. Joseph. Cui. in ritibus Siciliae, cap. 2. a n. 39. Minsing. in dec. camerae, centuria 6. observ. 7. n. 25. quibus adde Panor. c. ex parte, et. 1. ad fin. de appell. Menoch. de recuper. possess. 5. remed. a n. 16. exornat Seraphinus de priv. juramenti, priv. 33. a n. 153.

Sed subsistendum est: quia adversus istam secundam conclusionem, aperte videtur repugnare nosser text. dupliciter inducendo, primo dum probat citatum, qui est alienae jurisdictionis, teneri nihilominus comparere coram citante, et tamen certum & notorium est, Iudicem in eum, qui fit alienae jurisdictionis, nullam habere potestatem, l. si supra, de iuris. omn. iud. c. 2. de cons. in 6. item et 2. dum probat legatum citatum a praetore teneri coram eo comparere, & allegare suum privilegium, et tamen privilegium legati notorium est, utpote clausum in ius corpore: et ita inducit Fel. c. cum ordinem n. 9. de rescrip. Jaf. l. 2. n. 35. supra, si quis in ius voc. et l. 1. in prin. n. 13. infra, de novi ope.

Sed his non obstantibus non est recedendum a receptissima conclusione, neque obstant inductiones hujus text. sup. factae: nam ad primam respondetur, quod dum is text. fecit mentionem de eo, qui esset alienae jurisdictionis: debet intelligi scilicet veritate inspecta: de qua tamen non constabat Iudici citati, neque ei erat notorium, imo praesumptio erat, quod erat subditus Iudicis, in cujus territorio reperitur est, Pan. Cast. cons. 431. n. 6. lib. Quare * si in territorio citantis non esset repertus: citatus non teneretur comparere, nisi in citatorio expressa esset iusta causa, propter quam secundum iuris regulas, teneretur comparere coram citante: et ita respondet Innoc. c. Romana, n. 2. de appell. in 6. et subscribunt Ang. Paul.

Paul. & Jacob. hic n. i. Alex. l. 2. n. 73. & ibi
 Jaf. n. 7. supra, si quis in jus voc. non ierit, Fel. c. cum ordinem, n. 8. de rescrip. & c. si duobus, n. 7. de
 19 appell. e. tollit. Corset. sing. 149. Sed * non placet hæc communis responsio, nam aperte divinat quoad terminos hujus text. ex quo non constat citatum fuisse inventum in territorio citantis. Item, quia cum regula sit, eum, qui sit ex aliena jurisdictione, non teneri comparere coram Judice incompetenti, l. 1. C. si à non comp. jud. quamvis hæc regula aliquas habeat limitationes, tamen citatio non arctat, nisi in ea sit expressa, aliqua ex prædictis limitationibus, l. 2. in fi. sup. si quis in jus voc. † Ubi citatus ad diem feriatum non tenetur comparere, quamvis multi sunt casus, in quibus * quis cogitur respondere in die feriato, & ibi notavit Bar. in rep. n. 1. Jaf. n. 32. Cur. Jun. n. 12. & est doctrina Innoc. c. præterea in fin. de dilat. extollit Imol. l. quidam consulebat, n. 23. inf. a. de re jul. Maibef. in sing. 19. Purpur. l. 1. n. 554. supra. de off. ejus, & in terminis advertit Caravita in ritu curiæ 230. n. 6. quem etiam vide ibi n. 9.

22 Et ideo melius respondetur, quod licet id, quod est notorium: præsumatur esse notum Judici citanti: c. 1. de postul. Prælator. c. cum in tua, qui matrim. accus. non poss. & in specie tradit Fel. c. cum ordinem, n. 14. in fi. de rescrip. dec. c. si duobus, n. 8. de appell.

23 tamen facile * potest contrarium contingere, cum multa dicantur notoria, quæ tamen non sunt nota Judici, c. de manifesta, in fi. 1. q. 1. Et in hac materia * recepta est resolutio, quod non sufficiat, 25 quid esse notorium partibus, nisi etiam notorium sit Judici: nam si ei notorium nõ sit, post est procedere contra absentem, tanquam contra contumacem, & valet ejus processus, c. si duobus, de appell. Panor. c. super literis, col. pen. post princ. de rescrip. Roman. l. 2. col. 3. in princ. supra, si quis in jus voc. Fel. c. cum ordinem, n. 14. de rescrip. Decius c. si duobus, n. 8. de appella. Navar. c. contingat, 11. causis nullitati, de rescrip. Ut * igitur evitetur hoc periculum: citatus debet comparere coram Judice eum citante, tanquam illius superiore, c. 2. de major. & obed. & coram eo allegare proprium privilegium, quia aliàs si non sit notum Judici, contra eum tanquam contra contumacem valide procedere poterit, 2. gl. in fin. c. si Episcopus, 1. q. 1. notab. Ant. c. super literis, n. 36. de rescrip. idque aperte significat is text. versic. prætor enim, qui inquit ad solam scientiam Judicis in materia habendam esse respectum: tantum igitur communis traditio admitti poterit, quando † ex ipsa forma citationis constat, quod Judex sciebat citatum esse ex aliena jurisdictione, ut quia in citatione exprimitur citari Titium, quamvis esset ex aliena jurisdictione, vel quod citatur Clericus, vel alius qui notorie non sit subditus citanti, Imoc. c. præterea, n. 3. de dil. Bart. l. 3. n. 1. supra eodem, & Imol. d. l. quidam consulebat, n. 25. ad fin. infra de re jud. Jaf. l. 2. n. 36. supra, si quis in jus vocat. & notab. Caravita in 28 ritu curiæ 235. n. 1. Licet * causa necessario non requiratur exprimi in citatione, Gail. l. 1. obser. 51. à n. 1. & ad hunc modum debet declarari, gloss. 2. post princ. c. si quis episcopus, 3. q. 2. & pariter hoc exemplificatur in scholari citato, nam si notum sit privilegium citanti, non tenebitur scholaris conventus comparere, neque valebit processus contra eum factus: tanquam contra contumacem, Horatius Lucius de privil. scholarium, privileg. 64. ad fin. & ad hunc 30 etiam modum est explicandus Rebuff. de privil. schol. privileg. 154. & Dec. c. cum ordinem, col. fin. de rescrip. sed contrarium resolvit, n. 45.

31 Non obstat etiam secunda inductio facta ex nostro text. & supra relata, quia respondetur, illum esse

se intelligendum, quando quis revera erat legatus, & tamen id neque erat notorium, vel saltem non erat notum Judici, & ideo valet citatio & processus, dec. cap. cum ordinem, col. fin. de rescrip. Quare † si Judex dicit consilaret esse legatum citatio non valet, neque ille teneretur comparere, juxta nostram secundam conclusionem, & ita Innoc. c. præsentis, col. 1. ad fin. de rescrip. in 6. Imol. d. l. quidam consulebat, n. 23. & n. 25. ad fin. & alii supra allegati: quæ tamen communis responsio non videtur tuta quia aperte divinat in terminis hujus textus.

Et ideo tutior videtur responsio Paul. Castr. 48 conf. 481. n. 6. l. b. 1. quod † aut Judex habet mero jure Jurisdictionem in aliquos, sed tamen elidibilem opposita exceptione, aut vero ipso jure, in eos nullam habet jurisdictionem: primo casu valet citatio, & processus, etiam si exceptio sit notoria, & etiã nota Judici, quia satis est citantem mero jure habere jurisdictionem in citatem quare si citatus non compareat, neque opponat exceptionem, omnia contra eum gesta valebunt: quia satis est Judicem citantem scire, se mero jure habere jurisdictionem in citatum: sed in secundo casu procedant conclusiones supra à nobis Propositione. Quam resolutionem probavit etiam Fel. c. cum ordinem, n. 8. ad fin. vers. in contrarium, de rescrip. Alex. l. 2. n. 14. supra si quis in jus vocat. Caravita ritu 23. à n. 8. Cujus distinctionis primum membrum probavit Imol. d. l. quidam consulebat, n. 23. allegans pro eo doctrinam gl. Clem. 2. verb. competenti, ut lite pendente, & quia notoria licet non sint probanda: sunt tamen alleganda & proponenda gloss. Clem. appellanti de appellat. Accedat, * quod licet scientis se non habere jurisdictionem ipso jure, non valet processus contra aliquem tanquam contra contumacem factus, c. si duobus de appell. tamen si sciat * se habere jurisdictionem etiam elidibilem opposita exceptione, in-36 distincte poterit procedere contra contumacem, & non comparentem, & valet ejus processus, ut contra Pan. d. c. si duobus, n. 4. & n. 15. resolvunt Perus. ibi n. 17. & dec. n. 8. & n. 14. Navar. c. cum contingat, 11. causa nullitati, de rescrip. Et ob hanc rationem Judex notorie suspectus valide procedat contra * contumacem, antequam per partem sit recusatus, Joam. And. c. accedens, el. 1. ut lite non contest. 37 multiter receptus, ut asserit Felin. c. cum ordinem, n. 8. ad fin. de rescrip. Et ideo * si Judex delegatus ex primis literis procedat, valet processus, licet sciat * opposita exceptione suam jurisdictionem elidibilem esse: si intra annum ille, qui impetravit secundas literas contrarias, de illis non opponat, c. cæterum, de rescrip. quia prout ex communi tradit Fel. ibi n. 17. non sufficit exceptionem notoriam esse Judici, nisi pars coram eo illam proponat.

Ex quibus infertur, non esse veram opinionem illorum, qui in hac materia existimant, quod si exceptio elidens jurisdictionem, sit notoria, vel aliàs nota Judici, non valet citatio, nec processus factus tanquam contra contumacem, quod tenent plures relati per Fel. c. cum ord. n. 8. vers. quod non teneatur, de rescrip. & c. si duobus n. de appell. Nam id ex supra traditis aperte confunditur: cum enim is mero jure habeat jurisdictionem, antequam pars ponat prædictam exceptionem, valet processus contra eum factus, tanquam contra contumacem.

Unde contra supra allegatos resolvendum * est: quod licet in citatione expressum sit, quod citandus sit legatus, tamen adhuc valet citatio per supra prædictam rationem, & satis sentit Bal. l. generaliter n. 2. C. de epif. & cler. Imol. c. cum ordinem, col. fin. de rescrip. Nec satisfacit responsio ejusdem Imolæ d. l. qui-

d. l. quidam consulebat, n. 25. ad fin. infra, de re jud. quod satis videtur pars opponere exceptionem, si citatus non compareat arg. l. Paul. infra, rem ratam hab. quia replicabitur, * in eo non sufficere hanc tacitam objectionem exceptionis, sed requiri quod opponatur iudicio coram ipso Judice, l. fi. C. de except. & in simili tradunt Bar. l. si unus, §. pactus ne peteret. n. 10. supra, de pact. Alex. l. 1. n. 7. C. ut quæ desunt advocatis.

41 Infertur * etiam ex prædictis annotatio ad dictum Innoc. c. ex parte, el. 1. col. 2. ad fin. de verb. signif. dum tenet, quod si ordinarius citet notorie exemptum, non tenetur ille comparere, neque processus valet contra eum tanquam contra contumacem valet, subscribit Felin. c. cum ordinem, n. 12. ad fin. de rescrip. & ibi dec. col. fin. Nam verum erit, qui ordinarius nullam habet jurisdictionem in exempto, & ideo locum habent traditiones supra relatæ, & tradit eleganter Paulus Castrenf. consilio 431. n. 6. lib. 1.

42 Præterea infertur, non esse veram opinionem illorum, quos supra refulimus, quod si notum sit Judici aliquem esse scholarem, non valet citatio neque processus, contra eum factus: quod & tenet Decius, c. cum ordinem, col. fin. de rescrip. Cur. Jun. l. 1. n. 16. supra, si quis in jus voc. non ierit. Rebuff. de privil. schol. privil. 154. * hoc enim ex prædictis confunditur, nam scholaris oportet excipere de suo privilegio, gl. l. 2. verb. consensu, supra eod. & ideo mero jure valet citatio, & processus: juxta supra tradita, & tantum potest admitti contraria opinio, quando ex verbis statutorum omnino sunt exempti à jurisdictione ordinariarum, ita ut ordinarij ipso jure in scholares nullam habeant jurisdictionem.

43 Ultimò * infertur annotatio ad dictum Joa. Andr. c. accedens, el. 1. ut lite non contest. quod licet Judex notorie sit suspectus, tamen valet processus, donec pars veniens ad iudicium, recuset ipsum Judicem, quia cum prædictus Judex mero jure in eum habet jurisdictionem, licet elidibilem per reculationem, interim valebunt gesta per eum, quantumcunque prædicta reculatio sit notoria, juxta supra tradita, & tradit gl. Clem. 2. verb. competenti, ut lite pend. & Navar. d. c. cum contingat, 11. causa nullitatis, quicquid aliter intelligat, & explicet Imol. d. l. quidam consulebat, n. 26.

44 Neque repugnat Clem. pastoralis, §. Pisanæque de re jud. * ubi citatio, quod quis veniat respondens in loco notorio, non tuto, non arctat citatum ad comparendum, notat Anton. c. super literis, n. 38. de rescrip. Panor. c. ex parte, el. 1. ad fi. de appellat. Nam specialiter procedit in exceptione loci non tuti, quia infert prædicta citatio damnum irreparabile, quia si forsitan pars veniat, occideret ab inimicis, & ideo citatus non tenetur comparere in loco non tuto, neque etiam agitur proponere in iudicio prædictam exceptionem, si est notoria, & aliud observabitur in aliis exceptionibus notoriis, in quibus cessat prædicta ratio: ut advertit Felin. c. cum ordinem, n. 13. ad fin. de rescrip. ubi videndus est Dec. col. fin. Et hæc de prima concordia inter istum tex. & l. 3. supra eod.

45 Succedit igitur secunda principalis concordia inter prædicta jura, quod dum is text. probat: quod citatus per prætorem tenetur indistincte coram eo comparere: debet intelligi quoad * eum effectum, ut si non veniat censetur contumax, l. contumacia, infra, de re jud. & tanquam talis militari possit, l. 2. sup. si quis in jus vocat. non ierit. etfi * forte aliqua habeat bona in territorio citantis, poterit actor mitti in possessionem illorum

bonorum ex primo decreto: arg. c. 1. §. contra-49 hentes, de foro comp. in 6. Quia * ad interpositionem primi decreti sufficit quælibet absentia absque latitacione, l. ignorare, C. de restitut. milit. Bar. l. Fulcinius, §. si quis sit latitare, ad fin. infra, quib. ex caus. in possess. eatur, hæc tamen * simplex non comparitio, sive simplex facta contumacia non sufficet, ut contra eum interponatur secundum decretum, quia ut illud interponatur, ultra simplicem contumaciam requiritur latitatio, l. Fulcinius, §. 1. infra ex quib. caus. in possess. eatur. tradit Bar. l. si finita, §. Julianus, n. 29. infra, de dam. inf. Cum igitur * qui non tenetur comparere latitare non videatur, d. l. contumacia, §. fin. utique secundum decretum adversus eum decerni non potest, & in his terminis clare loquitur & procedit, 52 l. 3. supra eod. & ibi Bart. Paul. & Jacob. expresse hanc concordiam probant, & asserit receptam Jaf. l. 2. n. 9. supra, si quis in jus voc. & est bonus text. vir, bonus, infra iudicatum solvi.

Unde infertur, quod licet * quando dubium est, 53 ut cum quis teneatur comparere, is in dubio debeat comparere, quia alias procedatur contra eum, tanquam contra contumacem, ut probat is tex. Ac proinde poterit multari, ut dictum est, tamen processus factus contra eum, qui in veritate non tenebatur comparere: hoc dicto irritabitur, quia tantum valet processus punitivus illius contumaciæ, non autem quoad in rita causæ principalis decidenda, & ideo * prædictus processus, & sententia contra absentem tanquam contra contumacem lata: si doceat quod non tenebatur comparere irritabitur, quinimo & processus punitivus contumaciæ, non valet, nisi quoad multam, & interpositionem primi decreti, non autem interponetur secundum decretum quia in eo requiritur latitatio: plane non videtur latitare, qui comparere non tenebatur, ut probat l. 4. sup. eod. & ibi tradunt Bar. & alii communiter, Pan. c. cum ordinem, ad fide rescrip. Fel. c. si duobus, n. 7. de appell. & ideo * quamvis statuto caveatur, ut contra absentem procedatur ad sententiam diffinitivam, ut diffinitio ordinatio Portugalliæ, l. 3. tit. 14. veteris impressiois, & lib. 3. tit. 15. novæ recopil. tamen si is postea compareat & * ostendat, quod non tenebatur comparere, irritabitur prædicta sententia, neque virtute illius procedatur ad executionem, av. l. 4. §. condemnatum, inf. de re jud. tradit Paul. Castr. hic post princ. Bal. si qui ex consensu, n. 7. G. de epif. aud. Fel. c. si duobus n. 7. de appell. Soc. reg. 49. in fin. Et similiter si quis per dispositionem statuti propter contumaciam fuerit bannitus, & is postea comparens ostendat, quod non tenebatur comparere irritabitur bannus sententia, Bar. l. 3. ad fin. supra eod. Hypol. sing. 72. n. 3. cons. 16. n. 35.

Ex qua secunda concordia, duæ constituendæ sunt conclusiones, in ista materia prout fecimus in prima concordia. Prima igitur conclusio sit, quod ubi citatus non comparet, potest multari, & potest adversus eum procedi ad primum decretum, quod est punitivum simplicis contumaciæ, ut sup. dict. est. Ampla hanc concl. ut prædicta locum 59 habeant, etiam si qui non comparuit, postea doceat se non teneri comparere: Nam cum non comparendo, simplicem incurrerit contumaciam, propter quam & multari potest, & pati primum decretum, id quod iuste factum est, & post factò irritari non debet, juxta reg. l. 2. inf. de itin. actuque pri. l. sanctimus, C. de admin. tut. c. factum legitime, de reg. jur. in 6. 60 Limitabis autem * prædictam conclusionem, in eo, qui non potuit comparere coram citante, etfi maxime valet: nam is liberabitur etiam à multa & ab * interpositione primi decreti, exemplum dicit in cle.

in Clerico, quem Judex ſecularis citari juſſit, ut coram eo compareret: non Clericus non ſolum non tenetur comparere coram ſeculari: ſed etiam maxime vellet non poſſet: quia jure Canonico prohibitus eſt, * coram ſeculari reſpondere, vel ſe defendere. c. ſi diligenti. de foro comp. Ergo is etiam à punitione ſimplicis contumaciæ liberabitur. Et ita limitat Bart. l. 2. n. 11. ſupra. ſi quis in jus voc. non ierit, ad d. l. generaliter, n. 1. C. de piſ. & cler. Pav. c. ſi diligenti, n. 13. de foro comp. Guid. Papa dec. 450. Fel. c. ſi duobus, n. 8. de appell. & ibi dec. n. 13. Felin. c. cum ordi. em, n. 15. de reſcript. & c. veniens, n. 5. de accuſat. & Matib. Brunnus c. ſi. 115. à n. 25. l. 1. criminalium cap. 11a. Tholof. q. 165. l. c. conf. 241. n. 3. & eleganter Ant. Nat. conf. 495. à n. 16. l. 3. Th. Gram. dec. 29. n. 3. & Voto 27. à n. 1. Hypol. in Rub. C. de probat. n. 2. 1. quibus adde Oldrad. conſil. 83. n. 7. ad fin. Et probatur etiam evidenti ratione, quia aliud eſt Judicem eſſe incompetentem, & aliud Judicem eſſe incapacem jurisdictionis. Nam in primo caſu procedet noſtra conſuſio, non ſic in ſecundo, ut advertit Oldrad. d. conſ. 82. n. 7. Neque etiam contumacia potuit reddere capacem jurisdictionis, illum * qui illius capax non eſt. Cum igitur ſecularis ſit incapax cognoscendi de cauiſis Eccleſiaſticis, vel Clericorum c. 2. & c. clericis, de jud. ca. 2. de foro comp. indiffiſtente quicquid per ſecularem fuerit attentum contra Clericum, nullo modo ſuſſiſtet, ut ten. n. ſupra allegati Afflic. deciſ. 133. in ſi. & Matth. Brunnus conſ. 64. à n. 11. & n. 44. & conſ. 89. n. 9. M. in dec. com. cent. 6. ubi. 7. n. 6.

Unde cavendum eſt à Bar. l. 3. n. 1. ſupra eodem qui in his terminis contrarium ſentit, & poſt eum Jaſ. l. 2. n. 6. ſupra, ſiquis in jus voc. non ierit, quorum opinionem * cum n. inter reprobari aſſerit Caravita in ſi. 65. n. 5. Quinimò etſi dubium ſit de Clericato, licet non compareat Clericus citatus coram ſeculari citante, quicquid factum fuerit contra eum irritabitur, quia * cognitio huius dubii pertinet ad Eccleſiaſticum, & non ad ſecularem, c. ſi iudex laicus, de ſen. excom. in 6. Licet t. contrarium obſervari in Regno Neapolitano aſſerit Caravita in ſi. 231. à n. 4. & quia probando poſtea de Clericatu militanti rationes, de quibus ſupra, ut advertit Guid. Papa dec. 450. Quicquid contrarium ſentiat gl. c. conventor, verb. congruere 23. q. 8. & dec. c. ſi duobus, n. 7. de appell. quibus addendum eſt, quòd etſi ſponte Clericus compareat coram ſeculari, & coram eo litiget, poteſt etiam poſt ſententiam opponere de Clericato: & omnia contra eum facta irritare juxta diſpoſitionem, c. ſi diligenti de foro comp. & notab. reſolvit Covarruvias, p. c. l. quæſt. c. 33. n. 2. Julius Clarus in pract. crim. §. ſin. q. 36. n. 1. Caravita in ſi. 65. n. 8. Et hæc de prima conſuſione.

Succedit * igitur ſecunda principalis conſuſio: quòd licet ſimplex contumacia ſuſſiciat ad imponendam multam, & ad interpoſitionem primi decreti: tamen quoad omnia alia irritabitur Proceſſus, ſi ſimplex contumax doceat de incompetencia Judicis, qui enim ad ſuum iudicium vocavit. l. 3. ſupra eod. ſecundum unum intellectum, & tenent ſupra allegati. Unde * notabiliter dicit Paul. Caſtrenſ. conſ. 431. n. 6. l. 1. quòd licet jura dicant, quòd ratione dubii, valeat proceſſus factus per Judicem incompetentem, tamen ſi poſtea pars compareat, & doceat de incompetencia irritabitur ille proceſſus, quoad omnia alia, in quibus ſimplex contumax puniri non poteſt.

Hanc t. tamen conſuſionem duobus limitabis modis: & primò procedere in Judice incompetente ipſo jure, nam ſi mero jure erat competens, licet ejus iurisdictione elidi poſſet oppoſita exceptione de-

clinatoria iudicii, interim tamen omnia geſta per Judicem revera incompetentem valebunt, neque ex poſt facto irritabuntur, Paul. Caſtr. conſ. 50. n. 1. ad fin. l. 2. & ante eum vadit gl. Clem. 1. verb. competententi ut lite pendente. Et probat Imol. c. cum ſuper, n. 21. de off. deleg. confirmans ex eo, quòd * Judex notorie ſuſpectus, poteſt procedere in cauſa uſque ad ſententiam definitivam, ſi pars non opponat exceptionem recuſationis Juan. Andr. communiter receptum, cap. accendens, l. 1. ut lite non conteſtata, & Imolæ ſubſcribit Alexand. l. 2. n. 14. ſupra, ſi quis in jus vocatus, & adde Bald. idem tenent, m. l. ſi qui ex conſenſu, n. 7. in fine, C. de Episcop. audientia, Paulus Caſtrenſ. hic ad medium, Felin. cap. ſi duobus, n. 12. de appellationibus, & ibi Decim. n. 15. Hypolit. de unquam n. 221. infra, de re iudicata. Et in his terminis accipienda * ſunt tradita in hoc articulo per Afflic. dec. 133.

Et * pro hac opinione urgetur facit, quia contumax comparens, non pot. it. opp. nere exceptionem, niſi eo tempore, quo ſi præſens fuiſſet, eam opponere debuiffet: ne aliàs melioris ſit conditionis contumax, quam obediens contra regulam, leg. Servius, infra, quod vi aut clam. & tradit gloſſ. cap. 1. §. final. verb. abſentia, de electione, in 6. Quam probat Panormitanus cap. ſi duobus n. duodecimo, de appellationibus, & cap. 2. numero penult. de dilationibus, Alex. d. l. 2. n. 12. ſupra, ſi quis in jus voc. Si igitur contumax veniat poſt ſententiam vel hanc conteſtaram, audiri non debet: quia eſi præſens eſſet eo tempore non audiretur, l. pen. & l. ſin. C. de except.

Ex his inferitur * annotario ad ſummarium Bart. l. 3. ſupra eod. quòd contra eum, qui habet dec. in materiam fori, non poteſt procedi ad ſecundum decretum, ſubſcribit Paul. ibidem debet intelligi de habente declinatoriam fori concludentem, Judicem citantem ipſo jure, non habere in eum iurisdictionem: Nam ſi iurisdictionem in eum haberet tiam elidibilem, proceſſus per eum factus valeret quoad omnes effectus, ut tradidimus, & in terminis advertit Imol. c. cum ſuper, n. 21. de off. deleg. Et ratio huius diſtinctionis eſt: quia licet contumax habeatur pro præſente, Amb. qui in provincia, c. ubi de crim. capi oport. non tamen habetur pro conſentiente in Judice, neque pro prorogante ejus iurisdictionem, l. ſi qui ex conſenſu & ibi not. Bol. n. 7. de off. deleg. Mariun. c. ſignificasti, n. 37. de foro comp. c. conſ. 278. n. 6. l. 1. Fel. c. ſi duobus, n. 7. de appell. Jaſ. l. 2. n. 39. ſupra, ſi quis in jus voc. dicit Hypol. c. l. de proequ. que n. 221. infra, de re. jud. Georgius Cabedus dec. Luſitana 2. n. 6. Si ergo Judex ipſo jure non erat competens in ea cauſa contumacia abſentis, eum Judicem competentem reddere non poteſt: & ideo quocumque tempore exceptionem incompetentiæ, pars opponere poteſt, quæ nunquam cenſetur excluſa, gl. ſin. Clem. 1. de ſequel. poſſiſſi. & ſyn. quam exornat. Dec. conſ. 360. à n. 1. Neviz. n. 61. n. 3. & Cov. pract. quæſt. c. 25. n. 4. & conſequenter pars obtinebit omnia geſta per Judicem incompetentem irritari, faciunt tradita per Fel. ſuper literis, n. 3. 30. ad fin. de reſcriptis. Cæterum * quòd Judex habet mero jure iurisdictionem in citato, licet elidibilem per exceptionem, quandiu non opponitur exceptio, valent geſta per eum tanquã per Judicem mero jure competentem: juxta ſupra tradita, & in his terminis habebit locum traditio gloſſæ cap. 1. §. ſin. verb. abſentia de elect. in 6.

Limita * ſecundo prædictam principalem conſuſionem non procedere, ſi ille, qui revera non habebat iurisdictionem ipſo jure in citato: cauſa tamen cognita pronunciaverit ſe eſſe Judicem competentem: nam cum res iudicata pro veritate habeatur, l. res iudicata, infra, de reg. jur. poſtea geſta valebunt: ac ſi facta eſſent per Judicem revera competen-

competentem, neque poſtea irritabuntur: cum * contra rem iudicatam quis audiri non debeat, l. poſt rem, infra, de re. jud. & ita limitat Paul. Caſtr. conſ. 258. num. 3. lib. 1. & melius conſ. 124. col. 2. ad medium lib. 2. & Jaſ. poſt alios, l. 2. n. 38. & ibi Curtius Junior, num. 21. ſupra, ſi quis in jus vocatus, Fel. c. ſi duobus, num. 8. de appellationibus, & ibi Dec. num. 12. Afflic. deciſ. 354. in ſin. num. 14.

Ex quibus cavendum eſt à traditis per eundem Afflic. ibid. numero 16. ad fin. dum poſt Alexandrum tradit, quòd ſi ille, qui non erat competens, pronunciat ſe competentem: non ob id poteſt exercere iurisdictionem: hoc enim ex ſupra traditis confunditur, & in ſpecie contrarium tenet Lappus, c. 1. de reſcrip. in 6. & ibi late Gomez, num. 61. Fel. c. ſuper literis, num. 30. de reſcrip. Et procedit * hæc conſuſio, ſive pars fuerit præſens in prolatione ſententiæ, ſive abſens per contumaciam, Alex. conſ. 89. n. 3. lib. 7.

Sed circa * hæc dicta Doctorum ad plura eſt advertendum: & primò, quòd ſi pars fuerit præſens non videtur neceſſaria prædicta ſententia qua Judex pronunciat ſe competentem: nam pariendo poſt ſententiam competentis, ſcienter eam cauſam agitari coram eo Judice videtur prorogaffe illius iurisdictionem, gloſſ. 2. ad fin. l. 2. ſupra, ſi quis in jus voc. non ierit, & ſic non erat neceſſaria prædicta ſententia, niſi * forſan errans in jure crediderit illum eſſe competentem, nam tunc non cenſebitur facta prorogatio, l. 2. ſupra eod. & ideo tunc neceſſaria eſt ſententia competentis, Bart. in lectur. d. l. 2. n. 7. ſupra, ſi quis in jus voc.

Præterea eſt advertendum, quòd dum dicunt, prædicta procedere, etiamſi pars ſit abſens per contumaciam, debet hoc intelligi, in caſibus, in quibus poteſt procedi adverſus contumaces ad ſententiam diſſinitivam, vel habentem vim diſſinitivæ: de quibus cap. quoniam frequenter ut lite conteſtata: aliàs non poteſt procedere id, quòd ſupra allegati dicunt; ut advertit Imol. c. ſi duobus, col. penult. ad finem, de appellat.

Item eſt * advertendum, quòd ab hac ſententia, qua quis pronunciat ſe competentem licita eſt appellatio: etiam ſecundum diſpoſitionem juris civilis, gl. pen. ad fin. Auth. habita, c. ne filius pro patre, Dec. conſ. 360. n. 3. Quinimò * ſi pars, contra quam eſt lata ſententia competentis, illi expreſſim non acquieverit; quocumque tempore poterit ab ea appellare; nam inferit gravamen ſucceſſivum, cum incompetens revera, in illa iurisdictionem exerceat, & ſic quaſi quotidie gravans, licita eſt appellatio, c. ex parte, el. 1. & ibi notat Panorm. num. 1. de appellationibus, & ita in terminis Crotus c. 1. num. 1. de reſcript. in 6. & ibi Gomez, nu. 61. ad finem, fatentes tamen hanc communem traditionem eſſe contra mentem communis opinionis, quæ utique opinio admittenda non eſt, quia cum ille, qui à die * notitiæ ſententiæ contra ſe lata, ab ea non appellavit intra decem dies, videtur illam approbaſſe, l. ab eodem, C. quom. & quando iudex. Unde impoſſibile eſt, quòd ab ea appellare poſſit. Salvari tamen poterit ſententia Croti, & Go. in eo ſenſu, ſi poſtea pars appellaverit à ſententia lata ab eodem Judice in cauſa principali, Judex appellationis etiam de ea ſententia, qua ſe competentem pronunciat, poterit cognoscere, & pronunciare, c. ſi, de appell. in 6. ibi Pomian. 3. dummodo in actis pars interponat gravamen ad ſuperiorem: nam aliàs quaſi prædictæ ſententiæ acquieverit de ea amplius tractari non poteſt, Peruſinus c. cum ceſſante, num. 28. ad fin. de appellat. quòd non ſatis percepit Fel. c. ſuper literis, nu. 30. ad fin. de reſcriptis.

Et addendum eſt ſupra dictis: quòd ſi pars præſens oppoſuit exceptionem incompetentiæ & nihilominus Judex ulterius proceſſit in cauſa videtur tacite illam rejicere, & conſequenter Judicem competentem ſe pronunciaſſe, l. à procedente, & ibi notat Bart. numer. 1. c. de dila. c. ex parte, el. 3. de appell. tradit gl. 2. Clem. ſin. de appell. Si autem * pars ſit abſens, & ſic non oppoſuerit exceptionem incompetentiæ, Judex ulterius procedendo non videtur ſe competentem pronunciare, quia ceſſat ratio, de qua ſupra, & ita Innoc. c. 2. numer. 1. de dilat. & ibi Pan. num. 17. Ang. l. 2. numer. 10. & ibi Alex. num. 15. ſupra ſi quis in jus voc. Dec. c. ſi duobus, num. 12. de appell. Fel. c. ſuborta, nu. 6. de re jud. & c. ſuper literis, num. 34. de reſcriptis.

Neque * eſt omittendum in hoc art. reſolut. n. 108. quòd ſi Judex ſciens re vera ſe non eſſe Judicem competentem in aliqua cauſa, & nihilominus pronunciaſſe ſe eſſe competentem in prædicta cauſa, geſta per eum in hoc caſu non valebunt, cum certus ſit de carentia ſuæ iurisdictionis, ac ita debet induci deciſio, c. ſi duobus, de appell. & ita Fel. c. ſuper literis, num. 31. de reſcript. Matth. de Afflic. deciſ. 154. num. 16. * Sed non placet hæc declaratio, qua per eam nimis reſtringitur communis traditio, de qua ſupra, & quia cum res iudicata pro veritate habeatur: & pars ab ea ſententia non appellaverit, in prædictum illius omnia geſta per prædictum Judicem valebunt, tanquam facta per Judicem competentem, neque in his terminis poteſt locum habere diſtinctio, d. c. ſi duobus, de appellat.

Verior * igitur ad prædicta erit declaratio, ut non procedant, quando ſtatuto caveretur, ut Judex non poſſet cognoscere ultra limites ſuæ iurisdictionis, nam tunc ſi pronunciet ſe competentem in cauſa, quæ non cadit ſub ejus iurisdictione, non valebunt geſta per eum, quia prædicta * pronunciatio competentis debet ſuccumbere prohibitori ſtatuti contrarii. l. non dubium, C. de deleg. quam declarationem ad prædicta aſſignavit Ant. de Bar. c. 1. col. 4. ad fin. de dilat. Alexand. conſil. 82. num. 17. lib. 3. Dec. notab. conſil. 18. num. 5. & l. final. num. 13. ſupra de jurid. omn. jud. Curt. Jun. l. 2. num. 22. ſupra, ſi quis in jus voc. Afflic. deciſ. 354. nu. 16. quibus adde Jaſ. conſil. 10. ad fin. lib. 1. Nam & videmus, quòd ſi iudex ita eſt incompetens, ut etiam de conſenſu partium non reddatur competens propter juris prohibitionem; juxta terminos, c. ſignificasti de foro comp. pronunciatio, qua Judex ſe competentem declarat: nihil valebit contra juris prohibitionem, Dec. cap. ſi duobus, num. 12. ad fin. de appell. Curt. Jun. l. 2. num. 23. ſupra, ſi quis in jus vocat. Et * hac ratione etiam ſi ſecularis pronunciet, ſe eſſe Judicem competentem contra Clericum: ea ſententia nullam ei tribuet iurisdictionem adverſus Clericum, Pano. c. ſi diligenti num. 33. de foro compentent. Similiter * ſi falſum reſcriptum præſentetur & pars opponat, de falſitate reſcripti, & nihilominus Judex pronunciet ſe competentem, ea ſententia nullam ei tribuet iurisdictionem, quia cum verus fabricator illius reſcripti fuerit homo privatus, non potuit ei ullam tribuere iurisdictionem l. privatorum, C. de jurid. omn. jud. quòd poſt Bald. tradit Pan. c. ſuper literis, ad fin. de reſcriptis. Jacobus hic n. 5. Jaſ. l. 2. n. 6. ſupra, ſi quis in jus voc. & aſſerit receptum idem Jaſon. l. perſcriptione, n. 24. c. ſi contra. 15.

Sed neque t. hæc nova declaratio tuta videtur, & de ejus veritate meritò dubitari poteſt. Nam imò in his terminis pronunciationem Judicis, qua declaravit ſe eſſe competentem valere, & ei tribuere iurisdictionem tenet Bart. d. l. perſcriptione, n. 6. & ibi

75
76
77
78
79
80
81
82

95
96
97
98
99
100
101
102
103
104

¹⁰⁵ *ibi defendit Jaf. n. 26. dec. cap. super literis, ad fin. de rescriptis. Et novissime Valsconsilius diversorum juris argumentorum. l. 1. c. 5. n. 7.* Pro quibus facit ea recepta traditio in hac materia, quod licet pars opponat aliquid Judici, quod concludat Judicem omnino carere jurisdictione, in ea causa poterit nihilominus Judex de eo cognoscere, & videre utrum sibi competat jurisdictione, c. ex parte decani de rescriptis, & ibi notat Panor. n. 2. Lappus c. 1. de rescriptis, in 6. receptus, ut ibi asserit Gom. n. 6. de rescriptis. Ergo poterit cognoscere de falsitate rescripti, & super ea pronuncare.

¹⁰⁶ Et qui velle hanc opinionem defendere facile rationibus magis communis respondere poterit: nam ad primum respondetur, quod cum rescriptum sub nomine Principis praesentetur, & Judex pronunciat illud esse verum & validum, amplius de falsitate tractari non potest, arg. l. fin. C. de fid. instrum. & quia idem est aliquid valere, vel de invaliditate jam opponi non posse, gl. fin. l. qui habebat, de manumij. testam. & facit reg. l. Barbatius, sup. de off. praet.

¹⁰⁸ Sed * his non obstantibus non est recedendum à magis recepta sententia, quia ut procedat decisio d. l. Barbatius, duo copulative requiruntur. Primum * quod interveniat autoritas superioris qui possit [si vellet] super eo defectu dispensare: & postea publica error & reputatio: ut resolvit Alexand. l. quidam consulebat, n. 7. infra, de re jud. & conf. 138. n. 7. lib. 1. & plane quando rescriptum est falsum: nulla autoritas superioris interveniat, quae sit loco tituli, & ideo solus communis error, & reputatio nihil operari potest: quod * si des aliam causam nullitatis, in qua concurrat autoritas superioris, & communis error & reputatio, quamvis Judex revera omni careat jurisdictione, valebunt tamen gesta per eum, quia reducuntur ad terminos, d. l. Barbatius, & ita Panor. c. super literis, ad fin. de rescriptis. & colliges ex Ant. c. 2. colum. 4. post medietatem, de dilat. Et hac de prima conclusione principali, quae deducitur ex isto text.

¹¹¹ Succedit * igitur secunda principalis conclusio, quae deducitur ex isto text. quod opponatur aliquid, quod contradicat jurisdictioni Judicis: potest ipse cognoscere, utrum sua sit jurisdictione concordat, l. 2. supra si quis in jus vocat, non erit, c. super literis, de rescriptis. & ibi gl. verbi. nisi, prosequitur Andr. Gail. pract. lib. 1. obs. 24. à n. 1. & Dec. tract. crim. lib. 4. tit. 18. n. 9. limitando, ut per Corset. in singu. verb. jurisdictione. Et procedit hæc conclusio

¹¹² * non solum in iudice ordinario, de quo is text. loquitur, sed etiam in iudice delegato, nam si quid opponatur contra suam jurisdictionem, cognoscet, utrum sua sit jurisdictione, l. prescriptione, C. si contra jus, c. super literis, de rescriptis, etiam si opponatur delegatum nullam habere jurisdictionem in causa, c. ex parte, de cani de rescriptis. & ibi notat Panor. n. 5. & Imola n. 2. Dominic. c. si deleg. in fi. de offic. del. n. 6. Fel. d. c. super literis, n. 2. ad fin. quibus adde bonum textum Clem. 1. de rescriptis, quem extollit Perusinus. c. ut debitu, n. 5. de appellat. Andr. ubi supra, n. 4. & rationem hujus conclusionis assignat Alex. l. n. 14. C. de procur. Riminal. l. pen. col. fin. C. de pat. dec. l. 1. n. 69. ad fin. supra, de offic. ejus.

¹¹³ Non est tamen omittendum huic * conclusioni nimis videri ob stare, quod cognoscere Judicem, utrum sua sit jurisdictione, in effectu est cognoscere & judicare de re propria, quod omni jure est prohibatum, l. qui jurisdictioni, supra, de jurisd. omn. jud. l. un. C. ne quis in causa: sed * respondendum est, prohibitionem (ne quis in sua causa ju-

dicet) procedere, quando causa ita est sua, ut in ea proprium commodum praetendat, l. 1. §. in propria, inf. quando appell. sit: habere * autem jurisdictionem ad cognoscendum de causa, non est commodum, imo magis onus l. fin. §. judicandi, inf. de numer. & bon. & sic sumus extra terminos praedictae regulae, & ita respondet gl. 2. l. 2. supra si quis in jus voca. Pan. c. super literis, col. pen. & ibi Fel. n. 18. de rescriptis.

Ex qua * ratione videtur inferri, quod si Judex praetendat aliquod particulare interesse, utpote sportularum, vel simile tanquam suspectus, non cognoscet, utrum in ea causa, sua sit jurisdictione, quia tunc proprie videtur militare objectio, de qua supra, & ita gl. 2. l. de jure, infra, ad municip. gloss. 2. in prin. l. 2. supra, si quis in jus voc. non erit: & subscribit Barr. hic & plures, quos refert Fel. d. c. super literis, n. 28. Consuet. sing. 149.

Quae tamen * opinio non est vera: & magis communiter reprobat: & magis communiter tenetur etiam hoc casu, Judicem cognoscere posse, utrum sua sit jurisdictione, sit resolvit Jaf. l. 2. n. 17. & ibi Cur. Jun. n. 18. supra, si quis in jus voc. Ea ratione, * quia Judex delegatus jure civili debet habere sportulas, Auth. de iud. §. si quis autem coll. 6. & tamen delegatus eodem jure potest cognoscere utrum sua sit jurisdictione, l. praescriptione, C. si contra ejus, vel util.

Possunt tamen concordari hæc opiniones, quod si sportulae sint modicae [ut jure civili erant illae, quae debebantur delegatis, d. §. si quis autem] poterit nihilominus cognoscere, utrum sua jurisdictione, quia non est verisimile, quod propter commodum modicum deviet à recto, arg. c. ad quest. de Simonia: si autem * sportulae fuerunt maxime quantitatis, & excessivae, tunc procedet contraria opinio, & ita resolvit Alex. l. 2. n. 10. supra, si quis in jus voc. quicquid aliter resolvat idem Alex. l. quidam consulebat, n. 14. fin. infra, de re jud.

Unde à fortiori: si * Judici opponatur aliqua exceptio, quae subsigillet illius personam, sciãcet quod sit infamis, vel excommunicatus, ac ita incapax jurisdictionis, non poterit cognoscere, utrum sua sit jurisdictione: quia * cum agatur de æstimatione propriae personae: suspectus redditur ad cognoscendum de tali exceptione Alexand. l. quidam consulebat, n. 15. infra, de re jud. Fel. c. super literis, n. 22. de rescriptis. & c. ceterum, n. 17. de iud. ac ita generalis regula cognitio, utrum iudicis sit jurisdictione, non potest separari ab alia causa principali, de qua ipse cognoscere non possit: vel quia sit suspectus, vel ob aliam causam justam, neque de re incidenti causa, utrum sua sit jurisdictione cognoscere poterit, Alexand. conf. 1. n. 9. lib. 5. Afflict. decis. 354. n. 16.

Si igitur opponatur Judici, quod sit suspectus ad cognoscendum de causa principali, neque etiam poterit cognoscere de hac incidenti, utrum sua sit jurisdictione, quia suspicionis ratio pariter in utraque causa videtur militare, Pan. d. c. super literis, n. 10. & Andr. Gail. pract. obser. lib. 1. obser. 34. n. 6. & * quia recusatio videtur sigillare personam Judicis recusati, l. observandum, & ibi notat Bald. supra, de offic. praesid. l. litigatoris, sup. de recep. arb. & ideo de ea exceptione minime cognoscere poterit, juxta supra tradita observat Alex. l. 2. n. 22. & ibi Curt. Jun. n. 25. supra, si quis in jus vocatur.

Denique licet, si * objiciatur ordinario, quod est incompetens ad cognoscendum de aliqua causa particulari, possit nihilominus cognoscere utrum sua sit jurisdictione, ut probat is text. tamen si objiciatur, quod ille nulla omnino causa possit cognoscere, de hac exceptione cognoscere, de magno praesudicio suis honoris, & æstimationis, si di-

si dicatur nullum officium jurisdictionale gerere posse, propter defectum personae, Bart. l. ex sententia, in fi. de test. tut. Fel. c. ceterum, n. 17. de iud. Jaf. l. 2. n. 25. supra, si quis in jus voc. Consuet. sing. 149. Neque obstat, * quod si delegatio objiciatur nullam omnino habere posse jurisdictionem, ad cognoscendum de illa causa, adhuc potest cognoscere, utrum sua sit jurisdictione, c. ex parte decani, de rescriptis. & ibi not. Pan. n. 3. & sup. diximus: quia responderetur in hoc articulo diversam esse rationem inter ordinarium, & delegatum: nam delegatus de una tantum causa cognoscit, quod unus reputatur, l. si. §. judicandi, infra, de mun. & bon. & sic non sigillatur illius persona, si opponatur ei de ea causa cognoscere non posse. Cæterum si ordinario opponatur, quod nullum officium jurisdictionale exercere potest, manifeste sigillatur ejus persona, & æstimatio, & ideo merito de tali exceptione cognoscere non potest, ut auvertit Fel. c. super literis, n. 23. de rescriptis.

¹²⁹ Ad complementum autem istius articuli illud inquirendum restat, utrum si petatur à iudice, quod jubeat citari aliquem, sit qui aliena jurisdictionis, quasi sit e us subditus ratione contractus vel delicti: debeat iudex simpliciter decernere quod fiat? an vero debeat praemittere summariam informationem de qualitate, in qua fundatur

¹³⁰ ejus jurisdictione? Et dicendum est, quod quandiu pars citata nihil opponit proculdubio valet citatio, & ratio illius procedi potest: si vero citatus negat praedictam qualitatem, quaestionis est, utrum iudex antequam cogat partem litem contestari debeat facere praedictam informationem summariam super veritate illius qualitatis, & sic cognoscere utrum sua sit jurisdictione? In * qua quaestione duae sunt opiniones contrariae. Prima est, quod debeat fieri ea summaria cognitio, per rex. c. si Clericus laicum de foro compet. & Doctrina gl. c. 1. verb. conservatores, ad med. de off. deleg. ib. 6. & hanc probat Bart. l. p. rescripti, n. 8. C. si contra jus Bald. hic l. lect. ad fi. Dom. c. 1. §. contrabente, nu. 7. de foro comp. in 6. & ibi Perus. n. 6. Pan. d. c. si Clericus laicum, col. pen. & ibi Fel. n. 3. asserit receptum & probat Alex. conf. 1. n. 8. l. 3. Jaf. l. cum quadam, §. fin. n. 2. supra, de jurisd. omn. jud. Curt. Jun. l. 2. nu. 32. supra, si quis in jus voc. Ant. de Math. de prorog. jurisd. n. 71. & plures quos refert Tiraq. l. 1. retract. §. 8. gl. 5. n. 19. Mins. in decis. camera, cent. 2. obj. 9. n. 1.

¹³³ Secunda * autem opinio contraria tenet, quod ad firmandam jurisdictionem Judicis citantis, sufficit in citatione exprimi causam, quae funder ejus jurisdictionem, quae habebitur pro vera, & probata, donec in processu constet de contrario: ac proinde à principio Judex non tenetur praemittere praedictam summariam cognitionem, & hanc probat Bart. sibi contrarius rep. l. 2. n. 7. sup. si quis in jus voc. & defendit Alex. ibi col. fin. & interdict Bart. in Extravag. ad reprimendum, verb. asseritur, & l. 1. in prin. supra, de dolo, Bald. Auth. off. ratur, n. 10. C. de lit. contest. Paul. Castr. l. cum quadam, §. fin. n. 5. sup. de jurisd. omn. jud. & ita in iudiciis praxi esse receptum asserit additio Cap. Thol. q. 210. & probant multi alii relati per Purpur. l. 1. n. 440. sup. de off. ejus, & Tiraq. l. 1. retract. §. 8. gl. 5. n. 18. & Mins. in dec. cam. cent. 2. obj. 9. à n. 3. Afferens ita saepius fuisse iudicatum, & latius comprobat Andr. Gail. pract. obser. l. 1. obser. 31. à n. 1. quibus adde Rijn l. pen. col. fin. C. de pat. & latus comprobat Andr. Gail. pract. obser. l. 1. obser. 31. à n. 1. quibus adde Rijn l. pen. col. fin. C. de pat.

¹³⁴ Et pro hac secunda opinione allegat text. quasi expressus, l. cum quadam, §. fin. sup. de jurisd. omn. jud. nec * satisfacit responsio Decii ibi ad fin. quod in eo textu agebatur de jurisdictione Judicis limitata, ut scilicet cognosceret de causis certae quantitatis, si igitur plus sit debitum, & minus petatur, ita ut includeretur in quantitate, in qua Judex habebat jurisdictionem merito valet iudicium, & attendi-

tur qualitas in libello expressa: quia licet actori videre debitum, & tantum partem illius potere, ut tradit Bart. l. in commodato, §. duob. sup. commodati, nam replicabitur, quod quamvis tex. ille possit recipere hunc sensum tamen & illum etiam recipere potest, quod si iudex habeat limitatam jurisdictionem, ut non cognosceret, nisi de causis excedentibus decem libras, & ultra, & cum uni tantum attentata veritate, quinque librae deberentur, ipse petit decem & ultra, Judex de actione in libello proposita cognoscere poterit: habito magis respectu ad quantitatem in libello expressam, quam ad quantitatem quae revera debebatur, ut advertit Alex. l. 2. col. fi. sup. si quis in jus voc. & secundum hunc sensum, bene probat communem conclusionem, pro qua etiam adducitur l. ordinata, inf. de l. caus. & autoritas gl. Clem. dispensatam, verb. usuris, post princ. de iud. Et retenta magis communi opinione, non obstant rationes pro contraria opinione adductae: nam ad primum de c. si Clericus laicum de foro compet. (omissis aliorum responsionibus) ego respondeo, quod secundum opin. multorum in eo text. continetur quoddam speciale privilegium, quod licet actor debeat sequi forum rei, tamen si Ecclesia vel Clericus petatur rem aliquam tanquam suam, & conventus fateatur rem esse Ecclesiae, vel Clerici, & tamen neget se illum teneri restituere Ecclesiae, vel Clerico, allegata aliqua causa iusta retentionis, cognitio illius causae ex speciali privilegio pertinet ad Ecclesiasticum. Si igitur laicus conventus neget rem esse Ecclesiae: & sic neget qualitatem, propter quam Ecclesiae, vel Clerico privilegium concessum est, debet de ea qualitate constare: ut cognitio pertineat ad Ecclesiasticum, Si autem causa expressa in libello fundaret citantis jurisdictionem secundum regulam juris communis, illa qualitas haberetur pro probata, donec de contrario constaret juxta communem opinionem quam defendimus & in terminis tradit Alex. l. 2. n. 19. ad fin. supra, si quis in jus voc. Er est ratio, quia qualitas fundata in aliquo privilegio debitor censetur quam fundamenta in jure communi, l. ejus militis, §. militia missus, infra, de mil. test. & in simili observat Croc. l. si in insulam, n. 24. & ibi Jac. Niger. n. 92. inf. de verb. oblig. observat etiam Alvar. c. 2. in prin. n. 11. de milite vasallo qui contumax est.

Ex quibus inferitur, quod si in terminis, d. c. si Clericus laicum, negetur qualitas, in qua fundatur dictum privilegium, oportet quod Ecclesiasticus praemittat summariam cognitionem: super veritate praedictae qualitatis: quod tenet Pan. ibi, col. pen. Maria. n. 11. & n. 13. & Fel. n. 5. quis asserit receptum, & Curt. Jun. l. 2. n. 34. sup. si quis in jus voc. vel etiam Ecclesiasticus statim remittet causam ad iudicem secularem, cum non constet de qualitate propter quam praedictum privilegium fuit concessum Ecclesiae, & Clericis, ut verba d. c. Clericus laicum, magis videntur significare, & ibi tenent Ant. n. 9. And. Sic. ad fi. & pro constanti tenet Alex. l. 2. col. fi. sup. si quis in jus voc. & late probat Andr. Sic. conf. 50. col. 3. l. 1. & probat ord. Portugalliae l. 2. tit. 1. §. novae recopilationis.

Inferitur etiam quod si Ecclesia, vel Clericus allegarent causam: quae secundum jus commune fundaret intentionem agentis, ut quia allegaret sacrilegium fuisse commissum: nam etiam si negaretur per conventum ea qualitas, tamen Ecclesiasticus in causa procedet. Innoc. receptus in c. cum sit, in fi. de foro compet. & probat ordinatio Portugalliae, d. l. 2. tit. 1. §. 6. Si vero postea ex processu causae constet, qualitatem expressam in libello non esse veram, nec probatam, pronuntiabit Ecclesiasticus.

- cus se esse incompetentem ad cognoscendum de ea causa, & illam remittit ad secularē condemnando Clericū in expensis *Affli. dec. 297. Ant. de Mat. de prorog. jurisd. n. 71. Minf. in dec. cam. cen. 2. obs. 7. n. 4. probat ordin. Portug. l. 2. tit. 1. §. 5. & §. 6. nov. recopilationis.*
- 148 Non obstat etiam doctrina gl. a. i. verb. *conservatores, ad med. de off. de leg. in 6.* quia loquitur, quando jurisdictione limitate concessa est, in causis certae qualitates: nam si negetur hæc qualitas imprimis debet de ea constare ut Judex certus sit in ea causa sibi competere jurisdictionem, ut est necessarium juxta doctrinam Bar. receptam. *l. multum intereſt, in fi. de cond. & dem.* Nos autem loquimur, quando jurisdictione ordinaria, vel delegata simpliciter concessa est: nam si tunc in libello exprimat qualitas fundans jurisdictionem Judicis secundum regulas ordinarias, etsi negetur hæc qualitas tamen Judex interim poterit procedere juxta communem quam defendimus, ad quam quinque limitationes assignat And. Gail. *pract. obs. l. 1. c. 31. d. n. 3.*
- 149 Et ex ea inferitur elegans explicatio ad nostrum textum, dum præsupponit, quod si citatus neget, se esse de jurisdictione citantis, antequam Judex in causa procedat, debet videre, utrum sua sit jurisdictione; hoc enim procedet, quando citatio facta est simpliciter nulla expressa causa, sed quasi subditus esset citatus: nam si in citatione expressa esset causa, quæ fundaret intentionem citantis secundum reg. juris communis, non obstante negatione partis, Judex in causa præcedet communem opinionem, supra relatam
- 150 Ex quo inferitur, quod si prætor citaret aliquem alienæ jurisdictionis, & tamen expressa causa, quæ si vera esset, fundaret jurisdictionem citantis, secundum regulas juris communis ut quia esset expressum, quod in territorio suo contraxit, vel deliquit, non procedet, id, quod præsupponit text. sed non obstante negatione partis, postest interim procedere:
- 151 Similiter citaret legatum expressa causa, quod esset finita legatio: non obstante negatione legati, interim in causa postest procedere, juxta supra tradita expressè *Alex. l. 2. n. 18. sup. si quis in jus voc. non ierit.* Et hæc satis in materia hujus text.

L. si quis posteaquam, ff. de Jud.

SUMMARI A.

- 1 Proponitur in hac tex. reg. notabilis, quod si quis, posteaquam fuerit in jus vocatus ad causam, mutavit forum, non est remittendus ad novum forum, sed coram primo Judice tenetur causam proseguere.
- 2 Cum ordinarii sint pares in jurisdictione, præfertur ille, qui prevenit.
- 3 In hac materia pro regula generali constituitur, quod in causa pari, is qui prevenit, præfertur.
- 4 Prædicta reg. locum sibi vindicat etiam in judicio summario, & executio.
- 5 Item in retractu competentis ratione consanguinitatis.
- 6 Si sint plures Judices, habentes jurisdictionem cumulativè, & in solidum, is qui prevenit in causa, est in cognitione illius præferendus, ita ut alii non possint in ea se intromittere.
- 7 Quæ regula procedit in diversis Judicib. diversam jurisdictionem habentibus.
- 8 Licet non consideretur præoccupatio jurisdictionis ante sententiam, quando coram diversis Judicibus non petitur idem, sed diversum: tamen si coram diversis Judicibus idem petitur ex eadem causa per citationem dicitur præventa jurisdictione.
- 9 Si quis fuerit citatus ad causam per minorem Judicem tunc non dicitur præoccupata jurisdictione per citationem minoris Judicis.
- 10 Impugnat proximam collectionem, & non esse veram ostendit.
- 11 Respondet decisioni legis contra pupillum, §. fin. in-

- fra de re judicata, & de ejus intellectu ibidem agit.
- 12 Quando fuerit dubium coram quo tribunali præventa fuerit jurisdictione, præsumitur pro majori tribunali.
 - 13 Si constat illum qui præst. minori tribunali præoccupasse jurisdictionem, is ratione præventionis de ea causa cognoscet, nec ad Judicem majoris tribunalis remittet.
 - 14 Quomodo reformanda sit ratio assignata ad conclusionem hujus tex. de qua n. 2.
 - 15 Opinio Camilii Vistarini, quando admitti potest, de qua n. 5.
 - 16 Is qui minorem habet jurisdictionem, eam recognoscit à majori illo Judice qui potest vetare, ne in causa judicet, præoccupatio hoc casu nihil operari potest.
 - 17 Princeps supremus causam motam coram inferiore ad se advocare potest.
 - 18 Qui vocatus fuerit coram ordinario, ut compareat, & citatus, postea impetruit certos Judices ad cognoscendum de ead. causa, nihilominus ordinarius perfertur.
 - 19 Secunda impetratio non facta mentione de præventionem facta per ordinarium censetur subrepticia.
 - 20 Regula de qua proxime in legatio raro procedit, & ibi ponit exemplum.
 - 21 Præoccupatio facta ratione rescripti subreptitii nihil operari potest.
 - 22 Incipit tractare per quos actus dicatur præventa jurisdictione.
 - 24 Ante litem contestatam proprie non dicitur judicium captum.
 - 25 Postquam intervenit citatio dicitur litem pendere.
 - 26 Citatio est fundamentum jurisdictionis contentioſe, & per illam futurum judicium firmatur.
 - 27 Quod procedit etiam si citatio non sit præsentata Judici.
 - 28 Ut per citationem dicatur præventa jurisdictione, non exigitur quod citatio sit generalis ad totam causam, sed sufficit quem citari, ut veniat comparandum in causa.
 - 29 Explicatur l. cum quadam, in principio, supra de jurisd. omnium Judicum, ex qua movet rationem dubitandi.
 - 30 Respondet ad dictam rationem dubitandi, & de intellectu dicta l. cum quadam late agit.
 - 31 Ex verbis facti contingentiæ referentibus, non est licitum arguere, maxime quando in jure contrarium invenitur expressum.
 - 32 Ut per citationem dicatur præventa jurisdictione, oportet quod citatio sit executiva, hoc est, quod cum effectu pars fuerit citata ad comparandum, aliis mandatum de citando dicitur, & non citatio.
 - 33 Jurisdictione delegati censetur perpetua per citationem.
 - 34 Item dicitur perpetua per solam commissionem de citando.
 - 35 Constituit differentiam inter præventionem jurisdictionis, & inter perpetuationem illius.
 - 36 Præventio requirit citationem cum effectu, & quæ pervenerit ad notitiam citati, ad perpetuationem autem jurisdictionis, sufficit præceptum de citando.
 - 37 Præventio respectu partis non inducitur, nisi per actum executivum in persona illius, qui citatur tanquam persona subdita.
 - 38 Perpetuatio jurisdictionis inducitur per actum, per quem Judex videatur uti jurisdictione sibi commissa.
 - 39 Præceptum de citando inducit perpetuationem, quia qui decernit citationem satis videtur uti jurisdictione sibi commissa.
 - 40 Præceptum de citando censetur quedam sententia interlocutoria, ac ob id merito per illud censetur perpetuata jurisdictione delegati, quod verius & receptius esse concludit.
 - 41 Repræbat opinionem illorum Doctorum quos recuset, qui putant ad perpetuandam jurisdictionem ordinariam esse, quod citatio sit executiva.
 - 42 Approbat distinctionem quam præstitit sup. n. 36.
 - 43 Ad effectum præoccupacionis jurisdictionis omnino est necessaria citatio executiva, & non sufficit alius actus antecedens prædictam citationem.
 - 44 Explicat tradita per Rotam decis. 9. n. 3. de dolo & contumacia, in antiqui.

45 Per

- 45 Per præsentationem literarum non videtur præventa jurisdictione, cum per solam citationem executam inducatur, & ibi ponit exemplum.
 - 46 In rescriptis præsentatis debet attendi tempus data & non præsentationis rescripti.
 - 47 Per Constitutionem Innocentii observatur, quod is auditor Rotæ præferatur in cognitione, cui prius literæ fuerunt præsentate, quod in aliis officialibus etiam Romanis locum non habet.
 - 48 Neque etiam dicta Constitutio Innocentii locum habebit, quando est controversia inter ordinarios, & Auditores Rotæ, tunc non solum per citationem executam censetur præventa jurisdictione, & non sufficit præsentatio literarum.
 - 49 Licet Judex inquisitionem faciat scribi in actis, non ob id dicitur præventa jurisdictione, magis non videtur adesse voluntas preveniendi quam vera preventio.
 - 50 Nec sola libelli productio, vel inquisitio scripta in actis præventionem inducit.
 - 51 Nec per examinationem testium factam ad informationem Curie, dicitur præventa jurisdictione.
 - 52 In criminalibus preventio consideratur, & tamen per solam inquisitionem non dicitur præventa jurisdictione, quod ibidem expendit.
 - 53 Inquisitio facta sine citatione partis dicitur nulla, & de facto est revocanda etiam non citata altera parte.
 - 54 Examinat proximam resolutionem, utrum procedat in inquisitione generali, vel in speciali, & semper citationem ad præventionem necessariam esse concludit.
 - 55 Contra inculpatores in generali inquisitione, & postea formanda inquisitio specialis, & sic tunc necessaria est specialis citatio.
 - 56 Explicat tradita per Guilielmum cap. Raynutius verb. & uxorem decis. 5. n. 17.
 - 57 Explicat etiam tradita per Julium Clarum in praxi criminali, §. fin. q. 38. n. 28.
 - 58 Dicta n. 59. procedunt, quando inquisitio facta est ut delictum puniatur, & aliud erit dicendum, si facta fuerit ad informationem Curie.
 - 59 Per eam citationem dicitur præventa jurisdictione, quæ sit ad respondendum in causa, nam si fiat ad alium effectum, non dicitur præventa jurisdictione.
 - 60 Item citatio debet esse legitima, & valida, alià cum nulla sit per eam non dicitur præventa jurisdictione.
 - 61 Citatio minus legitima proprie non dicitur citatio, idem nullum debet producere effectum.
 - 62 Ut per citationem videatur præventa jurisdictione, oportet quod illa sit decreta ad requisitionem partis, aliàs non dicitur legitima.
 - 63 Item quod fiat de mandato Judicis, nam aliàs non censetur legitima.
 - 64 Item oportet fieri dicta citatio de mandato Judicis competentis, aliàs non est legitima, nec ardeat citatum.
 - 65 Ultimo quod in citatione exprimat causa, ad quam citatur.
 - 66 Examinat utrum per citationem realem, hoc est, per capturam personæ dicatur præventa jurisdictione, & affirmativè respondendum putat.
 - 67 Citatio per capturam personæ fortior est quam verbalis.
 - 68 Examinat dictum Angeli, Aretini, tract. malef. verb. Judex commisit n. 14. ad quæst. utrum si unus Judex pervenerit citando verbaliter, & aliter Judex realiter delinquentem, quis prævalere debeat.
 - 69 Refert Doctores qui tenent Judicem qui realiter delinquentem capit post verba citationem alterius in cognitione delicti esse præferendum.
 - 70 Refert Doctores qui contrariam opinionem sequuntur.
 - 71 Respondet ad similitudinem Doctorum de quib. n. 69.
 - 72 Declarat quomodo sit intelligendus Bal. auth. sed novo jure, n. 9. C. de servis fugitivis.
 - 73 Pro concordia opinionum amplexatur resolutionem Mariani in c. pen. num. 22. ad medium, de foro competentis.
- Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis,

- 74 Addit resolutioni Mariani, ut intelligatur quando captura personæ fuit facta legitime, aliàs non potest operari effectum præventionis.
- 75 Ad capturam semper debet præcedere aliqua informatio delicti commisi, ut saltem de eo constet per aliqua indicia, aliàs captura non dicitur justa, nec legitima.
- 76 Sine dicta informatione, Judex in causa criminali ad nullum actum potest procedere, etsi procedat non dicitur præventa jurisdictione, inò captus illico pristina libertati restituetur.
- 77 Quod etiam procedit si captus fuerit in alieno territorio cum tunc minime legitime videatur captus, & per realem capturam non dicitur præventa jurisdictione.
- 78 Explicat traditionem Ang. de maleficiis, verba Judex, num. 15.
- 79 Quando Judex originis procedit per accusationem poterit laus delinquentem accus. coram Judice orig. si velit.
- 80 Judex originis vel domicilii non potest procedere per viam inquisitionis contra delinquentem pro delicto commisso extra territorium prædictarum.
- 81 In criminalibus dicitur præventa jurisdictione, si quis coram Judice constituitur delictum, licet adhuc non sit formatus processus, nec facta sit inquisitio de delicto.
- 82 Exceptio de præventa jurisdictione, cum sit declinatoria à parte ante litem contestatam proponenda est, nam si taceat valebit iudicium.
- 83 Assignat secundam limitationem ad hunc text.
- 84 Remedium inquisitionis, etiam generaliter permissum per statutum censetur remedium extraordinarium, ac proinde si pars veniat ad accusandum, quod est remedium ordinarium, facit cessare extraordinarium.
- 85 Superveniente accusatore censetur inquisitio extincta & pariter debet censeri extincta preventio ratione illinc facta.
- 86 Lasso non potest denegari licentia accusandi delinquentem quomodo velit.
- 87 Fiscali constitutio ad denuncianda, & accusanda crimina, si superveniat accusator, cessat officium fiscalis.
- 88 Si probetur vere, vel præsumtivè quod in præventionem intervenit fraud, ut delinquentes evitarent majorem penam, si coram certo Judice accusaretur, nihil proderit preventio, & poterit coram alio Judice accusari, vel inquiri.
- 89 Si quis procuraverit accusare in loco originis, ve domicilii quia in dictis loci non bene poterat probare delictum, hæc preventio nihil ei proderit.
- 90 Præventio prodest tantum quoad causam specialem, de qua principaliter agebatur, non autem quoad causam distinctam, & ibi ratio assignatur.
- 91 Citatio restringitur ad causam in ea expressam.
- 92 Præventio non potest dici facta, nisi in ea causa speciali pro qua facta fuit citatio.
- 93 Tradit ad probandam conclusionem de qua num. 90. exemplum de quo *Affli. decis. 10. n. 2.*
- 94 Item ad eundem effectum tradit aliud exemplum ex *Mariano c. penult. n. 26. de foro competentis.*
- 95 Refert Joannem Baptistam l. omnes Populi, n. 19. sup. de iustitia & jure, impugnantem conclusionem, n. 90. quem tamen reprobatur, & illius fundamentis respondet.
- 96 Judex præparatorii debet esse Judex præparati.
- 97 Respondet ad primum argumentum & in quo sensu accipiendum sit, declarat.
- 98 Refert opinionem Mariani dict. cap. penult. n. 26. de foro competentis, & consil. 41. nu. 5. lib. 1. circa quem Judicem teneatur dissimans respondere.
- 99 Contrarium tamen verius esse existimat, si dissimans habet plures Judices competentes, coram quibus possit docere de jure suo intra constitutum tempus.
- 100 Electio Judicis hoc casu est Actoris, & non potuit esse in potestate rei, vel primi Judicis privare dissimantem jure eligendi Judicem.
- 101 Quod adeo verum est, ut quamvis coram uno Judice citetur, adhuc potest eligere alium Judicem competentem.

12

tentem.

102 *Actus qui iure communi potest unum ex iudicibus competentibus Reiffiffmati eligere, quamvis coram uno fuerit prius citatus ad agendum, poterit nihilominus pars eligere coram quo de iure suo doceat.*

103 *Preventio in hoc articulo cum operabitur effectum, ut alter iudex non possit Actori diffamanti eandem comminationem facere cum predicta comminatione perpetui silentii.*

104 *Si dubitetur in casu confinio duarum Civitatum delictum verè fuerit commissum, tunc ratione dubii qualibet civitas potest procedere contra predictum delinquentem.*

105 *Refert Doctores qui contra hanc conclusionem tenent quos tamen non approbat, & illorum fundamenta respondet.*

106 *Quando ex uno facto resultat plurimum offensio tot censentur delicta, quot sunt offensa, ac proinde quilibet potest agere ad penam in solidum.*

107 *Isto casu cuiuslibet Civitatis territorium videtur lesum per delictum.*

108 *In diversis delictis sive offensa, non potest considerari preventio.*

109 *Conclusio de qua n. 104. etiam locum habebit, quando delictum sit commissum in loco communi duarum Civitatum.*

110 *Secundam notabilem conclusionem e. hoc tex. colligit quod preventus per citationem non tenetur causam persequi coram Iudice, qui prius illum citavit, etiam si post predictam preventionem forum mutaverit, & etiam conditionem persona.*

111 *Que conclusio procedit, quod etiam si propter mutationem acquisivit aliquod privilegium nihil ei proderit, quoad causam in qua preventa fuit iurisdictio.*

112 *Resoluta in hac conclusione est precipuus effectus, quem producit preventio iurisdictio.*

113 *Limitat predictam conclus. non procedere in scholari.*

114 *Limitat secundò, quando quis proprio facto, & voluntate mutavit statum, vel ad ejus postulationem Principi concessit ei hanc status mutationem, & ibi tradit exempla.*

115 *Unusquisque potest uti privilegio motu proprio Principi ei concessio, non obstante regul. hu. us. text.*

116 *Si quis rogatus fuerit per Principem, vel Rempubl. aliquid gerere officiam, utetur privilegio ei annexo, etiam quoad causas jam pendentes.*

117 *Refert Doctores qui hanc receptam limitationem impugnant.*

118 *Adducit contra d. limitationem text. in presenti.*

119 *Miles à communiter accidentibus invitatus cogitur militare.*

120 *Privilegium impetratum lite pendente nihil prodest non facta mentione litis pendentie.*

121 *Quod procedit etiam si privilegium motu proprio Principis fuerit concessum.*

122 *Teneat hanc ultimam opinionem defendere, de qua n. 117. & ad argumenta magis de qua n. 114. respondet.*

123 *Respondet ad l. si quis post quemquam, supra, si quis cautionibus.*

124 *Respondet secundò ad l. idem Ulpianus §. infra. de excusatione tutorum.*

125 *Quando non agitur de magno preiudicio tertii satis est constare de certa scientia Principis, ut l. contrarie videtur derogatum.*

126 *Quod procedit etiam si clausula ex certa scientia, non sit expressa.*

127 *Item nec est necessarium exprimere clausulam non obstante, quia ea tunc exprimens est, quando agitur de magno tertii preiudicio.*

128 *Ostendit dictam l. idem Ulpianus ad terminos nostre questionis adaptari non posse.*

129 *Respondetur item ad l. non distinguemus §. it. si qui Roma supr. d. receptis arbitrii, & procedit distinctionem.*

130 *Rationem differentie assignat. (quando.*

131 *Respondetur ad l. si reus infra iudicatum solvi.*

132 *Tendat defendere magis communem traditionem, de qua à n. 114. & ad rationes contra eam adductas respondet.*

133 *Respondet ad rationem adductam ex hoc text. contra magis communem.*

134 *Miles tantum voluntarius est eligendus.*

135 *Pro regula constituitur in hac materia, quod privilegium militie non prodest quoad causam in qua preventa est iurisdictio.*

136 *Quid in milite eo actu dicendum.*

137 *Respondet ad secundam rationem deducta contra magis communem ex Hostiens. c. causam que, el. 2. de testib.*

138 *Clausula motu proprio, licet tollat surpectionem, non tamen validat gratiam in preiudicium tertii.*

139 *Si officium motu proprio fuerit concessum privile. illi annexum proderit etiam quoad causas jam pendentes.*

140 *Tradit concordiam ad has opiniones ex Aretin. c. ad causam, el. 2. n. 9. de testibus.*

141 *Dictam concordiam Aretin. maxime laudat & amplectam dicit.*

142 *Ostendit in terminis nostri text. non habere locum communem opinionem supra relatam.*

143 *Quando per privilegium non permittitur jus partis, quoad eam causam, sed tantum suspenditur, vel differtur in jus partis, non obinet locum reg. hu. us. text.*

144 *Reddit rationem proximè resolutionis.*

145 *Dilatio que conceditur alicui ratione officii publici, quod gerit, valida censetur etiam si forsitan diu durare possit.*

146 *Extra terminos de quibus hic, dilatio que diu est duratura concedi non solet.*

147 *Dilatio excedens quinque annos invalida censetur.*

148 *Ex distinctione Aretin. de qua n. 140. colligit intellectum ad l. si reus, infra, iudicatum solvi.*

149 *Cautio de iudicatio solvendo licet prestanta sit antequam lis contestata, tamen non prestat. nisi post citationem.*

150 *Verba dict. l. si reus, debent accipi in genere, ut scilicet magistratus indiffinitè non possint in jus vocari, neque in iudicio conveniri.*

151 *Propone argumentum Lancel. Decii in l. pars literarum, ad finem, infra eodem, & eius ponderationem contra nostrum text. quam tamen rejicit.*

152 *Respondet ad responsionem Lancel. Decii de qua proponitur.*

153 *Assignat veram responsionem ad d. l. si reus. (ximè.)*

154 *Quando dispositio respicit usum, & exercitium cause comprehendit usura & exercit. futurum, quantumcumque; causa illa à preterito pendat, & ortum habeat.*

155 *Proxima resolutio est maxime notanda ad ordinationem Portugallie, lib. 3. tit. 9.*

156 *Adducit conclusionem que deducitur & probatur ex dict. l. si reus.*

157 *Exceptio declinatoria fori competens principali non communicatur, nec prodest e. us. fideiussori.*

158 *L. si reus ea ratione procedit, quod privilegium competens ratione magistratus est personale, & ideo nihil prodest fideiussori.*

159 *Qua ratione procedat l. qui autem, in principio, supra si quis cautionem.*

160 *Respondet ad l. si is quib. supra. si quis cautionibus, ubi privilegium principalis prodest fideiussori.*

161 *Culpa imputatur fideiussori, qui non curavit principalem renuntiare suo privilegio prout poterat, quod etiam in fideiuss. re magistratus dicendum est.*

162 *De causa civili ad criminalem valet argumentum.*

163 *In causa civili nihil prodest privilegium superveniens, quoad causam jam preventam, quod idem in causa criminali recipiendum est.*

164 *Expendit in contrarium text. in presenti.*

165 *Refert responsionem Angeli hic n. 4. ad dictam expositionem text. quam tamen reprobat.*

166 *Adducit intellect. Oldradi quem ut veriorè sequitur.*

167 Magistra

167 *Magistratum militum non tenetur remittere delinquentem ad iudicem, qui delicto alio per eum commisso prevenerat iurisditionem, antequam illum puniat de eo novo delicto militari.*

168 *Si proponatur militem, non voluntarium, sed contractum esse, tunc cum nullum delictum commisit, à cessante ratione, de qua n. 166. ad iudicem qui prevenit iurisditionem remittetur.*

169 *Si miles postquam miles effectus fuit, crimen aliquod committit, poterit pro eo conveniri coram magistrato militum.*

170 *Miles censetur habere domicilium in loco, in quo meretur stipendia.*

171 *Agit de intellectu. l. bos accusari. §. hoc beneficio, infra de accusationibus.*

172 *Quando nomen alicujus fuit receptum inter reos, magistratus creati non potest.*

173 *Exponit terminos in quib. proprie loquitur ad dict. l. bos accusari, §. hoc beneficio quem tex. intelligit procedere, quando diversa persona reperitur ad accusationem.*

174 *Licet quis commiserit delict. & antequam pro eo crimine accusaretur fuit electus in magistrat. valebit electio.*

175 *Pro delictis commissis ante magistratum, licet, quis mero iure accusari possit, tamen opposita exceptione magistratus obtinebit, quod superjedeatur in accusatione contra eum.*

176 *Accusatio superveniens non potest impedire privilegium magistrati concessum tempore habili.*

177 *De quo tamen privilegio magistratus opponere debet antequam ejus nomen sit receptum inter eos.*

178 *Declarat quomodo sunt explicandi D. flores, qui dicunt, quod accusatus potest uti privilegio superveniente, prout in causa civili.*

179 *Supra dicta procedunt in terminis juris communis, in Regno vero Portugallie contrarium observatur per ordinationem, lib. 3. tit. 9.*

180 *De iure dicti Regni pro delictis commissis ante magistratum durante officio accusari quis potest.*

181 *Item de iure dicti Regni, nec eis prodest privileg. magistratus superveniens, quoad delicta ante commissis.*

182 *Si reus citatus non compareat in iudicio, sed contumaciter se absetnet exceptio preventionis, ei non proderit & coram alio Iudice valide conveniri poterit.*

183 *Reus opponendo de preventionem non debet audiri apud Iudicem, qui eum citavit, nisi prius resectis expensis, & de fortiori nec remitti.*

184 *Contumax eadem ratione non potest allegare in suum favorem reg. legis ubi ceptum infra eodem.*

185 *Ut proxima resolutio locum habeat, oportet actorem accusare absentiam contumacis.*

186 *Examinat illam questionem, utrum si reus contumax offerat expensas litis, & omne damnum, quod actor passus est propter illius contumaciam, utrum audiatur opponens de reg. hu. us. legis.*

187 *Refert Doctores qui affirmativam partem sequuntur.*

188 *Refert idem qui negativam partem tenent.*

189 *Tradit concordiam ad has opiniones.*

190 *Reprobat dictam concordiam.*

191 *Contumax ad purgandam moram non tenetur actori offerre damna & expensas, sed satis est, quod eas offerat in iudicio.*

192 *Si contumax ex iussu Iudicis damna & expensas non offerat ex officio, cum non audiat Iudex.*

193 *Approbat secundam opinionem, de qua n. 188.*

194 *Contumacia rei non potest actori preiudicare in iure sibi iam quæsito.*

195 *Resoluta n. 194. locum habent, si primus Iudex sponte sua petat fieri remissionem rei contumacis ad suum iudicem, nam invitatus non cogetur.*

196 *In Regno Portugallie etiam lite non contestata, proceditur contra contumacem ad iussu Iudicis, & cum absentia nullam moram offerat liti, nec damnum*

actori, cessat dispositio legis sancimus, Cod. de iud.

197 *Si actor voluerit uti remedio predictæ Ordin. & velit de iure communi procedit contra contumacem, tunc contra eum inducitur, dict. l. sancimus.*

198 *In Regno Portugallie si reus citatus comparuit, & propter contumaciam actoris, qui non apparuit, reus fuit absolutus, non audietur iterum actor nisi prius solutis expensis.*

199 *Quando ille qui mutavit forum simul mutavit statum & conditionem persona, ut quia de laico factus est Clericus non obstante preventionem, facta per Iudicem secularem coram Ecclesiastico conveniendus est.*

200 *Impugnat dictam conclusionem & contrarias opiniones auctoris refert.*

201 *Ad veram dictæ conclusionis resolutionem tres in proposito constituit conclusiones.*

202 *Prima est, si quis post contractum celebratum, & antequam pro eo ad iudicium vocaretur, effectus sit Clericus, debet pro eo contractu coram Iudice Ecclesiastico conveniri.*

203 *Secunda, si agatur de causa civili & laicus fuit citatus per Iudic. secularem, & is post citationem effectus sit Clericus tenebitur litem persequi coram seculari qui prevenit.*

204 *Clerici in minoribus etiam si non sit preventa iurisdictio, tenebitur respondere coram Iudice seculari, ut in Regno Portugallie.*

205 *Idem in Regno Hispania.*

206 *Agit de interpretatione Ordin. Portug. lib. 2. tit. §. 27. qua concordat cum c. unico, de Clericis conj. in c. Clerici conjugati in minoribus constituti in causa civili tenetur coram Iudice laico respondere.*

208 *Dicta Ordin. discrepat à iure communi dum censet, id observandū esse in Clericis in minoribus non conjugatis.*

209 *De iure communi Clericis in minoribus etiam non deferentibus habitum, nec tonsuram conceditur privilegium fori.*

210 *Dicta Ordin. Portug. salvari potest ex vi consuetudinis immemorialis.*

211 *Consuetudo quod Clerici in sacris conveniantur coram seculari non valet.*

212 *Consuetudo ut Clerici in minoribus conveniantur coram seculari valet.*

213 *Generali consuetudine receptum est, ut Clerici in minoribus respondeant in causa civili coram seculari.*

214 *Tertia si agatur de causa criminali etiam si preventa fuerit iurisdictio laici, qui postea efficitur Clericus, non obstante preventionem ad Iudicem Ecclesiasticum remittendus est.*

215 *Refert quo casu predicta conclusio potest admitti, scil. quando quis post delictum commissum, & tamen ante creationem verbalem est effectus Clericus.*

216 *Si post preventam iurisditionem quis factus sit Clericus, accusandus est coram seculari, nec est remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum.*

217 *Quando secularis cognoscit de crimine à Clerico commisso, antequam factus esset Clericus, solam per eum debet fieri condemnatio & executio in pena pecuniaria, non autem in persona Clerici, que iure Divino est exempta à iurisditione seculari.*

218 *Iudex secularis hoc casu magis dicitur Iudex causa Clerici, quam Iudex persona illius, & sic non poterit capere personam Clerici, nec illū punire, nec torquere.*

219 *Quod dictum num. 215. limitatur, nisi verè, vel presumptivè constet in fraudem se fecisse Clericum, tunc etiam etiam cessante preventionem coram seculari conveniendus est.*

220 *Privilegium acquisitum in fraudem nil prodest acquirendi, ne alius ex fraude sua omnimodum reportet.*

221 *Quomodo debeat declarari Ordin. Portug. lib. 2. tit. 1. §. 21.*

222 *Cum Clerico non obstante fraude imprimatur character, & ille verus sit Clericus, non poterit con-*

- 223 demari in pœna corporali, ſed tantùm in bonis. Clericus duo conſequitur privilegia, ſcil. privileg. im fori, & privilegium c. ſi quis ſuadente, 17. queſt. 4.
- 224 Quamvis per fraudem commiſſum Clericus amittat privilegium, non tamen amittit privilegium prædicti anoniſ, facilius enim primum privilegium amittitur, quam ſecundum.
- 225 Quid in his terminis obſervandum ſit in Clerico conjugato remiſſivè.
- 226 Quando ratione præventionis cauſa retinetur pœnes ſecularem, poterit eam retineri ratione fraudis præſumptæ.
- 227 Qui poſt citationem ratione delicti, vel etiam poſt diffamationem delicti commiſſi eſſicitur Clericus, præſumitur quod in fraude id fecerit.
- 228 In his terminis licet ordinatus contra hanc præſumptionem p. obei in fraude non fuiſſe ordinatum, tamen ratione præventionis coram Eccleſiaſtico reſpondebit.
- 229 Quando iuriſdictio præventa non eſt, nec Clericus accuſatus, vel diffamatur de delicto commiſſo, tunc præſumitur frans, niſi clare probetur.
- 230 Si accuſatus vel diffamatus de delicto commiſſo fuerit ordinatus, frans præſumitur, ſi tamen contrariù clare probetur, cauſa agatur coram Eccleſiaſtico.
- 231 Bulla Alexandri VI. nec Concl. Trident. aliquid in prædictis emendaverunt, vel mutaverunt.
- 232 Refert opinionem Alvari Valaſc. conſultatione 48. n. 7. circa hanc materiam, & intellectum Ordin. Portugaliæ lib. 2. tit. 1. §. 4.
- 233 Opinionem Vallæſc. falſam eſſe probat.
- 234 Ordinationes Portugaliæ facile non debent recedere à receptis opinionibus juris communis.
- 235 Agit de intellectu Ordin. Portug. lib. 2. tit. 1. §. 4. quam in hac materia latè expendit.
- 236 Proxima Ordin. concordat cum communibus traditionibus juris.
- 237 Etiam ſtante dicta Ordin. ſi non fuerit præventa iuriſdictio, & conſtet verè, vel præſumptivè aliquem in fraude ordinem recepſiſſe, adhuc ſecularis poteſt de crimine cognoſcere modo, de quo n. 217.
- 238 Supra dicta impugnat ex ord. lib. 1. tit. 2. §. 1.
- 239 Reſpondet ad dictam ordinat. & eam declarat.
- 240 Reſcit etiam traditionem Vallæſc. conſultatione 45. n. 7. ad finem, & prædictam opinionem falſam eſſe oſtendit.
- 241 Clericus ſuperveniens, poſt condemnationem legitime factam in iudicio ſeculari, minimè ordinato prodeſſe poteſt.
- 242 Poſt condemnationem clericatus non reperit hominænam liberam, & ſui juris ſed condemnationem ad nam corporalem, & idèd ei prodeſſe non debeat.
- 243 Si poſt captum laicam per ſecularem ille eſſicitur Clericus, poterit ſecularis adverſus eum procedere ad condemnationem criminatè. & ratio ibi traditur.
- 244 Reſpondet ad fundamentum Vallæſc. deductum in dorân. lib. 2. tit. 1. §. 4. quam declarat.
- 245 Secularis poteſt cognoſcere de Clerico aſſiſino etiam quoad pœnam corporalem.
- 246 In caſibus in quibus ſecularis non poteſt criminaliter cognoſcere, ſi tamen delictum Clerici ſit enormiſſimū, ita ut pro eo debeat criminaliter, & ſe verè puniri poteſt ſecularis requirere Eccleſiaſticū, ut cum degradat. & tradat curia ſeculari, ut poſſit condigne punire.
- 247 Refert contrariæ opinionis auctores, & rationes ab eis adductas.
- 248 Degradari tantùm permittitur, quando accuſatio ſi coram Ec. leſiaſtico, & eſt crimen enormiſſimum.
- 249 Ad ſolam requiſitionem ſecularis Clericum non debere degradari per Judicem Eccleſiaſticum verius exiſtimet.
- 250 Secularis tenetur remittere Clericum hoc caſu ad Judicem Eccleſiaſtic. & Eccleſiaſticus ſi enormitas criminis id exigat, poterit eum degradare ex officio, &

- trudere curia ſeculari, ut eum criminaliter puniat.
- 251 Si Eccleſiaſticus iuraverit Clericum non eſſe tradendum curia ſeculari, non poterit ſecularis contra eum procedere criminaliter, quaſi non condigne in eo foro fuerit punitus.
- 252 Supra dicta procedant in Clerico, in ſacris, ſecus in Clerico in minoribus.
- 253 Clericus in minoribus ſi gravia crimina committat, poteſt pro illis criminaliter puniri abſq; ulla degradatione Judicis ſecularis: quod ex conſuetudine procedit.
- 254 Clericus in minoribus ſi condigne ab Eccleſiaſtico non puniatur, poterit ſecularis contra eum procedere ad imponendam pœnam condignam delicto, etiam ſi degradatio facta non ſit.
- 255 Proxima conſuſio eſt maxime notanda ad ordinationem Portugaliæ, lib. 2. tit. 1. §. 4.
- 256 Semota conſuetudine attempo jure communi, non poteſt ſecularis procedere contra Clericum in minoribus niſi prius facta ſit degradatio per Eccleſiaſticum.
- 257 Jure communi Clericus in minoribus non admittit privilegium fori, etiam ſi ſine habitu & tonsura incederet, niſi ter monitus ab Epifcopo ei non paruit.
- 258 Refert opinionem Julii Clar. S. final. queſt. 364. & n. 19. circa Clericum in minoribus, qui tempore capture in habitu non invenitur.
- 259 Refert dictum Bald. l. 1. n. 4. Codice, an ſervus ex ſuo factio, quod latè examinat.
- 260 Oſtendit tradita à Jacobino hic nu. 10. eſſe contra mentem Baldi proxime.
- 261 Refert opinionem Jaſon. l. cum quedam, n. 11. ſupra, de iuriſdictione omn. iudicium, tenentem, quod ſi qui ante delictum commiſſum fecerit votum de ingrediendo Religionem, propter illum votum cenſetur Religioſus, & idèd per ſecularem puniri non poteſt.
- 262 Hoc caſu jramento voventis ſtari debet, cum abſus voventi pendeat à ſolo animo voventi.
- 263 Proximam conſuſionem n. 261. communem eſſe & in præxi obſervandam tradit ex Viſito.
- 264 Proximam reſolutionem 261. uſque ad 163. reprobat, & Doctores contrarium tenentes adducit, & ad fundamenta Jaſon. reſpondet.
- 265 Cum adverſus committentem delictum ſit præſumptio doli non ſtabitur jramenti partis, cui oblat præſumptio juris communis.
- 266 Dicitio iuramenti ſolum ſtatuitur, quando agitur de modico præjudicio alterius partis, ſecus ſi de magno.
- 267 Quando agitur de delicto condigne puniendo, agitur de magno Reip. detrimento.
- 268 Exponit dictum Baldi, de quo ſupra n. 159. in quo ſenſu admitti poteſt rejectis aliorum traditionibus.
- 269 Reſpondet Vallæſc. conſultat. 48. nu. 8. dum putat, quod in Regno Portugaliæ etiam in fraude ordinatus, remittendus ſit ad Eccleſiaſticum Judicem.
- 270 Annotat dictum Bart. l. ſi marito ad legem Jul. de adult.
- 271 Dicitur à Bartolo ubi poximè improbat. (adult.)
- 272 Reſpondet ad l. ſi maritus, 15. de cuius intellectu agit.
- 273 Quemadmodum reus per citationem non poteſt decinare iuriſdictionem citantis, ita nec actor variare, & reum convenire coram alio Judice.
- 274 Agit de interpretatione legi ubi captum, infra eod.
- 275 Ut regula dicta legis locum habeat, verius eſt ſufficere actorem citari reum coram certo Judice, & ſic equalitas ſervatur inter reum, & actorem.
- 276 Exceptio dicta legis, ubi captum, cum ſit dilatoria, debet opponi ante litem conteſtatam.
- 277 Ut competat exceptio regulæ, l. ubi captum, oportet, quod in utroque iudicio de eadem re agatur, & ex eadem cauſa, ita ut ſententia lata in una pariat exceptionem rei iudicatæ reſpectu alterius.
- 278 Tradit Doctores ex quibus alia in materia præventionis colligi poſſunt.
- 279 De intellectu l. Cæcus 6. inf. eodem, p. omittit tradere in l. cum prætor. §. final. infra eodem.

280 Item

- 280 Item de intellectu l. ſi quis legatione, 8. infra eodem declarari jam egiſſe, l. ſecundæ, §. legati, infra eod.
- 281 De reliquis legibus uſque ad l. Prætor 12. non agit, quia parum utiles ſunt.

Proponitur in hoc text. regula notabilis, quod ſi quis poſtquam fuerat in jus vocatus ad cauſam, mutavit forum, non eſt remittendus ad novum forum, ſed coram primo Judice tenetur cauſam proſequi. Item probat c. penult. de foro compet. notat. goſſ. c. quoniam, contra verb. citationes, de prob. quod & probat l. 10. & l. 12. tit. 7. part. 7. & in Regno Portugaliæ Ord. lib. 3. tit. 10. §. ſi. antique impreſſionis & l. 3. tit. 11. §. ſi. nova recopilationis, & concordantes, & tradantes materiam cumulas And. Gail. præſ. obſerv. lib. 1. objerv. 11. n. 1. Decian. tract. cri. lib. 4. c. 20. à n. 3. Cuius conſuſionis ea eſt ratio, quia * cum ordinarii ſint partes in iuriſdictione, præferatur ille, qui prævenit, arg. c. pen. de reſcript. in 6. tradit Pan. c. ut debitus, n. 22. de appell. Unde generalis regula conſtituitur in hac materia, & quod in cauſa pari, ſi qui prævenit, præferatur, l. neganda, c. qui accuſ. non poſſ. & ibi Bald. 1. notab. not. Vinc. de Françhis, deciſ. 147. n. 5. in 1. parte, ac proinde locum ſibi * vindicant prædicta regula, etiam in iudicio ſummario, & executio: Pan. Caſ. conſ. 160. ad ſi. lib. 2. & etiam in retractu competentis ratione conſanguinitatis, ut tradit Boër. conſ. 42. ante fin. Et ex ea primò inferitur, quod ſi ſint plures iudices habentes iuriſdictionem cumulativè & indidumis qui prævenit in cauſa, eſt in cognitione illius præferendus: ita ut alii non poſſint ſe in ea cauſa introumittere, quia in his terminis propriè verificatur ratio, de qua ſupra, quod probat l. 1. ſupra de off. conſ. & c. cum plures, de off. dele. in 6. tradit Rom. conſ. 412. n. 4. Corn. conſ. 66. n. 1. l. 1. Et eſt recepta conſuſio, ut per Boër. in conſuet. Bitur. Rub. 2. §. 3. in prin. Berouſis conſ. 22. n. 26. & n. 42. lib. 1. & conſ. 20. n. 4. lib. 3. Caravita ritu 295. n. 18.

Item ex ea ſecundò inferitur, idem procedere in diverſis iudicibus, diverſam iuriſdictionem habentibus: nam ille qui prævenit in cauſa cognitione, eſt præferendus ex ratione, de qua ſupra, quod clare probat is text. & c. pen. de foro comp. Unde licet non conſideretur præoccupatio iuriſdictionis ante ſententiam, quando coram diverſis iudicibus non petitur idem, ſed diverſum vel ex diverſa cauſa, Bar. l. ſi plurib. n. 1. ad ſi. infr. de leg. 1. afflic. deciſ. 294. n. 5. tamen ſi etiam coram diverſis iudicibus idem petatur & ex eadem cauſa per citationem dicitur præventa iuriſdictione, juxta noſtrum text. tradit Alex. l. pen. in prin. na. 1. ſupra, de jurisd. omn. iudic. not. Georg. Cabed. deciſ. Luſitan. 142. n. 2.

Inferitur tertio, & quod ſi quis fuerit citatus ad cauſam per minorem Judicem, & poſtea fuerit citatus ad eandem cauſam per majorem Judicem, tunc à ceſſante ratione, de qua ſupra non dicitur præoccupata iuriſdictione per citationem minoris Judicis, & videtur text. l. contra pupillum, §. ſi. infr. de re jud. & ibi not. gl. ſi. & tradit in terminis Camill. Viſit. l. 1. n. 85. inf. fol. matr. Sed non eſt vera hæc illatio, quia illi repugnat generalitas hujus text. & c. pen. de foro comp. & contrarium expreſſum concludit Bald. l. Senatus, n. 4. c. qui acc. non poſſ. Pan. conſ. 24. col. 2. ad ſi. l. 1. Paris de ſynd. ver. jurisd. c. 1. n. 2. pa. 302. Boſſus in præxi tit. de fo. c. mp. n. 80. & latius proſequitur And. Gail. obſ. lib. 1. obſ. 19. à n. 3. Neq; repugnat huic traditioni dec. l. contra pupillum, §. ſi. inf. de re jud. quia, ut ibi declarat Alex. n. 5. vel debet intelligi, quando idem pro diverſis cauſis ſit citatus, ab illis duobus iudicibus, vel ſi pro eadem procedat, quando eodem tempore ad eam ab illis duobus fuit vocatus ad cauſam: nam tunc præferetur citatio illius, qui præeſt majori tribunali:

& * pari ratione, quando fuerit dubium, coram quo tribunali præventa fuerit iuriſdictione: nam in dubio præſumetur pro majori tribunali, Bal. l. Senatus, num. 3. ad ſi. C. qui accuſ. non poſſ. Marian. c. pen. num. 21. de foro comp. Fel. c. M. Ferrar. num. 25. de conſtit. Sed ſi conſtarent illum, qui præeſt minori tribunali, præoccupaviſſe iuriſdictionem in ratione præventionis de ea cauſa cognoſceret, ne que eam tenebitur remittere ad Judicem majoris tribunalis, juxta generalitatem hujus text. & in terminis tradit Bal. l. Senatus, num. 4. c. qui acc. non poſſ. & alii ſupra alleg. Quare ratio ſupra aſſignata ad conſuſionem hujus text. ita * reformanda eſt, quod Judex, ſive æqualis, ſive inferior, qui præoccupavit iuriſdictionem, de ea cauſa cognoſcere, neque tenetur eam remittere ad majus tribunal, l. cum quedam, in pr. ſup. de jurisd. omn. iud. Et tantum opinio Camil. Viſit. admitti poteſt, quando is, qui prævenit iuriſdictionem, eam rem cognoſcit à majore illo Judice, quia cum tunc major poſſit vetare, ne in ea cauſa iudicet, l. iudicium ſolviatur, ſup. eod. & ſic præoccupatio hoc caſu nihil operari poteſt, Bald. l. 1. num. 25. c. quom. & quan. 16. jud. Hypp. ſing. 49. & maxime ſi fuerit Princeps ſupremus, qui cauſam moram coram inferiore, ad ſe advocare poteſt, c. in noſtrum, de appella. tradit Alex. l. contra pupillum, §. ſi. inf. de re jud. Marian. c. pen. n. 44. de foro comp. Decia tract. crim. lib. 4. c. 20. n. 5.

Ultimò inferitur, quod ſi quis fuerit vocatus, ut compareat coram ordinario, & citatus poſtea impetravit certos Judices ad cognoſcendum de eadem cauſa: nihilominus ordinarius præferetur propter regulam hujus text. Et quia ſecunda impetratio non facta mentione, de præventionem facta per ordinarium, cenſetur ſubreptitia, cap. inter Monasterium, 19. de re jud. & conſequenter nullam delegato tribuet iuriſdictionem, l. præſcrip. C. ſi contrarius, & ita poſt gl. & Pan. c. ut debitus, n. 20. de appell. tradit Boër. in conſuet. Brit. Rub. 2. §. 3. poſt prin. Unde in delegatis * raro procedet, nam omne, quem per jus impetrat ſtraſſe literas ad Judicem delegatum, qui non prævenit iuriſdictionem, & poſtea partem adverſam impetraſſe alterum Judicem delegatum, qui prævenit iuriſdictionem: hæc præventio nihil operabitur, quia cum ſecundum reſcriptum cenſetur ſubreptitium, c. caterum de reſcript. præoccupatio facta ratione reſcripti ſubreptitii nihil operare poteſt, ut advertit Panor. d. c. ut debitus, n. 22.

Hiſita juſſis reſtat videre, per quos actus dicitur præventa iuriſdictione? Et his text. clare probat, quod per citationem, quod etiam probat c. pen. de foro comp. l. 12. §. 7. part. 3. Ord. Portug. l. 2. tit. 35. §. & porque ſegundo, veteris impreſſionis que hodie eſt l. 1. tit. 63. §. 4. nova recopil. & l. 3. tit. 11. §. ſi. ejusd. nova recop. quibus iuris hanc regulam conſtituit Bart. l. ſi plurib. n. 1. & ibi Jaſ. n. 24. inf. de leg. 1. Marian. c. pen. n. 17. de foro comp. Rom. conſ. 412. n. 4. Guid. Pap. conſ. 153. n. 5. Geor. Cab. deciſ. 142. n. 1. & n. 4. Ang. de malef. verb. Judex commiſit quod Cajus, n. 13. Afflic. dec. 294. n. 3. latè Maſc. de prob. 3. p. concl. 1227. n. 6. Et eſt ratio, quia licet ante litem conteſtatam propriè non dicatur iudicium coeptum, l. cum fundus, in prin. & ibi not. Alex. n. 2. Jaſ. n. 4. ſupra, ſi cert. pet. Cur. Ju. in Rub. n. 11. ſup. eod. tamen * poſtquam intervenit citatio, dicitur hinc pendere, Clem. 2. ut lite pend. quia citatio * eſt fundamentum iuriſdictionis contentioſæ, §. ſi. inf. de pan. rem. litig. Pan. c. relatum, nu. 6. de offic. deleg. & per illum futurum iudicium firmatur, gloſ. Clem. 1. verb. citationes, de jud. & idèd per citationem dicitur præventa iuriſdictione, declarado ut per Joſephum Cumian. in ritib. Regni Sicilia, c. 1. n. 28. & proſequitur Aut. de Matth. de prorog. jurisd. n. 33. Decian. in

in tract. crim. lib. 4. c. 21. n. 3. & nu. 5. Mascar. de probat. 3. p. conclus. 127. in prin. & nu. 6. Quod procedit etiam citatio non sit presentata Judici, Soc. l. libertus, Fas. n. 6. ff. de in jus voc.

28 Ex qua ratione infertur quod, ut per citationem dicatur preventa jurisdictione, non exigitur, quod citatio sit generalis ad totam causam, sed sufficit quem citari, ut veniat ad respondendum in causa, ut colligitur ex isto text. & c. pen. de foro comp. & ibi notant. Ant. n. 11. Pan. n. 9. Marin. n. 17. & Fel. in. fi. Fed. conf. 97. n. 2. Boer. in consuet. Bitur. Rub. §. 2. col. pen. Hieron. de monte tract. fin. regund. c. 25. n. 7. Ant. de Matth. de provog. jurisd. nu. 57. quibus adde Guid. Papæ conf. 153. n. 2. & ante eos gl. Clem. 1. verb. citationes, de jud. conferant in simili tradita per Fel. c. gratum, n. 6. de offic. deleg.

29 Ex prædictis * infertur intellectus ad l. cum quadam, in prin. sup. a. de jurisd. omni. ubi præoccupationem jurisdictionis, videtur exigere susceptam esse causæ cognitionem, hoc est, litem esse contestatam, ut ibi expendit Jas. n. 6. & l. si pluribus, n. 24. infra, de leg. 1. & tanquam verum defendit Zasius li. 3. sing. intellectum, cap. 18. Ergo * non videtur sufficere sola citatio. Sed responderet, in prædicta lege referri casus contingentiam, scilicet, quod sententia fuit lata, antequam puella nuberet, & sic antequam mutaret forum. Et responderet IC. non obstant fori mutatione, postea litis perveniente, quod Judex prior sententiam à se latam debet mandare executioni: qui adhuc non fuisse lata sententia: sed tantum susceptum esset iudicium, non obstante fori mutatione, debuit de causa cognoscere. Ex verbis igitur facti contingentiam referentibus non est licitum arguere gl. l. un. C. quando non pet. part. maximè quando in iure contrarium invenitur expressum, & ita in effectu Dec. d. l. cum quadam n. 2. & ibi Curt. Jam. num. 14. de quo videndus est Gail. lib. 2. quotid. obs. 36. n. 3.

32 Infertur teritiò, quod ut per citationem dicatur preventa jurisdictione oportet quod citatio sit executiva. Hoc est, quod cum effectu pars fuerit citata ad comparandum, nam aliàs propiè non dicitur citatio, sed potius mandatum de citando, unde neque lis dicitur pendere, antequam pars cum effectu fuerit citata Clem. 2. ut in lite pend. & consequenter neque antea dicitur preventa jurisdictione, & ita colligitur ex isto text. & notant Paul. & Jacobi. hic uterque n. 2. Marian. c. pen. n. 19. de foro comp. Cassad. decis. de rescript. probat. l. 1. tit. 7. part. 4. & ibi not. Greg. gl. 1. & notab. Sec. l. libertus, d. n. 7. ff. de in jus vocan.

33 Neque huic illationi obstant, quod jurisdictione de legati censetur perpetua, non solum per citationem, c. fin. in fin. de off. leg. l. 35. tit. 18. part. 3. tradunt Bapt. l. more, n. 45. & ibi Jas. n. 57. Zas. n. 35. sup. c. de jurisd. omni. jud. sed * etiam per solam commissiõnem de citando, c. gratum, de off. del. & ibi not. Dec. n. 2. & d. l. more, n. 48. & ibi Jacob. nu. 30. Curt. Jan. n. 79. Purp. n. 112. post Bar. ibi, nu. 13. Capella

35 Ibol. cum addit. p. 340. Nam ¶ respondendum est, in hac materia constitendam esse differentiam inter preventionem jurisdictionis, & inter perpetuationem illius: nam ad preventionem requiritur citatio cum effectu, & quæ preventerit ad notitiam

36 Citatio: ad perpetuationem autem jurisdictionis sufficit præceptum de citando, ut tradit Rota decis. 9. n. 2. & 3. de dol. & con. in antiq. & asserit receptum Raven. in comp. juris Can. tit. de off. de leg. in fi. Jo-

37 seph. Comia. in rit. reg. Sic. c. 1. nu. 28. Et ¶ est ratio hujus differentie, quia preventio respectu partis non inducitur, nisi per actum executum in persona illius, qui citatur, tanquam persona subdita, Clem. 2. ut in lite pend. Sed * perpetuatio jurisdictionis inducitur per actum, per quem Judex videatur uti jurisdictione sibi commissa, c. licet, de off. deleg. gl. ne

aliqui verb. incepta de heret. in 6. & gl. 2. c. si à delegato, de offic. deleg. in 6. Unde præceptum * de 39 citando inducit ad p. rperuationem jurisdictionis: quia decernendo citationem satis videtur uti jurisdictione sibi commissa: cum & ipsum ¶ præcep-40 tum de citando censetur quædam sententia interlocutoria, gloss. l. cum Clericis, verb. sententiam, C. de epif. & Cler. gl. Auth. de litig. §. ad e. c. dendas, verb. in evocatur, coll. 7. Meritiò igitur per illud censetur perpetua jurisdictione delegati quo verius & receptus esse asserit Aut. Gabr. lib. 2. commun. tit. de cit. concl. 2. Quicquid etiam ad perpetuationem jurisdictionis necessarium esse, * quod citatio sit 41 executiva, teneat gl. 3. c. licet, de off. deleg. quam esse receptam falso asserit Jas. d. l. more, nu. 58. & conf. 31. n. 4. lib. Hypo. tract. banni. verb. commissario. n. 7. & conetur defendere Dec. c. relatum, n. 5. de off. del. & Dec. tract. crim. lib. 4. c. 21. n. 7. Resolvendum * igitur est inter p. ædicos casus conflituendam esse differentiam supra relatum, quam etiam probant Pau. Cast. hic n. 9. Ant. c. pen. num. 6. & ibi Mari. n. 16. de foro comp. Soc. l. libertus à 2. n. 7. ff. de in jus voc.

Quartò infertur, quod cum ad præoccupationem 43 jurisdictionis requiratur saltem citatio executiva, quoad hunc effectum inducendum, non sufficit alius actus antecedens prædictam citationem, quam regulam proposuit Jas. l. si domus, §. in pecunia, n. 7. inf. de leg. 1. Afflict. decis. 294. n. 4. & decis. 219. n. 3. Caravita ritu 10. n. 4. Decian. tract. crim. lib. 4. c. 21. Mascar. de probat. 3. parte conclus. 127. n. 10. & ante eos Bald. l. un. n. 32. C. de confessis.

Ex qua regula infertur annotatio ad tradita per 44 Rot. decis. 9. n. 3. de dolo & contum. in antiq. quod si unus impetravit unum rescriptum, & reus impetravit secundum rescriptum ad alium Judicem, & secundus prior citavit, quasi prævenit jurisdictionem præferretur in cognitione causæ, juxta regulam nostri text. subscribit Cassad. decis. 5. n. 1. de rescript. Mandos. in tract. de for. commissi. in 10. forma commissi. col. pen. Neque advertunt, quod secundum rescriptum, non facta mentione primi, censetur subreptitium, & invalidum, c. ceterum, de rescript. & virtute literarum subreptitiarum non potest prætendi preventio jurisdictionis, in terminis Pan. c. ut debitus, nu. 22. de appell. & supr. duximus. Unde eorum dictum tantum admitti potest cessante subreptione.

Præterea ex eadem regula infertur, per præsen- 45 tationem literarum non videri præventam jurisdictionem, cum per solam citationem executam inducatur, ut dictum est: & ideo si duo sint delegati, & uni prius præsententur literæ, per hoc non dicitur preventa jurisdictione, Unde in * his terminis pro 46 gula traditur, quod debet attendi tempus date, & non præsentationis rescripti, Panor. c. ut debitus, n. 47. de appell. in auditoribus sanè Rotæ quaedam constitutionem Innoc. observatur: quod is auditor præferatur in cognitione, cui prius literæ fuerunt præsentatæ, quod tantum in auditoribus Rotæ procedit, non autem in aliis officialibus etiam Romanis, & multò minus procedet, quando controversia est: inter ordinarios, & auditores Romæ: neque enim in 48 ter eos censetur preventa jurisdictione per solam præsentationem literarum: sed per citationem executam, juxta supra tradita, ut tradunt Cassad. decis. 5. de resc. Mandos. in foro commissi. in forma 10. Octavian. de stylo cur. lib. 3. c. 11. num. 1. & adde prædictis notabilem decis. Afflict. decis. 294. quam probat & explicat Maranta in praxi 6. parte judic. nu. 71. pag. 370.

Deniq; ex prædicta regula infertur, quod si Judex 49 inquisitionem faciat scribi in actis, non ob id dicitur preventa jurisdictione, quoniam magis videtur adesse

adesse voluntas preventiendi, quam vera preventio, arg. §. si. Infr. de pen. tem. litig. & ita Bal. l. un. n. 12. C. de confes. Ang. l. 1. sup. de in jus voc. * inquis, quod solum libelli productio, vel inquisitio scripta in actis, non inducit preventionem, quod & latius comprobatur resp. l. n. 2. C. de jud. & subscribit Rom. conf. 412. n. 4. Fas. conf. 31. nu. 4. lib. 1. & latè Fel. 51 c. illud n. 11. de prescript. Afflict. decis. 219. n. 1. & 3. Imò per examinationem testium factum ad informationem curie non dicitur preventa jurisdictione solum l. libertus. la 2. n. 5. & n. 3. ff. de in jus voc.

52 Ex quorum mente collegit Egidius Bossius in praxi crim. tit. de foro comp. n. 103. quod licet etiam in criminalibus consideretur preventio: Gu. Pape conf. 30. n. 1. Tamen per solam inquisitionem, non dicitur preventa jurisdictione: quod & post alios tradit Ant. Natta conf. 82. n. 5. l. 1. Et meritiò, quia aut ille, contra quem inquiritur fuit citatus, & tunc magis ratione citationis, quam ratione inquisitionis, videtur preventa jurisdictione: si autem non fuit citatus, & tunc ¶ inquisitio dicitur nulla, & de facto est revocanda etiam non citata altera parte, Bal. l. si passio quo penam, n. 2. C. de pass. Roman. conf. 220. n. 5. & dato quod valeret: tamen absque citatione non potest dici preventa juris. juxta reg. de qua sup.

54 Neque dicas, hanc * rationem tantum concludere in inquisitione speciali, quæ formatur contra certam personam, & non concludere in generali: quæ non formatur contra certam personam: nam hæc valida est absq; citatione partis nam responderet, quod antequam interveniat partis citatio: specialis non potest dici preventa jurisdictione, ut dictum est, 55 item ¶ quod contra inculpato in generali inquisitione, est postea formanda inquisitio specialis balycet. l. ea quidem, n. 40. C. de accusatio. & sic tunc necessaria est specialis citatio partis & locum habent supra tradita.

56 Juxta quæ venit explicandus Guillelmus c. Raynuzius, verb. & uxorem, decis. 5. n. 7. dum dicit, quod plures sint Judices, qui possint de delicto cognoscere, ille qui prius coepit inquirere dicitur preventivè jurisdictionem; quod & tradidit Jul. Clar. in praxi crim. §. si. q. 38. n. 28. * Nam debent intelligi; quando coepit inquirere requisito, & citato eo contra quem inquiritur, aliàs secus, ut constat ex supra traditis: item & quando hoc est, ut delictum * puniatur, nam aliud erit si tantum fiat ad informationem curiæ, Socin. l. libertus, la 2. nu. 5. & 8. ff. de in jus voc. & supra dictum est.

59 Quintò & ultimò infertur ex relatis, quod per eam citationem dicitur & preventa jurisdictione, quæ fit ad respondendum in causa: nam si fiat ad alium effectum, n. 2. dicitur preventa jurisdictione, ut tradit 60 it Jafred. Balb. decis. 60. Item requiritur, quod ¶ citatio fuerit legitima, & valida, aliàs cum nulla sit, per eam non dicitur preventa jurisdictione, arg. l. 3. §. condemnatum, infra, de re judic. & probat c. penult. de foro comp. ibi (legitimè citatus) & ibi notant Ant. n. 12. Pan. n. 6. Marian. n. 20. tradunt etiam Pan. hic, n. 9. Jacobin. n. 3. Fel. c. gratum, n. 2. de offic. deleg. & c. ex tener, n. 1. de rescript. notabilis. Federic. conf. 97. n. 2. Roman. conf. 112. n. 5. Jafredus Baldus decis. 71. Ant. de Matth. de provogatione jurisdictionis n. 57. Octavian. de stylo curiæ, lib. 3. cap. 11. n. 2. Hieronym. de Monte tract. de finium regund. c. 25. n. 5. Greg. l. 12. tit. 7. part. 3. in gl. 1. plures quos cumulant Decian. l. 4. cap. 21. nu. 4. Mascard. de prob. 3. part. conclus. 1227. à num. 16.

61 Et est ratio, * quia citatio minus legitima propriè non dicitur citatio, si pater, C. de statu defunct. & ideo nullum debet producere effectum Bald. Auth. off. feratur, n. 8. C. de litis contestat. & l. unica, n. a. C. ex

delict. defunct. Exornat Roman. conf. 412. à n. 5. Jaf. in Rub. ad fin. supra, de in jus voc. Georgius Cabedus dec. 142. n. 5. Ut igitur per citationem videatur preventa jurisdictione, oportet quod illa sit decreta ad requisitionem partis, quia aliàs non dicitur legitima, d. c. pen. de foro comp. & ibi notat Pan. nu. 2. Item 63 quod fiat de mandato Judicis, quia aliàs non censetur legitima, l. neminem, C. de exhib. reis, Ordin. Portugallie, l. 3. tit. 1. §. 1. declarando, ut hic per Pan. Castrensis, n. 3. Item * oportet fieri de mandato Judicis 64 competentis: quia aliàs non dicitur legitima, neq; arctat citatum, l. 3. supra eodem, l. vir bonus infra, iudicatum solvi tradunt Barr. & Pau. l. ubi capitur, infra cod. Felin. c. ex tenore, n. 18. de rescrip. Rebuff. de privileg. secol. privileg. 153. Denique exigitur * quod in citatione exprimat causa, ad quam citatur, quia aliàs non erit legitima, Clem. si. ut lite pend. Guid. Papa 7. decis. 153. in fin.

Sed videndum restat: utrum per citationem realem, 65 hoc est, capturam personæ, dicatur preventa jurisdictione? Et dicendum preventam esse: quia citatio per capturam personæ, fortior est quam verbalis, ut hic tradit Ang. n. 8. Bald. l. Senat. ad fin. C. qui accus. non poss. & in Authen. sed novo jure, n. 9. C. de revois fugit. Jus. l. si domus, §. si. n. 7. infra, de leg. 1. Greg. l. 52. tit. 7. part. 3. gl. 1. in fi. & plures relati per Mascard. de prob. 3. parte, conclus. 1227. n. 8. Cabed. dec. 142. ad finem. adeò existimaverit Angelus Aretinus, tract. 68 malefactorum, verb. Judex commissi, quod Gajus, n. 14. Resol. quòd si unus Judex prævenit citando verbaliter, n. 73. & alter Judex realiter capit delinquentem processus ab hoc factus debet prevalere propter fortiorrem citationem, subscribit Alex. ad Bar. l. sepulchri, 69 infra de sepulchro violato, Guid. Papa decis. 201. n. 3. & conf. 30. n. 1. Bossius in praxi, tit. de foro comp. n. 97. Hieronym. de Monte tract. finium regund. c. 25. n. 13. alios citans, & Cravatius ad Octavianum de stylo curiæ, l. 3. c. 11. n. 4. & sentit Grammaticus decis. 30. n. 6. & refert alios Mascard. ubi supra n. 8. & Gigas conf. 108. num. 7.

Est nihilominus subsistendum, nam * contrarium, 70 quòd imò, qui preventit citando prius verbaliter in cognitione hujus criminis debeat præferri, tenet Marianus c. pen. nu. 21. de foro comp. & satis sentit Guid. Papæ conf. 153. n. 2. Afflict. decis. 219. nu. 3. Dec. tract. crimin. lib. 4. c. 21. n. 8. & 9. Vincent. de Franchis decis. 505. n. 4. & n. 14. in 2. parte. Neq; ¶ 71 obstat fundamentum contrariæ opinionis, quia licet citatio per capturam personæ sit fortior, tamen non probatur ob id præferri debere citationi verbali prius factæ, vi advertit August. in addit. ad Ang. d. 72 verb. Judex commissi, n. 14. ad fin. Unde licet Bald. Auth. sed novo jure, nu. 9. C. de ser. fugit. tradiderit, quod si unus Judex inquirat, & alter capiat delinquentem, præferatur ille, qui delinquentem coepit: tamen ex supra traditis, id est, intelligendum, nisi qui inquirat, prius verbaliter citavit delinquentem: nam tunc est præferendus ille, qui prius verbaliter citavit Marian. d. c. pen. num. 21. de foro comp. & alii supra citati, & sentit Guid. Papæ conf. 153. nu. 2. & ad hunc modum est explicandus Jul. Clar. in praxi crimin. §. si. q. 38. n. 28.

Pro concordia tamen harum opinionum amplec- 73 tenda videtur resolutio Marian. d. cap. pen. n. 22. ad med. de foro comp. quòd si Judices sint subditi eidem Principi, præferatur ille qui prius citavit verbaliter, si autem sint subditi diversis Principibus, tunc præferatur ille, qui realiter citavit, quia non tenetur eum remittere ad Judicem subditum alteri Principi, & ideo de delicto illius quem coepit cognoscere poterit, subscribit Bossius in praxi, tit. de

de foro comp. n. 99. & Anton. de Matib. de prorogatione jurisdictionis, num. 33.

74. Addenda tamen prædicta esse intelligenda, quando captura personæ fuit facta legitime: aliâs non potest operari effectum præventionis, juxta supra tradita. Quare cum receptum sit, neminem juxta, 75 & legitime capi posse, nisi præcedat aliqua informatio delicti commissi, & de eo constet saltem per aliqua indicia; ut post J. an. And. tradit. Bal. l. quod evitandi, in fin. C. de cond. ob turp. cau. Salyc. l. nullius, n. 4. C. de exhib. reis, Fel. in c. cum non ab homine, n. 762. de jud. * adeo quod non præcedente dicta informatione, Judex in causa criminali ad nullum actum possit procedere, Ang. de malefic. verb. & quod fama publica: n. 4. utique si quis capiatur non præcedente dicta informatione, non dicitur præventa jurisdictione, imò capus illico pristina libertati restituendus est, l. fin. vers. nullo tempore, infra, de lib. hom. e. bib. Rom. cons. 520. n. 2. Boffius in praxi, tit. de captura, à n. 5. Vin. de Francis acc. 505. n. 16. in 2. p.

77 Et idem si captus fuerit in alieno territorio, cum tunc etiam minus legitime videatur captus, c. ex parte el. 1. de verbo. signif. l. quis sit fugitivus, & idem Celius, & ibi gloss. verb. aduci, infra, de editio edito, Bart. l. si in. §. si al. infra, de accusat. Quare per hujus modi capturam realem non dicitur præventa jurisdictione, Salyc. nullus n. 5. C. de exhib. reis, ampliando ut per Jul. Clarum in praxi crim. §. fi. q. 38. n. 12.

78 Et ex his venit explicanda traditio Ang. de malefic. verb. Jude commissi. n. 15. dum tenet quod si Judex originis delinquentis prævenit eum prius citando, & Judex delicti prævenit prius sententiam ferendo, prævalebit processus, & sententia Judicis originis, quia prævenit jurisdictionem prius citando saltem verbaliter. Subscribit Roger. à Meta, l. h. res absent. §. 1. n. 53. inf. eod. Greg. l. 1. tit. 20. partit. 7. verb. de 79 ubi hazer, col. 2. nam hoc dictum verum erit, quando Judex originis processit per accusationem: poterit enim læsus delinquentem accusare coram Judice originis, si velit, c. cum contingat, ad fin. & c. si de foro comp. gl. l. relegatorum, interdicti, verb. ad rescript. inf. de interd. & releg. nam si procedat per inquisitionem, etiam si delinquentem prius citet, tamen non potest dici præventa jurisdictione: quia neque Judex originis, neque etiam domicilii potest procedere per viam inquisitionis contra delinquentem, pro delicto commissio extra territorium prædictorum, ut eleganti ratione probat Bal. l. cum quedam, n. 3. ad fin. supra, de jurisd. omni. jud. & latin. trademus. l. hæres abiens, §. 1. infra eod. & in materia videndus est Gigas cons. 108. n. 11. Unde cum neque inquisitio, nec citatio valuerint, non potest dici præventa jurisdictione, juxta supra dicta.

81 Et ad complementum prædictorum addendum est: quod in criminalibus, dicitur præventa jurisdictione, si quis coram Judice confiteatur delictum, nam licet adhuc non sit formatus processus, nec facta sit inquisitio de delicto, tamen Judex, coram quo facta est prædicta confessio, potest procedere ad condemnationem confitentis, l. si confessus, inf. de cust. reor. l. ista sustinem, 22. secundum primum intell. etiam, ff. de his qui not. inf. c. 1. de accus. in 6. Ac ita aperte constat propter confessionem acquirere jurisdictionem, super reo confitente, & consequenter induci præventionem jurisdictionis, juxta reg. hujus tex. & tradit Bald. l. si domus, §. in pecunia, & ibi Pan. n. 4. Jaf. à n. 6. inf. de leg. 1. faciunt tradita per Jaf. l. pen. n. 1. ad fin. l. de præf.

His ita explicitis ad perfectam declarationem 82 materiæ tractandum restat de limitationibus, & declarationibus hujus rex. Prima igitur limitatio sit, ut oporteat partem excipere de præventa jurisdictione

modo expresso hic Ang. n. 3. Nam si taceat, valebit iudicium, imò ante litem contestatam prædicta exceptio proponenda est, quia est exceptio declaratoria Jurisdictionis, l. fin. C. de excep. expressè Bal. Auth. Sed nova jure n. 9. C. de ser. fug. & l. peremptorias, in fin. C. sententiam rescindi non posse, Fel. c. cum ad. n. 25. de consuet. & ibi asserit receptum Ripa nu. 199. Dec. cons. 18. n. 319. l. 1. & consequenter in his terminis processus, & sententia valebunt non obstante præventionem, ut post alios tradit Agidius Boffius in praxi, tit. de foro comp. 81. Mascas. de prob. 3. parte concl. 1227. num. 13.

Limita secundo, si primus Judex procedat per inquisitionem ex officio: & citet verbaliter, vel etiam realiter delinquentem: nam * si superveniat accusator cessabit prædicta inquisitio, nam remedium inquisitionis etiam generaliter permissum per statum, censetur adhuc remedium extraordinarium, ut resolvit Boffius in praxi, tit. de inquisit. n. 17. & remedium ordinarium facit cessare extraordinarium, l. in causa, la. 2. supra, de minor. & hanc limitationem assignavit Dyn c. factum legitime, n. 9. de reg. jur. in 6. Bart. l. si maritus, §. si ante, n. 2. & 4. infra, de adult. & l. 3. §. qui plucianum, n. 14. inf. de lib. agnosce. Beronius in rubr. n. 37. de ud. Decian. tract. crim. l. 4. c. 20. n. 22. Quicquid distinguat Salyc. l. ea quidem, n. 54. C. de accus. & post eum Ang. de malefic. §. hæc est quedam inquisitio, n. 74. & Boffius in praxi, tit. de inquisit. n. 18. declarando tamen ut per Bal. l. 1. §. in initio, col. fi. sup. de offic. præf. urb.

Cum igitur superveniente accusatore censetur inquisitio extincta, pariter debet cessare extinctio præventio, ratione illius facta l. cum principalis inf. de de reg. jur. neque enim læso ullo modo deneganda est licentia, accusare delinquentem, quomodo velit, & idè pro regula constituitur, quod fiscali constituto ad denuncianda, & accusanda crimina, si superveniat accusator cessat officium fiscalis, Anton. Gomez. 87 3. tom. c. 1. n. 49. vers. 2. etiam.

Tertio limita si probetur, delinquentem, ad evitandam tandem majorem poenam procurasse, ut coram certo Judice accusaretur, vel coram eo procederetur ad capturam, vel ad inquisitionem: nam probata verè vel præsumptivè fraude, nihil ei proderit talis præventio, sed perinde ac si facta non fuisset, poterit coram alio Judice accusari, vel inquiri, a. g. l. tria onera, infra, de excus. tutor. tradit Bald. per illum text. l. si servus plurium, §. si quis ante infra, de leg. 1. Et ibi latè confirmat Jaf. à n. 5. Fel. c. cum M. n. 25. de consuet. & ibi adversus Dec. defendit Ripa, n. 199. tradit Guid. Papa cons. 153. n. 3. Boffius in praxi, tit. foro comp. nu. 80. Caravita ritu 269. à n. 21. & Hier. de Monte tract. finium regund. c. 25. n. 14. & alii quos referunt Decian. tract. crim. l. 4. c. 20. n. 24. Mascard. de prob. 3. par. conclus. 1227. ad fi. Et idè * si quis procuravit accusari in loco originis, vel domicilii, quoniam in prædictis locis non bene poterat probari delictum, hæc præventio nihil ei proderit, Gregor. l. 1. tit. 29. partit. 7. gl. 2. col. 2. ad fi. arg. l. & qui data sup. ex quibus causis maj. facit l. universis, & ibi not. Bar. l. del. g. n. 10.

Quarta limitatio sit, ut præventio proferat quoad 90 causam specialem, de qua principatim agebatur, non autem quoad causam distinctam & separatam: nam cum præventio procedat, * à citatione, & citatio restringatur ad causam in ea expressam, l. aut qui aliter, in princ. infra, quod vi aut clam, non potest dici facta præventio: nisi in ea causa specialis, pro qua facta fuit citatio: & ita Bar. l. si pluribus num. 7. ad fin. inf. de leg. 1. Afflict. dec. 294. n. 5. & sup. diximus. 93 Juxta quæ conclusit Affl. dec. 30. n. 2. quod si in foro Ecclesiastico petita sit absolutio juramenti, quoad effectum agendi, juxta c. 1. de jurejuram. poterit nihilominus

nihilominus in foro seculari peti executio instrumenti jurati, quia * cum hæc causæ diversæ sint, non potest quoad eas considerari præventio. Et similiter Marian. c. pen. n. 26. de foro comp. concludit, quod si aliquis usus fuerit remedio, l. diffamari, C. de ingen. & manumif. ut scilicet diffamans, intra certa tempora doceat de jure suo aliâs ei imponatur perpetuum silentium, non tenetur actor diffamans docere de jure suo coram prædicto Judice, sed si reus habeat alium Judicem competentem, factis est coram eo Judice agere de jure suo intra tempus assignatum: nam cum præventio juxta hæc terminos, facta sit ad alium effectum, non potest videri facta, quoad alium diversum effectum, juxta supra tradita & subscribit Lancell. hic ad fin. Decian. in tract. crim. l. 4. c. 20. num. 31.

95 Covar. ref. l. 1. c. 18. n. 6. ad fin.

96 Est tamen advertendum, quod Jo. Baptist. l. omnes populi, n. 19. supra, de just. & jur. in contraria est sententia, ea ratione, quia Judex præparatorii debet esse Judex præparati, l. ordinarii, C. de rei vend. idque verius existimat Fel. C. cum sit generale, n. 6. de foro comp. & probant Alb. & Jaf. n. 5. l. non utiq; sup. de eo quod certo loco, & sentit Soc. cons. 41. n. 5. l. 1. Sed

97 * prima opinio verior est, per rationes supra relatas, neque obstat ratio contrariæ opinionis: quia ea tantum concludit respectu rei diffamati, qui obtruncit fieri citationem cum prædicta comminatione, non autem concludit respectu actoris diffamantis, qui cum diversa persona sit, poterit coram alio Judice competenti docere de jure suo: licet hoc casu primus Judex videatur esse Judex præparatorii, non ob id sequitur, quod erit Judex præparati, quando in præparatorio ilius est Judex competens, coram quo actor possit docere de jure suo ut advertit Afflict. dec. 155. n. 6. & sic factis est, si doceat de jure suo intra constitutum tempus coram alio Judice, aliâs competentem. Quinimò * licet Marian. d. c. pen. n. 26. de foro comp. & cons. 41. n. 5. l. 1. existimat: quod si diffamatus utatur remedio, l. si contendat, inf. de fidejus. tunc necessarîo diffamans teneatur docere de jure suo coram primo Judice, & quod aliâs ille Judex potest parti diffamanti imponere perpetuum silentium, juxta elegantè tradita per Soc. cons. 95. n. 6. l. 3. Tamen * verius est contrarium, si diffamans habeat plures Judices competentes, coram quibus possit docere de jure suo intra constitutum tempus, cum enim * electio Judicis hoc casu, sit actoris, l. non utiq; & ibi Jaf. n. 5. sup. de eo quod certo loco l. fi. C. de jurisd. omni. jud. c. cum sit generale. de foro comp. non potuit esse in potestate rei, vel primi Judicis, privare diffamantem, 101 jure eligendi Judicem, adeo quod * quamvis coram uno Judice citetur, adhuc potest eligere alium Judicem competentem, si electio ei competat ex privilegio, gl. Auth. habita, verb. optione, C. ne filius pro patre trahit Jaco. hic nu. 7. & alii quos referunt. Ant. Gab. l. 2. commun. tit. de jud. concl. 1. n. 17. Unde * pariter, & actor, qui jure communi habet potestatem unum ex Judicibus competentibus rei diffamati eligere quamvis coram uno prius fuerit citatus ad agendum, poterit nihilominus pars alterum eligere, coram quo de jure suo doceat: quod ita post Soc. cons. 94. n. 2. l. 3. comprobatur Cagnol. l. diffamari, n. 10. C. de ingen. & manu. Covar. resol. l. 1. c. 18. n. 6.

103 Neque est omittendum, quod præventio in hoc articulo operabitur effectum, ut alter Judex non possit actori diffamanti eandem comminationem facere, cum prædicta comminatio perpetui silentii, cum quoad hoc à primo fuerit præventus, Soc. cons. 41. num. 5. l. 1.

104 Et juxta prædicta procedet etiam ea cõmunis traditio in hac materia: quod si delictum sit commissum in confinio duarum Civitatum, ita ut sit incertum in

cujus confinio verè fuerit commissum: tunc ratione dubii quælibet Civitas potest procedere contra prædictum delinquentem, ut tradit Bar. tract. de jurisd. n. 14. & l. Juris. §. cum oriund. n. 2. inf. de excus. tut. Marian. c. postulasti, n. 7. de foro comp. Boff. in praxi, tit. de foro comp. n. 60. Jul. Cl. in praxi cri. §. fi. q. 38. n. 11. ampliando ut per Cæpolum tract. de ser. ruit. præd. c. 26. n. 20. Et quamvis Bal. l. unica, n. 32. C. de confes. etiam hoc casu admittat præventionem 105 jurisdictionis, & asserat receptum Jac. de Bellov. c. 1. §. contrabentes, post n. 18. de foro comp. l. 6. Tamen * illis obstat, quod quando ex uno facto resultat plurimum offensio, tot censentur delicta, quot sunt offensio, ac proinde quilibet offensus potest agere ad poenam in solidum, & poenam à delincente consequi, l. 1. in fin. l. cum qui nocentem, §. si nuptia, inf. de injur. Bart. l. 3. §. si plures. inf. de sepul. viol. Aret. cons. 58. n. 12. ad fin. Planè in isto casu cujuslibet Civitatis, territorium videtur læsum per delictum, arg. l. 1. §. fin. sup. de his qui deecerunt, & * in diversis delictis, 108 sive offensis, non potest considerari præventio: ut dictum est. Quod pari ratione etiam erit admittendum, si delictum sit commissum in loco communi duarum Civitatum: nam tunc manifestus utriusque territorium læditur, per delictum, ac ita locum habent supra tradita Hieronym. de Monte tract. finium regund. c. 25. n. 8. faciunt quæ in simili tradit Jul. Clar. in praxi, §. fin. q. 57. n. 13.

His ita expeditis & resolutis secundo principali- 110 ter ex isto text. colligenda est aliâ notabilis conclusio, quod præventus per citationem, teneatur causam prosequi coram Judice, qui prius illum citavit, etiam si post prædictam præventionem, forum mutaverit: & etiam conditionem personæ: adeo quod 111 etsi propter hanc mutationem, acquiescit aliquod privilegium: nihil ei proderit: quoad causam, in qua præventa fuit jurisdictione, concordat l. pens. supra de jurisd. & l. incolæ, 34. inf. ad municip. l. 12. inf. tit. 7. partit. 3. tradit Feder. cons. 87. n. 3. ad fin. & is 112 est præcipuus effectus, quem producit præventio jurisdictionis, ut tradit Marian. c. pen. num. 27. de foro comp. Beronius cons. 109. n. 3. l. 3. Decian. tract. crim. l. 4. c. 22. à n. 1. & notab. Valascus cons. 7.

Quam tamen conclusionem limitabis tribus modis, 113 & primò non procedere in scholari nam licet is sit citatus, antequam fiat scholaris, tamen non obstante præventionem, causa remittenda est ad suum Judicem, idque speciali favore scholarium inductum fuisse post Bald. tradit Bologninus Auth. habita, n. 220. l. ne filius pro patre, Huratius de privil. scholar. privil. 66. & Rebuff. eod. tract. privil. 153.

Limita secundo hanc conclusionem procedere 114 quando quis proprio facto, & voluntate mutaverit statum, vel ad ejus postulationem Princeps concesserit ei hanc status mutationem, ut quia per Principem factus est miles: nam si Princeps proprio motu, concesserit alicui privilegium, per quod mutetur status, & antiqua conditio, privilegium adherens huic novo statui & conditioni, proderit huic cujus mutata fuit conditio, & sic cessabit conclusio hujus tex. & ita limitat gl. pen. hic per tex. l. qui autem, in prin. supra, si quis cautio, ubi gl. idem tenet & extollit Roman. cons. 327. n. 11. Decian. in tract. crim. l. 4. c. 20. n. 25. & esse receptam limitationem asserit Lancelot. Dec. hic, col. 1. ad fin. & Jacobin. n. 11. & uti communem probat Alex. d. l. si quis quemquam, numero 3. supra si quis cautio, Jaf. l. cum quadam, n. 9. supra, de jurisd. omni. jud. & ibi Alex. n. 7. Cagnol. numero 26. ad fin. Et idè * pro regula consti- 115 tuitur, quem posse uti privilegio motu proprio Principis si concessio, non obstante regula hujus text.

text. Ripa c. 1. in fi. de reſcrip. & plures relati per Ant. Gab. l. 2. commut. tit. de jud. concl. 4. n. 20. Ant. de Matb. de prorog. juſtitiæ. n. 57. & notab. Cabedus de 116 cſ. Luſitan. 24. n. 4. & 5. & dec. 25. à n. 1. Quoiſimò Brr. l. 1. n. 3. ante fin. inf. de pen. tradit. quòd ſi quis rogatus fuerit, per Principem, vel Republicam aliquod gerere officium, utetur privilegio ei annexo, etiam quoad cauſas jam pendentes: ſubſcribit Jaſt. Balbus dec. 70. Lancelot. de attentatis, 2. parte, c. 4. in 20. limitat. n. 19. & notabiliter Alber. c. 1. de heret. in 5. quæſt. 13. n. 9. Pro qua ſententia etiam adducitur l. item Ulpian. §. 1. infra, de excuſat. tut. & ibi notat. Brr. adducitur etiam l. non diſtinguemus, §. item ſi quis Romæ, ſup. de recep. arb. quem expreſſum ad hanc concluſionem aſſerit Ang. hic n. 4. in fin. Marian. c. ſin. n. 67. de foro comp. denique adducitur l. ſi quis reus infra judicatum ſolvi.

117 Et nihilominus advertendum eſt, quòd hanc receptam limitationem impugnat Fulgo, hic n. 1. ad medium, §. ſi quis quemquam, n. 3. ſup. ſi quis cautus, & l. 2. n. 2. C. ut licet pendet. Ruinus conſ. 80. in fin. l. 5. & plures alii quos reſert Ant. Gab. l. 2. commutatum, tit. de jud. concluſ. 41. n. 20. & pro horum opinione videtur text. expreſſus in præſenti dum loquitur de milite, quia à communiter accidentibus cogitur militare, l. qui cum uno, §. ſi reus, ad unctā, gl. infra, de re militari. Secundo urget, quòd privilegium impetratum lite pendente, nihil prodeſt, non facta mentione liti pendente, l. 2. C. ut lite pendente notat Cyprianus dec. 86. n. 20. Baptiſt. Ferretus conſ. 129. n. 6. l. 2. etiamſi motu proprio Principis fuerit conſeſſum Hoſtien. & alii communiter, c. cauſam el. 2. de re ib. neq; enim Princeps videtur velle tertio præjudicare, l. 2. §. ſi quis à Principe, infra, ne quid in loco publico, & ſubſcribunt plures, quos reſert Ant. Gabr. d. l. 2. commutatum, tit. de jud. concl. 4. n. 20.

122 Et qui hanc opinionem velit defendere facile ad rationes communis opinionis, poterit respondere: nam ad primum de l. ſi quis quemquam, ſup. ſi quis cautus, respondetur Fulgoſ. hic n. 1. ad medium, quòd dum præſupponit privilegium ſuperveniens, prodeſſe quoad cauſam jam motam: debet intelligi de privilegio ſpecialiter conſeſſo, etiam quoad cauſam pendenteſſe expreſſa clauſula (non obſtante) nam aliàs ſi ſimpliciter eſſet conſeſſum, ſolum pertinet ad cauſas futuras, non autem ad jam pendentes, & verum eſſe agnoſcit, gl. 1. in fi. d. l. qui autem ſup. ſi quis cautus ſubſcribit Aretin. c. cauſam, el. 2. n. 7. de reſcrip. & Ant. de Matb. de prorog. juſtitiæ. num. 17.

124 Ad ſecundum de l. item Ulpianus, §. 1. infra, de excuſat. tutor. respondetur, non pertinere ad noſtram materiam, & tantum probare, quòd ſi Princeps ex certa ſcientia permittat tutorem transferre domicilium in locum in quo commodè non poſſit adminiſtrare tutelam, videtur enim excuſare à prædicta tutela: & pari ratione, ſi Princeps ſciens præventam eſſe juſtitiæ, & nihilominus permittit de ea cauſa agi coram alio Jūdice, videtur diſpenſaſſe cum regula hujus text. & illi derogare, l. quidam conſulebat, in fin. infra de re jud. & expreſſe probat Ruin. conſ. 76. n. 6. l. Lanc. de attentatis, 2. parte, c. 4. in 21. lim. n. 17. quia cum hiſ casibus, non videtur agi de magno præjudicio tertii, ſatis eſt conſtare de certa ſcientia Principis, ut legi contrariæ videatur derogatum, l. 3. ſi is pro quo, nu. 7. ſup. quòd quis 126 que jur. Felin. c. nonnulli, in prin. n. 13. de reſcrip. & procedunt ſupra tradita etiamſi clauſula (ex certa ſcientia) non ſit expreſſa nam ſufficit de ea tacite conſtare, ut probat l. item Ulp. §. 1. inf. de excuſat. tut. reſol. Felin. c. cum inter. n. 2. de except. Nec etiam 127 eſt neceſſarium exprimere clauſulam (non obſtante) quia ea tunc exprimenda eſt, quando agitur de magno tertii præjudicio, Alex. d. §. ſi is qui pro quo

n. 7. Fel. c. nonnulli, in princ. n. 12. de reſcrip. In noſtra autem quæſtione nullo modo conſtat de certa ſcientia Principis, ſed tantum proponitur conſeſſio generalis alicujus privilegii, quòd non poſſit conveniri, niſi coram certo Jūdice, quòd privilegium non videtur comprehendere cauſas jam pendentes, ut dictum eſt.

Neque obſtat tertia de l. non diſtinguemus, §. item ſi quis Romæ, ſub. de recep. arb. nam ſi bene advertatur, text. ille non loquitur in noſtris terminis: neq; enim ibi muratur forus ſed tantum conceditur dilatio, ut dum durat legatio, non poſſit legatus conveniri in loco, in quo contraxit: hoc enim privilegium procedit etiam ad cauſas jam motas ante ſuſceptam legationem, noſtra autem quæſtio eſt. Quando forus in totum mutatur. Et eſt ratio hujus differentia: quia primo caſu tantum præjudicatur parti, & quidem modice, arg. l. quoties C. de precib. Imper. offerendis, & l. deberi, C. de fideic. libert. & ideo facilius conceditur, nè aliàs impediatur officium publicum legationis, l. de eo in fine inf. eod. Sed in ſecundo caſu non ſolum præjudicatur parti, ſed etiam Jūdice, qui in cauſa formatam habebat juſtitiæ: & ideo difficilius conceditur, juxta in ſimili tradita. per Cov. præſ. q. c. 23. n. 4.

Non obſtat quarto d. l. ſi reus inf. judic. ſolvi, quia etiam ibi non mutatur forus, ſed diſſertur conventio: dum durat officium magiſtratus, l. ſi adulter, cum inceſt. §. ſi inf. inf. de adult. & ſi militat eadem ratio, quam in legato ſupra assignavimus.

Cæterum etſi quis vellet defendere magis communem traditionem, facile etiam ad rationes contra eam adductas respondere poterit. Nam ad primum de isto text. respondetur, quòd loquitur in milite, qui tantum voluntarius eligendus eſt, cap. non eſt 15. q. 1. & colligitur ex requiſitis, quæ in eligendo milite enumerat, gloſſ. l. pen. ſup. quib. ex cauſis maj. & hac ratione in hoc text. pro regula conſtituitur privilegium militiæ non prodeſſe, quoad cauſam, in qua præventa fuerat juſtitiæ: non tamen negat, quòd ſi juvenis invicis, coactus ſit ad militandum, & ſic magis motu proprio Principis, quam propria voluntate effectus ſit miles, non debet gaudere ſuo privilegio, etiam reſpectu cauſæ jam dependens: ut agnoſcit Bart. l. 1. n. 3. ante fin. inf. de pen. Alb. in c. 1. de heret. in 6. quæſt. 3. n. 9. Cabed. dec. Luſit. 24. n. 4. prout hos caſus in ſimili diſtinguit text. cum gloſſ. l. qui cum uno, §. ſi reus, inf. de re milit.

Non obſtat ſecundo ratio deducta ex dictis Hoſt. c. cauſam que el. 2. de reſcrip. quia respondetur procedere; quando eodem manente ſtatu citati, impetretur lite pendente privileg. quòd noceat alteri parti: hoc enim non valebit in præjudicium partis, etiamſi motu proprio ſit conſeſſum: Et eſt ratio, quia licet clauſula motus proprii, tollat ſubreptionem, non tamen validat gratiam in præjudicium tertii. c. ſi motu proprio juſtitiæ ibi traditi, per Jo. And. de præb. in 6. tradit gl. Clem. ſi Romæ de præb. Nos autem agimus quando quis mutat ſtatum, acquirendo aliquam dignitatem, vel officium, cui ſit annexum prædictum privilegium, l. univerſi C. de legatio l. 10. Nam ſi illud officium motu proprio fuerit conſeſſum, privilegium illi annexum proderit, etiam quoad cauſas jam pendentes, l. non diſtinguemus, §. item ſi Romæ, ſup. de recep. arb. l. ſi reus, inf. judicatum ſolvi, & ira cenſuit Senatus Luſitanus, ut aſſerit Cabed. decif. Luſit. 25. col. ſi. quia tunc magis conſideratur officium, quòd eſt principale, quam privilegium, quòd venit in conſequentiam, juxta reg. l. 1. ff. auſtor. tut. & ſic conſtat hunc articulum nimis eſſe controverſum & ambiguum.

Inve-

Invenio tamen quòd Aret. c. cauſam, el. 3. n. 9. de reſcrip. concordat has opinionis: quòd ſi per privilegium tantum diſſertur, vel ſuſpenditur jus partis, hoc caſu poterit admitti magis communis opinio ſupra relata, aut verò per privilegium mutatur judicium, & ſic quoad eam cauſam jam motam omnino extinguitur jus partis & hoc ſecundo caſu in cauſa pendenti non obtinet locum privilegium, etiamſi motu proprio fuerit conſeſſum, quia agitur de majori præjudicio, quæ quidem concordia notabilis eſt, & ſummo opere amplectenda in noſtra materia. Ex qua in ſecundo membro aperte colligitur, in terminis noſtri text. non habere locum commun. opin. ſupra relata, imò concluendum eſt, reg. hujus text. locum habere etſi privilegium concedatur motu proprio Principis, quòd text. aperte ſentit, cum generaliter loquitur in milite, & ſic tam in milite voluntario quam in invito coacto per Principem, qui perinde habetur, ac ſi motu proprio Principis fuſſet electus, ut ſup. dictum eſt. Et idem colligitur ex generalibus verbis hujus text. ibi (aliter fori) & ex eadem diſtinctione in primo membro colligendum eſt, quòd, quando per privilegium non perimitur jus partis quoad eam cauſam, ſed tantum ſuſpenditur, vel diſſertur jus partis, non obtinet locum regula hujus text. & videtur probari, l. non diſtinguemus, §. item ſi quis Romæ ſup. de recep. arb. l. ſi reus, inf. judicatum ſolvi, l. ſi adulter, cum inceſt. §. ſi inf. ad l. §. ul. de adult. Et hac etiam ratione procedit text. laqui autem, juncto gl. 1. & ibi notat Alb. ſupra, ſi quis cautus. Et eſt ratio, quia in hiſ terminis in effectu videtur conſeſſa privilegio exceptio quædam dilatoria, quæ non reſpicit ſubſtantiam, & decilionem liti: ſed quaſi preſcriberet modum procedendi in cauſa, in quibus terminis privilegium five nova conſeſſio etiam comprehendat cauſas pendentes, ſaltem quoad ea, quæ poſtea in proceſſu cauſæ fieri debent, gl. c. licet Canon, verb. de cætero, in fi. de elect. in 6. gloſſ. fin. C. em. diſpendioſam, de jud. & aſſerit receptum Fel. c. ſi. n. 10. de conſt. Crot. l. omnes populi, n. 149. ſupra de juſtitiæ. & jur. & defendit Navarrus c. ſi quando, de reſcrip. pag. 88. ad fin.

Et ad complementum prædictorum eſt adendum, quòd dilatio, quæ conceditur alicui, ratione officii publici, quòd gerit, valida cenſetur, etiam ſi forſitan diu durare poſſit: ut colligitur ex juſtitiæ ſupra citatis: quamvis extra hos terminos, dilatio, quæ diu eſt durata concedi non ſoleat, l. pen. C. de pact. inter em. tradit Jaſt. in l. quoties numero 5. C. de precib. Imp. offer. & ideo dilatio excedens quinque annos invalido cenſetur, arg. l. fin. qui bonis ced. poſſ. & §. appellat. Inſt. de excep. tradit Guid. Pap. dec. 97. & dec. 109. Pau. Caſt. d. l. quoties, in fi. C. de precib. Imp. offer.

Item quòd juxta hoc primum membrum diſtinctionis Aretini venit explicandus text. l. ſi reus, infra, judicatum ſolvi, ad cujus interpretationem eſt advertendum, quòd text. ille prima facie videtur loqui: quando ille, qui magiſtratus creatus eſt, adhuc non fuerat citatus ad cauſam, cum dicat illum propter magiſtratum in jus vocari non poſſe, l. 2. ſub. de in jus voc. ſed dicendum eſt, quòd text. agit de eo, qui præſtitit cautionem de Judicatio ſolvendo, quæ licet præſtanda ſit in initio liti, antequam hiſ ſit conteſtata, l. un. in fin. C. de ſaris dam. tamen non præſtatur niſi poſt citationem, ac proinde dict. l. ſi reus, debet intelligi de eo, qui fuerat citatus ad cauſam: & poſtea creatur magiſtratus: nam ſuſpenditur cognitio cauſæ, in qua erat præventa juſtitiæ, dum durat magiſtratus: ut expreſſe advertit Lancel. Dec. 150. l. pars literarum, ante fin. inf. eod. Neque obſtant verba, d. l. ſi reus expenſa viri ſupra, nam debent accipi in genere, ut ſcilicet magiſtratus indiſtincte non poſ-

Petri Barboſæ, Tract. Comment. de Judiciis

ſit in jus vocari, neque in Judicio conveniri, l. pars literarum & ibi gl. & Alb. l. ſi adulterium, §. fin. inf. de adulter. & non in eo caſu particulari, in quo citatio præceſſerat creationem magiſtratus. Præterea eſt advertendum, quòd Lancel. Dec. in d. l. pars literarum, ad 151 fin. opponit de decifione dict. l. ſi reus, adverſus concluſionem noſtri text. & reſpondet, quòd in terminis d. l. ſi reus, magiſtratus omnino eximitur à judicio, & ideo præventio non impedit privilegium ſuperveniens: Sed in caſu hujus text. privilegiatus non omnino eximitur à Judicio, ſed tantum mutatur Jūdex, & ideo privilegium ſuperveniens obſtat præventioni, quæ tamen reſponſio rejicienda eſt: quia in ſpecie d. l. ſi reus, magiſtratus non eximitur omnino à judicio, ſed tantum ſuſpenditur judicium, donec duraverit magiſtratus, l. ſi adulterium, §. fin. inf. de adulter. & ideo verior eſt reſponſio, quòd in d. l. ſi reus, non mutatur Jūdex, ſed ſuſpenditur cognitio cauſæ, dum duraverit magiſtratus: & ideo cum videatur agi de modico præjudicio, habebit locum privilegium, etiam in cauſis pendentibus, juxta ſupra tradita, ad quòd reducendus eſt Cabed. dec. 24. num. 8. Accedat quòd prædictum privilegium non reſpicit ſubſtantiam liti, ſive decifionem cujus reſpectu nihil mutat, ſed magis reſpicit uſum & exercitium liti motæ. Porro quando diſpoſitio reſpicit uſum, & exercitium cauſæ comprehendit uſum, & exercit. futurum quantumcumque cauſa illa à præterito pendeat & ortum habeat: gl. Clem. 2. verb. utetur, de vita & hon. cler. gl. 4. Clem. 1. de teſta. Ant. c. fin. n. 18. verſ. tertio caſu, de conſt. Navar. c. ſi quando, p. 87. de reſcrip. quòd eſt notab. ad Ordinationem Portugallia, lib. 3. tit. 8. in prin. veteris impreſſionis, quæ hodie eſt l. 3. tit. 9. novæ recopilat.

Neque eſt omittendum, quòd probat d. l. ſi reus quòd licet eo caſu principalis non poſſit conveniri neque condemnari, dum durat magiſtratus, tamen ejus fidejuſſor de judicatio ſolvendo condemnari poteſt: ex quo text. colligit Rom. ſing. 627. poſt Bal. l. un. in fin. C. de priviſ. dor. quòd exceptio declinatoria fori competens principali non communicatur nec prodeſt ejus fidejuſſori, ſubſcrib. Aſſiſt. dec. 206. n. 2. Bolog. Auth. habita, n. 323. ante fin. C. ne ſilius pro patr. quam tamen concluſionem non probat ille text. quia non agit de exceptione declinatoria, ſed potius de dilatoria, quæ coram quocumq; Jūdice opponi poteſt. Et ideo verius eſt d. l. ſi reus, ea ratione procedere: quòd privilegium competens ratione magiſtratus, eſt personale: & ideo nihil prodeſt fidejuſſori, l. exceptiones, inf. de excep. §. ſi Inſt. de replic. & advertit gl. fin. d. l. ſi reus. & Bar. vir bonus, in fin. inf. judicatum ſolvi. Si ergo abſens non defendatur arbitrio boni viri, condemnabitur fidejuſſor in intereſſe.

Et hac etiam ratione procedet l. qui autem, in prin. ſup. ſi quis cautus. neq; repugnat text. l. ſi is qui, 6. ſup. ſi quis cautus. ubi privilegium principalis prodeſt fidejuſſori, quia placet reſponſi. Alex. l. ſi quis quemquam, num. 1. ad fi. ſup. ſi quis cautus. Quòd procedit ſpecialiter, quando principalis aberat cauſa Reipublicæ: nam cum impoſſibile ſit fidejuſſori cum revocare ad judicium cum detrimento Reipublicæ, & cum ſiſtere in judicio: propter hanc impoſſibilitatem ſuccurritur fidejuſſori, ſed extra hunc caſum privilegium principalis nihil proderit fidejuſſori, ut dictum eſt, quia culpa poteſt imputari fidejuſſori, qui non curavit, principalem renuntiare ſuo privilegio, prout poterat l. penult. C. de pact. prout etiam facere poterat in terminis d. l. ſi reus, nam potuit magiſtratus ſuo renuntiare privilegio, arg. l. eſt receptum, ſup. de juſtitiæ om. judi. quòd ſi non fecit, culpa imputabitur fidejuſſori, quia per ejus culpam factum eſt: quominus principalis ſiſteretur in judicio in ea cauſa;

K

ea cauſa: Unde merito condemnabitur id, quod ſignificat *d. l. qui autem in princ. ſup. ſi quis cauſio*, ibi (*uirur privi.*) ſignificat enim culpam ſidejuſſoris in eo conſiſtere, quòd principalis utitur in ea cauſa privilegio, cui poterat renuntiare, ſi ſidejuſſor id exigeret.

162 Quibus addendum eſt, quòd cum de cauſa civili ad criminalem valeat argumentum, *l. abſentem, inf. de pœn.* id quod ſupra reſolutum fuit in cauſa civili, pariter admittendum erit in cauſa criminali, ac proinde prout in cauſa civili, nihil prodeſt privileg. ſuperueniens, quoad cauſam jam præventam, juxta noſtrum text. pariter & in cauſa criminali, præventus tenebitur reſpondere coram Judice, qui prævenit juriſdictionem, neque privilegium poſtea conceſſum ei proderit quod probat, *l. hos accuſare, §. hoc beneficio, inf. de accuſa. & ibi notat Bar. n. 3. & idem Bar. l. Uranius, n. 12. inf. de fidejuſ. & l. 1. n. 3. infra, de pœn.*

164 In contrarium tamen expendo iſtum text. dum probat, quòd ſi præventus in cauſa civili efficitur miles: non gaudebit privilegio, *l. magiſterie, C. de juriſd. om. jud.* tamen in cauſa criminali, poterit is miles accuſari, & puniri per magiſtrum militum, ut probat *l. qui cum uno, §. ſi reus, inf. de re milit.* hanc difficultatem movet gloſ. pen. in præſenti, & inepte ille ſatisfacit: Ang. autem *hic n. 4. in fin.* reſponder, quòd in cauſa criminali, Judex qui prævenit juriſdictionem, poterit militem condemnare, executio autem fiet per magiſtrum militum, *d. §. ſi reus.* Quod & ſentit Bar. *l. 1. n. 3. inf. de pœn.* ſed non placet, quia ſi Judex, qui prævenit eſt competens ad condemnandum, ergo & ad exequendum, *l. cum quedam, ſup. de juriſd. om. judic.* Magis ergo placet intellectus Oldradi, queu referunt & probant Alb. *hic Fulgoſ. n. 1. ad fin. Lancel. Dec. col. 1. ad fin. Jacobi. n. 11.* quod reus poſtulat criminis, antequam oſtenderet innocentiam ſuam, voluntarius miles effectus eſt, & ob hoc capite punitur, quia ad honorum militiæ aspiravit, contra prohibitionem, *l. un. C. de reis p. ſul. l. 10. & notav. gl. d. §. ſi reus, verb. capite,* & ita debet explicari, *l. fin. infra, de re milit.* Unde propter hoc novum crimen, merito coram magiſtro militum 167 accuſari, & puniri poteſt, neque magiſter militum teneatur eum remittere ad judicem, qui in delicto alio per eum commiſſo prævenerat juriſdictionem: antequam illum puniat de eo novo delicto militari, *l. ſi cui, §. ſi. inf. de accuſ. not. G. Pap. dec. 202.*

Et ſecundum iſtum intellectum colligitur ex *d. l. ſi reus*, quòd ſi quis non fuit voluntarius miles, ſed coactus per ſuperiorem, ac ita effectus miles nullum delictum commiſit, tunc à ceſſante ratione, de qua ſupra, remittendus eſſet, ad judicem, qui prævenit juriſdictionem. Similiter ſi poſtquam effectus fuit miles, crimen aliquod contraheret, poterit pro eo conveniri coram magiſtro militum uti poterat accuſari, & condemnari in proprio domicilio: nam 170 miles cenſetur habere domicilium, in loco, in quo meretur ſtipendia, *l. municeps, §. fin. inf. ad municip. l. magiſteria, ad fi. C. de juriſd. om. jud. Bal. l. 3. n. 3. ſupra, de offic. Præſid.*

Ad perfectam autem explicationem, *d. l. hos accuſare, §. hoc beneficio, inf. de accuſ.* ego adverte, in eo text. videri contineri, quandam manifeſtam repugnantiam: nam præſupponit, quòd nomen alicujus fuit receptum inter eos, & nihilominus fuit creatus magiſtratus contra regulam, *l. unica, C. de reis poſtul. l. 10. l. libertus, 17. §. in quaſtionibus, ff. ad municip. & l. ſi reus delatus, infra, de mun. & hon. c. omnipot. de accuſ.* Ergo creatio illius in magiſtratum tanquam facta contra prohibitionem legis fuit

nulla, ac ita fruſtra quaeritur de privilegio magiſtratus conceſſo: Huic tamen difficultati reſpondendum eſt, quòd text. non præſupponit valere electionem illius, cujus noſten receptum erat inter eos imo magis ſentit contrarium: cum tantum illum admittat ad privilegium magiſtratus: quando ſupervenit abolitio criminis, antea commiſſi: & delinquens contendit jam pro illo crimine repeti non poſſe ad accuſationem: nam tunc quaſi ceſſante crimine, in magiſtratum eligi poteſt: in quibus terminis proprie loquitur *d. §. hoc beneficio, ut hic not. Pan. n. 5.* Intelligendum ſane, quando à diverſa perſona repetitur ad accuſationem: nam ſi ab eadem, quæ eum primò accuſavit, repeti poteſt, neque utetur prædicto privilegio, *l. ſi quis repetere, inf. ad Turpil. tradit Bar. l. accuſare, §. 1. n. 2. inf. de accuſ. Alex. l. ſi conveniſſet, in fi. de juriſd. jud. not. Aret. c. qui agit, n. 12. de jud. declarando ut per Ang. l. hos accuſ. §. 1. poſt princ. infra, de accuſa.* Illud certum eſt, quòd licet quis commiſerit delictum: & antequam pro eo crimine accuſaretur, fuit electus in magiſtratum, valebit electio, *l. hoc accuſare, poſt princ. inf. de accuſ. l. ſi adulterum, §. fin. ff. de adult. Ordinati. l. 3. tit. 9. in princ. nova 175 recopilat.* quo manifeſte colligitur, quòd pro delictis commiſſis ad magiſtratum licet quis mero jure accuſari poſſit, tamen oppoſita exceptionem magiſtratus, obtinebit quòd ſuperſedeatur in accuſatione contra eum, modo propoſito, *d. l. ſi adulterium, §. fin. infra, de adult. tradunt Bar. & Alb. l. hos accuſare, in princ. infra, de accuſ. Alber. l. ſenatu. n. 13. ſupra de officio præſid.* Nam accuſatio 176 ſuperueniens non poteſt impedire privilegium magiſtratus conceſſum tempore habili. *Menoch. illuſt. quaſt. c. 28. n. 23. ad fi. & ſeq.* dum tamen opponitur de prædicto privilegio, antequam ejus nomen ſit receptum inter reos. Nam cum tantum producat exceptionem dilatoriam, ante nomen receptum inter reos proponi debet, *l. ſi marinus. 15. §. præſcriptiones, inf. de adult. trad. Bar. l. hos accuſari, in fi. princ. inf. de accuſ. Pan. c. 1. n. 3. de accuſ. Et ad hunc modum debet explicari, id quod per prædictum, & hoc beneficio, tradunt Bar. l. Uranius, n. 12. inf. de fidejuſſ. & P. m. c. 1. in fi. de accuſ. quòd accuſatus poteſt uti privilegio ſuperveniente, prout in cauſa civili idem probat, *l. ſi reus, inf. judicatum ſolvi:* nam debet hoc intelligi, dummodo de privilegio opponatur, ante nomen receptum inter reos, ſive ante litem conteſtatam ut ſupra diximus, & expreſſit Bar. *l. 1. n. 3. infra, de pœn.* quia poſtea de eo opponi non poteſt *l. ſi. C. de exception.**

Item & illud ſciendum eſt, quòd licet ſupra tradita 179 procedant in terminis juris communis, ut dictum eſt tamen in regno Portugalliæ contrarium obſervabitur nam Ordinatio *lib. 3. tit. 8. & hodie l. 3. tit. 9. nova 180 recop. in princ.* diſponit: quòd pro delictis commiſſis ante magiſtratum durante officio accuſari poſſunt, item quamvis attentio jure communi privilegium magiſtratus ſuperueniens, proſit quoad delicta antea commiſſa, *l. hos accuſare, in princ. inf. de accuſ. tradit Bar. l. Uranius n. 12. inf. de fidejuſſ.* Tamen in eo regno contrarium obſervandum eſſe diſponit prædicta ordinatio, & ordinatio *l. 2. tit. 29. §. & mandamus, & hodie l. 2. tit. 63. §. 3. nova 181 recopil. & hæc de prima limitatione hujus text. in 2. par. quam examinamus.*

Secundo igitur principaliter limita prædictam 182 concluſionem, ut non procedat, ſi reus citatus non compareat in judicio, ſed contumaciter ſe abſentet: nam tunc valde conveniri poterit coram alio Judice, neque exceptio præventionis ei proderit: cum enim citationem, quantum in ſe fuit, impugnaverit

impugnaverit, illi non parendo, locum habet regula, *c. ex eo, de reg. jur. in 6.* Et quia cum apud Judicem, qui eum citavit, non debeat audiri niſi prius reſectis expenſis: *l. ſancimus, C. de jud. à fortiori neq; antea poterit præterdere, ad Judicem, qui eum citavit, remitti debere, & ita Bar. l. ſepulchri. n. 2. inf. de ſepul. viol. Pau. hic. n. 7. Aff. deciſ. 133. n. 1. nam eadem ratione contumax non poteſt allegare in ſuum favorem regulam legis ubi ceptum, infra eod. Bar. l. quamvis. n. 8. inf. de dam. inf. Pan. c. pen. n. 12. & ibi Mar. n. 31. de foro comp. Hyppol. l. de unoquoq. n. 106. infra, de re judic. & ſingul. 239. additio Capellæ Tholoſ. q. 377. Ripa l. 2. n. 8. inf. de re jud. Vinc. de Franch. dec. 407. n. 1. in 2. Parte, & plures relati per Anton. Gab. l. 2. communium tit. de jud. concl. 1. n. 21. Caravita ritu curie 205. n. 1. Oportet tamen actorem accuſare abſentem contumacem, ut prædicta procedant, *l. properandum. §. 1. C. de jud. & in ſpecie Soc. conf. 41. n. 3. l. 1. n. 1.**

Quæſtionis tamen eſt, ſi reus contumax offerat expenſas litis, & omne damnum, quod actor paſſus eſt, propter illius contumaciam, utrum audiatuſ opponens de regula hujus l. & de regula, *l. ubi ceptum, infra eod. l. in qua quaſtione Bar. l. ſepul. viol. n. 5. inf. de ſepul. viol. Exiſtimat audiendum eſſe, & Alex. conf. 205. n. 4. l. 7. & plures, quos reſert Ant. Gab. ubi ſup. n. 24. Caravita ritu curie 205. n. 2.*

Cæterum idem Bar. ſibi contrarius, *l. quamvis, n. 8. inf. de dam. inf. in contraria eſt ſententia & ibi defendit Imol. & Lancelot. Decl. ubi ceptum, col. 2. inf. eod. & ſſ. tit. 1. conſtit. Rab. 97. in prin. n. 9.*

Invenio tamen quod Fel. c. pen. col. 2. de foro compet. ex mente Pauli & Romani concordat prædictas opinionones, quòd prima opinio procedat, quando reus offerat actori damnum & expenſas: nam tunc habebit locum prima opinio: ſi autem non offerat, procedat ſecunda opinio: quæ tamen concordia non placet, quia contumax ad purgandam moram non teneatur offerre actori damna, & expenſas: ſed ſatis eſt, quod eas offerat in judicio ex juſſu judicis, *l. ſancimus, C. de jud. Si autem ex judicis juſſu, ea non offerat, ex officio, cum non audiet Judex, Bar. l. in ſulam, n. 1. infra, de verb. oblig. communiter receptus, ut ibi aſſerit Ripa, n. 25. Et ideo magis placet indiſtincte ſecunda opinio. Neque enim ſecundus Judex teneatur remittere contumacem ad primum Judicem, niſi prius ſibi conſtiterit purgatam eſſe contumaciam, & quòd primus Judex petat ad ſe re citri, *l. hoc amplius, §. Celſus, ad fin. inf. de dam. inf. Caravita ritu curie 205. n. 5.* namſi petat, faciet remiſſionem ad primum Judicem, cum per præventionem primi Judicis fundata & firmata fuerit ejus juriſdictione, unde contumacia rei non potuit ei præjudicare in jure ſibi jam quaſito, ut advertit Rom. d. l. quamvis, n. 2. ad fi. Maria. c. pen. n. 44. de foro comp. Idque ſi primus Judex ſponte ſua petat, ſicri remiſſionem rei contumacis, & ad ſuum Judicium: nam invitus non cogetur, cum ejus autoritatem contempſerit, *argum. litigatorer, n. prin. ſupra, de recep. arb.* In regno ſane Portugalliæ, cum adverſus tamen contumacem procedi poſſit etiam lite non conteſtata ad diſſinitivam ord. *lib. 3. tit. 14. & hodie l. 3. tit. 15. poſt princ. nova 183 recopil.* Et ſic per abſentiam rei, nulla inferatur mora liti, neque damnum actori ceſſat in eo regno diſpoſitio *d. l. ſancimus, C. de jud. ut ibi expreſſe tenet Pau. n. 6.* niſi actor noluerit uti remedio prædictæ ordinationis, & velit jure communi procedi contra contumacem: nam tunc contra eum inducetur *d. l. ſancimus*, prout & in eo regno, ſi actor fuit contumax & non comparet in die citationis, ac ob id abſolvitur reus ab inſtancia judicii ſi actor velit eum iterum convenire pro eadem cauſa, non audietur, niſi reo prius ſolutis expenſis ut diſponit ord. *lib. 3. tit. 13. Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.**

& fin. & hodie. l. 3. tit. 14. §. fin. nova 184 recopil.

Tertiò & ultimo limita concluſionem deductam 199 ex iſto text. non procedere: quando ille, qui muſel tavit forum: ſimul mutavit ſtatum, & conditionem perſonæ: ut quia ex laico factus eſt Clericus, vel religioſus: nam tunc non obſtant præventionem facta per Judicem ſecularem coram Eccleſiaſtico conveniendus eſt; cum etiam volens coram alio conveniri non poſſit, *c. ſi diligenti & c. pen. de foro comp. & ita limitat Jac. Butrig. l. quiſquis, C. de epiſ. & cler. Oldrad. conf. 4. & alii quos reſert Fel. c. pen. n. 1. de foro comp. additio Capell. Thol. q. 144. Dec. tract. crimin. l. 4. c. 24. n. 2. Ant. de Matrib. tract. de prorogat. juriſd. n. 36.*

Sed cavendum eſt, quia gl. i. hic explicando iſtum 200 textum in Clerico, aperte contrarium ſentit quam probat Ang. Fulg. & Jacob. *hic n. 8. Bar. l. 1. n. 3. infra de pœn. Feder. conf. 97. n. 2. & n. 8. elegantior Alb. c. 1. de heret. in 6. q. 13. d. n. 23. Vinc. de Franchis dec. 384. n. 11. in 2. part. Quare ad veram reſolutionem hujus limitationis, tres in propoſito ſunt conſtituendæ concluſiones. Prima eſt, quòd ſi quis poſt contractum celebratum, & antequam pro eo ad judicium vocaretur, effectus ſit Clericus, debet pro eo contractu coram Judice Eccleſiaſtico conveniri, *gl. 2. l. nemo poteſt. infra de leg. 1. reſol. Alber. d. q. 13. n. 21. Covar. præſt. quaſt. c. 32. d. 4. verſ. prima concluſ. & Jul. Cl. in præxi crim. §. fin. q. 36. n. 43.**

Secunda concluſio eſt, ſi agatur de cauſa civili, 203 & laicus ſit citatus per Judicem ſecularem pro ea cauſa, & is poſt citationem effectus ſit Clericus: tenebitur litem proſequi coram ſeculari, qui prævenit juxta regulam hujus text. & in his terminis procedit id quod ſentit gl. i. hic communiter recepta, quam ultra ſupra allegatos probant additio Capellæ Tholoſ. q. 147. & Navar. c. non dicatis, 12. q. 1. n. 92. ad fi. Alc. d. q. 13. n. 23. & expreſſim probat ordinatio Portugalliæ *l. 2. tit. 1. §. 4. nova 185 recopilat.* Quinimo ſi tantum ſint Clerici in ordinibus minoribus conſtituti, etiamſi non ſit præventa juriſdictione tenebuntur reſpondere coram Judice ſeculari in regno Portugalliæ, ut diſponit ord. *l. 2. tit. 1. §. 14. & §. 4. quæ hodie eſt lib. 2. tit. 1. §. 27. nova 186 recopilat.* Et idem in regno Hispaniæ, ut tradit Anton. Gom. 3. tom. c. 10. n. 5.

Cæterum circa inter pretationem prædictæ ordinationis Portugalliæ, eſt advertendum, quòd dum id diſponit, in clericis conſtitutis in minoribus & conjugatis, concordat cum *ca. un. de cler. conjug. in 6.* cujus communis intellectus: quòd Clerici conjugati in minoribus conſtituti, in cauſa civili tenentur coram Judice laico reſpondere, & tradit Covar. *præſt. quaſt. c. 31. n. 7. Ant. Gom. 3. tom. c. 10. n. 4. Jul. Cl. in præxi crim. §. fin. q. 36. n. 8.* Sed dum eadem ordinatio Portugalliæ addit, idem eſſe obſervandum in Clericis in minoribus non conjugatis, diſcrepat à jure Canonico, quod his etiam non deferentibus habitum nec tonſuram, conceditur privileg. forti, ut conſtat ex *cap. 2. de foro comp. & profe. quitur Alex. conf. 210. d. n. 2. l. 2. Jul. Cl. ubi ſupra, n. 19.* niſi eam ordinationem ſalves, ex vi immemorialis. Nam licet non valeat conſuetudo, ut ea conſuetudo quoad clericos in minoribus, ut poſt Innoc. trad. *Hyp. ſing. 609. cui adde Marian. c. 1. n. 8. ad fi. de foro cap. quem probat Ant. de Matth. de prorogat. juriſd. n. 36. verſ. redeundo. & Covar. præſt. quaſt. c. 31. n. 5. verſ. tertio.* Et ita generali conſuetudine eſſe receptum, quòd Clerici in minoribus reſpondeant in cauſa civili, coram ſeculari, teſtatur Covar. *præſt. quaſt. c. 32. ante num. primum* cum qua conſuetudine generali conformavit ſe prædicta Ordinatio.

214 Tertia conclusio fit, si agatur de causa criminali, etiam si præventa fuerit iurisdicção laici, qui postea efficitur Clericus, non obstante præventione ad Judicem Ecclesiasticum remittendus est: juxta dispositionem, *c. clerici, de jud.* quam conclusionem tanquam receptam proposuit Covar. *pract. quæst. c. 32. nu. 4. vers. prima conclus. Placa de delict. c. 35. in princ. Jul. Cl. in praxi crim. §. fin. q. 36. n. 43.*

215 Sed subsistendum est, quia prædicta opinio potest admitti, quando quis post delictum commissum & rament ante citationem verbalem, vel realem effectus est Clericus. Nam si post præventam iurisdicçãoem factus sit Clericus: accusandus est coram seculari, neque est remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, juxta generalem reg. hujus tex. *l. hos accusare, & hoc beneficio, inf. de accusat.* Et ita esse receptum resolvit Albert. *c. 1. de heret. in 6. q. 13. n. 1.* & in eo tamen sensu, quod per secularem possit fieri condemnatio & executio in pœna pecuniaria, non autem in persona clerici, quæ jure divino exempta est à jurisdictione seculari, *c. si imper. cum gloss. 96. dist. cap. quæquam, cum gl. de censibus, in 6. quod ita tradit in Bart. l. 1. n. 3. post med. inf. de pen. Bald. l. officiales ad medium C. de episc. cler. Feder. conf. 97. n. 8. Collectar. c. penult. in prin. & ibi Marian. nu. 53. de foro compet. f. l. cum quedam, num. 10. supra, de iurisdicção. omnium judicium. & ibi Cognol. numer. 34. Aufferius, de potestate seculari, regul. 1. fallentia 11. Alb. d. c. 1. de heretic. in 6. questione 13. n. 4. & num. 10. & esse receptam resolutionem asserit Angel. de Cast. conf. 36. n. 5. l. 2. crim. Navar. c. non dicatis, l. 2. q. 1. n. 92. ad fin. Cutierrez, in practica ad l. regni 1. part. 218 quæst. 5. n. 3. ita ut Judex secularis magis dicatur Judex causæ Clerici, quam Judex personæ illius, & sic non poterit capere personam Clerici: neque illum punire: neque torquere, ut adversus Bal. l. si quis decurio, n. 3. C. de fals. resolvit Alb. d. q. 13. n. 4. Quinimo, & quod supra dictum est, quod si quis post delictum commissum, & ante citationem efficitur Clericus debet conveniri coram Ecclesiastico, limitandum est, nisi vere vel præsumtive constet, in fraudem se fecisse Clericum: nam tunc etsi non fuerit præventa iurisdicção, tamen coram seculari conveniendus est: quia privilegium acquisitum per fraudem nihil prodest acquirenti: *l. hos accusare, in prin. ibi (si non retractant) infra d. accus. l. si maritus, l. 5. §. legis Jul. infra de adult. l. 1. C. qui milit. non poss. l. si. infra de re milit. & ne alias ex fraude sua commodum reportet contra regulam, c. ex tenore de rescrip. & ita post Jo. And. trad. Bar. l. 1. n. 3. infra, de pen. Bald. l. official. n. 2. de episc. & cler. Imol. conf. 118. & sequenti Feder. conf. 97. n. 8. Marian. c. penult. n. 53. de foro comp. Hyppolit. l. statu lib. n. 4. infra. de quæst. & in Rubr. n. 111. infra de fideiuss. & sing. 534. Vinc. de Franchi dec. 384. nu. 3. in 2. parte & alii relati per Boffium in praxi criminali. tit. de pœnis, n. 38. Cov. practicarum quæstion. c. 32. n. 4. vers. 2. conclusio. Placa de delict. c. 35. n. 1. Jul. Clar. in praxi, §. fin. q. 36. num. 43. Gama de Sacrament. præstand. quæst. 5. numer. 27. & probat ordin. lib. 2. tit. 1. §. 2. novæ recopilationis, receptissimum esse asserit Vivius lib. 1. communium verb. clerici, vers. ord. Ecclesiasticus, Ant. de Marb. de prorog. iurisdicção. numer. 57. & ad hunc modum debet declarari, l. 5. tit. 4. in 2. par. Extravag. quæ hodie est lib. 2. tit. 1. §. 2. novæ recopil. Addendo tamen prædictis, quod cum non obstante fraude imprimatur character, ut ille verus sit Clericus, non poterit condemnari in pœna corporalis, sed tantum in bonis, Bar. l. 1. numer. 3. ad fin. inf. de pœnis. Pan. c. 1. num. 5. de oblig. ad ratiocin. & asserit receptum Imol. conf. 118. Ang. de Cast. conf. 37. n. 1. & n. 19. l. 2. crim. Cov. n. pract. q. c. 32. n. 4. vers. 3. conclus. Placa de delict. c. 35. n. 3. Jul. Clar.**

in praxi crim. §. fin. q. 36. n. 4. Dec. tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 60. quem omnino vide ibi nu. 138. optime declarantem. Et ratio prædictorum est, quod Clericus duo consequitur privilegia, scilicet privilegium fori, & privilegium, *c. si quis suadente, l. 7. q. 4.* Et quamvis propter fraude commissam amittat privilegium prædicti Canonis: nam facilius amittitur primum privilegium quam secundum, *ut post Pan. tradit Alex. de Nævo conf. 59. n. 15.* Licet igitur in prædicto casu secularis possit contra Clericum procedere, non tamen potest ejus tangere personam, ne incurrat excommunicationem prædicti Canonis. 225 Et quid in his terminis sit observandum in Clerico conjugato? Explicat Covar. *practicarumque c. 31. n. 7.*

Et advertes inter prædictos casus eam esse diffidentiam, quod quando ratione præventionis causa retinetur penes secularem, poterit etiam retineri, ratione fraudis præsumtæ: nam qui post citationem ratione delicti, vel etiam post diffamationem delicti commissi, efficitur Clericus, præsumitur quod in fraudem id fecerit, *arg. l. si infra, de bon. eor. qui mort. sibi consiverunt, & l. adulter. §. eo tempore, infra de adult. & l. si quis decurio, & ibi notat Bald. n. 3. C. de fals. & in terminis tradit Bart. l. 1. n. 3. infra. de pen. Federicus conf. 97. n. 8. Imol. conf. 118. Alb. Tocius tract. de perfect. cleric. l. 2. c. 6. n. 2. Catal. in memorabil. verb. laicus, Covar. & Placa ubi supra Perez, l. 1. tit. 3. l. 1. ordinamenti veteris, verb. clericus p. 57. Gutierrez, in practica ad l. regni, l. 1. quæ. 5. n. 5. ordin. l. 2. tit. 1. §. 2. novæ recopilat. Et ideo in his terminis licet ordinatio contra hanc præsumtionem, probet in fraudem non fuisse ordinatum, tamen ratione præventionis coram Ecclesiastico respondebit, juxta supra tradita. Cæterum si adhuc non fuerit præventa iurisdicção, & qui non erat accusatus, vel diffamatus de delicto, tunc non præsumitur fraus nisi clare probetur, *l. quoties, §. qui dolo, sup. de prob. & pariter si accusatus vel infamatus de delicto commisso fuerit ordinatus, & sic præsumatur fraus, si tamen contrarium clare probaverit, causa agatur coram Ecclesiastico à cessante ratione, de qua sup. expresse Guti. d. q. num. 2. quæ quidem omnia non receperunt aliquam emendationem vel mutationem per bullam Alex. VI. neque per Concil. Trid. ut adversus Avendan. probat Con. pract. c. 32. n. 4. & Guti. d. q. 5. n. 8.**

Neque est omittendum in hac materia, quod Alvarus Valas. conf. 48. n. 7. existimat omnia supra resoluta, in regno Portugallie non observari, quia (ut ipse existimat) ordinatio Portugallie, lib. 2. tit. 1. §. 4. constituit, quod etsi præventa sit iurisdicção per secularem, & postea citatus efficiatur Clericus, secularis poterit quidem cognoscere civiliter, & nullo modo criminaliter: & consequenter etiam si fraus dicatur intervenisse in ordinatione, unde cum generaliter loquatur satis significat, quod etsi in fraudem efficiatur Clericus, tamen secularis de ejus causis non cognosceret criminaliter, sed tantum civiliter. Item non distinguit inter pœnam corporis afflictivam, vel pecuniariam, sed simpliciter constituit, quod si causa criminalis sit indistincte, remittatur causa ad Ecclesiasticum, asseritque praxim Judiciorum regni prædicta admittere.

Sed ego hæc omnia prorsus falsa esse existimo: neque enim ordinationes Portug. solent facile recedere à receptis opinionibus Juris communis, neque contrarium probat ord. d. libr. 2. tit. 1. §. 4. quia imo bene expensa probat receptas opiniones in hac materia supra relatas. Nam advertendum est, eam loqui quando quis post præventam iurisdicçãoem efficitur Clericus: item loqui quando præventa erat

erat iurisdicção tam in causa civili quam criminali, & subdit, quod si quis post prædictam præventionem efficiatur Clericus, de causa quidem civili cognoscat secularis, item & de causa criminali quoad civilem condemnationem tantum: hoc est, quoad pœnam pecuniariam: non autem amplius: hoc est, non ad pœnam corporis afflictivam, & sic in effecta concordat cum communibus tradit. supra relatis. Et ita expressim eam ordinationem interpretatur Gama. tract. de Sacram. præst. q. 5. n. 27. ad fin. & hanc esse veram mentem illius ordinationis constat ex eo, quod dicit cognoscendum esse de eo, quod pertinet ad condemnationem civilem: nam hoc necessario intelligendum est, quando ratione criminis præventa fuerat iurisdicção, quia aliàs inepte diceretur, quod tantum de civili condemnatione agendum esset. Ergo vult ea ordinatio, quod quando in his terminis præventa fuerit iurisdicção, adhuc secularis cognoscat de causa criminali, quatenus pertinet ad condemnationem civilem, non autem quoad pœnam criminalem ut etiam communis tenebat.

Unde & contra eundem Valas. resolvendum est, quod etsi non fuerit præventa iurisdicção, & tamen constet vere vel præsumtive, aliquem in fraudem ordines accepisse, adhuc secularis poterit de crimine cognoscere, faciendo tamen condemnationem, modo de quo supra. Nam cum ea ordinatione loquatur in casu præventæ iurisdicção, & huic casui æquiparetur casus, quo quis causa evitandi Judicii secularis, in fraudem ordinatus est, ut supra dicitur: succedit traditio gl. si communiter receptæ, *l. si quis servit, C. de furt.*

Non autem omittendum duxi, quod, supra per nos traditis aliquantulum videtur repugnare Ordini. l. 5. supra tit. 4. l. 2. Extravag. dum disponit, quod si quis post commissum delictum vel postquam erat diffamatus delictum commississe, Clericus efficiatur: quod debet comparere coram Judice seculari, & coram eo ostendere titulum suæ ordinationis, ut remitti debeat ad Ecclesiasticum quæ hodie est *l. 2. tit. 1. §. 2. 1.* Nam est expendendum, quod si postquam quis erat diffamatus de delicto Clericus efficitur, præsumitur in fraudem fuisse ordinatum, ut supra diximus: & tamen prædicta ordinatio præsupponit, quod nihilominus est remittendus ad Ecclesiasticum: quod tamen videtur repugnare supra resolutis. Sed respondendum est, quod prædicta ordinatio præsupponit procedere, quando ad pœnam criminalem agitur, quæ sæpius est corporalis, & quoad hanc pœnam indigentiam, est remissio facienda ad Ecclesiasticum, & aliud esset si condemnatio facienda esset in bonis ordinati in fraudem, ut communis vult. Et ex his à fortiori venit rejiciendum, quod ipse Valas. tradit de consult. 48. n. 7. ad fin. tradita per eum etiam procedere, si post factam condemnationem in Judicio seculari condemnatus efficiatur Clericus, ea motus ratione, quia ordinatio *l. 2. tit. 1. §. 4.* indistincte prohibet, ne secularis intromittat se causa criminali Clerici: quæ tamen opinio aperte falsa est: quia Clericatus superveniens post condemnationem legitime factam in Judicio seculari, minime ordinato prodesse potest, ut tenet Joan. And. c. 5. col. si de oblig. ad ratiocin. Vinc. de Franc. decis. 384. n. 11. in 2. par. quod ita notab. ampliat dec. 395. in ead. 2. par. nam aliàs facile eluderentur sententiæ legitime late contra delinquentem in foro seculari, si per clericatum postea susceptum, in illis non possent fieri executio: & quia post condemnationem clericatum non reperit hominem liberum, & sui juris sed condemnatum ad pœnam corporalem, & ideo ei prodesse non debet, Fed. conf. 17. n. 8. Jul. Cl. in praxi crim. §. fin. q. 36. n. 44. & Petri Barboſæ, comment. de Judiciis.

in simili considerat Rom. dec. 1. de foro comp. in antiq. Covar. resol. l. 2. c. 20. n. 13. & prosequitur Alb. c. 1. de her. in 6. q. 13. à n. 26. Quinimo receptum est, quod si post captum laicum per secularem, ille efficiatur Clericus, poterit secularis adversus eum procedere ad condemnationem criminalem: quia clericatus superveniens nunquam invenit eum liberum à potestate seculari. Unde cum quoad personas reperitur subditus potestate seculari, clericatus superveniens, non potest illum eximere à prædicta potestate seculari, quod in specie sentit Jo. And. c. 1. col. si de oblig. ad ratiocin. Bart. l. 1. n. 3. in fin. infra, de pen. Ang. & Fulgos. hic, n. 1. Marian. c. pen. 73. in fin. de foro compet. Chassan. in consuet. Burgundia, Rub. 1. §. 5. n. 69. Anton. de Marb. de de prorogatione jurisdictionis, n. 57. vers. unde clericus, dec. tract. crim. l. 4. tit. 9. à n. 137. & videtur text. cap. mult. 2. quæst. 1. adjunctis traditis per Panormitanum *c. ut si clerici, in princ. n. 20. de jud.* Neque obstat ratio Valasii: quia licet ejus interpretationem admittat ad ordinationem, *l. 2. tit. 1. §. 4.* (quæ tamen est aperte falsa, ut supra ostendimus) adhuc falsa est, hæc sua postrema conclusio, quia ordinario procedit, quando præventio facta est, quoad causam, & non quoad personam: nam si facta sit etiam quoad personam, poterit secularis de ea causa etiam criminaliter cognoscere, ut supra traditis, prout & potest cognoscere de Clerico assisino, * etiam quoad pœnam corporalem, *c. 1. de homic. in 6. tradit. cap. dec. 1.*

Quinimo etiam in casibus, * in quibus secularis non potest procedere ad condemnationem criminalem: si tam in crimen prædicti Clerici, sit enormissimum, ita ut pro eo debeat criminaliter & severe puniri, poterit secularis requirere Ecclesiasticum, ut illum degradet, & tradat curiæ seculari, ut possit condigne puniri, juxta nota, *c. cum non ab homine, de jud. & ita Bar. l. 1. n. 3. ante fin. inf. de pen. Ang. de Cast. conf. 37. à n. 8. l. 2. crim. Jaf. l. cum quedam, n. 10. supra de jurisd. om. jud. Hyppol. l. statu lib. n. 5. ad fin. infra, de quæst. & sing. 534. Placa de delict. c. 35. n. 4. Jul. Cl. in praxi criminali, §. fin. q. 26. n. 43. ad fin. facit l. si. infra. de re milit.*

Contrariam nihilominus sententiam, imo quod Clericus non sit degradandus ad requisitionem secularis Judicis probat Anton. c. 1. col. 4. & ibi Pan. n. 5. ad fin. de obligatis ad ratiocin. * quia de gradatio tantum permittitur, quando accusatio fit coram Ecclesiastico, & est crimen enormissimum, uti d. cap. cum non ab homine, & tradit Guila Bened. tract. de homic. n. 3. Jul. Clar. d. §. fi. q. 36. n. 36. Non autem invenitur jure tantum quod ad requisitionem secularis, fiat prædicta degradatio, cum Ecclesiasticus non teneatur stare processui, vel sententiæ secularis late contra Clericum, ut resolvit Fel. c. at si clerici, in prin. n. 4. de jud. & ideo verius est quod ad solam requisitionem secularis, Clericus non debeat degradari per Judicem Ecclesiasticum.

Quinimo secularis tenebitur remittere Clericum ad Judicem Ecclesiasticum, *c. si judex laicus, de sententiis excomm. in 6.* & Ecclesiasticus si enormitas criminis id exigat, poterit eum degradare ex officio, & tradere curiæ seculari, ut eum criminaliter puniat: Gama tract. de Sac. præst. q. 5. n. 28. & satis Nav. c. non dicatis, l. 2. q. 1. n. 92. ad fin. Quod si Ecc. judicaverit, Clericū non esse tradendum curiæ seculari, nō poterit secularis contra clericum procedere criminaliter: quasi non condigne in foro Ecclesiastico fuerit punitus, cum contra clericum nullam habeat jurisdictionem, *c. clerici de jud. & ita Bald. l. officiales, ad fin. C. de episc. & cler. & sentit ordinatio Portugallie, d. l. 2. tit. 1. §. 4.* Quæ vera intelligas in Clerico insignito sacris ordinibus: nā

fi fuerit Clericus in minoribus consuetudine obtentum est: ut si gravis crimina committat, possit pro illis criminaliter puniri per secularem absque ulla degradatione iudicis Ecclesiastici: ut resoluunt *ov.rr. pract. quest. c. 32. n. 3. Jul. Clarus in pra. i. crim. s. fin. q. 36. n. 2. ad fin.* Unde pari ratione si praedictus Clericus in minoribus, non fuerit condigne punitus in foro Ecclesiastico, poterit secularis contra eum procedere ad imponendam poenam condignam delicto, c. *felicit. s. si de penis in 6.* etiam si nulla facta sit degradatio per Ecclesiasticum. Covar. *pract. c. 42. n. 4. vers. tertia conclusio, Gama de Sacram. praesent. q. 1. n. 28. ad fin.* Quod est notab. ad 253 explicationem Ordinationis l. 2. tit. 1. s. 4. novae re- 254 copiationis, *quamvis semota consuetudine: attento iure communi non possit secularis procedere contra laicum in minoribus, nisi prius facta sit degradatio per Ecclesiasticum, Pan. c. non potest, de re iudic. *Mazan. in pra. i. 4. parte, 11. dist. iudicior. n. 45. ad fin. pag. 222.* *adeo quod Clericus in minoribus non amitteret privilegium fori, etiam si sine habitu & tonsura incederet: nisi ter monitus ab Episcopo, ut recederet cum habitu & tonsura & ipse non paruit: *Vivius l. 1. communium, verb. clerici a potestate, in fin. & Jul. Clar. d. s. fin. q. 36. n. 19.* qui tamen asserit consuetudine obtentum esse quod Clericus in minoribus ex eo, quod tempore captivae invenitur sine habitu, & tonsura, amittat privilegium fori, etiam si nulla praecesserit monitio Episcopi Ecclesiastici de reassumendo habitu & tonsura.

259 Postremo in hac materia non est omittendum dictum Bald. l. 1. n. 4. c. an servus ex suo facto, quod diversis modis solet allegari per Doctores: nam Jacobin. hic n. 10. illud allegat: quasi dicat, quod licet ante delictum commissum: quis emittat votum de ingrediendo Religionem, tamen si adhuc non erat ingressus: Iudex secularis, eum pro delicto punire potest: quod dictum licet in se verum sit: ut statim dicemus, tamen aperte est contra mentem 260 Bald. qui aperte loquitur, quando ille, qui emittit votum, illud implevit, & eo praetextu petebat se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum. Unde Jafon l. cum quaedam, n. 11. supra, de iurisdic. omnium iud. 261 allegat Bald. quasi dicentem quod si quis ante delictum commissum, fecerit votum de ingrediendo religionem propter illud votum, censetur religiosus, & ideo per secularem puniri non potest, quod dicit utriusque, & subscribit D. cian. *tratt. crim. l. 3. c. 9. n. 2. & cap. 14. n. 2. & seraphinus tratt. de iuram. privileg. 8 n. 3.* Qui addunt, quod cum actus votendi pendat a solo animo votentis, debet stari eius iuramento, quo animo voverit, t. *juxta traditionem gl. s. sed ista, in fi. de actio. Subscribit Gerard. sing. 51. Hippol. sing. 534. Catellan. in memorab. verb. laicus, Hipp. tratt. huncit. verb. Ecclesia, d. n. 122. Seraphin. ubi supra, & alii adducti per Placiam de delict. c. 35. n. 7. & hanc esse communem opin. & 262 praxi servandam asserit Vivius l. 1. communium, verb. clerici a potestate, vers. si ordo Ecclesiasticus.*

Sed subsistendum est: quia, ut sup. diximus, Bald. loquitur, quando post votum, & post delictum commissum, vovens adimplevit votum unde ex d. Bald. illud tantum colligi potest, quod voti implemētum trahitur retro ad initium facti voti, ut intellegat Jo. de Arno. *sing. 29.* Sed utique neque horum dicta vera esse possunt, quia iure non probatur, quod qui votum fecit ingrediendi religionem, ex hoc solo censetur Religiosus, neque etiam quod ad implementum voti trahatur retro ad initium initium: & ita quod dictum Jaf. supra relatum sit falsum, contendit Chastan. in consuet. Burgund. *Rubr. 1. s. 5. n. 69.* & illud ex professo impro-

bat Covar. *pract. q. c. 32. ad fin. Crocus l. nemo potest. n. 84. inf. de leg. c. 1. Ab. c. 1. de heret. in 6. quest. 13. n. 35.* Item & admittit opinione Jaf. non tamen ex ea sequitur ea utilitas, quam ipse considerat: *quia cum adversus committentem d. delictum sit praesumptio doli, c. 1. de p. adm. l. 1. c. ad l. Corn. de Sicar. non statitur iuramento parisi, cui obstat praesumptio juris communis, cap. vidua, de regular. Bar. l. inter omnes, s. recte, n. 4. infra de furtis, & in specie advertunt Claud. d. l. cum quaedam, n. 14. & ibi Cagnol. in fin. supra, de iurisdic. omnium iudicium. 266 Item tunc statuitur dicto jurantis, quando agitur de modico praesudicio alterius partis, secus si de magno: In nostro autem casu videtur agi de magno Reipublicae detrimento, si delictum condigne non puniatur, ut advertit Covar. *pract. c. 42. n. 4. c. 32. ad fin. Placa de delict. c. 35. n. 6.* & ideo rejectis aliorum traditionibus, verius est dictum Baldi admitti posse in eo sensu, ut licet difamatus de delicto efficiatur Clericus, praesumatur in fraudem id fecisse, ut supra diximus: tamen quando ante delictum commissum constiterit fecisse votum de ingrediendo Religionem, non enim tunc creditur in fraudem fecisse, sed compulsus necessitate voti adimplendi, c. per tuas, de voto, ac ob id cessante praesumpta fraude; coram Ecclesiastico erit conveniendus & ita Bald. interpretatur Covar. *pract. quest. c. 32. n. 4. vers. tertia conclusio, Placa de del. c. 35. n. 5. ad fin. Valasc. conf. 48. n. 8.* * qui licet addat hoc parum esse considerandum in regno Portugalliae in quo licet quis in fraudem sit ordinatus, tamen semper conveniendus est coram Ecclesiastico: verius tamen est, dictum Baldi explicatum, ut supra, utilitatem habere in eo regno per ea, quae supra resolvimus eundem. Valasc.

His ita explicatis, * pro coronide in hac materia, praeventiois duo annotanda sunt. Primum dictum Bar. l. si maritus, per illum tex. inf. ad l. Jul. de adul. quod si duo sunt Iudices, aequalem iurisdic. habentes, & vacet unius ex illis officium, vel aliis sit unus impeditus illud exercere, si collega de causa cognoscat respectu impediti non dicitur praeventisse iurisdictionem: sequitur Aret. l. si pluribus, col. 2. ad fin. infra, de leg. 2. Decian. *tratt. crim. l. 4. tit. 20. n. 18. Hieron. de Monte tratt. finium regum. c. 25. n. 1.* Quod * tamen dictum non videtur esse verum, cum sit contra generalitatem hujus text. & l. supra de cons. Neque contrarium probat, nisi maritus, 15. infra, de adul. quia licet probet, quod maritus & focer habet aequale jus ad accusandum adulterium, debet intellegi in hoc sensu, ut habeant aequale jus ut in accusando praefertantur extraneis volentibus accusare, sed si comparatio fiat directo (inter praedictos) fortius jus habet maritus quoad accusandum adulterium, quam focer: & ideo illi maritus in accusando praefertur, l. 2. s. cum l. seqq. infra de adul. Si igitur maritus propter magistratum impediatur accusare adulterium, propter rationem Bar. l. si maritus, s. lege Julia, n. 4. inf. de adul. interim non admittetur focer ad accusandum, licet debilius jus habet. Inde igitur inferri non potest ad eos, qui jus habent aequale in his enim standum est dispositioni generali, l. 1. supra, de consulib. & in specie contra Bur. advertit Ang. d. l. si maritus, Roma, *sing. 142. Jaf. l. si plurib. n. 25. inf. de leg. 1.*

Secundum principale dictum in hac materia est quod quemadmodum reus post citationem non potest declinare iurisdictionem ad causam, juxta istum text, pariter neque actor variare potest: & eum convenire coram alio Iudice, nam ubi incipit iudicium & ibi finiri debet l. ubi captum, inf. co. notat Paul. *hic n. 6. Marian. c. pen. n. 55. de foro comp.*

Ad cujus

274 Ad cujus tamen legis interpretationem advertendum est, quod licet verba d. l. ubi receptum, videantur requirere quod ut regula illius text. procedat, oportet iudicium esse ceptum, & sic litem contestatam, quia antea non dicitur iudicium ceptum, l. cum fundus, in prin. & ibi Alex. n. 2. sub si cer. pet. tamen * 275 verius est sufficere actor. in citate reum, coram certo Iudice, ut locum habeat regula, d. l. ubi ceptum, ut sic aequalitas servetur inter reum, & actorem: ut resolvit Guid. Pap. dec. 421. & asserit receptum Chaf. *conf. 45. n. 26. & ampliatur Bal. conf. 283. n. 1. l. 1. & Pan. conf. 24. col. 1. ad fi. l. 1.* Et eadem ratione aequalitatis servandae, prout exceptio competens ex decisione hujus tex. est dilatoria, & sic debet opponi in iudicio ante litem contestatam, Bald. *Auth. sed novo jure, n. 9. c. de servis fugis. Jaf. l. 2. iudice, n. 10. C. de jud. ita etiam & exceptio competens ex reg. l. ubi ceptum, 276 *inf. eodem, dilatoria censetur, & debet opponi ante litem contestatam, Innoc. c. cum M. Ferrar. col. fin. de consuet. & ibi Fel. n. 25. iudic. c. fin. n. 8. de jud. & asserit receptum Jaf. l. nulli, n. 6. C. de jud. Decl. l. cum que tom, in prin. supra de iurisdic. omni iudic. Denique t. est advertendum, quod, ut competat exceptio ex reg. l. ubi ceptum inf. eo. oportet, quod introductio ex iudicio, de eadem re agatur, & ex eadem causa, ita ut sententia lata in una pareat exceptionem rei iudicatae, respectu alterius, Alex. *conf. 106. n. 29. lib. 3. eleganter Cornet. conf. 30. n. 2. l. 3. Socin. conf. 94. col. 3. ad finem, lib. 3. Jaf. l. nulli col. 1. ad finem, C. de iudic. & l. pecuniam, n. 6. si, ra, si certum petat. Capit. decif. 122. n. 9.* aliis enim, si diversa res petatur, vel etiam ex diversa causa, non competit exceptio ex reg. d. l. ubi ceptum, Bart. l. si pluribus, n. 1. ad finem infra, de legatis 1. Affl. dec. 30. & supra diximus, & in nostris terminis tradit Jaf. *conf. 9. col. 2. ad fin. l. 1. Ant. Gab. l. 2. commun. tit. de iudicis conclus. 1. n. 35.* aliam etiam notabilem limitationem, vide per Jaf. *conf. 9. col. 2. l. 1. & aliis per Felinum c. ex tenore, n. 15. de rescriptis. Conset. sing. 144. verb. Iudicium, Bern. Diaz, remissive. reg. 382. & Ant. Gab. l. 2. commun. tit. de iudicis. concl. 1. per tot. t. & alia etiam circa materiam 278 praeventiois, vide tract. per Anonium de Math. *tratt. de prorog. iurisd. n. 32.* Et t. haec sufficiant in hac 279 materia. De intellectu autem l. vacat. 6. supra eo. agemus l. cum praetor. s. si, infra eod. item t. de intellectu, l. si quis in legatione, 8. infra eod. jam egimus l. 2. s. legatis sup. eo. Aliae * autem ill. parum utiles sunt, & 281 ideo peculiaris earum omittitur interpretatio: Quare sequuntur.***

L. cum praetor, 12. in princ. ff. de Judiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Si Praetor vetat unum ex Iudicibus distis iudicare, aliis videtur praevitit ut iudicent.
- 2 Tradit exemplum ad hunc tex. quo communiter approbatur, & questionem juxta eum proponit.
- 3 Tradit rationem decidendi ad conclusionem hujus tex.
- 4 Tradit differentiam inter duos casus, quos in ratione dubitandi consideraverit.
- 5 Ostendit hunc tex. procedere, quando plurib. proposito negotio unus prohibetur de eo cognoscere, secus si plura non fuerint proposta, sed tantu de uno facta est mentio.
- 6 Impugnat communem intellectum praesertim ad nostrum tex. n. 1. & ex verbis text. contra eum arguit.
- 7 Reprobat expositionem gloss. verb. commissit.
- 8 Reprobat item expositionem Fingosii hic.
- 9 Ad verum intellectum hujus text. aliqua notanda praemi-

- 10 Roma designata erant quaedam decuria Senatorum & equitum, & tribunorum avarii, qui de causis major. iudicandi cognoscerent, quos Praetor coadunabat, & illis praerat.
- 11 Praetor habebat consilium ex hominib. prudentib. quorum consilio iustitiam administrabat.
- 12 Roma consilium Praetorum constabat ex quinq. Senatorib. & ex quinq. equitib. in provinciis autem constabat. ex viginti civibus Romanis, quod consilium Roma curiae praetoris, & in provincia Praesidis dicebatur.
- 13 Praetor, & Praeses opera horum iudicium in multis expediendis utebatur, ex quib. multa sigillatim enumerat.
- 14 Expediebant manumissiones, quas minor viginti annis ex justa causa faciebat.
- 15 Si forte Praetor, vel Praeses aliquas causas graviores per se determinabat praedictis utebatur aequam accessorib.
- 16 Causas minores eisdem mittebat iudicandas & hi dicebantur Pedanei Iudices.
- 17 Pedanei Iudices qui dicantur.
- 18 Item speciales Iudices dicebantur: quia specialiter ex dictis curiis dabantur.
- 19 Quomodo debeat declarari tit. C. de Pedaneis Iudicibus, & l. 3. supra si quis eum, qui in jus vocatus est, & l. 1. s. Senatus cons. supra, de postulanda.
- 20 Assignat unum intellectum ad nostrum tex.
- 21 Applicat interpretationem tex. ad ea, quae ex Guillelmo tradidit Albericus hic.
- 22 Distat doctrinam Guillelmi impugnat.
- 23 Verba superioris prohibitiva, sive negativa non inducunt dispositionem sive concessionem.
- 24 Praedictam Guillelmi opinionem & veriozem approbat, & ex isto tex. probari ostendit.
- 25 Respondet ad fundamentum, quod pro contraria parte adductum fuit, n. 23.
- 26 Determinatur illa questio utrum sit necesse, quod loco remoto Iudicis alius subrogetur, quam negativè de termin.
- 27 Quando uni tantum facta fuit commissio, & ille sit legitime impeditus, loco illius alius dandus est, vel etiam si sit mortuus.
- 28 Item quando plures dati sunt Iudices ad causam determinandam, & unus est legitime impeditus, vel decessit, ne cause persecutio impediatur loco impediti, aut mortui alii substituendus est.
- 29 Respondet ad tex. quem pro alia parte allegare poterat in l. si quis sub conditione, in fine infra de testamentaria tutela, & de eius intellectu ibidem agit.
- 30 Tutore mortuo, alii tutores, qui supersunt, poterunt tutelam administrare.
- 31 In delegatis Iudicibus aliud observatur, si non plures dati sint ad cognoscendum de causa, & unus moriatur, vel sit impeditus, non possunt qui supersunt aliquid facere, antequam alius sit subrogatus.
- 32 In negotiis extrajudicialibus si unus procurator removeatur, vel sit impeditus iudex loco illius alium subrogare non poterit.
- 33 Explicat text. in novo alio sensu, & eum exemplificat optimo exemplo, de quo ibi.
- 34 Reprobat collectionem quam ex hoc tex. faciunt Angel. hic n. 2. & Jacobinus n. 3.
- 35 Contra proximè citatos inducit tex. in presenti.
- 36 Ille quod uni prohibetur aliis censetur concessum.
- 37 Ille qui in certo casu sibi proviavit, videtur voluisse ut contrarium observaretur in casu omisso.
- 38 Ostendit conclusionem de qua proximè non ita generaliter in hoc tex. probari.
- 39 Si de uno tantum casu fiat mentio, non censetur excludi alii diversi, sed magis videntur relictis dispositioni juris communis.
- 40 Tradit quo casu communis traditio generaliter admitti debeat, scil. quando dispositio per verba limitativa fuerit concepta.

- 41 Natura verbi limitativi ea est, ut omnes alios casus vel personas excludat.
- 42 Si unum limitari est expressum omnia ex vi prædictorum verborum collentur exclusa à prædicta dispositione.
- 43 Verborum limitatorum natura præsupponit plura, et si dispositio ad certum casum, vel personam restringatur, tacite reducitur ad terminos regulæ nostræ text.
- 44 Ostendit quomodo procedat multa jura. & doctorum de quib. hic late agit circa concl. de qua in nos. o. tex.
- 45 Declarat etiam qua ratione intelligi debeat id, quod vulgo dicitur prohibitum ad tempus, post tempus, censetur præmissum & contra.
- 46 Persona censetur potest agere pro consuetudo absente præstita cautione de rato, nisi absens relinquat procuratorem.
- 47 Absens relinquendo procuratorem, qui ejus negotia tractet, tacite videtur omnes alios prohibuisse.
- 48 Si ille cui concessa fuit reformatio statuto um, & certa confirmavit reliqua videtur reprobasse, & contra.
- 49 Limitat primo conclus. hu. us principalis deducta ex hoc text. non procedere in correlativis non enim prohibito uno, alteram censetur permissam, imo magis prohibita.
- 50 Limitat secundo quando in prohibitione, vel permissione fit mentio alicujus rei, vel personæ causa frequentioris usus ibi exemplificat.
- 51 Quando casus est prius scilicet frequentius illo modo contingere, alii casus non censentur exclusi, imo magis inclusi si eadem fuerit ratio.
- 52 Tertio limitatur, quando in casu omisso militat eadem ratio, que in expresso, tunc enim ommissus non videtur exclusus, imo magis inclusus.
- 53 Quomodo debeat declarari reg. que habet, quod ex duobus propositis, qui negat unum alterum affirmat.
- 54 Ostendit hanc ultimam declarationem aperte destrueri regulam capituli nonne, de præsump.
- 55 Pro concordia opinionum sequendam putat doctrinam Summi Pontificis. Clement. ex vi, §. cum autem natura, de verborum significatione.
- 56 Termini restrictivi ea est natura, ut excludat extranea non autem illa, que pertinent ad terminum restrictionis expressam.
- 57 Ea que sunt connexa cum termino restrictivo expresso, non censentur exclusa, sed magis in eo videntur comprehensa.
- 58 Nec item videntur exclusa illa, que si censentur exclusa, dispositio operaretur contrarium effectum ejus, at quem facta est.
- 59 Refert multos doctores qui plures limitationes ad regulam hujus text. adducunt, sed remissive.

HX isto text. notandum est. Quod si Prætor vetat unum ex iudicibus dari iudicare: aliis videtur permittere, ut iudicent. Qualiter autem in text. exemplificari debeat, insinuat. Albertinus hic. Sed communiter illud exemplum approbatur, quod Prætor commisit causam iudicandam tribus iudicibus, deinde unum ex illis vetavit iudicare, prout poterat, l. iudicium resolvitur, in fine eod. Erat igitur dubium: Utrum illi duo, qui non erant vetiti, possent eam causam iudicare? Et videbatur dicendam, non posse juxta regulam legis, sicuti sup. de recept. arb. & l. duo ex tribus, in fine de re jud. & c. uno de off. de leg. & c. cum inter, de excep. quod causa commissa tribus per duos determinari non potest: & ibi novant Panorm. & Decian. n. 2. Ratio autem decidendi est, quia in nostro casu: Prætor qui nominavit tres iudices ad decidendam causam, & postea vetavit unum iudicare, alios videtur tacite confirmare: ac proinde quamvis stante prima commissione, duo non possent causam commissam tribus iudicare, ut probant jura supra citata, tamen in hoc ca-

In duo quasi ex nova commissione, poterunt eam causam determinare, & ita Ab. Ang. Fulg. & Paul. Castren. in præfati idem aut. l. si longius, in princ. inf. eod. B. l. Auth. hoc amplius, n. 1. C. de fid. * Ac ita conflatur multum differre hos casus: quod commissio fiat tribus, & unus ex illis nolit aut non possit iudicare: nam tunc duo non poterunt causam determinare: aut vero unus non possit iudicare, propter vetationem illius qui commissione dedit: nunc tunc duo qui supersunt, quasi ex nova commissione, poterunt causam illam determinare.

Circa quem communem intellectum ad duo * est advertendum, & primo quod is text. procedit, quando pluribus propositis negotio unus prohibetur de eo cognoscere: aliud igitur erit, si plura non fuerint proposita, sed tantum de uno facta fuit mentio: nam tunc alii videntur relicti dispositioni juris communis, Bar. l. pluribus, n. 1. infra, de arb. tut. Off. v. dec. Pedem. 45. n. 12.

Item secundo est advertendum: quod licet communis intellectus verus sit in se, & notabilis: non tamen convenit verbis hujus text. nam eo admisso necessario intelligendum est, quod à principio prætor commisit hanc causam determinandam tribus iudicibus, & postea Prætor vetuit unum ex istis iudicare, ex quo tacite videtur permittere, quod alii in causa procedant: & tamen verba text. magis significant, quod non videtur Prætor permittere, ut de causa tanquam antea commissa iudicare possent, sed potius videtur concedere, quod de causa tanquam nunquam commissa de novo cognoscant. Et quamvis gl. hic exponat (committente) hoc est, jam antea commissam aliis relinquere: tamen aperte violatur textus litera, & minus satisfacit expofitio Fulg. * hic, quod Prætor non prohibebit dicitur committere de novo, scilicet exercitium jurisdictionis: nam cum antea duo de causa non possent cognoscere, nunc ex nova commissione de ea cognoscunt: nam illi obstat, quod verba text. significant non solum quoad usum, sed etiam quoad substantiam jurisdictionis videti factam novam commissionem.

Quare ad verum intellectum hujus text. sciendum est, olim quidem in causis majoribus iudicandis, Romæ designatas fuisse quasdam decurias senatorum, equitum, & tribunorum ærarii, qui de prædictis causis cognoscerent, quos Prætor coadunabat: & illis præerat, * ut eleganter tradit Bud. l. si. §. iudicandi, in fine de mun. & bon. & ulterius habebat Prætor consilium, constans ex hominibus prudentibus, quorum consilio iustitiam melius administraret: quod Romæ constabat ex quinque Senatoribus, & quatuor equitibus Romanis, in provinciis autem constabat ex viginti civibus Romanis, ut tradit Ulp. in Inst. tit. 1. quod consilium Romæ curia Præsidis dicebatur: ut colligitur ex l. si quis aliquis, §. iudicis, in fine de pen. Paul. J. reconf. l. 5. recept. sent. c. 28. * Horum autem opera Prætor, & Præses, in multis expediendis utebantur: nam cum eorum consilio expediebant manumissiones quas minor viginti annis, * ex justa causa faciebat, l. 3. §. ead. l. & ibi Theoph. Inst. quib. ex caus. manum non lic. * Et forte Prætor vel Præses, aliquas causas graviores * per se determinabat, prædictis utebatur tanquam assessoribus, l. 1. §. sup. de off. assel. l. 1. 2. sup. quod quisque jur. tradit Pacon. in declar. jur. doct. 37. n. 2. causas autem minores eisdem committebat iudicandas, l. fin. C. de Pedem. jud. Nam propositio per partes negotio coram Prætoribus, sub certa verborum formula iudicem dabat, qui de ea causa cognosceret. l. fin. sup. de offic. præf. urb. Theoph. in prin. Institutorum de interdictionis Duaren.

Duaren. l. jurisgent. ideo verbor. actionem, sup. de pass. Anr. Giberus lib. 1. quæst. juris c. 9. & dicebantur hi Pedanei Iudices ob rationem, quam assignat. Ant. Caymus l. 2. C. de Ped. jud. pag. 82. 17 col. 2. si. * ob eam, quod sedente Prætoribus tribunali, hi consiliiarii in subfelliis ad pedes prætoris sedebant, ut explicat Alc. lib. 1. parergon. ca. 41. & l. pen. n. 25. C. de pass. Cujac. in notis ad Paul. J. reconf. l. 5. recept. sentent. ca. 28. & in Novell. 18. Præterea & dicebantur speciales Iudices, quia specialiter ex dictis curiis dabantur: ut colligitur ex l. 4. inf. de tutor. & cur. datis ab his, adjuncta l. fin. sup. de off. præf. colligitur etiam ex l. 5. sup. de offic. præf. Et hac ratione text. in Auth. ut defuncti. seu fun. cor. collat. 5. dicit: iudices Pedaneos, nihil differre à consiliiariis, quia scilicet ex ipsis consiliiariis dabantur Iudices Pedanei, qui de certis causis cognoscerent. Aul. Gell. lib. 14. Noft. Att. c. 2. Ad quem modum explicandi sunt Petrus Crinitus libr. 15. honest. discip. cap. 5. & Longaval. l. imperium, à n. 30. sup. de jurisd. omn. jud. dum agunt de his iudicibus Pedaneis: & ad hunc etiam modum debet declarari titulus Cod. * de Ped. jud. & l. 3. sup. si quis eum qui in jus voc. est. l. §. Senatoriis. supra, de postulat. 20. Juxtaque reperitur verus intellectus hujus text. Nam pone Prætorum ex consiliiariis suis vetuisse unum iudicare, vel generaliter, vel in aliqua certa causa, ex hoc enim videtur approbasse alios consiliiarios, ut generaliter cognoscerent de causis, vel de ea causa particulari: & juxta hanc interpret. erit text. expressus pro Guillel. relato hic per Alber. * 21. Quod si tres erant Iudices deputati, ad cognoscendum de causis, superior dixit uni, non te intrumittas in tali negotio, videtur tacite committere aliis, ut de eo cognoscant: ita ut non sit necessaria aliqua nova commissio. * In contrarium tamen videtur favore, quod prædicta verba superioris sunt prohibitiva sive negativa, per que non inducitur dispositio sive concessio; argum. l. cum tale. §. fin. inf. de cond. & dem. l. legata inutiliter, de adi. legat. bonus text. l. Titia, §. fin. inf. de manu test. Sed respondere potest, veram nihilominus esse prædictam Guillel. opinionem, & à fortiori probari in isto text. nam in eo Prætor adhuc non declaraverat, qui ex consiliiariis deberent iudicare, sive deberent esse Iudices speciales, ad causas determinandas: & tamen eligendo aliquos, & vetando unum iudicare, videtur cæteros eligere & confirmare. Ergo à fortiori idem erit admittendum, quando jam erant declarati illi, qui de causis deberent cognoscere neque obstat ratio adducta in contrarium quia verba prohibitiva sive negativa, non inducunt admissionem, respectu illius ad quem fuerunt directa, l. Titia, cum testam. §. fin. inf. del. 2. Sed respectu illorum, qui non sunt prohibiti nihil prohibet verba prædicta, concessionem inducere, ut efficaciter probat is text. & adverteit Alber. hic n. 2. circa quod vide Bar. l. & si pluribus, de author. tut.

Item ex prædicto intellectu inferitur vera resolutio ad difficultatem, quam movet Paul. Castr. hic & l. proponebatur, n. 4. infra eo. & ibi Jaco. n. 2. 26. Utrum sit necesse, quod loco remoti Iudicis alius subrogetur? Et respondendum est: non esse necessarium, in terminis hujus textus, sive communis intellectus admittatur: sive etiam noster, nam cum Prætor tacite videatur aliis committere, ut possint iudicare, nihil opus est loco remoti alium substituere: tunc igitur erit necessarium loco remoti, vel deficientis alium substituere, quando uni tantum facta fuit commissio, & ille sit legitime impeditus: nam tunc loco illius, alius dandus est: si longius in princ. inf. eo. vel etiam si sit mortuus, l. si iudex, 32. inf. eo. vel etiam quando plures dati sunt Iudices, ad causam determinandam, & unus ex illis

est legitime impeditus, vel etiam decessit: nam tunc non causæ persecutio impediatur, loco impediti, vel mortui, alius substituendus est, l. penult. C. de Pedem. jud. Bald. l. cum Magistr. n. 1. C. quando prov. non est nec. Neque in his difficultatem debet facere decisio, * l. si quis sub cond. in fin. inf. de testam. 29. tutor. dum probat, quod si impuberi dati sint plures tutores, & unus ex illis decessit loco defuncti alius substituendus est: quod tamen non videbatur necessarium: quia tutores habent administrationem infolidum, & ideo licet unus defunctus sit, * tamen qui supersunt, poterunt tutelam administrare, l. decreto, inf. de admin. tut. quia responderet, specialiter id procedere, in tutoribus datis in testamento, ut enim satisfiat voluntati patris, plures tutores filio relinquentis: loco defuncti alius subrogandus est, sed antequam subrogetur, alii, qui supersunt, administrare poterunt: ex ratione d. l. decreto, & explicat Paul. hic. n. declarand. cum Bald. l. cum magistr. n. 2. C. quan. prov. non est nec. * In delegatis autem Iudicibus contrarium observatur: nam si plures dati sint ad cognoscendum de causa, & unus moriatur, vel sit impeditus, non possunt, qui supersunt aliquid facere antequam alius sit subrogatus, loco deficientis, c. uno delegatorum, de off. del. tradit. Pau. l. proponebatur n. 4. & ibi Jaco. n. 2. inf. eo. * in negotiis autem extrajudicialibus, & 32. privatis: si unus procurator removeatur, vel alias sit impeditus, Iudex loco illius alium subrogare non poterit. l. cum qui, 3. C. de procur. Bald. Auth. hoc amplius, n. 1. C. de fideicom.

Adde & alio novo sensu, * textum istum accipere posse, pone enim post declaratos consiliiarios, qui possent de causis cognoscere. Prætorum vel Præsidum fecile commissionem prædictis Iudicibus in consensu, ut postea per officiales ad id deputatos, distribuarentur causæ, inter prædictos Iudices: ut etiam hodie observari in Rom. curia testatur Gom. in comp. utriusque sign. pag. 324. Si igitur Prætor declaravit, quod unus ex consiliiariis non cognosceret de certis causis, neque in distributione, prædictæ eis assignarentur: omnibus aliis videtur permissum, ut prædictæ causæ illis distribuarentur, & sic textus noster sine icrupulo procedit.

Neque est omittendum, quod Ang. hic n. 1. Jacob. n. 3. colligunt ex isto text. quod si deputetur certus Iudex, qui cognoscat de causis damnorum, aliis Iudicibus censetur ea cognitio denegata, ut contrarium eadem sit disciplina, sed neque is text. id probat secundum quemcunque intellectum, imo in contrarium induci potest: * nam Prætor adimendo unus, jus iudicandi, aliis videtur reservare jus iudicandi illis antea competens. Ergo pari ratione, si uni concedatur, quod possit cognoscere de causis certæ qualitatis, non ob id videtur denegata cognitio illis, qui antea de illis causis cognoscebat, & videtur expressum. l. 1. C. de off. præf. urb. & ibi Bart. & asserunt receptum Paul. Castr. & Lancell. Dec. hic ad fin. de quo late egimus, l. 1. sup. eo. in 4. art. principali.

Ultimo ex isto text. colligenda est conclusio, quæ posuit Bar. in Summar. quod illud, quod uni prohibetur: aliis censetur concessum, ad quod is text. quotidie allegatur, & per eum dixit Alex. * conf. 158. n. l. 6. quod is, qui in certo casu sibi providit: videtur voluisse, ut contrarium observaretur in casu omisso, l. cum tale, §. fin. inf. de cond. & dem. & c. nonne, de præsumpt. l. nisi sine, §. sed quod Papin. & ibi not. Alb. & Bald. sup. de minor. quod etiam tradit Soc. conf. 117. ad fin. l. 1. quibus adde Oldr. conf. 73. n. 4. vers. Præterea Paul. Castr. conf. 455. in fin. & conf. 472. n. 1. l. 1. adde etiam prædictis Bal. l. fin. n. 11. vers. quinto, C. de eden. & gl. pen. c. quoniam, de vita & bon. cler. gl. c. dispendia, verb. personale, in prin. de rescript. in 6. Adde denique quod per regulam hujus text. notabiliter determinat: Soc. conf. 5. ad fin. l. 4. dec. consil. 12.

ſil. 1. 1. col. ſin. ante medium. & conſ. 5. n. 4. & conſ. 35. n. 8. Panor. c. cum Eccleſia, n. 49. de cauſa poſſ. Sed advertendum eſt: * text. iſtum non ita generaliter probare hanc concluſionem, quam ex eo colligunt dd. Nam ſecundum communem intellectum: in eo conſeſſio facta fuerat pluribus iudicandi: & poſtea uni prohibitorium fuit iudicare, ex hoc cæteris videtur conſervata poteſtas iudicandi: & ſecundum noſtrum intellectum probat, quod ſi ex pluribus habentibus idem officium, unus prohibeatur iudicare: aliis videtur id permiſſum, prout ex duobus ſimul propoſitis, unum negans, aliud videtur id permiſſum, prout ex duobus ſimul propoſitis, unum negans aliud videtur conſiteri, c. nonne, de præſumt.

396. qualis. 15. diſt. & ibi not. gl. pen. * ſed ſi uno tantum caſu fiat mentio non cenſentur excluſi alii diverſi, ſed magis videtur relicti diſpoſitioni juris communis; l. ſi cum dotem, in prin. inf. ſol. matr. l. commuſſime, ſupr. de l. & poſt. l. ſi extraneus, inf. de cond. ob cauſ. obſervat. Octav. dec. Ped. 45. n. 12. & ſup. 40. diximus. Poterit * nihilominus traditio communis generaliter admitti, quando diſpoſitio per verba limitativa fuerit concepta: nam cum natura prædictorum verborum ſit, omnes alios caſus vel perſonas excludere, l. in agris, infra, de acq. rer. dom. l. age C. de tranſact. ſi unum limitative ſit expreſſum, omnia alia ex vi prædictorum verborum videtur excluſa à prædicta diſpoſitione, ut tradit Bald. l. obſervare, §. proſciſci, col. 2. ante ſin. ſupr. de offic. proconſul. Decia. conſ. 626. n. 5. & alii relati per Pac. de probat. l. 1. c. 32. n. 3. Et merito, quia verborum limitatorum natura, præſupponit plura, & cum nihilominus reſtringant diſpoſitionem ad certum caſum vel perſonam: tacite redacimur ad terminos regnæ noſtri text. explicati, ut ſupr. Et hac ratione procedit dictum Paul. l. cum accuriſſimi, n. 6. C. de fideicom. procedat etiam text. l. quaſtrum, §. idem reſpondit domo, & ſi denique & ibi gloſ. verb. non poteſt, inf. de ſum. inſtrum. & quod in notabili caſu tradit Crotus l. qui Rome. §. duo fratres, n. 94. ad ſin. ſupr. de verb. obligat. Procedunt etiam ea, quæ circa materiam huius reg. congerit Menoch. de præſumt. l. 4. præſum. 89. n. 90. & Pac. de prob. l. 1. c. 34. n. 8. Quibus addendus eſt Anton. Nat. conſil. 674. n. 1. & not. Mantua. in præſenti. Procedit etiam hac ratione, * quod vulgo dicitur, prohibitorium ad tempus, poſt tempus cenſetur permiſſum, & è contra, ſi unus, §. 1. & l. epistoſa, §. ſin. ſupr. de poſt. l. Imperator, ſupr. de poſtul. l. pater, ſilium §. fundum, inf. de leg. 2. Aſſ. dec. 298. n. 5.

46. * Unde licet perſona conjuncta poſſit agere pro conjuncto abſente præſtita cautione de rato, l. ſed hæc, in prin. ſupr. de procur. Tamen ſi abſens relinquat procuratorem, non poterit conjunctus agere pro conjuncto abſente: nam abſens relinquendo procuratorem, qui ejus negocia tractet, tacite videtur omnes alios prohibuiſſe, l. maritus, C. de proc. & in ſpecie videtur text. l. ab baſtib. in prin. ſupr. quib. ex cauſ. major. & poſt Spec. tradit Paul. hic in ſin. Jacob. n. 3. Imo, c. ex parte decani, n. 16. de reſer. Jacob. l. eſigendi, n. 9. C. de procur. & Alexand. n. 5. Similiter ſi ille, cui conceſſa fuit reformatio ſtatutorum, & certa confirmavit, reliqua videtur reprobaſſe, & è contra, l. tribunus, §. ſin. inf. de milit. teſtam. Bar. & alii legata inutiliter, inf. de leg. 1. Fel. c. nonne, n. 1. de præſum. Aſſ. dec. 298. n. 4. declarando ut per Jaſ. l. maritus, n. 10. C. de procur. pariter & permiſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitorium, l. ſtatut liberum §. Stichum, inf. de leg. 2. per quam reg. notat. queſtionem determinavit Bald. l. Titia, cum teſtamento, §. ſin. in ſin. infra, de leg. 2.

49. Concluſionem principalem deductam eſt iſto text. primò limitabis non procedere in correlativis: nam prohibito uno de correlativis alterum non cenſetur permiſſum, imo magis prohibitorium l. un. C. de cupreſſ. l. ſin. C. de indiſt. vid. toll. Bal. 3. in ſi. C. de ſacro. eccl.

Secundo limita non procedere, quando in prohibitione, vel permiſſione, ſit mentio alicujus rei vel perſonæ cauſa frequentioris uſus, hoc eſt: quia caſus expreſſus ſolet frequentius illo modo contingere: * nam tunc caſus alii non cenſentur excluſi, imo magis incluſi, ſi eadẽm fuerit ratio, gloſ. lem. 1. verb. præſidente, de ſcript. gloſ. Auth. Caſſ. verb. per totam, C. de ſacro. Eccl. gl. c. n. 1. C. de hiſ qui ad Eccl. conſug. gl. l. un. verb. ſponſam. C. de raptu virg. tradit Jaſ. l. 1. n. 32. C. de ſacro. & aut. ex teſtamento, col. ante penult. ante ſin. C. de collat. & l. 2. n. 12. inf. vulg. Fel. cap. nonne, n. 5. de præſum. Curt. Jun. conſ. 197. ad ſin. Bellon. conſ. 52. n. 7. & alii relati per Octav. dec. Pedam 45. n. 14. & Men. de recuſ. poſſ. 8. remed. n. 98. Hypoſ. Rimini. in prin. Inſt. de don. n. 31. Paris. de reſign. benef. l. 5. q. 3. n. 209. quibus adde Corſet in ſing. verb. frequentia.

Secundo principaliter limita, quãdo in caſu omiſſo militat eadẽ ratio, quæ in expreſſo, tunc enim omiſſus non videtur excluſus, imo magis incluſus, juxta reg. non poſſunt, ſupr. de legib. & ita gl. hic verb. videbitur, in ſin. quam extollit Socin. in rub. n. 4. inf. de acq. poſſ. avar. c. cum contingat, p. 184. de reſcrip. & t. act. de doi. & prom pag. 107. Hypoſ. Rimini. in prin. Inſt. de don. n. 309. Aymon. conſ. 442. n. 151. 3. Men. de præſ. l. 3. præſum. 20. n. 7. & l. 4. præſ. 89. n. 90. facit l. 1. C. de di. verſ. reſcrip. & quod Bald. l. eſt ſine, §. ſed quod Papi. nianus, col. 1. ad medium, ſupr. de minor. proſequitur Fel. c. nonne, n. 5. de præſ. Et ad hunc modum debet declarari regula, quæ habet, quod ex duobus propoſitis, qui negat, unum alterum affirmat, c. nonne, de præſ. c. qualis, 25. diſt. & ibi notat gl. pen. & innotat. caſu tradit Matt. ſing. 76. & exornat Alc. l. 1. §. ſi quis ita, n. 2. infra, de verbor. oblig. nam cum utraque regula eadem ratione nitatur, etiam eaſdem debet recipere declarationes.

Sed ſubſtitendum eſt: quia hæc declaratio aperte deſtruit regulam, c. nonne, de præſ. & c. qualis 25. diſt. Nam ſi ex duobus propoſitis, qui unum negat, aliud videtur affirmare non eſt conſiderandum, utrum in utroque caſu ſit eadem ratio, ſed tantum virtus verborum expreſſorum: & quia alias negotio illa limitata nihil operaretur contra reg. l. ſi quando infra, de leg. 1. Et in ſimili conſiderat Imol. conſ. 107. n. 7. Rom. conſ. 399. n. 8. quæ rationes evincunt idem eſſe admitendum, in terminis ſummarii Bar. hic neque pro communi facit regula, l. non poſſunt, ſupr. de leg. quia procedit in lege generali, quæ ad omnes caſus etiam diverſos & extraneos extendi poteſt, ex ſimilitudine rationis: nos autem loquimur in diſpoſitione particulari hominis, in qua duo proponuntur, tunc enim incluſio unius eſt excluſio alterius, etiam ſi ſit eadem ratio, ne alias illa incluſio reſtriſta nihil operetur contra regulas vulgares: Pro concordia tamen videtur ſequenda doctrina Summi Pontificis, Clem. 55. ex vi. 3. cum autem natura, de verb. ſign. quod termini reſtriſtivi ea eſt natura, ut excludat extranea, non 56 autè illa, quæ pertinent ad terminum reſtriſtivum expreſſum: extollit Roman. conſ. 114. n. 5. Ergo excludit alterum ex duobus propoſitis, quaſi non ſolum extraneum, ſed & quaſi contrarium, non excludit autè ea, quæ in effectum pertinent ad terminum reſtriſtivum expreſſum, hoc eſt, quod ſint connexa cum termino reſtriſtivo expreſſo: hæc enim non cenſentur, 7 excluſa, ſed magis in eo videtur comprehenſa, c. tranſlato, de conſtit. & ibi notat Anton. de Butr. Corſet. in ſing. verb. argumentum 66. & Menoch. conſ. 14. n. 14. l. 1. Prout neque debent videri excluſa illa, quæ ſi cenſentur excluſa, diſpoſitio operaretur contrarium effectum ejus ad quæ facta eſt. Jaſ. conſ. 102. in ſin. l. 2. Aym. conſ. 297. col. pen. ad ſin. alias etiam plures limitationes ad reg. huius text. vide per Prapotiſum, c. qualis, 25. diſt. n. 11. per Fel. c. nonne, de præſ. l. 2. per Ale. l. pen. n. 11. ſup. ſi cert. per. & per Hypoſ. Rimini. in prin. n. 310. Inſt. de don. Pac. de probat. l. 1. c. 34. n. 9. & latius & reſolutius quam omnes alii, proſequitur Aymon. conſ. 442. à n. 12. & multis ſeq. l. 30.

L. cum

L. cum Prator, 12. §. I. ff. de Judiciis.

SUMMARI A.

- 1 Continuat hunc §. cum l. Prator, 12.
- 2 Proponit queſtionem quæ in hoc §. tractatur, utrum ſcilicet ultra Pratorem ſint aliqui, qui poſſint dare iudices ad iudicandum cauſas.
- 3 Materia de qua in hoc §. obſcura eſt, & intricata, & qua percipi non poſſit, niſi prævia voce magiſtra.
- 4 Jurisdicchio in duas dividitur ſpecies principales, ſcilicet ordinariam, & delegatam.
- 5 Inter has ſpecies ea elegans reſertur differentia in noſtra materia, ut qui habet jurisdicchioem jure proprio eam poſſit alteri mandare.
- 6 Is vero jurisdicchioem habet alieno beneficio mandare non poſſit.
- 7 Jurisdicchioem jure proprio is dicitur habere, quando jurisdicchioem reſidet in ejus perſona, prout eſt ordinarius.
- 8 Is dicitur habere jurisdicchioem alieno beneficio, qui illam habet ex jure reſidente in perſona alterius, prout eſt delegatus.
- 9 Hæc expoſitio præſtita ad noſtrum tex. communis eſt.
- 10 Dictam communem expoſitionem reprobat, quia verba Jurisconſulti impropria.
- 11 Jure proprio aliquid habere non ſolum ſignificat, aliquid habere ex jure reſidente in ejus perſona, ſed etiam jure proprietatis, & tanquam ſuum.
- 12 In dicta l. in ore, ſupra de jurisdicchioem omnium iudicum in quo tota differentia conſiſtit, declarat.
- 13 Ordinarius non habet jurisdicchioem ex ſe, ſed alieno beneficio, hoc eſt Principis.
- 14 Reſicit communem expoſitionem, item ad aliam novam ordinarii.
- 15 Conſiderat author multa notata digna ad explanationem huius text. neceſſaria.
- 16 In jurisdicchioem ordinariam ſemper præcedit officium publicum, ſive etiam magiſtratus, qui creatus eſt, ut perpetuo duret, & huic magiſtratus tanquam quid proprium annectitur jurisdicchio.
- 17 Perſona autem poſtea colligitur ut prædicti officii adminiſtrationem, & executionem habeat.
- 18 Concludit, & declarat eleganti ratione, quomodo quis conſequatur jurisdicchioem magiſtratus, & tamen annexa dicatur habere jure proprio.
- 19 Ponit exemplum in civitate, & ad præſentem declarationem applicat.
- 20 Exemplificat etiam prædictam expoſitionem in Principe.
- 21 Conſiderationes de quib. à n. 16. non cadunt in eum, cui mandatur jurisdicchio per alium.
- 22 Per delegationem non creatur magiſtratus ut illius ratione videatur aliquid habere ratione delegationis ſibi factæ, & ſic alieno beneficio.
- 23 Quomodo ſunt explicandæ rationes expreſſæ in l. quia ſupra de jurisdicchioem omnium iudicum.
- 24 Item declarat quomodo intelligenda ſunt verba d. l. & quia ſcilicet, quia l. non deſert jurisdicchioem, ſed dantur confirmat.
- 25 Homo particularis non poteſt aliquem creare magiſtratum, nec jurisdicchioem concedere.
- 26 Delegatus ſemper videtur immediate accipere jurisdicchioem alieno beneficio.
- 27 Proponit valde controverſiam eſſe inter Doctores, quando videatur conceſſa jurisdicchio ordinaria vel delegata.
- 28 Determinat in hac controverſia amplectendam eſſe celebrem doctrinam Bar. in l. ambicioſa, n. 84. infra decretis ab ordine faciendis.

- 29 Si verba conceſſionis principaliter ad officium referantur, ſemper videtur conceſſa jurisdicchio ordinaria.
- 30 Quando quis habet officium, ſi poſtea ei fiat commiſſio generalis aliquarum cauſarum facta relatione ad officium, tunc illa commiſſio de novo facta videtur in vim ordinariæ jurisdicchioem.
- 31 Item erit dicendum ſi relatio non fiat ad officium, ſed ad officiales, & ibi exemplificat.
- 32 Concluſio de qua n. 25. limitatur, ſi exprimat clauſula authoritate noſtra, vel authoritate huius ſtatuti cognoſcat.
- 33 Quando conſtat ex verbis quod non authoritate officii ſed authoritate concedentis cognoſcat, magiſtrata quam ordinaria hoc caſus videtur conceſſa jurisdicchio.
- 34 Commiſſio facta iudici de novo videtur facta in vim jurisdicchioem ordinariæ.
- 35 Concluſio de qua proxime n. 34. non procedet ſi addantur ea verba, de quibus n. 32. tunc enim magis delegata videbitur jurisdicchio.
- 36 Idem à ſeniori erit admittendum, ſi in commiſſione dicatur, delegamus.
- 37 Quando verba ſunt dubia, & per ea conceditur alicui cognitio univerſalis negotiorum, cenſetur conceſſa ordinaria jurisdicchio, & exempla ad probandam concluſionem tradit.
- 38 Si officiales creentur ut cognoſcant de cauſis pertinentibus ad abundantiam, cenſebitur conceſſa jurisdicchio ordinaria.
- 39 Item jurisdicchio que doctores conceditur ad cognoſcendum de omnibus cauſis ſcholarium erit ordinaria.
- 40 Similiter ſi cognitio committatur reſtriſta tamen ad ceptum negotiorum genus, veluti cauſe omnes ſi de commiſſorum, dicitur ordinaria jurisdicchio.
- 41 Arguematur contra concluſionem Bar. de qua n. 37. ex text. in l. ſin. Codic. ubi & apud quem, ad illum tex. expendit.
- 42 Ut dicatur conceſſa ordinaria jurisdicchio oportet quod quis habeat jurisdicchioem cum territorio, alias ſecus.
- 43 Ille, qui creatur ad ſindicandos omnes magiſtratus, is cenſebitur delegatus, cum territorium non habeat, ſed contrarium probat n. 49.
- 44 Inquiſitores adverſus hereticam pravitatem habent jurisdicchioem in tota provincia, & tamen quia eſt limitata ad cauſas heretice cenſetur delegata.
- 45 Magis communem reſolutionem amplectitur & ad difficultates proxime motas reſpondet.
- 46 De eſſentia jurisdicchioem ordinariæ non eſt quod ſit annexa territorio, ſufficit enim quod ſit univerſalis ut cenſetur ordinaria, quod oſtendit exemplo, de quo num. 39.
- 47 Reſert Doctores qui in ſpecie tenent terr. tutorum non eſſe de eſſentia jurisdicchioem ordinariæ.
- 48 Si alicui committatur cognitio omnium cauſarum mutui, ille cenſebitur ordinarius quantumcumque certum genus cauſarum videatur commiſſum.
- 49 Oſtendit Bar. opinionem, de qua tradiderat num. 43. veram non eſſe, & contrarium eſſe receptum.
- 50 reſpondet ad rex. in l. ſin. Cod. ubi & apud quem.
- 51 Reſpondet ad ſecundam difficultatem, de qua ſupra num. 44.
- 52 Quando jurisdicchio committitur alicui ſuper certo genere cauſarum, is cenſebitur delegatus, & non ordinarius.
- 53 Quæ reſolutio communis eſt etiam ſi prædicta jurisdicchio concedatur alicui privato.
- 54 Reſert proxime dictæ & oſtendit in prædictis terminis magis juris. ordinariam conceſſam cenſeri.
- 55 Reſpondet ad ea que ſupra tradidit num. 53. & Bar. in ore, n. 8. ſupra de jurisd. omnium iudicum.

50 Quando

56 Quando commiſſio facta eſt per hominem, jurisdictio per eum conſeſſa etiam univerſaliter, non facit ordinarium, ſed magis delegatum ad univerſitatem cauſarum nec enim iſ a ſe poteſt abdicare officium, neque creare novum magiſtratum.

57 Secus ſi prædicta commiſſio fiat per legem, ſive per Principem, nam tunc in dictis terminis conſeſſetur conſeſſa ordinaria. (de reſtitutione in integrum.)

58 Tradit reſponſionem Panormiani in c. penult. n. 1.

59 Tradit declarationem Menoch. circa eundem articulum, circa rationem, cur Inquiſitores dicantur delegati.

60 Reſtat conſiderationem Menoch. & examinat textum in c. ut officium de hereticis in 6.

61 Amplectitur in hoc articulo reſolutionem Petri Deberta Perſica, d. l. more, n. 19. ubi procedit diſtinguend.

62 Inquiſitores includuntur ſub ſecundo membro proxime diſtinctionis, cum non ſub nomine officii perpetuo duraturi ſint commiſſio, ſed ſub nomine officii ad nutum removibilis.

63 Legati miſſi per Papam ad aliquem Regnum cenſentur delegati, cum non ſint propoſiti officio perpetuo duraturi, quamvis effectus ordinarii habeant.

64 Officium perpetuum Inquiſitoris generalis, quod in Hiſpania creatur, cenſetur habere jurisdictionem ordinariam. (delegati.)

65 Inquiſitores ad nutum removibiles cenſentur ejus

66 Quando habenti jurisdictionem ordinariam ſit commiſſio certi generis cauſarum, quæ alias ad ejus cognitionem non pervinebat, jure ordinario videtur facta commiſſio, quaſi ordinaria jurisdictione, illis cauſibus videatur extenſa. (tenemes.)

67 Refert jura & Dd. contra proximam reſolutionem

68 Assignat concordiam ad prædictas opiniones, & diſtinguendo procedit.

69 Oſtendit evenire poſſe quod unus, & idem judex habeat jurisdictionem ordinariam generalem & etiam ſpecialem propter novam cauſam officio commiſſam. (naria.)

70 Quando conſeſſio perpetua eſt, ſemper cenſetur ordinaria

71 Si alicui privato de novo concedatur cauſa particularis cognoscenda, cenſetur delegatus.

72 Si ordinario cauſa committatur particularis, cujus cognitio ad eum alias non pervinebat, quoad eam cenſetur delegatus cum commiſſio facta ſit perſonæ, & non officio.

73 Si alicui committantur omnes cauſæ vertentes inter Titium, & Sempronium, cum commiſſio ſit particularis reſpectu perſonarum, dicitur jurisdictione delegata & non ordinaria.

74 Secus erit quando ſit conſeſſio univerſali, & reſtricta ad certum genus perſonarum, vel cauſarum.

75 Auditores Rotæ vel Principis alicujus dicuntur ordinarii, quamvis de cauſis non cognoscant niſi ex Principis commiſſione.

76 Refert Antonium Natam conſ. 51. n. 14. lib. 1. varias opiniones Doctorum in hoc arti. tradentem.

77 Refert idem Alciatum quem commendat ad videndum explicationem hujus articuli.

78 Potestas dandi judicem, hoc eſt delegandi, eſt de regulariter prohibitis, ſi aut non competat niſi illis, quibus ſpecialiter lege inveniatur permiſſum.

79 Expendit authoritatem alios text. iſtum ſenire proxima reſoluta vera eſſe etiam in judice ordinario.

80 Proconſul qui jurisdictionem ordinariam habet, non poteſt judicem dare, niſi lege inveniatur conſeſſum.

81 Opponit contra proximam reſolutam ex dicta l. more, ſupra de jurisdictione omnium judicum.

82 Adducit concordiam ad dicta jura.

83 Concluſio de qua n. 78. intelligenda eſt in magiſtratus provincialibus, non autem in Romanis.

84 Romani magiſtratus poſſunt dare judices, niſi ſpecialiter inveniatur prohibiti.

85 Potestas dandi judices, quæ magiſtratibus Romanis competit, majorum recepta ſuit.

86 Dicitur conſuetudo introducta fuiſſe propter vim imperii, quam habebant magiſtratus Romani.

87 Tradit intellectum ad dictam l. in fin. ſupra, de jurisdictione omnium judicum.

88 Explicat etiam l. imperium, in fin. ſupra de jurisdictione omnium judicum.

89 Declarat item l. cum qui, ſupra de juris d. omn. ju. l.

90 Reſpondet ad regulam l. more, cum ſimilibus, ſupra de jurisdictione omnium judicum.

91 Licet in dicta l. more, tantum fiat mentio de proconſulibus, tamen dicendum eſt ſub illis fuiſſe comprehenſos omnes ordinarios.

92 Exempla non antant regulam generalem.

93 Agitur de intellectu legis à judice, C. de jud.

94 Judex datus per ordinarium judicem dare non poteſt.

95 Prout in præmiſſis valet argumentum, non inveniatur prohibitum, ergo cenſetur permiſſum, ita per contrarium in prohibitis non inveniatur permiſſum, ergo cenſetur prohibitum.

96 Defendit rationem expreſſam in dicta l. à judice, Codic. de jurisdictione omnium judicum.

97 Omnis ille cujus dandi judicem non competit, id ex conſenſu partium obtinere non poteſt. (poteſt.)

98 In prohibitis per legem conſenſus partium nihil operari

99 Reſtat dictum Jaſon. dicta l. a judice, n. 10.

100 Qui ſecundum leges delegare non potest, non poterit delegare etiam ſi juſte ſit impediens.

101 Prohibitum per legem propter neceſſitatem ſupervenientem non redditur permiſſum.

102 Si impedimentum diu debeat durare, debet ſuperior loco impediri alium ſubrogare, alias expectabitur ut ceſſet impedimentum.

103 Ille cui non competit jus delegandi, etiam poſt litem conſtatam non poterit ſubdelegare, quia prohibitio legis perpetuo durat.

104 Procurator ad judicia poſt litem conſtatam poteſt alium procuratorem conſtituere.

105 Argumentum de procuratore judiciali ad delegatum validum cenſetur. (ſtatam.)

106 Quilibet delegatus delegare poteſt poſt litem conſtatam

107 Litem conſtatam cenſetur quidam quaſi contractus celebratus inter partes propter quem procurator efficitur dominus litis. (contrahitur.)

108 Cum judice non ita prout cum procuratore quaſi

109 Procurator poſt litem conſtatam revocari non poteſt, niſi propter juſtam cauſam de novo ſupervenientem.

110 Delegatus indiſtincte revocari poteſt.

111 Ille qui ſecundum leges delegare non poteſt, nec ullum articulum cauſæ ſibi commiſſæ delegare poterit.

112 Generalis prohibitio etiam minima comprehendit.

113 Refert contrariam opinionem ex Bartol. ſibi contrario & aliis.

114 Prior opinionem, de qua n. 12. approbat, ut magis receptam, & argumentis contrarii reſpondet.

115 Reſpondet ad Clem. 1. de offic. deleg.

116 Colligit ex dicta reſponſione, & exemplis ibi adductis, quod ille cui per Principem commiſſa eſt examinatio teſtium poterit illam examinationem alteri delegare.

117 Colligit item in d. Clem. eſſe text. expreſſum contra Rotam deciſ. 18. de off. deleg. in antiquis, & contra Bart. l. legatus, n. 6. ſupra, de officio proconſulis, & contra alios, de quibus ibi. [qua admitti poteſt.]

118 Refert caſum in quantum contraria opinio, de

119 Reſpondet ad c. cum Bertold. de re jud.

120 Reſtat reſponſiones multorum quos ibi refert.

121 Assignat veram reſponſionem ad c. cum Bertold.

122 Quando ea quæ incidenter tractantur, debent præſupponi termini habiles.

123 Id quod vulgo dicitur, ſubdelegatum delegati ſubdelegare

delegare non poſſe, limitatur non procedere, ſi ordinaris tempore delegationis conſeſſerit poteſtatem ſubdelegandi.

124 Proxima declaratio procedit, quando poteſtas conſeſſa eſt delegatis, ut poſſint ſubdelegare non nomine proprio, ſed nomine iſtus delegantis

125 Si delegatus daret licentiam delegare, ut nomine ſuo ſubdelegare poſſit, nihil valet talis licentia, facta contra prohibitionem legis.

126 Propoſitum caſum, in quo opinio Bartol. reprobata, de qua n. 113. ſalvari poteſt.

127 Explicat text. in c. ſuper quaſtionum, verſ. nos autem, de officio deleg.

128 Cum delegatus reſpicit cognitionem jurisdictionalem ſoli delegato Principis permittitur dictam delegationem facere.

129 Quis dicitur articulus non jurisdictionalis, & in ſolo facto conſiſtens remiſſive.

130 Proconſul poteſt dare judicem quia permiſſum eſt ei

131 Mover contra text. duas difficultates de prima hic agit. (derat.)

132 Agit de ſecunda difficultate, & ad eam text. ponit

133 Defendendo concluſionem n. 130. ad primam difficultatem reſpondet.

134 Reſpondet item ad ſecundam difficultatem.

135 Ille cui mandata eſt jurisdictione judicem dare poteſt. Examinat illam quaſtionem, an proxima concluſio generaliter ſit accipienda, in quocumque cui mandata ſit jurisdictione, an verſus reſtringenda, ad ſolum legatum proconſulis.

137 Refert Doctores qui cenſent dictam concluſionem in delegato proconſulis tantum procedere.

138 Refert jura & doctores contrariam opinionem ſequentes.

139 Leges paſſim arguunt delegato proconſulis ad eos quibus mandata eſt jurisdictione.

140 Ad veram reſolutionem artic. præmiſit duos eſſe terminos diverſos, quos doctores male confundunt, ſcilicet mandare jurisdictionem & dare judicem.

141 Jurisdictionem mandare dicitur qui vel totam, vel partem illius delegat.

142 Ille dicitur dare judicem, qui aliquam cauſam particularem committit alicui cognoscendam.

143 Refert Dd. qui proximam differentiam non admittunt.

144 Jurisdictione dicitur mandata, quando cauſa particularis committitur cognoscenda.

145 Mandare vel delegare idem ſignificant.

146 Approbat & defendit prædictam differentiam, & pro ea text. in præſenti expendit.

147 Refert replicationem ad dictam differentiam ex Alexandro, d. l. more, & ibi Purpurat. 97.

148 Reſpondet ad d. replicationem, & plene illi ſatisfacit

149 Reſpondet ad rationes in contrarium adductas.

150 Reſpondet ad l. ſolet, ſupra de jurisdict. omn. jud.

151 Reſpondet ad ſecundam rationem, de qua n. 145. ubi eleganter terminos diſtinguit.

152 Si cui mandata ſit jurisdictione, iſ Judicem dare poterit, ſi vero tamen deat Judex ad certam cauſam iſ delegare non poterit.

153 Si ille cui mandata eſt jurisdictione licet judicem dare poſſit quoad rem particularem, non tamen jurisdictionem ſibi mandatam poterit alteri delegare.

154 Proximas duas concluſiones probat conformes eſſe reſceptiſſimis doctorum opinionibus in hac materia, jure & authoritatibus confirmat.

155 Si alicui mandetur jurisdictione intelligitur univerſalis ut verba ſonant & iſ uique judicem dare poterit, nam ſic qui Judex datus eſt ut cognosceret tantum de cauſa particulari.

156 Rationem proximæ differentie assignat.

157 Jurisdictionem habens Judicem in re particulari dari poterit, quia tunc nihil jurisdictionis tranſfert.

158 Judex datus non habet jurisdictionem, ſed tantum judiciario munere fungitur.

159 Propoſitum explicationem gloſſæ in dicta l. a judice verbo munere.

160 Expoſitionem dictæ gloſſæ optimo fundamento reprobatur in prima explicatione.

161 Refert ſecundam expoſitionem d. gl. eod. verb.

162 Dictam expoſitionem impugnat ex Jaſone dicta l. a Judice, n. 3.

163 Rationi Jaſonis reſpondet.

164 Ille cui mandata eſt jurisdictione delegandi, unam cauſam non eximit ſe ab onere judicandi, cum omnes alias Judicare debeat.

165 Reſtat Author ex alio capite prædictam gloſſæ expoſitionem, & multas alias a Doctoribus iradatas, quos ibi refert.

166 Adverſus Author in hac difficultate duas occurrere quaſtiones,

167 Prima eſt, qua ratione iſ cui mandata eſt jurisdictione poſſit judicem dare & tamen non poſſit mandare jurisdictionem univerſaliter.

168 Secunda, cur delegatus ordinarii, vel ejus cui mandata eſt jurisdictione, non poſſit delegare.

169 Reſolvit priorem quaſtionem.

170 Reſolvit ſecundam quaſtionem.

171 Refert in confirmationem reſolutionis eleganter addita per Socinum, l. 1. §. n. 10. infra, quis & a quo appelletur.

172 Pro ſubſtantia delegationis requiritur, quod delegans jurisdictionem habeat.

173 Si cauſa particularis committatur, & delegatus expreſſe declarat, quod tranſfert in alium, jurisdictionem in ea cauſa particulari, iſ eam cauſam particularem ſubdelegare poterit.

174 Proximam reſolutionem impugnat optimo argumento deducto ex hoc text.

175 Licet in dubio verba videantur ſonare, quod datur jurisdictione in particulari, tamen interpretandum eſt ei dari facultatem judicandi principaliter.

176 In quibus terminis procedat gloſſ. l. legatus, ſupra de officio proconſulis.

177 Quaſtio de qua in præſenti tantum procedere poteſt quando ordinarius facit prædictam commiſſionem, ſecus in eo, cui mandata eſt jurisdictione.

178 Modo de quo proxime opiniones concordari poterunt

179 Veram explicationem hujus text. assignat.

180 In hoc text. non continetur aliqua ſpecialitas in legato proconſulis, ſed in eo diſpoſitum procedit ſecundum regulam generalem.

181 Reſtat opinionem illorum, qui putant hunc text. procedere ſpecialiter in legato proconſulis.

182 Delegatus ad univerſitatem cauſarum non poteſt mandare alteri jurisdictionem univerſalem.

183 Legatus proconſulis ſimiliter prædictam jurisdictionem alteri mandare non poteſt, cui illam habeat alieno beneficio.

184 Proconſul, qui habet jurisdictionem jure proprio, eam legato ſuo mandare poteſt, ejus vero legatus minime licet judicem in re particulari dare poſſit

185 Ad proximam reſolutionem expendit Author text. in præſenti. (ſulis.)

186 Expendit item legem legatus, ſup. de officio proconſulis.

187 Reſtat opinionem illorum qui contendunt delegatum ad univerſitatem cauſarum, nec judicem dare poſſe in cauſa particulari.

188 Ille cui mandata eſt jurisdictione fungitur vice illius, qui eam mandavit.

189 Mandans jurisdictionem ratione illius poterit judicem dare, & eodem modo ejus legatus, qui mandata eſt jurisdictionem.

- 190 Tradit in quo ſenſu poterit admitti ratio. glos. ſin. Codic. de judic. & glos. in cap. cum cauſa, appellat. & aliorum de quibus ibi.
- 191 Expendit dictum Bald. l. a iudice, ad ſinem Cod. de judic. cum concedit legatum proconſulis, & legatum a latere equiparari.
- 192 Declarat qua ratione hoc dictum admitti poteſt.
- 193 Agit de intellectu legis ſin. C. ubi & apud quem.
- 194 Quando generalis commiſſio alicui conceditur licet de reſtitutione in integrum, nihil fuerit ſpecialiter expreſſum, tamen ſub dicta commiſſione ſatis videtur comprehendi.
- 195 Dicta nu. proximo non procedunt in alia commiſſione extra iudiciali etiam generaliter facta.
- 196 Declarat quod regula d. legis ſin. C. de jud. excipiuntur iudices dati ab his, qui nullam propriam iurisdictionem habent, ſed iudicandi facultatem.
- 197 Oſtendit dictam expoſitionem obſcuram eſſe, & duobus modis explicari, per gl. ibi verb. non habent.
- 198 Reſcit proximam glos. interpretationem, & ad idem expedit text. ad dictam l. final.
- 199 Iudex charitarius non poteſt cognoſcere de cauſa reſtitutionis, cum tantum habeat iurisdictionem in volentes.
- 200 Refert ſecundum intellectum ad d. l. final tractatum ad gloſſam ibi. verbo non habent.
- 201 Ex hoc ultimo intellectu colligitur notabilem differentiam inter delegatum datum ab ordinario, & datum ab eo, cui mandata eſt iurisdictione, nam poterit cognoſcere, de reſtitutione in integrum, & non ſic ſecundus, & ratio ibi tradiunt.
- 202 Declarat quomodo exponenda ſunt verb. ad. l. ſin. ut delegari non poſſint de reſtitutione in integrum, ſi dati ſint ab his qui nullam habent iurisdictionem ſcilicet iure proprio.
- 203 Arbitri electi de conſenſu partium, vel iudices compromiſſarii de cauſa reſtitutionis cognoſcere non poſſunt, etiam ſi illi ſpecialiter ſit commiſſa.
- 204 Delegatus ordinarius, poteſt de cauſa reſtitutionis cognoſcere, ſi ſpecialiter ei commiſſa ſit, videtur enim tunc ordinarius in eum tranſferre iurisdictionem, prom poteſtatem & mixtum imperium.
- 205 Dicta in proximo n. neceſſaria ſunt omnino, ut quis cognoſcere poſſit de cauſa reſtitutionis.
- 206 Hoc caſu favorabiliter conceſſum eſt, ut mixtum etiam imperium delegari poſſit.
- 207 Inter ordinarium & illum cui mandata eſt iurisdictione, regulariter non eſt differentia, & ideo equiparantur.
- 208 Ordinarius & ille cui mandata eſt iurisdictione differunt in modo delegandi, & ibi differentiam aſſignat.
- 209 Iudex datus ab ordinario in cauſa particulari nullam habet iurisdictionem, ſcilicet principaliter commiſſam, ſed tantum iudicandi munus, & ſententiam a ſe latam executioni mandare non poteſt.
- 210 Is cui mandata eſt iurisdictione per ordinarium, cum iurisdictionem habeat univerſalem, poteſt ex ſequi ſententiam ſuam.
- 211 Agit de intellectu & vera explicatione illius differentie quam in iſta materia conſtituit l. 1. in principio. juncto §. 1. infra, qui & a quo appelletur, quem textum ad id expendit.
- 212 Refert communem concordiam ad illum text.
- 213 Reſcit predictam concordiam & illius fundamentum. reſpondet.
- 214 Veram concordiam adducit.
- 215 De pari ad parem non admittitur appellatio.
- 216 Reſcit tradita a Panorm. cap dilecti. 3. nu. 10, & ibi Peruſi. n. 31. de appellat. & optimo argumento contrariam opinionem confirmat.
- 217 Reſcit ſimiliter tradita per Bart. l. 1. §. final. n. 1. infra quis & a quo appelletur.
- 218 Iurisdictione in terminis de quibus proxime n. 217.

- dispoſitum eſt, quod ad delegantem non appelletur, niſi delegatus aliquam partem iurisdictionis ſibi reſervaverit.
- 219 Iure civili etiam proxima reſolutio procedit, & ratio ibi tradiunt.
- 220 Secundum jus Canonicum iura civilia interpretanda, & reſtringenda ſunt.
- 221 Si delegatus non mandaverit totam iurisdictionem ſed certam illius ſpeciem adhuc ab eo non erit appellandum ad delegantem.
- 222 Refert Covar. pract. cap. 4. n. 8. tradentem quod ſecura ſpecies iurisdictionis mandata ſit, appellandum ſit ad delegantem.
- 223 Adducit pro eadem parte traditionem glos. Clement. 1. verb. foraneo, de reſcript.
- 224 Ad veram reſolutionem articuli duo caſus diſtinguit.
- 225 Primus caſus utrum vicario foraneo appellandum ſit ad Episcopum, vel ad immediatum ſuperiorem.
- 226 Secundus utrum dato quod ad Episcopum appellandum ſit regulariter, tamen ſaltem non ſit ad eum appellandum, quando huic vicario foraneo mandavit iurisdictionem in certa parte provincie.
- 227 In primo caſu facit differentiam inter vicarium generalem Episcopum, & inter vicarium foraneum.
- 228 A vicario generali Episcopum ad Episcopum, non appellatur, ſecus a vicario foraneo qui habet iurisdictionem delegatam, & non habet idem tribunal cum Episcopo.
- 229 In ſecundo vero caſu elegantem diſtinctionem aſſignat ad ejuſ reſolutionem.
- 230 Nil intereſt quod cognitio demandetur ratione univerſe cauſe vel plurium.
- 231 Quando in hoc caſu ſumus in dubio, determinet amplectendam eſſe reſolutionem Covar. de quo n. 222.
- 232 Reſcit in artic. conſiderationem Bart. l. 1. §. final. ad ſinem, infra quis & apud quem.
- 233 Diſtinctionem Bart. reſcit & ſuam aſſignat.
- 234 Collationes beneficiorum vel cognitionem cauſarum criminalium in generali commiſſionem facta vicario non includuntur, ſed neceſſaria eſt ſpecialis commiſſio.
- 235 Vicarius quoad has cauſas ſpecialiter commiſſas non cenſetur Vicarius, nec habet iurisdictionem ordinariam, ſed magis delegatam.
- 236 Si Episcopus non totam iurisdictionem committat, ſed tantum partem in certa parte provincie, ſit non vicarius, ſed magis delegatus cenſetur, & ab eo non poterit appellari ad ipſum delegantem, ſed ad Episcopum.
- 237 Ponderat text. in verſ. item hi, ex quo colligitur non ſufficere magiſtratum habere vim imperii ut iudices dare poſſit niſi id conſuetudine obtentum ſit.
- 238 Ad reſolutionem huius ultimi notabilis duo conſiderat. (vim imperii.)
- 239 Primo qui ſint magiſtratus, qui dicuntur habere vim imperii.
- 240 Secundo qua ratione ultra id fuerit neceſſarium introducere per dictam conſuetudinem.
- 241 Illi dicuntur habere vim imperii, qui poteſtatem habent coercendi atrociter, & in carcerem ducendi.
- 242 Tradit auctor alteram declarationem, ut ſcilicet illi dicantur habere vim imperii, qui habent mixtum imperium.
- 243 Expendit pro hac declaratione l. 1. C. de Pedaneis iudicibus, & lex conſenſu, §. 1. infra de appell.
- 244 Procurator Caſaris tunc dicitur gerere vicem Preſidis quando privati ſcienter ejuſ prorogantur iurisdictionem.
- 245 Procurator Caſaris etiam intra prorogantes non habet merum imperium.
- 246 Expendit pro eadem opinione text. in preſenti, in verſ. item hi, ibi ceterique Romæ magiſtratus.
- 247 Reſcit Bart. imperium n. 7. ſupra de iurisdictione omnium iudicum, dum putat omnes magiſtratus Romanos habuiſſe merum, & mixtum imperium.

248 Apud

- 248 Apud Romanos erant minores magiſtratus, qui non habebant imperium, nec poteſtatem, nec jus coercendi & ducendi in carcerem, quod ad Imperium pertinet.
- 249 Quæſtor & ceteri, qui non habent lictores nec viatores, nec vocacionem in jus, nec prehentionem habent.
- 250 Refert Plutarchum circa ædiles curules qui dicerentur & qui populares.
- 251 Quæſtores & præſides ædiles populares etiam durante officio in jus vocari poſſunt.
- 252 Concludit contra Bart. quem reprobat. n. 247.
- 253 Omnes magiſtratus Romani habebant mixtum imperium, ut iudicem dare poſſint.
- 254 Concludit ſatis eſſe delegantem & habere mixtum imperium, ut iudicem dare poſſit.
- 255 Reſcit tradita per Dec. l. n. 27. ſupra de officio & ejuſ fundamento reſpondet.
- 256 Incipit tractare de ſecundo membro, de quo n. 240.
- 257 Ideo neceſſaria fuit conſuetudo quia magiſtratus Romani fuerunt electi ut cauſas per ſe determinarent.
- 258 Diſti magiſtratus quantumcumque haberent vim imperii tamen neceſſaria fuit conſuetudo, ut per alios cauſas expedire poſſint.
- 258 Tradit rationem ob quam ea conſuetudo fuit inducitur.
- 260 Ad ſimilitudinem Prætoris conſuetudo fuit obſervata, ut & alii magiſtratus Romani iudices dare poſſint, qui cauſas iudicarent.
- 261 Excitat difficultates quas hic adducit Lancelot. Dec. & primam proponit.
- 262 Reſcit etiam ſecundam difficultatem ex d. Lancelot. quibus tamen ipſe Lancelotus non ſatisfacit.
- 263 Auctor reſpondet ad primam, quod ut ea que iure magiſtratus competere, venirent in delegatione, oportuit id conſuetudine introduci.
- 264 Magiſtratus municipales cum ſola iurisdictione habebant non autem imperium: etiam mixtum non poterunt dare iudices per ſe iudicabunt.
- 265 Magiſtratus municipales delegare poſſunt.
- 266 In confirmatione proxime reſolutionis adduct text. in l. 1. in ſin. ſupra de iurisdictione omnium iud.
- 267 Argumentatur etiam pro eadem parte ex eo, quia hi magiſtratus municipales habent iurisdictionem iure proprio.
- 268 Iurisdictione eſt iudicis dandi licentia.
- 266 Tertio argumentatur ex eo quod ea que competunt iure magiſtratus delegare poſſunt.
- 270 Confirmat illationem quam ſupra poſuit n. 264. & ad argumenta in contrarium adducta reſpondet.
- 271 Reſpondet ad primum argumentum de quo n. 264.
- 262 Reſpondet item ad ſecundum argumentum de quo n. 267.
- 273 Reſpondet ad tertiam difficultatem, de qua n. 268.
- 274 Facultas iudicandi in magiſtrato municipali reperitur omnino ſeparata a mero & mixto imperio.
- 275 Declarat quomodo evitari poſſit difficultas que ſolet moveri adverſus Jus conſultum d. l. imperii in fine quod datio iudicis expeditur officio iudicis nobili, & ſic magis pertinet ad imperium quam ad iurisdictionem, qua expeditur officio iudicis mercenario, mediante actionibus.
- 276 Si attendas perſonam dantis iudicem is magis officio mercenario eſt expediebatur, quia Prætor erat obligatus iudicare, vel iudicem dare.
- 277 Reſcit iudicis dati idem evidentiſſe apparet, cum ipſe officio mercenario teneatur iudicare juxta formulam actioni aſſignatam per Prætores.
- 278 Oſtendit in d. l. imperium non poni diſtinctiones meri, & mixti imperii contra multos, de quibus ibi.
- 279 In dicta l. imperium iurisdictione ſumpta in genere, dividitur in tres ſpecies & cuilibet ſpeciei proponuntur exempla.
- 180 Reſpondet ad quartam difficultatem, de qua n. 265.
- 281 Licet delegatus ordinarius delegare non poſſit. tamen Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

- conſuetudine introduci poteſt ut delegare poſſit, qua conſuetudo communis eſt.
- 282 Refert Lancelot. Dec. hic in fine contra hanc communem opinionem tenentem, & ejuſ fundamenta adducit.
- 283 Si conſuetudo fuerit inducitur per populam indiſtincte procedit hæc conſuetudo.
- 284 Conſuetudo de qua proxime vincit. l. contrariam.
- 285 Si conſuetudo legitime preſcripta non proponatur, ſed tantum ſtilus iudicum, non procedit hæc conſuetudo.
- 286 Solus ſtilus non poteſt derogare juris prohibitioni.
- 287 Refert qui tenent quod ſi ſtilus fuerit legitime preſcriptus derogari poſſe juris prohibitioni.
- 288 Reſcit dictam limitationem cum ſtilus differat à conſuetudine, propter quam ſolam à juris prohibitionem recedi poteſt.
- 289 ſtilus reſertur ad certas perſonas, ſcilicet iudicum, ac ideo non poteſt dici conſuetudo qua debet eſſe majoris partis populi.
- 290 Opinio de qua n. 287. tantum defendi poterit ſi ſtilus ita ſit notorius, ut tranſierit in notitiam majoris partis populi.
- 291 Poterit etiam ſalvari dicta opinio, quando ſtilus fuerit præter legem, nam tunc indiſtincte obſervandus erit.
- 292 Examinat utrum ea que iure antiquo erant in uſu in hac materia receperint aliquam mutationem ex iure novo.
- 293 Ad decisionem quaſt. incipit agere de explicatione l. 2. Cod. de Pedaneis iudicibus.
- 294 Cauſas ſuper quibus partes litigare ſolent in tres dividuntur ſpecies, quedam enim dicuntur infima, quedam mediocres, quedam graviores. (aureos)
- 295 Infima olim dicebantur, qua non excedebant decem aureos.
- 296 Hodie cauſe infima dicuntur, qua non excedunt triginta aureos.
- 297 Media qua excedunt prædictam quantitatem.
- 298 Graviores dicuntur cauſe meri vel mixti imperii & ingenuitatis.
- 299 Cauſe infima etiam hodie delegari poſſunt.
- 300 Cauſa media olim indiſtincte delegari poterant per Prætores.
- 301 Hodie dicta cauſa non poſſunt legari niſi in duobus caſibus de quibus ibi.
- 302 In dictis duobus caſibus poterunt Præſides eas cauſas hodie delegare nulla facta reſervatione.
- 303 Refert Alexandrum tenentem quod in prædictis caſibus poſſit Præſes delegare cauſarum cognitionem, non autem diſtinctionem.
- 304 Oſtendit dictam traditionem Alexandri poſſe admitti in terminis l. 2. verſ. quod ſiquæ qto. C. de Pedaneis iudicibus, quam ad id ponderat.
- 305 Præſes hoc caſu tenebitur obſervare formam præſcriptam in auth. ad hæc, Codic. de jud.
- 306 Quam formam etiam obſervavit quando in totum cauſas delegat.
- 307 Agitur de ſecunda parte principali dict. l. 2. qua incipit in verſ. quod non ita.
- 308 Refert communem intellectum ad illum text.
- 309 Cauſe meri imperii etiam hodie delegari poſſunt propter abſentiam Præſidis, non ſolum quoad cognitionem, ſed etiam quoad diſtinctionem.
- 310 Propter publicas occupationes vel multitudinem cauſarum hodie delegare non poterunt, nec quoad cognitionem, nec quoad diſtinctionem.
- 311 Bart. dict. l. 1. ſupra de officio ejuſ, n. 13. contrarium tenet ſed communiter probatur.
- 312 Oſtendit in his terminis non poſſe induci deciſio. dict. auth. ad hæc.
- 313 Hodie non ſolum cauſe meri, vel mixti imperii delegari non poſſunt, ſed etiam nec cauſe ingenuitatis vel libertinitatis.
- 314 Ha cauſe arrenta earum natura magis pertinent ad iurisdictionem, quia expediuntur per actiones per iudiciales.

L. 2

315 Hodie

- 315 Hodie predicta causa delegari non possunt, quia perveniunt ad supremum gradum jurisdictionis propter earum gravitatem.
- 316 Ex dicto communi intellectu l. 2. colligitur duo, in quibus jus vetus sit innotatum.
- 317 Causas medias quas olim Præses libere delegare poterat, hodie non potest, nisi impeditus per publicas occupationes vel causarum multitudinem.
- 318 Causas meri imperii, etiam propter predictas causas hodie delegari non possunt, sed de eis per se hodie Præses cognoscere debet, & eas diffinire.
- 319 Offendit dictam communem intellectum minime convenire verbis, d. l. 2. C. de Pedaneis iudicib.
- 320 Refert novum intellectum Alciati ad eum text.
- 321 Refert qui improbant dictum intellectum Alciati.
- 322 Refert Doctores qui alios intellectus ad d. text. præstiterunt.
- 323 Incipit exponere aliqua notatu digna ad veram interpretationem d. l. 2.
- 324 Improbatur interpretationem glos. verbo in Præsidiis, & contrariam veriore est visum.
- 325 Proconsuli concessa sunt potestas per leges Judices dandi litigatoribus, quod pariter in Præsidiis admittendum est.
- 326 Refert differentiam quæ dari potest inter proconsules & Præsides, & unde hæc nomina sortiri sint.
- 327 Considerat quomodo magistratibus Romanis fuit concessa potestas dandi Judices.
- 328 Considerat item d. l. 2. Cod. de Ped. iudicibus esse correctionem juris antiqui.
- 329 Declarat d. l. 2. procedere in Præsidiis de quibus loquitur, & in magistratibus provincialibus.
- 330 d. l. 2. non procedit in magistratibus Romanis.
- 331 Lex correctoria ex similitudine rationis ad diversos magistratus, & omnino separatos non extenditur.
- 332 In provinciis proponebatur edictum provinciale. Roma vero edictum urbanum & perpetuum.
- 333 Hodie non obstante decis. d. l. 2. poterant magistratus Romani iudices dare ut olim poterant.
- 334 Offendit iure antiquo Præsides ob levem causam, licet de ea non constaret, posse causas delegare, hodie vero de causis constare debent, quod sint vere, & non simulata.
- 335 Hoc casu in dubio accessio præstis stabitur, sed probatio in contrarium admittitur.
- 336 Advertit semel in præteritis, d. l. 2. vers. quod non ita non videri bene per Doctores explicatam, & text. ad id expendit.
- 337 De causis expressis in tit. ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus cognoscebant Præsides per se.
- 338 Vocantur extraordinaria cognitiones, quia iurisdictiones ordinariae subant per dationem Judicum.
- 339 Assignat verum intellectum ad d. l. vers. quod usque adeo.
- 340 De causis ingenuitatis, vel libertinitatis, hodie oportet, quod Præsides de illis per se cognoscant.
- 341 Refert Auth. ad hæc. C. de iud. duos habere intellectus, & primum assignat qui communis est.
- 342 Si Præsides propter publicas occupationes impeditus sit, potest causas delegare reservata tantum sibi sententia.
- 343 Refert ad quid teneatur Præsides, quando delegationem ut proxime facit.
- 344 Reprobatur dictam communem intellectum, ad quem literam dictæ auth. expendit.
- 345 Expendit item contra dictum intellectum cap. super questionum, in principio, de cuius intellectu ibi agit.
- 346 Non est facile admittenda differentia inter jus Canonicum, & Civile.
- 347 Consuetudo generalis observanda quod si quis deleget causam reservata sibi sententia quod tenetur audire partes.
- 348 Per generalem consuetudinem d. auth. ad hæc quoad

- hoc abrogata est. (primo.
- 349 Agit de secundo intellectu d. auth. ad hæc reiecto
- 350 Reiecto proximum intellectu tam ad auth. ad hæc.
- 351 Judices Pedanei, pariter distant à consiliariis, & in utriusque eadem militat ratio.
- 352 Reiectis iis intellectibus novum assignat Auctor ad d. auth. ad hæc.
- 353 Auth. ad hæc desumpta fuit ex auth. ut defuncti seu funere eorum, §. illud, Collat. §.
- 354 Dicta auth. ad hæc intelligenda est causis solitis apud administratores agitari propter illarum gravitatem, quam etiam propter publicas occupationes delegari regulariter non possunt. (fracti.
- 355 Declarat quid disponatur in d. §. illud auth. ut de-
- 356 Declarat in quod, auth. ad hæc sit notabili.
- 357 Tradit quomodo sint intelligendi Doctores, qui dicunt, quod predicta causa possunt committi consiliariis vel Pedaneis iudicibus, Auth. tantum, item quoad cognitionem, & non quoad divisionem.
- 358 Explicat literam d. auth. ad hæc.
- 359 Causa publicarum occupationum regulariter non reperitur in delegato Principis, cui una tantum causa committitur, & ideo ei non permittitur delegare.
- 360 Quod procedit quando causa delegata Principis commissa erant graves, de quibus administratores solebant cognoscere. (ligati.
- 361 Agit de intellectu cap. si pro debilitate, de officio de-
- 362 Quando causa graves committuntur etiam iure Canonico delegari non possunt, nisi ex iusta causa.
- 363 Explicat d. auth. ad hæc in secundo casu.
- 364 Allegat iura quæ probant nullam magistratum posse conservatorem pro se, sive locum tenentem generalem constituere.
- 365 Refert Longavallium tenentem ex dictis iuribus correctam esse dispositionem l. more, ff. iurisdictione omnium Judicum.
- 366 Improbatur Longavallium, & ad iura, n. 364. allegata respondit.
- 367 Auth. de Collatoribus, §. ad hoc prohibemus, & similes in quibus terminis procedunt. (constituere.
- 368 Jus civile prohibet Præsidiis hanc locum tenentem
- 369 Ut predicta Vicarii constitutio iure civili valeat, oportet id consuetudine legitime præscripta induci.
- 370 Non bene inferitur de predicta constitutione ad eum cui mandata est iurisdictione.
- 371 Ille cui mandata est iurisdictione in multis differt à vicario generali.
- 372 Vicarius habet iurisdictionem ordinariam, is vero cui mandata est iurisdictione habet delegatam, quam exercet nomine mandantis.
- 373 Respondet ad obiectum n. quæ movetur ex eo, quod vicarius iure civili non dicebatur habere iurisdictionem ordinariam.
- 374 In locis in quibus consuetudine obtentum est, ut possit creari vicarius, vel locum tenens, is etiam iure civili videbitur habere ordinariam iurisdictionem.
- 375 Quando alicui mandatur iurisdictione, is totam iurisdictionem mandantis videtur habere saltem quoad exercitium.
- 376 Quando quis constituitur Vicarius, iurisdictione videtur residere in persona utriusque in solidum, & dicitur habere eadem tribunal.
- 377 Delegatus non dicitur officialis illius, qui ei mandavit iurisdictionem secus vero vicarius.
- 378 Vicarius non potest pro se constituere alium vicarium qui habeat ordinariam iurisdictionem, secus in eo qui mandatum habet iurisdictionem.
- 379 Declarat non esse simpliciter verum, quod iure civili nemo possit habere vicarium & casus distinguit.
- 380 Potest quam Præsides provinciam fuerit ingressus, non poterit constituere locum tenentem generalem, nisi de licentia Principis provinciam egrediatur.

- 381 Quando Præsides propter gravem infirmitatem, non potest negotia expedire, poterit vicarium constituere.
- 382 Locum tenentes quo casu censentur ordinarii remissive.
- 383 Locum tenentes possunt facere omnia ea, quæ Præsides poterat exceptis his, quæ exprimentur in dicto §. ad hoc prohibemus.
- 384 Supra dicta admittit in Regno Portugallie expressa Ordina. lib. 1. titul. 58. §. 51.
- 385 Ultra personas expressas in hoc text. reperitur alia quæ iudicem dare potest, scilicet delegatus Principis.
- 386 Delegatus Principi major est ordinario ac proinde prout ordinarius delegat ipse à fortiori delegare poterit. (tem.
- 387 Offendit proximam rationem non esse concludendam.
- 388 Ordinarius ea, quæ sibi specialiter, & nominatim committuntur, delegare non potest.
- 389 Delegatus Principis in causa sibi commissa dignior est ordinario.
- 390 Ordinario principaliter tribuitur officium, & insequentiam iurisdictione. (ctio.
- 391 Delegato Principis tribuitur principaliter iurisdictione.
- 392 Postquam delegato cum effectu iurisdictione iurisdictione est, ea iurisdictione firmior & fortior censetur, quam ordinaria licet communis opinio contendat contrarium.
- 393 Offendit casu intelligi debeant, qui existimant iurisdictionem ordinariam esse fortioverem, quam delegatam à Principe.
- 394 Novè considerat auctor potestatem delegandi fuisse concessam delegato Principis in privilegium.
- 395 Refert rationem decidendi ad cap. ut officium, §. verum de heretic. in 6.
- 396 Delegatus Principis pro arbitrio suæ voluntatis potest delegare etiam nulla causa iusta interveniente.
- 397 Dicto delegato Principis hæc potestas delegandi ei concessa fuit ut ea libere uti posset.
- 398 Refert qui tenent delegatum Principis illa potestate uti non posse nisi urgente necessitate.
- 399 Reprobatur doctores in hoc ultimo n. citatos & magis communem amplectitur & respondet ad contrariam.
- 400 Respondet ad dictum cap. si pro debilitate, de officio delegati, & text. ibi expendit.
- 401 Exceptio debet esse de regulari.
- 402 Respondet ad cap. pastoralis, in principio, de officio delegati, & de eius intellectu agit.
- 403 Si consistat delegatum Principis ideo subdelegasse, quia vult malitiose se exonerare à cognitione cause sibi commissæ, irritabitur delegatio, & cogetur per se de causa cognoscere. (mitur.
- 404 Malitia de qua in n. proximo, in dubio non præsumitur.
- 405 Incipit tractare de causis, quæ delegari possunt.
- 406 Ea quæ specialiter committuntur, hoc est in privilegium conceduntur majoribus iudicibus, hæc delegare non possunt.
- 407 Quæ iure Magistratus competunt, hoc est cuilibet magistratui etiam infimo hæc delegari possunt.
- 408 Merum imperium quod majoribus magistratibus conceditur, in privilegium non poterit per eos delegari.
- 409 Merum imperium, quod competit majoribus magistratibus in privilegium, quia minoribus expresse denegatur, delegari non potest.
- 410 Iure civili tantum quæ sunt simplicis iurisdictionis delegari possunt.
- 411 Examinat utrum dicta communis explicatio conveniat verbis & menti, d. l. 1.
- 412 Examinat item utrum illationes, quæ ex ea fiunt, sint in se veræ?
- 413 Potest quam Præsides provinciam fuerit ingressus, non poterit constituere locum tenentem generalem, nisi de licentia Principis provinciam egrediatur.

- 414 Reprobatur dictam expositionem verbi specialiter, & aliam assignat.
- 415 Verbum specialiter simpliciter prolatam significat, idem quod verbum nominatim, sive expressum, maxime in hac materia.
- 416 Exponit explicationem Fulgosi d. l. 1. n. 11.
- 417 Dictam explicationem veritorem esse probat, ex multis doctoribus quos refert.
- 418 Ex dicta explicatione Fulgosi de qua n. 416, colligitur notabilem conclusionem, quam ibi refert.
- 419 Quando de novo mandat Magistratui aliud, quod iure Magistratus ei antea non competebat, ita videtur datum ut nullus alius Magistratus in eo possit se intromittere.
- 420 Quando Magistratus ex post facto aliquid de nova nominatim conceditur, non potest illud delegare, & rationem conclusionis ibi late assignat.
- 421 Inducit ad confirmationem conclusionis tradita per plateam ex eo numer. 3. Cod. de agentibus in rebus, lib. 12.
- 422 Subrogatum non sapit naturam subrogati quoad ea, quæ in subrogato specialiter inducta fuerunt.
- 423 Commissio facta officiali non potest expediri per ejus substitutum.
- 424 Licet cap. Sede vacante succedat Episcopo in iurisdictione, non tantum succedit in iis quæ nominatim Episcopo commissa fuerunt.
- 425 Dispositio generalis non comprehendit ea quæ iure speciali alicui concessa fuerunt.
- 426 Assignat intellectum ad l. 2. supra de officio ejus.
- 427 Extra casum manumissionis faciende per minorem viginti annis, de qua in d. l. 2. actus manumittendæ, ex se delegabilis est.
- 428 Per l. apud per Consularem, infra de manumissionis vindicta declarari debet, l. 2. supra de officio Procon.
- 429 Declaratur etiam d. l. 2. supra de officio ejus, in secundo exemplo.
- 430 Autoritas quæ in transactione facta super alimentis præstatur, specialiter fuit commissa Prætori, & ideo delegari non potest.
- 431 Incipit agere de secundo quaesito, quod promiserat n. 11.
- 432 Examinat utrum illationem quam fecit nu. 408, in se vera sit.
- 433 Multis Magistratibus Romanis competebat merum imperium iure magistratus.
- 434 Regulariter magistratus Romani habuerunt merum imperium, & tantum ab illis licitum fuit appellare ad populum Romanum.
- 435 Adducit in confirmationem l. 2. §. deinde Cornelius, supra de orig. juris, quam ad idem expendit.
- 436 Post illam l. Quæstores, fuerunt effecti perpetui publicorum delictorum cognitores.
- 437 Ad resolutionem artic. multa adduci notatu digna.
- 438 In l. 2. supra de in jus vocando, referuntur quatuor magistratus, qui dicebantur habere proprietatem meri imperii, & ii poterant jubere ut delinquentes in carcerem detruderentur, & eos coercere.
- 439 Poterant etiam magistratus inobedientes coercere multa & verberibus.
- 440 Item cognoscere poterant de causis criminalibus, licet non possent condemnare delinquentes, nisi id à populo Romano fuisset permissum.
- 441 Tradit declarationem ad tradita per Dionysium Halicarnassum lib. 5. antiquitatum Romanorum pag. 215.
- 442 Item non poterant Cives condemnare, nec punire sine iussu populi Romani.
- 443 Item post translatum imperium non nisi consulto imperatore, vel lege, aut Senatusconsulto, id eis specialiter concederetur.

- 444 Post delegationem populi vel Imperatoris poterant delinquentes condemnare, & punire.
- 445 Avertit auctor quod jura non dicunt simpliciter merum imperium delegari non posse, sed loquuntur de mero imperio in utroque gladio adversus facinorosos.
- 446 Ex quo infert non esse colligenda conclusio à Doctõribus tradita n. 408. imo contraria.
- 447 Ostendit non solum causas meri imperii extra jus gladii delegari posse specialiter, sed & quod generaliter mandata jurisdictione transfrent.
- 448 Merum imperium quod consistit in vim gladii in alium transferri non potest.
- 449 Merum imperium apud Romanos nulli magistratui competeat jure magistratus, nisi iusta populi consideretur, & apud Imperatores lege, vel constitutione.
- 450 Declarat l. 1. §. final. supra de officio ejus.
- 451 Declarat item l. nemo potest, infra de reg. juris.
- 452 Declarat l. solent, supra de officio proconsul.
- 453 Supremus gradus meri imperii qui consistit in utroque gladio adversus facinorosos delegari non potest.
- 454 Ea quæ pertinent ad merum imperium, medium vel minimum delegari poterunt. (materia,
- 455 Ex supra resolutis multa infert Auctor nova in hac
- 456 Et primo infert rationem ad conclusionem n. 408.
- 457 Reprobatur rationem proximè ab Alciato assignatam, & illi respondet. (supra de officio ejus.
- 458 Expendit contra prædictam rationem tex. in l. 1.
- 459 Axioma juris est receptissimum, quod magistratus habent proprietatem meri imperii. (Alciati,
- 460 Item alio fundamento explodit dictam rationem
- 461 Refert aliam rationem prædictæ conclusionis de qua n. 408. assignatam ab Alexandro, dist. l. n. 6. supra de officio ejus. (mentis satisfaci.
- 462 Reprobatur prædictam rationem, & illius fundamenta
- 463 Ex sola gravitate cause non videtur electa industria personæ, nisi aliunde de hoc constet.
- 464 Reprobatur item concordiam quam inter has opiniones assignari solet, quam ibi refert.
- 465 In hac materia nulla sit differentia, utrum delegatio sit facta constituto in magistratu, vel fiat privato.
- 466 Causas meri imperii delegari possunt ex causa absentia, vel infirmitatis.
- 467 Rejicitur prædictis rationibus veram rationem ad dictam conclusionem n. 408. assignat. (conf.
- 468 Tradit intellectum ad l. si quid erit sup. de off. pro-
- 469 Ostendit in quo maxime sit notandus, tex. in d. l. si, quid erit.
- 470 Ostendit per illum tex. esse rejiciendam opinionem Bar. d. l. imperium. n. 10.
- 471 Poena per quam affligitur mediocriter corpus dicitur pertinere ad minus imperium, & ideo mandata jurisdictione transfertur.
- 472 Poena per quam affligitur corpus atrociter, dicitur pertinere ad majus imperium, & ideo mandata jurisdictione non transit.
- 473 Infert ex prædictis intellectum ad l. unicam, C. de officio proconsul.
- 474 Dicta l. unica, non solum procedit in legato proconsulis, sed in omni eo, cui mandata sit jurisdictione per eum cui competeat merum imperium.
- 475 Infertur etiam intellectus ad legem solent, in princ. supra, de off. proconsul.
- 476 Ostendit quomodo mandatum, de quo in d. l. solent, agit Jureconsultus posse dici ordinarium, & extraordinarium.
- 477 Qui non potest mandare condemnationem non potest etiam mandare absolutionem.
- 478 Inquisitores prout soli condemnare non possunt, pariter nec absolvere soli possunt.

479. Tradit quid sit addendum in d. l. un. C. de off. proconsul.
- 480 Infertur etiam intellectus ad d. l. 2. §. deinde Cornelius, supra, de orig. juris.
- 481 Infertur item intellectus ad d. l. 1. §. in fi. & ad l. si, supra, de offic. ejus.
- 482 Modica coertio pertinet ad merum imperium minimum.
- 483 Coertio corporalis sine dubio pertinet ad merum imperium, scilicet minimum.
- 484 Reprobat responſionem Bar. n. 481.
- 485 Refertur nova consideratio auctoris.
- 486 In juriſdictione proximè allegatis merum imperium principaliter non transfertur. sed venit in consequentiam jurisdictionis principaliter translatæ.
- 487 De jure naturali homines tenentur obedire superioribus.
- 488 Tradit exemplum proximæ considerationis, de qua à n. 485.
- 489 Tradit differentiam inter imperium merum, quod dicitur minimum, & inter imperium, quod dicitur non merum.
- 490 Habens merum potest delinquentes fustibus castigare, non sic habens imperium, quod dicitur merum, solum enim inobedientes multare potest.
- 491 Explicatur tex. in l. magistratibus, junctâ gl. sup. de juriſdictione om. jud.
- 492 Servus facilius corporaliter punitur quam homo liber.
- 493 Lex loquens in seruo non debet extendi ad hominem liberum in hac materia.
- 494 Secunda pars d. l. magistratus, debet intelligi de homine vili & ab ect.
- 495 Hodie levis castigatio videtur permissa omnibus inferioribus magistratibus. (correctio.
- 496 Reprobat proximam traditionem ut videtur legum
- 497 Auth. de defens. civit. §. audient. ostendit loqui in casu diverso. (jura antiqua.
- 498 Si civiliter agatur ostendit non esse recedendum à
- 499 Si agatur de pena capitali, de his non poterit cognoscere, neque is cui competit imperium non merum, neque etiam cui competit merum imperium minimum, sed ad majores iudices causa remitti debet.
- 500 Tradit aliam differentiam inter prædictos casus.
- 501 Modicum imperium minimum si jure magistratus competeat delegari potest aliis secus.
- 502 Modica coertio, quæ pertinet ad imperium quod dicitur non merum, cum cohereat jurisdictioni mandata jurisdictione indistincte transibit in delegantem.
- 503 Modica coertio quæ defensoribus civitatum delegari non potest.
- 504 Tradit ex Cagnolo generali consuetudine obtentum esse, ut cause meri imperii delegari possint etiam quoad penam sanguinis.
- 505 Hodie omnes magistratus municipales, qui Capitanei in Italia appellantur, cognoscunt de causis meri & mixti imperii.
- 506 Quilibet civitas hodie censetur esse una provincia.
- 507 Rector civitatis consideratur tanquam Præses provincie.
- 508 Proximè resoluta non simpliciter vera sunt, sed tantum procedunt in civitatibus non recognoscentibus superiorum, aliis secus.
- 509 Ordinarius licet merum imperium sibi datum delegare non potest, delegatus tamen Principis novum imperium sibi datum derogare potest.
- 510 Opponit contra proximam resolutionem de tex. in l. 1. supra, de offic. ejus, quem ad id expendit, & multos Doctores allegat contra dictam resolutionem.

- 511 Priorem opinionem, de qua n. 509. defendit, & ad fundamenta contraria respondet.
- 512 Princeps sine dubio delegare potest merum imperium.
- 513 Delegatus Princ. ejus personam representat.
- 514 Responditur ad d. l. 1. supra, de offic. ejus.
- 515 Tradit elegantem rationem differentia proxima responſioni.
- 516 Quando constat in delegato Principi electam fuisse industriam personam illius tunc delegare non poterit.
- 517 Jure Canonico merum imperium delegari potest, licet de jure civili contrarium sit.
- 518 Hæc differentia est receptissima in utrumque jus.
- 519 Refert, qui contrariam opinionem tenent.
- 520 Primam opinionem amplectitur, & rationem differentie ultra alios assignat.
- 521 De jure Canonico merum imperium competit jure magistratus majoribus magistratibus.
- 522 Aliam rationem differentie assignat quam latè ampliat.
- 523 Confirmat optimo fundamento proximam rationem.
- 524 In simplici delegatione censentur venire merum imperium & mixtum, quia etiam in reservatis Principi, si per eum solita sint concedi censentur venire in generali concessione.
- 525 Si Jure Canonico aliquid per speciale privilegium sit concessum ordinario, non potest id ordinarius delegare
- 526 Argumentatur contra proximam resolutionem ex tex. in cap. fin. de offic. ordinarii, quem ad id expendit.
- 527 Respondet ad illum tex. & de ejus intellectu agit.
- 528 Declarat quo casu opinio gloſ. poterit salvari.
- 529 Quando concessio non fuit facta personæ, sed potius dignitati, vel officio perpetuo tunc poterit delegari.
- 530 Nudum ministerium alicui commissum propter naturam cause non poterit alteri delegari.
- 531 Si nudum ministerium non competeat jure commissionis, sed ex privilegio potest. (n. 409.
- 532 Incipit tractare de veritate secundæ illationis, de qua
- 533 Proponit contrariam opinionem contra dictam illationem in qua traditur causa mixti imperii in jure civili delegari posse.
- 534 Adducit pro eadem contraria opinione text. l. pen. in princ. supra de officio ejus, quem ad id late expendit.
- 535 Mittit aliquem in possessionem delegari potest, quod utique magis pertinet ad mixtum imperium.
- 536 Adducit item pro eadem sententia text. in l. 4. §. 1. vers. duas, infra de damno infect.
- 537 Causa restitutionis pertinet ad mixtum imperium, & tamen delegari potest.
- 538 Ad perfectam resolutionem articuli aliqua præmittitur notata digna.
- 539 Mixtum imperium nihil aliud est, quam imploratio officii Judicis nobilis ad privatam utilitatem.
- 540 Declarat in quo differat dictum mixtum imperium ab eo qui inest juriſdictioni, de quo fit mentio l. fin. supra de officio ejus.
- 541 Mixtum imperium ex proxima differentia per se subsistit, quod principaliter censetur cum ipsa jurisdictione licet imperium coherens jurisdictioni, censetur illi coherere, tanquam quid accessorium.
- 542 Multi magistratus Romani habebant mixtum imperium jure magistratus.
- 543 Mixtum imperium quod jure magistratus competeat delegari poterat.
- 544 Declarat qua ratione procedat, l. pen. in principio, supra de officio ejus, & l. 1. §. damnum infra de suspectis tur.
- 545 Accusatio tutoris suspecti indulta fuit. l. duodecim tabularum, & nulli magistratui nominatim fuit data sicque delegari potest.
- 546 Jus Canonico permittens mixtum imperium delegari posse non discrepat à jure civili, imo cum eo concordat.
- 547 Respondet ad fundamenta magis communis opinionis, de qua n. 532. & ibi ad priorem respondit.

- 548 Respondet item ad l. ne quicquam, §. ubi decretum, supra de officio proconsul. & de ejus intellectu late agit.
- 549 Modus respondendi ex abrupto causa non cognita & non auditis partibus tantum Principi concedebatur, cujus responſo libello dato vim legis habebat.

Præsupponerat Jureconsult. in princ. hujus legis, posse Prætorum concedere, vel vetare qui debeant esse Judices: unde subsequenter querit, Utrum ultra Prætorum sint aliqui, qui possint dare Judices ad judicandum causas? Quæ quidem materia obscura est, & intricata, & quæ percipi non possit, nisi prævia voce magistrat, ut asserit Fulgos. l. 2. in princ. C. de Ped. jud. Ad cujus faciliorem explicationem præmittendum est, jurisdictionem in duas dividi species principales, scilicet in Ordinariam, & Delegatam, ut colligitur ex l. more, supra de juriſd. om. jud. In qua inter illas, ea elegans refertur differentia in nostra materia: ut qui habet jurisdictionem jure proprio, eam possit alteri mandare: is vero qui eam habet alieno beneficio, mandare non possit: Quam differentiam ita explicat Bar. ibi n. 4. quod ille dicatur habere jurisdictionem jure proprio, quando residet in ejus persona, prout est ordinarius: is autem dicatur illam habere alieno beneficio, qui illam habet ex jure residente in persona alterius prout est delegatus. Pro qua expositione videtur text. l. 1. §. si, supra de off. ejus, & ideo eam probat idem Bar. l. 1. n. 15. ad med. sup. de juriſd. om. jud. Hypo. tract. banitor. verb. commissio, n. 3. Communiter recipi asserit Zas. d. l. more, n. 4. quæ tamen communis expositio non placet: Primo, quia verba Jureconsul. improprietat, nam aliquid habere ex jure proprio: non solum significat aliquid habere ex jure residente in ejus persona: sed etiam jure proprietate, & tanquam summ. Secundo, quia in d. l. more, tota differentia constituitur in eo utrum quis habeat jurisdictionem jure proprio, vel alieno beneficio, quasi habere jure proprio, significet non alieno beneficio, sed ex se, & plane etiam ordinarius non habet jurisdictionem ex se, sed alieno beneficio, hoc est Principis, c. que sint regalia Et ideo rejecta communi expositione, & alia nova Vaconii declar. 84. n. 2. Ego ad-vertito, quod in jurisdictione ordinaria, semper præcedit officium publicum sive etiam magistratus, qui creatus est, ut perpetuo duret: & hic magistratui, tanquam quid proprium annectitur jurisdictione, ut probat l. si. C. ubi & apud quem tradit eleganter Petrus de Bella Pert. rep. d. l. more, n. 19. Persona autem postea eligitur: ut prædicti officii administrat. & executionem habeat, l. 1. sup. de off. ejus. Si igitur confideres personam electi, ad illius officii, sive magistratus executionem; verum est dicere, quod illud consequitur alieno beneficio, hoc est, ex concessione Principis. Postquam autem electus est, quæ tanquam propria sunt annexa illi officio, sive magistratui dicitur habere jure proprio, quia non habet illa immediate ex beneficio Principis, sed potius immediate habet ratione magistratus, qui ei concessus est. Quod clare significat, l. 1. sup. de offic. ejus, ibi (jura magistratus) prout si civitas habeat aliqua propria, & illa civitas tibi donetur, civitatem quidem consequeris alieno beneficio, cæterum quæ sunt propria civitatis, magis videris consequi jure civitatis, & sic jure proprio: cum illa civitas tua sit, & ratione illius consequeris ei coherentiam tanquam propria: Prout & Princeps habet quidem imperium ex translatione facta in eum per populum, l. 1. sup. de cons. Prin. Et tamen illa, quæ coherebant imperio, videtur obtinere jure proprio, iuxta notata, l. 1. §. per hanc, sup. de rei vend. Quæ consideratio non cadit in eo, cui mandatur jurisdictione per alium, neque

enim per delegationem creatur magistratus, ut illius ratione videatur aliquid habere, sed principaliter totum videtur habere ratione delegationis, sibi factæ, & sic alieno beneficio, Bald. l. precipimus, n. 1. ad fin. C. de appel. & juxta hæc novæ veniunt explicandæ rationes expressæ, l. & quia, sup. de iurisd. om. jud. Nam ideo dicit, eum qui habet jurisdictionem alieno beneficio, eam alteri mandare non posse, quia principaliter ei data non est, hoc est quia non est creatus magistratus; cujus ratione jurisdictionem videatur consequi principaliter, & non immediate ex alieno beneficio, quicquid Doct. d. l. more, aliter exponant, & Vacon. dec. 84. n. 3. addit ad d. l. & quia, aliam rationem, quia lex non defert jurisdictionem, sed datam confirmat. * Quod ita exponendum est, quod lex non d. fert ei jurisdictionem creando illum magistratum, quam alieno beneficio: sed datam per hominem lex confirmat, quia homo non potuit eum creare magistratum, * neque jurisdictionem concedere, c. 1. quæ sint regalia, Soc. l. 1. §. 1. n. 4. inf. quis & à quo appell. & sic delegatus semper videtur immediate accipere jurisdictionem alieno beneficio, Bal. d. l. precipimus, numero 1. ad fin. C. de appell.

Secundo præmittendum est, * valde esse controversum apud Doct. * quando videatur concessa jurisdictione ordinaria vel delegata? in quo tamen articulo videtur amplectenda celebris doctrina Bar. l. ambrosio, 34. inf. de decre. de ord. fac. de qua agit Bolog. l. 1. 52. sup. de off. ejus, & ex ea prima fit conclusio.

Si verba concessionis principaliter ad officium referantur, semper videtur concessa jurisdictione ordinaria, ut si dicatur ad officium Priorum pertineat, & communiter recipitur, ut assertit Men. l. 1. de arb. q. 12. n. 2. Ratio colligitur ex supra traditis: nam cum ad officium habeatur relatio, videtur concessa jurisdictione, quæ officio adhæret, & consequenter ordinaria, ut sup. diximus. Ex qua prima conclusione inferitur, quod non solum, quando alicui à principio conceditur officium censetur concessa jurisdictione ordinaria, ut dictum est, sed etiam, * quando jam habet officium, si postea ei fiat commissio generalis aliquarum causarum, facta relatione ad officium: nam tunc ea concessio facta de novo videtur concedi in vim ordinariæ jurisdictionis, ad ampliationem, c. licet de off. de ord. * Et idem erit recipiendum, si relatio non fiat ad officium sed ad officiales, ut quia dicitur, cognitio harum causarum pertineat ad priores: nam cum habeatur respectus ad dignitatem, perinde habendum est, ac si ad officium facta esset relatio, c. quoniam Abbas de off. deleg. & tenent multos quos refert Men. de pres. l. 2. pres. 16. n. 22. ad fin.

Hanc tamen conclusionem limitabis, * si exprimaturs clausula [auctoritate nostra] vel auctoritate hujus statuti cognoscas. † Nam cum consistet ex verbis, quod non auctoritate officii, sed auctoritate concedentis cognoscat, magis delegata, quam ordinaria, hoc casu videtur concessa jurisdictione, c. 1. de cler. egrotante, l. 6. junctura gl. verb. auctoritate Clem. 1. de supplenda negligentia Clem. quia contingit, de relig. domib. c. cum aliquibus de reser. in 6. & ita limita Bar. ubi sup. & l. more n. 8. supra, de jur. om. jud. & communiter recipitur hæc limitatio, ut assertit Boer. dec. 151. n. 5. Men. l. 1. de arbit. q. 12. n. 4. & de pres. l. 2. pres. 16. n. 28. clarando tamen cum Alex. d. l. more, n. 17. & Jaf. l. us civile, n. 8. in prin. supra, de iust. & jur. Ex qua declaratione Matthes. sing. 89. collegit unam notabilem ampliationem ad regulam, c. licet. de off. ordin. quod quando de novo fit commissio Judicis, * videtur facta in vim jurisdictionis ordinariæ notat. Alb. l. diem functo, n. 6. supra, de off. assessoris, & infra latius dicemus.

Tamen id non procedet, † si addantur ea verba, 35 (auctoritate nostra cognoscas) nam tunc magis delegata videbitur concessa jurisdictione, per supra tradita, † & est text. c. cum aliquibus. in fi. de rescriptis, in 6. & 36 à fortiori idem erit admittendum [si in commissione dicatur, delegamus) Ant. c. cum. ab. Ecclesiar. n. 8. de off. ord. Maran. in praxi. 4. par. dist. 5. judicior. n. 20. ad fi. Hypol. tract. bannit. verb. commissario, n. 4. & 5. ubi declarat.

Secunda principalis conclusio ex Bart. ubi supra, 37 ea est: quod si verba sint dubia, & per ea concedatur alicui cognitio universalis negotiorum: censetur concessa ordinaria jurisdictione. * Unde si creantur officiales, ut cognoscant de causis pertinentibus ad abundantiam, censetur concessa jurisdictione ordinaria, l. 1. in prin. & §. cum urbem, supra, de offic. Prefecti urbis, Authen. habita, C. ne filius pro patre, ubi Doctoribus conceditur jurisdictione cognoscendi de omnibus causis scholarium, quæ jurisdictione censetur ordinaria, ut ibi per gl. & Dd. Alc. in 39 Rub. de off. ord. n. 20. & plures relati per Men. de presum. l. 2. pres. 16. n. 38. addit. Alc. ubi supra, ordinariam quoque videri concessam jurisdictionem, si universaliter cognitio committatur, restricta tamen ad certum negotiorum genus: ut causæ omnes fideicommissorum, in princ. inf. de fideic. hared. quod admittit Soc. d. l. more, n. 18. & probat Men. l. 1. de Arb. q. 12. n. 9. quibus adde Marant. in praxi 4. parte, in 5. dist. jud. n. 2. Ant. Blancum tract. de comprom. q. 6. n. 4. vers. ego intanta.

Non est tamen omittendum, quod hæc secunda conclusio Bartolus duas habet difficultates. Nam Bartol. sentit: quod si universaliter committatur certum genus causarum, censetur commissio jurisdictione ordinaria: quod & sentit lib. 2. §. 1. numero 7. inf. de optio. leg. & l. more. n. 8. sup. de iurisd. om. jud. & subscribunt supra allegati, quod tamen videtur esse contra text. l. fin. C. ubi, & apud quem, qui sentit, quæ ut iurisd. * ordinaria dicatur alicui competere, oportet quod habeat jurisdictionem cum territorio. Nam si ratione certarum causarum vel personarum demur jurisdictione ordinaria, ubi notat Bart. n. 10. cui subscribit Jaf. l. 1. n. 14. in fin. sup. de iurisd. om. jud. Ex quo inferit. Bart. d. l. fi. n. 11. C. ubi & apud quem, quod si creatur aliquis ad iudicandos omnes magistratus, is censetur delegatus, quia conceditur jurisdictione non coherens territorio, neque comprehendens omnes causas & personas existentes in territorio, sed tantum certum genus causarum. Sub. 44 scribit Jalon dist. l. more n. 50. Secunda difficultas insurgit, ex cap. ne aliqui. de heretic. in 6. ubi Inquisitores adversus hereticam pravitatem habent jurisdictionem in tota Provincia: & tamen quia est limitata ad causas hæresis, censentur delegati. & non ordinarii, ut ubi notat. Jo. And. & Dominis cons. 64. in prin. Alciat. in Rub. n. 20. de offic. ordin. Brunus de heret. l. 4. c. 2. Siman Catholicis iust. tit. 34. numero 3.

Sed his difficultatibus non obstantibus non est recedendum à magis communi resolutione. Neque obstant difficultates supra motæ: nam ad primum responderetur, quod licet ordinarius regulariter habet territorium, c. cum Episcopus, de aff. ord. in 6. 56 Tamen non est de essentia jurisdictionis ordinariæ, quod sit annexa territorio: nam licet ei non coherereat, si tamen universalis sit, censetur ordinaria. Unde Doctores, qui habent jurisdictionem in causis scholarium, ordinarii censentur, quamvis non habeant territorium, in præmio ff. §. pen. & tradit gl. d. Auth. habita, verb. magistro, C. ne filius pro patre: & prosequitur Alex. jubere cavere, à numero 4. supra de iurisd. omni. jud.

Et in

Et in specie quod territorium non sit de essentia jurisdictionis ordinariæ: tenet Bal. l. 1. §. initio, col. 1. in fi. supra, de off. Pref. urb. & c. sufficiens, n. 5. in fi. de off. deleg. Felc. post. cessionem, n. 1. de prob. Maran. in praxi. 4. par. 5. dist. judic. n. 2. in fin. Ant. Blan. de comprom. q. 6. num. 4. in fi. & hinc est, quod si alicui committatur cognitio omnium causarum mutui, ille censetur ordinarius, quantumcumque certum genus causarum videatur commissum, ut resoluit Alex. l. 1. sol. let num. 9. supra, de iurisd. Dec. c. causam matrimonii. n. 10. de off. del. Bellon. in Rub. n. 40. sup. de off. ejus, quibus adde Imol. Clem. 2. nu. 38. de reser. Quicquid repugnat idem Imol. c. cum ab Eccles. n. 7. in fi. de off. ordin. & Perus. c. causam, n. 28. de appell. Unde contra Bar. d. l. fin. n. 11. C. ubi & apud quem receptum est, quod si eligantur officiales, qui iudicent universaliter alios, is censetur ordinarius, cum universitas causarum ei commissa sit, ut resoluit Purp. d. l. more, n. 52, & eleganter Caravita rit. 295, n. 13. & pro constanti tenet Paris. de iudic. verb. suffic. c. 1. n. 1. ubi n. 2. declarat p. 438. Neque repugnat text. in l. fin. G. ubi & apud quem, quia licet ibi fiat mentio jurisdictionis coherens territorio, non ob id sequitur, illud requiri pro substantia jurisdictionis ordinariæ: ut constat ex supradictis.

199 Secundò igitur intellectus traditur à gl. ibi *verb. non habent*, quòd text. ille exemplificetur in delegato, qui nullam propriam juridiſtionem habet, *l. §. ſi. n. ſupra, de off. ejus*, ſed tantum alieno beneficio, *d. l. more*, nam huiusmodi delegatur non poterit cognoscere de cauſa reſtitutionis in integrum, ſubſcribit Longaval. *d. l. imperium, n. 128. Purpur. l. 1. n. 128. ſupra de officio eus, Vaconius declaratione 81 nu. 2.* Ex qua explicacione, colligenda eſt notabilis differentia, inter delegatum datum ab ordinario, & datum ab eo, cui mandata erit juridiſtio; nam primus poterit cognoscere de reſtitutione in integrum, non ſic ſecundus: Et eſt ratio differentie, quòd ordinarius jure proprio habet juridiſtionem, & ideò alteri eam mandare poteſt, *d. l. more*, & ſic delegatus tanquam habens juridiſtionem de cauſa reſtitutionis cognoscere poterit, ſed ille, cui mandata eſt juridiſtio, non poterit alteri eam mandare, utpote habitam ex alieno beneficio, *d. l. more*. Cum igitur non poſſit in delegatum transferre juridiſtionem, tantum is delegatum videtur habere judicandi facultatem & ideò de cauſa reſtitutionis merito non poterit cognoscere, & juxta hæc verba *d. l. ſi. n.* ita exponenda ſunt, ut delegati non poſſint cognoscere de reſtitutione in integrum, ſi dati ſint ab his, qui nullam habent juridiſtionem. ſcilicet jure proprio, nam cum non poſſint in alium transferre juridiſtionem, *d. l. more*, delegatus non poteſt videri habere juridiſtionem, ſed tantum judicandi facultatem, & ideò de cauſa reſtitutionis diverſa, cognoscere non poterunt. Quia etiam ratione probat *d. l. ſi. n.* quòd arbitri electi de conſenſu partium, vel Judices compromiſſarii, de cauſa reſtitutionis cognoscere non poſſunt, quia & hi nullam juridiſt. habent, *l. privatorum, C. de juridiſ. om. jud.* Quæ ratio evincit, prædictos de cauſa reſtitutionis cognoscere non poſſe, etiam ſpecialiter commiſſa ſit, quamvis delegatus ordinarii poſſit de cauſa reſtitutionis cognoscere, ſi ſpecialiter ei commiſſa ſit quia tunc ordinarius videtur in eum transferre juridiſtionem, prout poteſt *d. l. more*, & etiam mixtum imperium, que neceſſaria ſunt, ut quis poſſit cognoscere de cauſa reſtitutionis, *l. ea que, §. 1. inf. ad municipales*: nam formaliter in hoc caſu conceſſum eſt, ut mixtum etiam imperium delegari poſſet *Bar. l. imperium n. 19. ſup. de juridiſ. om. jud. & rationes ſpecialitatis reddit Pur. l. 1. n. 644. ſup. de off. ejus.*

207 Et juxta prædicta ulterius ex *d. l. ſi. n.* colligendum eſt, quòd licet non ſit differentia regulariter inter ordinarius & eum, cui mandata ſit juridiſtio, & ideò æquiparantur, *gl. recepta, c. cum cauſam, de appell. Tamen in modo delegandi differunt*: quia ordinarius cum jure proprio habeat juridiſtionem, eam mandare poterit, *d. l. more*, ac proinde cum is, cui mandata eſt juridiſtio, utiq; juridiſtionem habeat, poterit cognoscere de cauſa reſtitutionis, prout poterat ordinarius, *l. eſt Prætor, ſup. de off. ejus.* Ceterum ille, cui mandata eſt juridiſtio, cum illam habeat beneficio alieno, eam alteri mandare non poterit, & hanc interpretationem probant Pau. Caſt. *ibi nu. 2. ad ſi. n. Alex. l. 1. n. 93. ſup. de off. ejus*, & hanc interpretationem expreſſe probavit Summus Pontifex, *c. pen. de reſtit. in integ. & facit text. auth. de deſenſo. Civit. §. juſjurandum, ad ſi. n. col. 3.*

200 Sed rejicienda eſt hæc interpretatio, quia *text. d. l. ſi. n.* excipiendo delegatos ab his, qui nullam habebant juridiſtionem, præſupponit, quòd delegatus poterat de cauſa reſtitutionis cognoscere, *ut ibi advertit Paul. n. Purpur. l. 1. n. 629. ſup. de off. ejus*, & tamen certum eſt, Judicem chartularium non poſſe cognoscere de cauſa reſtitutionis, cum tantum in volentes haberent juridiſtionem.

201 Secundò igitur intellectus traditur à gl. ibi *verb. non habent*, quòd text. ille exemplificetur in delegato, qui nullam propriam juridiſtionem habet, *l. §. ſi. n. ſupra, de off. ejus*, ſed tantum alieno beneficio, *d. l. more*, nam huiusmodi delegatur non poterit cognoscere de cauſa reſtitutionis in integrum, ſubſcribit Longaval. *d. l. imperium, n. 128. Purpur. l. 1. n. 128. ſupra de officio eus, Vaconius declaratione 81 nu. 2.* Ex qua explicacione, colligenda eſt notabilis differentia, inter delegatum datum ab ordinario, & datum ab eo, cui mandata erit juridiſtio; nam primus poterit cognoscere de reſtitutione in integrum, non ſic ſecundus: Et eſt ratio differentie, quòd ordinarius jure proprio habet juridiſtionem, & ideò alteri eam mandare poteſt, *d. l. more*, & ſic delegatus tanquam habens juridiſtionem de cauſa reſtitutionis cognoscere poterit, ſed ille, cui mandata eſt juridiſtio, non poterit alteri eam mandare, utpote habitam ex alieno beneficio, *d. l. more*. Cum igitur non poſſit in delegatum transferre juridiſtionem, tantum is delegatum videtur habere judicandi facultatem & ideò de cauſa reſtitutionis merito non poterit cognoscere, & juxta hæc verba *d. l. ſi. n.* ita exponenda ſunt, ut delegati non poſſint cognoscere de reſtitutione in integrum, ſi dati ſint ab his, qui nullam habent juridiſtionem. ſcilicet jure proprio, nam cum non poſſint in alium transferre juridiſtionem, *d. l. more*, delegatus non poteſt videri habere juridiſtionem, ſed tantum judicandi facultatem, & ideò de cauſa reſtitutionis diverſa, cognoscere non poterunt. Quia etiam ratione probat *d. l. ſi. n.* quòd arbitri electi de conſenſu partium, vel Judices compromiſſarii, de cauſa reſtitutionis cognoscere non poſſunt, quia & hi nullam juridiſt. habent, *l. privatorum, C. de juridiſ. om. jud.* Quæ ratio evincit, prædictos de cauſa reſtitutionis cognoscere non poſſe, etiam ſpecialiter commiſſa ſit, quamvis delegatus ordinarii poſſit de cauſa reſtitutionis cognoscere, ſi ſpecialiter ei commiſſa ſit quia tunc ordinarius videtur in eum transferre juridiſtionem, prout poteſt *d. l. more*, & etiam mixtum imperium, que neceſſaria ſunt, ut quis poſſit cognoscere de cauſa reſtitutionis, *l. ea que, §. 1. inf. ad municipales*: nam formaliter in hoc caſu conceſſum eſt, ut mixtum etiam imperium delegari poſſet *Bar. l. imperium n. 19. ſup. de juridiſ. om. jud. & rationes ſpecialitatis reddit Pur. l. 1. n. 644. ſup. de off. ejus.*

207 Et juxta prædicta ulterius ex *d. l. ſi. n.* colligendum eſt, quòd licet non ſit differentia regulariter inter ordinarius & eum, cui mandata ſit juridiſtio, & ideò æquiparantur, *gl. recepta, c. cum cauſam, de appell. Tamen in modo delegandi differunt*: quia ordinarius cum jure proprio habeat juridiſtionem, eam mandare poterit, *d. l. more*, ac proinde cum is, cui mandata eſt juridiſtio, utiq; juridiſtionem habeat, poterit cognoscere de cauſa reſtitutionis, prout poterat ordinarius, *l. eſt Prætor, ſup. de off. ejus.* Ceterum ille, cui mandata eſt juridiſtio, cum illam habeat beneficio alieno, eam alteri mandare non poterit, & hanc interpretationem probant Pau. Caſt. *ibi nu. 2. ad ſi. n. Alex. l. 1. n. 93. ſup. de off. ejus*, & hanc interpretationem expreſſe probavit Summus Pontifex, *c. pen. de reſtit. in integ. & facit text. auth. de deſenſo. Civit. §. juſjurandum, ad ſi. n. col. 3.*

test, *d. l. more*. Unde is delegatus tanquam juridict. non habens, sed tantum judicandi munus, vel facultatem in causa particulari, de causa reſtitutionis 209 cognoscere non poterit, *ut dictum est*. Nam & in simili videmus, quòd eum Judex datus ab ordinario in causa particulari, nullam habeat juridiſtionem, ſcilicet principaliter commiſſam, ſed tantum judicandi munus, *l. à Juſtice, C. de jud. ſententiam à ſe latam non poteſt mandare executioni, l. à Divo Pio, in prin. inf. de re jud. quia lata ſententia fundus eſt officio ſuo, l. Juſtice poſteaquam, inf. de re judic. & tamen is, cui mandata eſt juridiſtio per ordinarium, cum juridiſtionem habeat univerſalem, poteſt exequi ſententiam ſuam, *ut reſolvit Beronius c. ſignificasti, n. 9. de off. del. Longaval. d. l. imperium, n. 172. Ale. in Rub. n. 13. de off. ord. Purpur. in Rub. n. 8. ſupra, de off. ejus* quicquid repugnet Hypolytus Riminald. *ibi n. 172.**

Ultimò ex prædictis inferitur intellectus, & vera explicatio ad eam differentiam, quam in iſta materia conſtituit, *l. 1. in prin. juncto, §. 1. inf. quis & à quo appellatur*. Nam *d. l. in prin.* probat quòd ſi Judex datus talis ſententiam ab eo appellandum eſt ad Judicem, qui eam dedit: In dicto autem §. 1. dicitur, quòd ſi alicui mandata ſit juridiſtio, & ille euit ſententiam, à qua appellatur, appellandum eſt ad Superiorem illius, qui mandavit juridiſtionem: prout & ad eum appellaretur, ſi ille, qui mandavit juridiſtionem, euiſſet ſententiam, & ab ea eſſet appellatum: & ſic ille text. ſibi repugnare: communis concordia eſt, quòd *d. l. in prin.* loquatur in delegato ordinarii: ſed *d. §. loquatur de delegato illius*, cui mandata fuerat juridiſtio univerſalis: nam ſi ab hoc ſit appellandum, non erit appellandum, ad eum, qui mandavit juridiſtionem, ſed ad immediatum Superiorem illius, qui mandavit juridiſtionem: & ita *gl. ll. §. 1. & ibi Ber. n. 1. Alex. l. 1. n. 10. & ibi Ripa, n. 12. inf. de dam. inf. Bell. in quaſt. ad quem app. ſt. num. 13.*

Sed utique hæc communis concordia neq; quædrat verbis legis, nec videtur eſſe in ſe vera: nam cum ille, cui mandata eſt juridiſtio, æquiparatur ordinario: *gl. c. cum cauſam de appellat. & ſupra diximus, quemadmodum à Judice dato per ordinarium ad ipſum ordinarium appellandum eſt, d. l. 1. in prin.* pariter & à delegato per eum, cui mandata eſt juridiſtio, ad eum appellandum eſt. Quare alias concordias in prædicta difficultate reſert Hypol. Rim. *in Rub. à n. 164. ſup. de off. ejus, & ibi Bolognaſius n. 53.*

Vera tamen concordia eſt, quòd *d. l. 1. in prin.* loquitur in Judice dato in quem cum non fuerit translata juridiſtio, ſed tantum facultas judicandi, *ut dictum eſt*, qui eum dedit, reſpectu illius Superiori remanet & ideò ad eum tanquam immediatum Superiorem appellandum eſt. Ceterum *d. l. 1.* loquitur in eo, cui mandata eſt juridiſtio: qui cum ſubeat locum illius, qui mandavit juridiſtionem, *l. eſt Prætor, ſup. de off. ejus*, non eſt appellandum ad eum, qui mandavit juridiſtionem: quia cum pares ſint de pari ad parem non admittitur appellatio, *cap. 2. cum gl. de conſuet. l. 6. Dec. in Rub. n. 7. de appell. & ita hanc concordiam assignavit Aldricus, reſertus per accurſ. d. l. §. quam uti veriore probat Soci. ibi n. 8. Alciat. in Rub. n. 12. de off. ord. & l. 2. paradox. c. 5. & in effectu poſt alios probat Marant. in pract. judicior. 6. parte, in 2. actu, n. 369. pag. 639.*

Ex qua concordia patet, cavendum eſſe à Panor. *c. dilecti, cl. 3. nu. 10. & ibi Perul. nu. 31. de appell. dum dicunt, quòd ſi ille, cui mandata eſt juridiſtio, deleget aliquem, ad cognoscendum de cauſa particulari, non erit ab iſto appellandum ad delegantem, ſed ad immediatum Superiorem: ſubſcrib. Ripa l. 1. nu. 12. inf. de dam. inf. Contrarium enim*

verius ex ſupradictis. Cum enim is cui mandata eſt
 juridiſſio, non poſſit in totum, vel pro parte eam
 transferre in alium d. l. more, tantum in Judicem da-
 tum transfertur iudicandi manus, d. l. a iudice. Cum
 igitur reſpectus illius retineat ſuam juridiſſionem
 ad eum tanquam ad immediatam Superiorem ap-
 pellandum eſt, juxta generalitatem, l. 1. in prin. inf.
 quis & a quo appell. & l. Imperat. §. 1. inf. de appell. &
 tenet Alex. l. 1. n. 10. inf. de dam. inſict.

217 Similiter ex prædictis cavendum eſt à traditis per
 Bar. l. 1. §. fin. nu. 10. inf. quis & a quo appellet. tra-
 dentem, quòd jure Civili ſi delegatus Principis cau-
 ſam ſibi commiſſam alteri in totum deleget, prout
 poteſt l. a iudice, in fi. Cod. de judic. indiſſinctè ad de-
 legantem eſt appellandum, l. un. in fi. C. qui pro ſua

218 juridiſſio, l. præcipimus, §. hac ſi appell. C. de appell. quam-
 vis jure Canonico in his reſeminis, d. poſitum inve-
 niatur, quòd hoc caſu ad delegantem non appelle-
 tur, niſi delegatus aliquam partem juridiſſionis ſi-
 bi reſervaverit, ut eſt expreſſum c. ſuper quaſt.
 §. porro, de off. deleg. c. ſi delegatus, de off. de-
 219 leg. libr. 6. Nam verius eſt, quòd etiam jure Ci-
 vili ad delegantem non ſit appellandum, niſi ali-
 quam partem juridiſſionis ſibi reſervaverit: quia
 hoc caſu incipit militare eadem ratio, quæ mili-
 tat in eo, cui mandata eſt juridiſſio, à quo non
 appellatur ad delegantem, ſed ad immediatam
 Superiorem illius, qui mandavit juridiſſionem,

220 ut expreſſè cautum ſit jure Canon. ſecundum
 quod jura Civilia interpretanda, & reſtringenda
 ſunt: ut tradit Imol. d. §. parro, n. 9. Perſic. c. dile-
 cti, el. 3. n. 30. de appell. Alex. l. 1. n. 1. ibi Ripa,
 n. 12. infra, de dam. inſict.

221 Quinimò ſi delegatus non mandaverit totam juri-
 ſidiſſionem, ſed certam illius ſpeciem adhuc ab eo
 non erit appellandum ad delegantem: quia in ſpecie
 mandata fungitur vice delegantis, l. ſolet, ſup. de ju-
 ridiſſio, om. jud. & ibi expendit Rim. n. 4. Unde cum in
 ea ſpecie cenſeatur æqualis deleganti: adhuc mili-
 tat ratio ſupra assignata, & in ſpecie colligitur ex ge-
 neralitate, l. 1. §. fin. infra, qui & a quo appell.

222 Sed ſubſiſtendum eſt, quia Covar. præſt. q. c. 4.
 n. 8. verius exiſtimat, quòd ſi certa ſpecies juridiſſio-
 nis mandata ſit, appellandum ſit ad delegantem,
 & prius tenuit Paul. Caſt. l. 2. ante fin. ſupra, de off.

223 ejus, & pro illis videtur facere traditio gl. Clem. 2.
 verb. foraneo, de reſcript. quam probat Bar. l. 1. §. fi.
 in fi. infra, quis & a quo appell. dùm tenent, quòd à
 Vicario foraneo appellari poteſt ad Episcopum:
 quia non habent idem Tribunal cum eo, ſubſcribit
 Alex. in Rub. n. 17. & ibi Faſ. n. 2. de off. ejus, Panor.
 c. relatum, n. 8. de off. deleg. Brunus conf. 102. n. 4. Cur.
 Ju. conf. 2. n. 6. & notabiliter Cald. conf. 2. de appell.

224 Pro vera autem reſolutione, duo caſus in hoc arti-
 culo diſtinguendi ſunt. Primus eſt, utrum à Vicario
 foraneo appellandum ſit ad Episcopum, vel ad immediatam

226 Superiorem Episcopum? Secundus eſt, utrum dato, quòd
 ad Episcopum appellandum ſit regulariter, tamen ſaltem
 non ſit ad eum appellandum, quando huic Vicario foraneo

227 mandavit juridiſſionem incerta parte Provincia? Et
 quoad primum caſum reſolvendum eſt, inter Vica-
 rium generalem Episcopum, & inter Vicarium forane-
 neum conſtituendam eſſe differentiam: nam à Vica-
 228 rio Episcopum generali ad eum non eſt appellandum
 ob rationem expreſſam, c. 2. in conſuet. in 6. Quæ u-
 ziq; ratio ceſſat in Vicario foraneo, qui habet juri-
 ſidiſſionem delegatam, & non habet idem Tribunal
 cum Episcopum, ut eleganter explicat Calder. conf. 2. de
 appell. Ang. l. præcipimus, n. 1. C. de appell.

229 Quoad ſecundum autem caſum, omiſſis aliorum
 dictis, exiſtimo diſtinguendum eſſe, cum Bar. l. am-
 bitioſa, n. 34. inf. de decret. ab ord. facien. inſpicienda

eſſe verba commiſſionis: Nam ſi in ea dicatur, quòd
 Episcopum mandat juridiſſionem in certa parte Pro-
 vincia, locum habebit deciſio, l. 1. §. fi. inf. quis &
 a quo appell. explicata ut ſupra. Si verò dicatur, quòd
 committit alicui cauſarum cognitionem, in certa
 parte Provincia, ad Episcopum appellabitur, quia
 tunc magis videtur committi cognitio de pluribus
 cauſis, quàm quòd ei mandata ſit juridiſſio, & ita
 locum habebit l. 1. in prin. inf. quis & a quo appell. &
 que tradit Dec. l. ſolet, n. 11. ſup. de juridiſſio, om. jud. Nam 230
 nihil videtur intereſſe, quòd cognitio demandetur
 ratione unius cauſæ vel plurium, l. fi. ad fi. C. ubi &
 apud quem. Si autem ſimul in dabo, videtur ample- 231
 ctenda reſolutio, Covar. præſt. q. c. 4. n. 8. ſup. relata.
 Neq; placet in hoc articulo conſideratio Bar. l. 1. n. 232
 fi. ad finem, inf. quæ & a quo appell. quòd ſi commi-
 tatur juridiſſio in eodem loco, in quo Episcopum ha-
 bet Tribunal erectum, cenſeatur ille, cui facta ſuit
 commiſſio, Vicarius generalis Episcopum, ac ita lo-
 cum habebit deciſio, c. 2. de conſuet. in 6. Et aliud ſit,
 ſi committatur juridiſſio in alio diverſo loco: nam 233
 tunc magis cenſebitur Vicarius foraneo: nam hæc
 diſſinctione neque jure probatur, neque eſt probabi-
 lis: & ideò potius diſtinguetur, quòd ſi tota com-
 mittatur juridiſſio, erit Vicarius Episcopum, aliàs ma-
 gis dicitur delegatus ad univerſitatem cauſarum.
 Et ideò ſi Episcopum ſpecialiter concedat Vicario 234
 collationes beneficiorum, vel cognitionem cauſarum
 criminalium, quæ in generali commiſſione facta
 Vicario non includuntur, c. licet, & c. ſi. de off. Vi-
 car. in 6. quoad eas cauſas ſpecialiter commiſſas, 235
 non cenſebitur Vicarius: neq; tanquam habens juri-
 ſidiſſionem ordinariam, ſed magis tanquam dele-
 gatus, Rota deciſ. 371. n. 2. in novis, & hodie deciſ. 7.
 de off. Vicar. in novis ſubſcribit Perſic. c. dilecti, el. 3.
 num. 34. de appell. Fel. in Rub. col. pen. ad fin. de off.
 delegat. Maranta in præſt. c. 4. part. 5. diſt. judic.
 num. 16.

Sed ſi non totam juridiſſionem committat, ſed 236
 tantam partem in certa parte Provincia, is non Vi-
 carius, ſed magis delegatus cenſebitur: quia licet
 tanquam is, cui mandata eſt pars juridiſſionis, Ju-
 dicem dare poſſet, ut probat is text. adjuncto verſ.
 is quoque tamen ab hoc non poterit appellari ad ip-
 ſum delegantem juxta deciſionem & rationem text.
 l. 1. §. fin. inf. quis & a quo appell. adjuncta regula l.
 que de tota, ſup. de rei vend. quicquid contrarium ſen-
 tiat Rot. deciſ. 3. de off. Vicar. in novis. Magis ergò
 tunc appellabitur ad Episcopum, ad quem appel-
 landum eſt à Vicario foraneo Episcopum, ut dictum
 eſt.

His ita explicatis poſtremo ex iſto tex. verſ. (item 237
 hi) colligendum eſt, etiam illos poſſe dare Judices
 quibus more id permiſſum eſt. propter vim imperii.
 Circa quod expendendum eſt: text. ſentire, non
 ſufficere magistratuum habere vim imperii, ut Judi-
 ces dare poſſit, niſi id conſuetudine obtentum ſit.

Sed ad perfectam declarationem hujus ultimi no- 238
 tabilis, de duobus videndum eſt. Primò, qui ſunt 239
 magistratus, qui dicuntur habere vim imperii. Secundò, 240
 qua ratione ultra id, fuerit neceſſarium introducere præ-
 dictam conſuetudinem.

Et quoad primum videtur dicendum hos habere 241
 vim imperii, qui poteſtatem habent coercendi at-
 trociter & in carcerem ducendi, l. 2. juncta gloſſ.
 verb. coercere, ſup. de in ju. voc. Sed quoad noſtrum 242
 ego verius exiſtimo, ut illi dicantur habere vim im-
 perii, qui habent mixtum imperium. Pro quo ex- 243
 pendo l. 1. C. de Papa. Jud. & l. ex conſenſu, §. inf.
 de appell. dùm probant Procuratorem Cæſaris tunc
 poſſe dare Judices litigantibus, quòd an gerit vices
 Præſidis, quòd gloſſ. 2. d. l. 1. C. de Ped. jud. Imol.
 &

244 & Ang. l. ex conſenſu, §. 1. inf. de appel. declarant,
 tunc procuratorem Cæſaris, dici gerere vicem Præ-
 ſidis, quando privati ſcienter, ejus prorogant juri-
 ſidiſſionem, l. 1. C. de juridiſſio, om. jud. Sentiant igitur,

245 quòd procurator Cæſaris, cujus prorogata ſuit juri-
 ſidiſſio, Judicem dare poſſit, & tamen certum eſt,
 procuratorem Cæſaris etiam inter prorogantes, non
 habere merum imperium, l. 1. & l. ſina. C. ubi cauſa
 ſical. l. ſin. ſupra, de offic. procur. Cæſaris, tradit Longa-
 val. d. l. imperium, n. 105. Ergo tantum videtur ha-
 bere mixtum imperium, quòd ſufficit, ut Judicem
 dare poſſit propter vim imperii.

246 Item & pro hac opinione expendo iſtum tex. verſ.
 item hi, ibi (ceteriq; Romæ magistratus) ſcilicet cujuſ-
 cunq; ordinis, eſt expreſſum, l. fi. inf. quis & a quo ap-
 pell. & l. cum qui, ſup. de juridiſſio, om. jud. quicquid con-
 trovertat Hypp. Rim. l. 1. n. 67. ſupra, de off. ejus,
 id quòd etiam ſignificat l. à Divo Pio, in prin. inf.
 de re jud.

247 Nam eſt advertendum, quòd licet Bar. l. impe-
 rium, nu. 7. ſupra, de juridiſſio, om. jud. exiſtimaverit,
 omnes magistratus Romanos habuiſſe merum &
 248 mixtum imperium, tamen id verum non eſt, quia &
 apud Romanos erant minores magistratus, qui non
 habebant imperium, neq; poteſtatem, ut eſt expreſ-
 ſum l. neq; magistratib. in fi. inf. de injur. notat Purpur.
 l. 1. n. 409. ſup. de off. ejus, & conſequenter, qui non
 haberent jus coercendi, & ducendi in carcerem,
 quòd pertinet ad imperium, ut tradit Aul. Gell. li. 13.
 N. Atticor. Inquiens, quòd Quæſtor, & ceteri, qui
 non habent lictores, neq; viatores, neq; vocatio-
 nem in jus, nec prehentionem habent, & Pultarch.
 in vita Marii, inquit, duplices ſunt ediles, alteri curules,
 qui magistratus non habent alteri minores, qui populares
 251 vocantur. Et hinc eſt, quòd Quæſtores, & prædicti
 ædiles populares etiam durante officio in jus vocari
 poſſunt, ut probat d. l. neq; magistratib. in fi. & l. le-
 dos, cum l. ſi q. ſupra, de peric. & conſod. rei vindic.
 tradit Aul. Gell. lib. 13. Noct. Attic. c. 13. & Longo-
 252 val. d. l. imperium, n. 106. Quare Bar. d. l. imperium,
 n. 7. non debuit dicere, omnes magistratus Roma-
 nos habere merum imperium, quia imò certis tan-
 tum magistratibus competeſcit, quos ibi enumerat

253 Longaval. d. l. imper. n. 49. Potius igitur docere de-
 buiſſet, quòd omnes habebant ſaltem mixtum impe-
 rium, ut colligitur ex l. item quaritur, §. ſi quis men-
 ſuram, ſupra, locati, & l. quemadmodum, §. ſi magiſtra-
 tus, infr. ad l. Aquil. Cùm igitur omnes magistratus
 Rom. poſſent Judices dare, ut probant jura ſupra
 citata, clarè colligitur, in hac materia ſatis eſſe, de-
 254 legantem habere mixtum imperium, ut Judices
 dare poſſit.

255 Ex quibus inferitur cavendum eſſe, à Deci. l. 1. n.
 27. ſup. de off. ejus, dùm tenet, jus delegandi tantum
 competeſcit magistratibus Rom. majoribus: qui ha-
 berent merum & mixtum imperium, non autem in-
 ferioribus, & ibi defendit Hypp. Rim. n. 40. & n.
 49. Confunduntur enim ex ſupra traditis, & in ſpe-
 cie contra eos eſt tex. l. ſina. inf. quis & a quo appell.
 & l. cum qui, ſupra de juridiſſio, om. jud. ibi (aliqua pote-
 ſtate) adjuncta doctrina gl. Clem. 1. verb. vel earum,
 de for. comp. & ſic ſignificat ad delegandum ſuffice-
 re mixtum imperium, l. poteſtatis, 213. in prin. inf.
 de verb. ſign.

256 Quoad ſecundum autem dicendum eſt, ideò
 neceſſariam fuiſſe conſuetudinem, quia magistratus
 257 Romani adhuc fuerunt electi, ut cauſas per ſe de-
 terminarent, l. 2. §. poli originem, ſup. de orig. jur.
 258 l. 2. C. de Ped. judic. & ideò quantumcumque ha-
 berent vim imperii, tamen neceſſaria ſuit conſue-
 259 tudo, ut per alios cauſas expedire poſſint. Fuit
 autem inducta conſuetudo ob eam rationem, quia

in creatione Prætoris, ita expreſſè fuit declara-
 tum (qui de cauſis judicet judicareve jubeat Prætor
 eſto) ut Author eſt Cicer. lib. 3. de legib. qui qui-
 dem Prætor juxta poteſtatem ſibi conceſſam, non
 judicabat quidem cauſas, ſed tantum audiebat
 partes, & eos remittebat ad Judices Pedaneos ſub
 certa verborum formula, à qua ipſi non poterant
 recedere in judicando, Theoph. in prin. Inſt. de
 interd. Duar. l. 1. diſp. c. 53. & Covar. c. poſſeſſ. par.
 §. 6. num. 4. de reg. jur. in 6. Ad ſimilitudinem igitur
 Prætoris conſuetudine ſuit obtentum, ut & alii
 magistratus Romani Judices dare poſſent, qui cau- 260
 ſas judicarent, ut probat is text. & d. l. more. Un-
 de cum hæc conſuetudo tantum circa magistratus
 Romanos inducta fuerit: non potuit extendi ad
 magistratus provinciales, & ideò oportuit lege,
 vel Senatusconſulto ſpecialiter id eis permiſſi, ut
 ſupra diximus.

Ex qua conſuſione ita explicata inferitur vera ref- 261
 poſio ad difficultates, quas contra eam excitat Lan-
 cel. Dec. hic. Quarum prima eſt, quòd aut ea, quæ
 delegantur competeſcit jure magistratus, & non
 fuit neceſſaria conſuetudo, quòd Judices darentur:
 aut non competeſcit jure magistratus: & tunc etiam
 ſtante conſuetudine delegare non poterant, ut utroq;
 probat, l. 1. ſup. de off. ejus. Ergo conſuſio hujus tex.
 verificari non poteſt. Secunda eſt, quod is text. mo-
 dò dicit, quòd hi poſſunt dare Judices quibus lege, vel
 Senatusconſulto permiſſum eſt: & modò quod hi, quibus
 more id conceſſum eſt, & tamen verius videtur, quòd jus delegan-
 di ſemper competeſcit more majorum, d. l. more. Neq;
 Lancel. Dec. his difficultatibus ſatificat. Ego au- 262
 tem reſpondeo, quòd ut ea quæ jure magistratus com-
 petent, venient in delegatione, oportuit id con-
 ſuetudine introduci, ut probatum eſt. Ad ſecundam 263
 reſpondetur, quòd conſuetudo jus delegandi tantum in-
 troduxit in magistratibus Rom. unde in Provincialibus
 oportuit id de novo induci lege vel Senatusconſulto. 264

Secundò ex prædicta conſuſione inferitur, quòd
 cum magistratus municipales ſolam juridiſſionem
 habeant, non autem imperium etiam mixtum, l. ea
 que, §. 1. inf. ad municip. non poterunt dare Judices,
 ſed per ſe judicabant, ut eſt de monte hujus text. &
 tradit Fulg. l. cum qui n. 2. ſup. de juridiſſio, om. jud. & la-
 tuiſſet defendit Soc. l. 1. §. fi. à n. 11. inf. quis & a quo ap-
 pell. Dec. l. 1. n. 27. & ibi Cur. Ju. n. 39. Hypp. Rim. à
 n. 40. ſup. de off. ejus, Curt. Jun. d. l. imperium, n.
 24. Alcia. c. quod ſedem, nu. 53. verſ. ſed poteſt, de off.
 ord. Ant. Caſmus, l. 1. C. qui pro ſua juridiſſione.

Sed ſubſiſtendum eſt, quia imò magistratus muni- 265
 cipales delegare poſſe, tenet gl. l. 1. Anſ. qua ve-
 ro, ſup. de off. ejus, & ibi Sapia. nu. 33. aſſerit recep-
 tum, & ibi defendit Purpur. à n. 404. & eſſe recep-
 tum ſatetur Alex. d. l. more, n. 27. quibus adde gl.
 in proemio, ff. veteris, §. ſi. verb. Profeſſores, gl. Anſ.
 habita, verb. dedimus, C. neſſius pro patre, Vacanius
 declaratio 81. n. 3. Pro qua opinione prima adduci- 266
 tur, l. 1. in fi. ſup. de juridiſſio, om. jud. dùm probat,
 Judicis officium conſiſtere, in dandis Judicibus li-
 tigatoribus: Ergo omnis qui jus dicit, poteſt dare
 Judices litigatoribus, & ſic delegare, cui reſpondeo
 nu. 271. Secundò quia prædicti magistratus muni- 267
 cipales habent juridiſſionem jure proprio, quia
 ſunt ordinarii, ergo delegare poterunt, d. l. more.
 Tertio quia juridiſſio eſt Judicis dandi licentia, 268
 l. imperium, in ſin. ſup. de juridiſſio, om. jud. Ergo qui-
 cunq; habet juridiſſionem, habet Judices dandi li-
 centiam. Quarò quòd ea, quæ competeſcit jure 269
 magistratus, delegari poſſunt, l. 1. verſ. qua vero,
 ſup. de off. ejus. Sed magistratibus municipalibus
 competeſcit juridiſſio jure magistratus, Ergo dele-
 gere poterunt.

270 Sed his non obſtantibus, non eſt recedendum à noſtra illatione, quæ bene deducitur ex mente hujus tex. & l. cum qui, ſup. de juridi. omn. jud. ibi (aliqua poteſtate) adjuñctal. poteſtatis, 213. inf. de verb. ſign. Neq; obſtant rationes adductæ pro contraria opinione: quia ad primum de l. 1. in ſi. ſup. de juridi. omn. 271 jud. reſpondetur, quod in ea lege tractatur de officio Judicis habentis merum & mixtum imperium, ut ibi tradit gl. 1. Et reſpectu hujus verum eſt, quod juridi- dictio eſt Judicis dandi licentiam ſcilicet in magiſtratuibus Rom. propter vim imperii, & ſimul propter morem majorum: in Provincialibus autem, quia id lege & Senatuſconſulto eis permiſſum fuit, ut dictum eſt, ſed in magiſtrato, qui ſolam habet juridi- ctionem verificari non poteſt, ut ſupra diximus.

272 Non obſtat ſecundo d. l. more, quia loquitur in delegatione, quæ permiſſa eſt more majorum, ut in magiſtratuibus Rom. qui moſ nihil pertinebat ad munici- pia, & ideo ut hi Judices dare poſſent, oportuit id lege permiſſi, quæ tamen permiſſio nullibi reperit- ur illis facta: & hæc eſt melior reſponſio quàm illa, quam aſſignat Soc. l. 1. §. ſi. nu. 13. inf. quæ & à quo appell.

273 Non obſtat tertium de l. imperium, in ſi. ſupra, de juridi. omn. jud. quia reſectis reſponſionibus Docto- rum, quæ ibi reſert Bolognetus n. 20. & n. 30. poſt Rimin. ibid. n. 8. reſpondetur, illum quoq; textum procedere in Judice, qui cum juridiſtione habebat quoque mixtum & merum imperium, ut text. ille tenit in dictione (quoque) & latius ibi comprobat Rim. Jun. à n. 135. & l. 1. n. 6. ſupra, de off. ejus. Re- ſpectu igitur hujus modi Judicis verum eſt, juridi- ctionem eſſe Judicis dandi licentiam, ut ſupra diximus. Sed ſi juridiſtione per ſe ſeparatim conſideretur, non eſt Judicis dandi licentia, ſed potius facultas judi- candi per ſe. Cum igitur in magiſtrato municipal- i ea reperiat omnino ſeparata à mero & mixto im- perio, l. ea quæ, §. 1. municip. non poteſt ei applicari diſtinctio juridiſtione, de qua in d. l. imperium, in ſi.

274 Per quam conſiderationem facilè evitatur diffi- cultas, quam ſolet moveri adverſus Jureconf. d. l. imperium in ſi. ſcilicet, quod datio Judicis expedi- tur officio Judicis nobili, & ſic magis pertinet ad imperium, quàm ad juridiſtione, quæ expeditur officio Judicis mercenario, mediantibus actionibus: quam difficultatem movit Alciat. c. quod ſedem, n. 45. de off. ordin. & lib. 2. paradox. c. 8. Bellon. l. 3. Supput. c. 5. & ante eos Soc. l. 1. §. ſi. nu. 18. inf. quæ à quo appell. §. 4. l. 1. col. 2. ad ſi. ſupra, de juridi. omn. jud. & d. l. imperium, num. 31. facile enim reſpondetur, quod qui habet vim imperii (hoc eſt Prætor) impri- mis audit partes, & actionem eis dat ſub certa for- mula: quam actionem remittebat ad Judicem datum: à qua ipſe non poterat recedere, ut explicat Theoph. in prin. Inſt. de interd. Duar. l. juris gentium, 276 §. & ideo verb. actione dabo, ſup. de paſſ. Si ergo at- tendas perſonam dantis Judicem, is magis ex officio mercenario id expediebat: quia Prætor erat obli- gatus judicare, vel Judicem dare, Cic. lib. 3. de legib. & ideo partes à Prætoſe petebant Judicem illis dari, ut reſert Briſſonius li. 5. Formul. pag. 413. Reſpectu autem Judicis dati, id evidentius apparet, cum ipſe officio mercenario teneatur judicare, juxta formulam actionis aſſignatæ per Prætoſem, & eſt de mente Curt. Ju. l. 1. n. 20. & l. imperium, n. 23. & nu. 122. & ibi Purpur. nu. 14. ſup. de juridi. omn. jud. & vera videtur explicatio, quicquid alio modo expli- cat Alci. lib. 2. paradox. c. 8. & c. quod ſedem, n. 45. de off. ord. & alio etiam modo explicet Beilon. lib. 3. Supputat. c. 4. & aliter Longav. d. l. imperium, num. 70. & ibi Curt. Jun. num. 15. & denique aliter

exponat Viglius, §. prætorca, n. 7. Inſt. quibus non eſt perm. facere teſtam.

Similiter ex prædictis colligitur, in d. l. imperium, 278 non poni diſtinctiones meri & mixti imperii, & ſim- plicis juridiſtione, ut ibi malè exiſtimavit Ang. quem ibi ſequitur Curt. Jun. à n. 8. Purpur. n. 24. Ac. li. 2. paradox. c. 8. & c. quod ſedem, n. 45. de off. ord. Bellon. lib. 3. ſupra, c. 5. Sed potius in eo text. 279 juridiſtione ſumpta in genere, dividitur in tres ſpe- cies, & cujuſlibet ſpeciei ibi proponuntur exempla, ut ibi poſt alios tradit Jaf. n. 2.

Non obſtat quarta ratio adducta pro magis com- muni ſententia, ex reg. l. 1. §. quæ vero, ſup. de off. ejus: nam reſponderetur regulam, quæ ibi præponi- tur, reſpectu magiſtratuibus Roman. à more majo- rum traxiſſe originem, d. l. more, & reſpectu magi- ſtratuibus provincialium à lege vel Senatuſconſulto: his enim ſemotis, neque quæ competunt jure ma- giſtratuibus delegari poſſent, ut ſupra diximus: & patet quia in d. l. 1. non agitur de perſonis, quæ delegare poſſunt, ſed habito pro conſtanti, quod delegare poſſit, moveretur quaſtione, quæ veniunt in delega- tione generaliter facta, denique d. l. in pri. loquitur de magiſtratuibus majoribus, quibus jure magiſtratuibus competebat, merum & mixtum imperium. Unde d. verſ. quæ vero, in eiſdem terminis intelligi debet, & hos fatemur, competentia jure magiſtratuibus delegan- do in alium tranſferre, & ita in effectu Dec. d. l. 1. n. 27. & ibi Hyp. Rimin. n. 60. Quicquid repugnat Purpur. ibid. n. 95. & n. 412.

Uterius ut nihil factum remaneat, non eſt ſilentio involvendum, quod ille, qui aliàs delegare non poterat: tamen propter conſuetudinem delegare poteſt. Ex quo inferunt Angel. Pau. & Fulg. hic, quod licet delegatus ordinari, delegare non poſſit, l. à Juriſce, C. de jud. tamen conſuetudine introduci poteſt, ut delegare poſſit: ſubſcribitur Alex. d. more, num. 28. Jaf. d. l. à Juriſce, col. 3. in 7. limitat. Hyp. Rimi. l. 1. num. 52. ſupra, de off. ejus, Pallat. rep. ca. per veſtras, §. ſed & pulchra n. 28. pag. 185. quibus ad- de Fel. c. cum contingat, n. 2. de foro comp. & c. ſuper quaſt. §. ſi. col. de off. deleg.

Cæterum ab hac recepta ſententia recedit Lan- cel. Deci. hic in ſi. quia is text. loquitur in ordina- rio, qui cum habeat juridiſtione jure proprio, merito delegare poteſt, d. l. more. Unde ex hoc tex- tu non eſt inferendum ad delegatum ipſum ordina- rii, qui non habet juridiſtione jure proprio.

Pro reſolutione dicendum eſt, quod ſi fuerit con- ſuetudo inducta per Populum, & legitime præſcrip- ta, indiſtinctè procedet hæc conſuetudo, quia talis conſuetudo vincit legem contrariam, l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. c. ſi. de conſuet. tenet. Bar. d. l. more, n. 284 9. & Alex. conſ. 36. nu. 11. lib. 2. Unde ſi non eſſet conſuetudo legitime præſcripta, ſed tantum ſtylus Judicium, non procederet hæc conſuetudo, quia ſolus ſtylus non poteſt derogare juris prohibitioni, ut tradit Alex. d. conſ. 36. n. 11. lib. 2. Dec. in Rub. n. 2. de conſuet. Rebuſ. 3. tom. ad ll. Gallicas, tract. de conſuet. articul. 2. gl. 13. numero 13. Quod tamen limitat Roch. in Rub. de conſuet. numero 27. & Aymon. tract. de antiquitate temp. 4. §. tranſeamur nunc, numero 36. pag. 137. niſi ſtylus fuerit legitime præſcriptus, quæ limitatio non placet, quia ſecun- dum eam ſtylus non differet à conſuetudine, & tamen Doctoſ. communiter differentiam conſti- tuunt inter prædicta, Alexan. diſt. conſ. 36. num. 11. libr. 2. Et patet, quia cum ſtylus referatur ad certas perſonas, ſcil. Judicium, non poteſt dici conſuetudo, quæ debet eſſe majoris partis Popu- li, tantum igitur prædictorum opinio defendendi poteſt, ſi ſtylus ita ſit notorius, ut tranſierit in noti-

notitiam majoris partis Populi: nam ex tunc magis cenſebitur conſuetudo, quàm ſtylus, & ideo ſi legiti- mè fuerit præſcripta prævalebit legi, ut diſtum eſt, 291 & ita Alex. in d. conſil. Poterit etiam ſalvari, quando ſtylus fuerit præter legem: nam tunc indiſtinctè ob- ſervandus erit, gl. l. Labeo, verb. agentium, inf. de a- qua plu. arcen. Pan. c. ex literis, n. 5. de conſ. & pro- ſequuntur Lancel. Dec. d. l. more, in prin. & ibi Curt. Jun. num. 2.

Expeditis hiſ, quæ pertinebant, ad declarationem hujus text. notabiliter ex eo collectorum, ut hæc materia perfectè remaneat declarata videndum no- 292 bis eſt. Utrum ea, quæ jure antiquo erant in uſu, ſup. declaravimus, receperint aliquam mutationem ex jure no- vo, quod ut facilius præſtare poſſimus, initium aſu- memus, ex deciſione tex. l. 12. C. de Ped. jud. quàm eſſe difficiliorem legem, quam in eo libro reperia- tur dicit Bart. ibi.

Ad prædicta igitur legis explicationem ſciendum eſt, cauſas ſuper quibus partes litigare ſolent, in tres dividi ſpecies. Quædam enim dicuntur infimæ, quæ- 293 dam mediocres, & quædam gravioreſ. Infimæ olim dicebantur, quæ non excedebant 10. aureos, l. 1. C. de deſenſ. Civ. hodie autem dicuntur infimæ, quæ non excedunt 300. aureos, Auth. deſenſorib. Civ. §. audien. coll. 3. explicat Cag. d. l. imperium, num. 317.

Quicquid involvat Vacon. declar. 81. nu. 3. Mediæ autem dicuntur, quæ excedunt prædictam quantita- 298 tem, Jaf. d. l. imperium n. 31. verſ. in ſecundo gradu: gravioreſ autem dicuntur cauſæ meri, vel mixti imperii, & ingenuitatis.

Quibus ita præmiſſis in materia, d. l. 2. prima ſit 299 conſuetudo: Cauſæ infimæ, etiam hodie delegari po- ſſunt, ut eſt expreſſum l. ſi. C. de Ped. jud. per quam debet declarari d. l. 2. & in hac omnes conveniunt.

Secunda conſuetudo ſit: Cauſæ mediæ, olim indiſtinctè poterant delegari per Prætoſem, hodie autem non poſſunt delegari, niſi in duobus caſibus. Vel 300 quando propter occupationes publicas: Prætor, vel Præſes eſt impeditus, vel quando propter multitu- dinem cauſarum. Præſes per ſe eas facilè expedire non poteſt: ita videtur probare tex. d. l. 2. in 1. par. C. de Ped. jud. quam ita interpretatur glo. ibi verb. non poterunt, & veriore eſſe intellectum contra Bar. d. l. 2. reſolvit Alex. l. imperium, n. pen. ad ſi. ſupra, de juridi. omn. jud. & in diſt. Rex Aragon in 3. dub. col. penal ad medium, & Ant. Gebertus Coſtanus in qu. 301 juris, c. 9. n. 2. In prædictis igitur duobus caſibus, poterunt Præſides eas hodie delegare in totum, nulla facta reſervatione, ut eſt de mente d. l. 2. & ibi tradit Salyc. nu. 4. & tenet gl. 2. Auth. ad hæc. C. de jud. & ibi Alex. n. 2. Quamvis idem Alex. l. 1. n. 49. ſupra, de off. ejus, pro conſtanti habeat, quod poſſit Præſes in prædictis caſibus delegare cauſarum cog- 303 nitionem, nan autem diſtinctionem: Cujus traditio poteſt admitti in terminis d. l. 2. verſ. uſq; ad eò: quam Dd. communiter interpretantur quaſi probet, quod licet non ſint publicæ occupationes, neq; cauſarum multitudo, propter quas permittitur Præſidi, etiam hodie cauſas delegare, ut diſtum eſt, ſi tamen adit alia juſta cauſa, propter quam Præſes non poſſit per ſe cauſas determinare, tunc poſſit etiam eas delegare, quoad cognitionem, non autem quoad diſtinctionem, quam Præſes tenetur ſibi reſervare, & ita tradit Alb. Ang. & Paul. ibi in pri. Bal. l. ne quicquam, §. ubi decretum in lectu. col. ſi. ſup. de of. proconf. 305 Quo caſu tenebitur etiam obſervare formam præſ- criptam in Auth. ad hæc, C. de jud. Proat & eam ob- ſervare tenetur, quando propter publicas occupa- tiones, vel cauſarum multitudinem non vult eas delegare in totum, prout poterat ſi vellet, ut ſupra diximus, ſed voluntariè ſibi reſervat cauſæ

diſtinctionem: nam & tunc tenebitur obſervare formam præſcriptam, diſt. Auth. ut hæc, ut ibi te- net gl. 2. & Alex. num. 2. & Salyc. l. 2. nu. 4. C. de Ped. jud. & ad hunc modum communiter intelli- gitur prima pars diſt. l. 2.

Succedit igitur ſecunda pars principalis d. l. 2. 307 quæ incipiet verſ. quod non ita, cujuſ communis in- tellectus eſt, non poſſe hodie Præſides delegare cauſas meri vel mixti imperii, quas antea ſolebant delegare: nam hodie eas delegare non poterunt: etiamſi impediti ſint propter publicas occupationes, vel cauſarum multitudinem, & hunc intellectum communiter recipi aſſerit Cagn. d. l. imperium, nu. 151. Quamvis igitur cauſæ meri imperii etiam hodie delegari poſſint, propter abſentiam Præſidis, l. 1. ad ſi. prin. ſup. de off. ejus, notat gl. 1. ad ſi. l. Pomponius, de re jud. non ſolum quoad cognitionem, ſed etiam quoad diſtinctionem, ut ibi reſolvit Alexan. nu. 49. Tamen propter publicas occupationes, vel multitudinem cauſarum, hodie delegare non pote- runt: neque quoad cognitionem, neq; quoad diſtinctionem, Bar. l. 1. n. 12. ſup. de off. ejus, & ibi Jac. Niger. nu. 71. & quicquam propter multitudinem cauſarum, & has hodie delegari poſſe poſt Guilh. exiſtinet Bar. d. l. 1. n. 13. cujuſ opinio communi- ter reprobat, ut ibi aſſerit Curt. Jun. n. 83. Quare in hiſ terminis fruſtra induceretur deciſio. d. Auth. ad hæc, quæ loquitur in cauſis, quarum ſaltem cognitio delegari poteſt: quicquid eſſe inducendam etiam in caſibus exiſtinet Curt. Jun. d. l. 1. n. 82.

Quinimò non ſolum cauſæ meri, vel mixti impe- rii, indiſtinctè hodie delegari non poſſunt, ſed etiam neq; cauſæ ingenuitatis, vel libertinitatis, d. l. 2. in ſi. quia licet hæc cauſæ attempta earum natura, ma- gis pertineant ad juridiſtione, quia expediuntur per actiones præjudiciales, Bar. d. l. imperium, n. 24. Tamen quia pertinent ad ſupremum gradum juridi- ctione, propter earum gravitatem hodie delegari non poſſunt, ad ſimilitudinem cauſarum meri vel mixti imperii, ut explicat Longaval. d. l. imperium, n. 36. & ibi Cagn. n. 305. & ſic non poterunt delegari etiam propter publicas occupationes, vel cauſarum multitudinem, declarando tamen prædicta, ut nota- biliter per Bartol. rep. l. nec quicquam, §. ubi decretum, n. 9. ſup. de off. proconf. & inſiſtunt Curt. Jun. l. 1. n. 47. ſup. de off. ejus, & ibi Hypp. Rim. n. 218.

Ex hoc igitur communi intellectu ad d. l. 2. duo 316 per eam legem videtur innovata circa jus vetus, vel ſcilicet cauſæ mediæ, quas olim Præſes liberè de- legare poterat: hodie non poſſit, niſi impeditus per publicas occupationes, vel cauſarum multitudinem, 318 Item & ſecundum quod cauſæ meri vel mixti impe- rii etiam propter prædictas cauſas, hodie delegari non poſſunt: ſed de eis per ſe hodie Præſes cog- noſcere debet, & eas diſtinctè, not. Cald. lib. 2. var. c. 9. n. 3.

Eſt nihilominus advertendum, hunc communem 319 intellectum minimè convenire verbis d. l. 2. C. de Pe- da. jud. ut ibi offendit Ant. Caimus pag. 83. & Alc. c. quod ſedem, n. 37. de of. ord. Quare alium novum in- tellectum ad eum tex. aſſignat Alc. lib. 2. Paradox. c. 321 2. quem repetit d. c. quod ſedem, num. 38. de of. ord. ſed improbant Purp. d. l. 1. n. 598. ſupra, de of. ejus, & ibi Hypp. Rimi. num. 277. Cagnol. d. l. imperium, numero 152. & alium etiam aſſignat Longaval d. l. 322 imperium, num. 35. & alium Vaconius declarat. 28. numero 2. & alium Rimi. Jun. l. 1. numero 196. de off. ejus, & alium Pancirol. in notitia imperii Ori- entalis, cap. 99. ad ſi. ſed nullus perfectè enucleat mentem d. l. 2. C. de Ped. jud.

Quare ad veram interpretationem diſt. l. 2. in 323 primis eſt advertendum: quod text ille loquitur

in Præſide Provinciæ, & licet gloſſ. ibi verb. in
 324 Præſidum intelligat, idem eſſe in quolibet ordina-
 rio, tamen ego contrarium verius exiſtimo: nam
 325 conſidero, quod ut conſtat ex iſto text. proconſuli
 conceſſa fuit poteſtas per legem, Judices dandi li-
 gatoribus: quod pariter in Præſide admittendum
 326 eſt l. ſape, cum ſeq. ſup. de off. Præſid. Nam inter
 Proconſulem & Præſidem, ea tantum eſt differen-
 tia: quod partitis Provinciis inter Imperatorem
 Auguſtum Cæſarem, & inter Populum Roma-
 num, ut reſert Strabo lib. ult. de ſeu orbis, qui mit-
 tebantur in Cæſaris Provincias dicebantur Præ-
 ſides, qui vero in Provincias in Populo reserva-
 tas vocabantur proconſules, vel Prætores, ut tra-
 dit Alciat. lib. 3. Paregon. c. 3. & tract. de magi-
 ſtrat. num. 13. Quicquid aliter declarat gl. l. 1. ſup.
 de off. Præſ. quam probat Alex. in diſp. Rex Arago-
 num, l. dub. col. 2. ante med.
 327 Item conſidero, quod magiſtratus Populi Ro-
 mani conceſſa fuit poteſtas dandi Judices more
 majorum propter vim imperii, ut probat is text.
 328 & l. more, ſup. de juridiſt. omni. jud. Denique con-
 ſidero d. l. 2. C. de Ped. jud. eſſe correctoriam juris
 antiqui, cum in effectu tollat Præſidibus eam po-
 teſtatem dandi Judices, quæ per legem illis fue-
 rat conceſſa, ut probat is text. juxta quæ dicendum
 329 eſt: quod d. l. 2. procedet in Præſidibus, de quibus
 loquitur, & pariter in magiſtratus Provinciali-
 330 bus: Non autem procedet in magiſtratus Roma-
 nis. Nam cum correctoria ſit, ex ſimilitudine ratio-
 nis ad diverſos magiſtratus, & omnino ſeparatos,
 non extenditur gl. in Auth. quas actiones, C. ſacroſ.
 Eccl. & quia in hac materia magiſtratus Romani
 332 ſemper ſeparantur à Provincialibus: adeò quidem
 ut in Provinciis proponeretur edictum provinciale,
 Romæ autem proponeretur edictum urbanum, &
 perpetuum, ut declarat Ant. Augu. li. 1. emenda. c.
 333 5. Unde hodie non obſtante deciſione d. l. 2. de
 Ped. jud. poterunt magiſtratus Rom. Judices da-
 re, ut olim poterant: cum in illis hoc non inve-
 niatur correctum.
 Ulterius eſt advertendum, quod d. l. 2. in 1. par.
 bene videtur explicata per interpretationem Doc-
 334 torum ſupra relatam, addendo tamen mentem illius
 legis eſſe, quod licet jure antiquo ob quodcumque
 leve impedimentum Præſidis, poterant per eum
 cauſæ delegari: ac ob id non oportebat conſtare
 de impedimento, ſed ſatis erat Præſidem declara-
 re, ſed de ea cauſa commodè per ſe cognoscere
 non poſſe, ut ſignificat d. l. 2. in ppi. intelligendo
 non de impotentia juris, ſed facti, ut ibi declarat Pau.
 n. 1. ad fin. tamen hodie oportet delegationem fieri
 ob publicas occupationes Præſidis, vel ob multi-
 tudinem cauſarum, & ideò oportet conſtare præ-
 dictam cauſam eſſe veram, & non ſimularam: ut
 ibi declarant Salyc. n. 4. Longav. d. l. imperium, n.
 335 35. & Sapia, n. ſi. In dubio autem aſſertioni Præſi-
 dis ſtabitur, Menoch. conſ. 17. n. 11. li. 1. admitteret
 tamen probatio in contrarium, Alb. lib. 1. nu. 26.
 ſupra, de off. e. u.
 336 Cæterum ſecunda pars d. l. 2. verſ. quod non ita,
 videtur bene per Dd. explicata: nam neque facit
 mentionem de cauſis meri vel mixti imperii, ut cõ-
 munit præſupponit: ſed tantum dicit, quod cauſæ,
 de quibus ante eam legem, Præſides per ſe cognof-
 cere, hodie etiam debeant de illis per ſe cognof-
 cere, neq; poſſent eas delegare eo prætextu, quod
 propter publicas occupationes, vel multitudi-
 nem cauſarum de illis non poſſent commodè cog-
 337 noſcere. Quæ autem illæ cauſæ fuerint, in ea
 338 lege non exprimitur, & ideò poteſt exemplifica-
 ri in cauſis, de quibus in tit. ff. de var. extraor.

cognit. nam de cauſis ibi expreſſis cognoſcebant
 Præſides per ſe: & ideò vocantur extraordinariæ
 cognitiones, quia cognitiones ordinariæ fiebant
 per donationem judicium, ut declarat Briſon. lib. 4.
 antiq. juris, c. 2. & Paucir. in not. imperii Priem. c.
 99. ante fin. & melius Præſejus in Lex. juris, verb. ex-
 traordi. cognitiones.
 Similiter & d. l. 2. verſ. quod uſque adeo, non be-
 339 ne declaratur per Dd. & verus intellectus eſt, præ-
 dictas cauſas ita eſſe retinendas in cognitione Præ-
 ſidum, ut propter publicas occupationes, vel mal-
 titudinem cauſarum non diminuantur eorum judi-
 cia, circa prædictas cauſas, hoc eſt, non deſinant
 in illis per ſe cognitionem adhibere, neque illas
 340 ulla ratione aliis delegent cognoſcendas. Quinimò
 licet de cauſis ingenuitatis, vel libertinitatis poſ-
 ſent Præſides antea per ſe cognoſcere, vel Judices
 dare, hodie oportet, quod Præſides de illis per ſe
 cognoſcant, Sapia, d. l. imperium, num. ſi. Et hæc
 videtur vera explicatio, d. l. 2. C. de Ped. jud. verſ.
 quod non uſque.
 Secundò principaliter textus juris novi, qui in 341
 hac materia innovationem fecit, eſt Auth. ad hæc, 342
 C. de jud. quæ duos habet intellectus. Primus eſt,
 quod ſi Præſes propter publicas occupationes im-
 peditus ſit, poteſt cauſas delegare, ſervata tamen
 ſibi ſententia, & ita Pau. Cal. conſ. 209. n. 1.
 lib. 1. And. Gall. præſ. obſerv. lib. 1. obſer. 97. n. 16. 343
 Sed in caſu, quo fecerit prædictam delegationem,
 tenetur partes audire, & in initio, & in medio, &
 in fine, notat Patian. de proba. li. 1. c. 65. nu. 69. Si
 autem cauſam ſimpliciter deleget, non ſervata
 ſibi ſententia, non tenetur in aliqua parte litis,
 audire partes, ſed delegatus totum adimplebit, &
 ita intellexit gl. 2. d. Auth. ad hæc, & gl. in Auth. ut
 deſuncti, ſeu funera eorum, §. illud, verb. per ſe, col. 5.
 & ibi Bar. n. 2. & hunc eſſe cõmunem illius Auth.
 intellectum aſſerit Cagn. l. 2. n. 74. C. de edendo, &
 expreſſim probatur in Extrav. 1. de here. inter com-
 munes.
 Is tamen communis intellectus admittendus non 344
 eſt: quia non conſtat ex litera d. Auth. quod ordina- 345
 rius delegaverit cauſam ſervata ſibi ſententia, imò
 in quacunque delegatione præſcribit formam, de
 qua ibi. Item c. ſuper q. in prin. de off. delegat. pro-
 bat, quod licet quis deleget cauſam ſervata ſibi
 ſententia, non tenetur tamen in aliqua parte litis,
 partes audire, & licet Dd. quos ibi reſert Pau. ad ſi.
 dicant, quod in hoc differentia eſt inter jus Civile,
 & Canonicum, & expreſſe probet Extravag. 1. de 346
 here. inter communes, tamen non eſt facile admitten- 347
 da differentia inter utrumq; jus, ca. 1. de novi operis
 nunc, & conſuetudo generalis obſervat: quod ſi
 quis deleget cauſam ſervata ſibi ſententia, non te- 348
 netur ter audire partes, ut diſponit d. Auth. ad hæc,
 quæ per generalem conſuetudinem, quoad hoc
 abrogata eſt, ut aſſerit Cagnol. l. 2. n. 75. C. de edend.
 Reſecto igitur prædicto primo intellectu, ſucce- 349
 dit ſecundus: quod d. Auth. ad hæc, procedat: quan-
 do delegatus non delegat cauſam, ſed eam vult de-
 terminare per ſuos conſiliarios, ſive aſſeſſores: nam
 tunc tenetur obſervare formam in ea præſcriptam:
 quem intellectum uti veriore ponit & probat
 Barth. d. Auth. ad hæc, & Auth. ut deſuncti ſeu ſun. cor.
 §. ſi. n. 5. collat. 5. Pan. ſuper quaſt. ad ſi. prin. de off.
 deleg. Alex. in diſp. rex. Aragonum, dub. 1. col. 5. ad ſi.
 & col. ſi. in ſi. & hunc intellectum tanquam novam
 ſibi arrogat Cagn. l. 2. n. 76. C. de edendo. Longoval.
 d. l. imperium, n. 37. Vacon. declar. 87. nu. 2. & O-
 rian. in Rub. n. 12. ad ſi. ſup. de off. ejus. Sed etiam is 350
 intellectus non videtur admittendus: quia Auth.
 ut deſuncti ſeu ſun. cor. §. illud, coll. 5. (à qua de-
 ſumpta

ſumpta ſait diſt. Auth. ad hæc) aperte loquitur,
 quando cauſa committitur Judicibus. Pedaneis, hoc
 eſt, delegatis, ut tunc non poſſint procedere, niſi
 351 modo ibi perſcripto, & qua Judices Pedanei parum
 diſtant à conſiliariis, & in utriſque eadem militat
 ratio, ut poſt Fulg. advertit Alex. d. Auth. ad hæc, n.
 7. ad fin.
 Et ideò reſectis his intellectibus, novo ſenſu ac-
 352 cipio diſt. Auth. ad hæc. Adverto enim, ut jam dixi-
 mus, eam deſumptam fuiſſe, ex Auth. ut deſuncti ſeu
 ſun. cor. §. illud, coll. 5. Quæ loquitur in cauſa, quæ
 353 apud adminiſtratores agitatur, hoc eſt, agitari de-
 bet, ut ibi exponit gloſſ. verb. agitantur: & ut text. ſit
 notabilior, videtur intelligendus, de cauſis ſolitibus
 apud adminiſtratores agitari, propter illarum gravi-
 354 tatem: quæ etiam propter publicas occupationes
 regulariter delegari non poſſunt, l. 2. verſ. quod non
 ita, C. de Ped. jud. ſecundum verum intellectum.
 Diſponit igitur d. §. illud, poſſe nihilominus admini-
 355 ſtratores prædictas cauſas propter publicas occupa-
 tiones, delegare conſiliariis ſuis, ſive Judicibus Pe-
 daneis, qui idem ſunt cum conſiliariis ſuis, ut ibi di-
 citur: & nos declaravimus in prin. hujus l. dummo-
 356 dò hoc caſu adminiſtrator cauſam audiat in prin-
 cipio litis, hoc eſt in litis conteſtatione, & in medio,
 & in fine. Et juxta hunc intellectum erit text. notab.
 d. Auth. ad hoc, probans, quod cauſæ, quæ etiam
 propter publicas occupationes delegari non poſ-
 ſunt: tamen poterunt adminiſtratores, quoad cog-
 357 nitionem, eas delegare conſiliariis ſive Judicibus Pe-
 daneis, obſervata forma præſcripta, d. Auth. ad hæc,
 quod ſentit Curt. Jun. l. 1. n. 82. ſup. de off. ejus, dum
 dicit, quod ſi obſerverit forma d. Auth. ad hæc, poſ-
 ſunt delegari cauſæ meri imperii, licet alias cauſæ
 meri imperii delegari non poſſunt, etiam propter
 publicas occupationes, l. 2. C. de Ped. judic. ſecun-
 dum communem intellectum. Et hunc eundem in-
 358 tellectum probavit Cagn. l. 2. n. 76. ad fin. C. de eden-
 do, qui tamen ſunt intelligendi, quod poſſunt præ-
 dictæ cauſæ committi conſiliariis, vel Pedaneis Ju-
 dicibus tantum: item quoad cognitionem, & non
 quoad deciſionem, ut conſtat ex ſupra traditis, ut notat
 Fulgoſ. conſ. 167. Viſis, col. 2. poſt prin. verſ. 2. ratione.
 Et juxta prædicta venit explicanda litera d. Auth.
 359 ad hæc, dum in fine probat, quod delegatus Prin-
 cipis etiam prædicta forma obſervata, non poteſt de-
 legare cauſam, ſed debet per ſe cognoſcere, & cum
 conſiliariis eam determinare, notat Menoch. lib. 1. de
 arbi. q. 37. n. 18. Dubitant enim Doctores, qua ra-
 tione id fuerit inductum, cum delegatus Principis
 poſſit delegare ad ſimilitudinem ordinarii, l. à Judi-
 ce, ad fin. C. de judic. Et reſpondent, quod delegare
 modo, de quo ſupra, non permittitur, niſi quando
 359 ordinarius propter publicas occupationes eſt impe-
 ditus, quæ occupatio regulariter non verſificatur in
 legato Principis, cui una tantum committitur, &
 ideò ei non permittitur delegare cauſam, quam a-
 lias delegare non poterat, ſimi. in Rub. n. 5. ſupra,
 de off. ejus, Curt. Jun. l. 1. n. 77. eod. tit.
 360 Quibus tamen addendum eſt, prædicta procedere,
 quando cauſæ commiſſæ delegato Principis, e-
 rant graves, & de quibus adminiſtratores ſolebant
 cognoſcere, de quibus agit d. Auth. ad hæc, in prin.
 & regulariter eſt quod quando cauſæ graves commi-
 361 tuntur delegato Principis: non poteſt eas delegare
 alteri, niſi ex juſta cauſa, quod videtur probare
 text. cap. ſi pro debilitate, de off. deleg. nam re-
 ſectis intellectibus traditis ad illum textum per
 Hyppol. Rimin. l. 1. à numer. 94. ſupra, de off.
 ejus, verior intellectus illius eſt, quod agit de
 cauſis gravibus commiſſis Epifcopo: & has vult
 non poſſe delegare per Epifcopum, niſi propter

cauſam infirmitatis, vel eb aliam juſtam cauſam.
 Quinimò diſponit, quod ſi cauſæ ita graves ſint,
 ut ſue præſentia Epifcopi, commodè expediri
 non poſſint, neque etiam expeditis cauſis, poſſit
 eas delegare: & ibi not. Dec. num. 4. ac ita ex 362
 eo text. colligitur, quod quando cauſæ graves
 committuntur etiam jure Canonico, delegari non 363
 poſſunt, niſi ex juſta cauſa, quomodo debet de-
 clarari d. Auth. ad hæc, in ſecundo caſu, ut ſcilicet
 delegatus Principis ex juſta cauſa graves cauſas
 ſibi commiſſas poſſit delegare. Nam licet propter
 cauſam publicarum occupationum, eas dele-
 gare non poſſit, quia in delegato unius cauſæ
 regulariter non poſſit verificari prædicta cauſa,
 tamen ex alia juſta cauſa, quæ in ejus perſona ve-
 rificetur, eam delegare poterit, & videtur ex-
 preſſum, cap. ſuper quaſtion. in prin. de off. delegat.
 Si autem non ſint graves, eas delegatus Principis
 liberè delegare poterit, d. l. à Judice, in ſi. c. pa-
 ſtoralis, in prin. d. off. deleg. & infr. latius dicemus.
 Tertius textus juris novi, qui difficultatem facit 364
 in hac materia, eſt text. Auth. de collatorib. §. ad h. c.
 prohibemus collat. nova, & eſt text. ſimilis Auth. ut nulli
 judicium, in prin. eadem collat. 9. & in Auth. ut Judi-
 ces ſine quoquo ſuffragi, §. nulla, collat. 2. Auth. de de-
 ſenſor. Civit. §. nulla, coll. 3. Quæ probat, nullum 365
 magiſtratum poſſe pro ſe conſervatorem, ſive locum
 tenentem, generalem conſtituere, per quæ jura
 Longoval. diſt. l. imperi. n. 34. exiſtimat, hodie cor-
 366 rectam eſſe diſpoſitionem, l. more, ſupra, de juridiſt.
 omni. jud. quod tamen non placet: quia non eſt facie
 pra allegata, quia in primis reſpondet Alex. in diſ-
 367 put. Rex Aragonum, l. dub. col. pen. ad ſi. & 3. dub. col.
 lat. 9. in ſi. quod in illis juribus prohibetur Præſides
 conſtituere generales conſervatores in Provinciis,
 & tamen non prohibetur cauſas particulares delega-
 re: quæ tamen ſolutio non tollit difficultatem: quia
 non concludit, quoad eum, cui mandata eſt juridi-
 368 ctio, in quo proprie loquitur, d. l. more, melius er-
 gò reſpondetur, d. §. ad hoc, prohibemus, cum ſimilib.
 procedere in Vicario, vel locum tenente: nam jus
 civile prohibet Præſidem, hunc locum tenentem
 conſtituere, ut eſſe receptum reſolvit Alex. in Rub. n. 368
 18. ſupra, de off. ejus, Cap. deciſ. 151. n. 1. Avend. lib.
 1. de execucon. mand. c. 3. in prin. Maranta in præſt. 4.
 par. 5. diſtinct. ju. n. 19. pag. 123. ob rationem, quam
 aſſignat gl. l. 1. verb. mandata, in ſi. ſupra, de off. ejus,
 quam probat Bal. in Rub. n. 20. de off. deleg. vel ob
 aliam rationem quam aſſignat Bart. l. 1. numero
 6. ad fin. ſup. de off. e. u. s, quam ibi probat Jaſ.
 numero 68. Cirt. Juſtor. numero 68. Purpur. nu-
 369 mero 672. & ampliatur prædicta notabiliter Paris.
 de Put. tractat. de ſyn. verb. ſubſtitutus, num. 2.
 pag. 424.
 Ut igitur prædicta Vicarii conſtitutio, jure Ci- 369
 vili valeat, oportet id conſuetudine legitime
 perſcripta induci, Bal. l. aliquando, 6. oppoſ. ſup.
 de off. proconſ. Capit. deciſ. 151. numero 2. Inde au-
 tem inferri non poteſt ad eum, cui mandata eſt
 juridiſctio: quia hoc non invenitur prohibitum, 370
 imò expreſſe conceſſum per d. l. more, & l. legati,
 ſup. de off. proconſ. & in terminis tradit gl. l. 1.
 verb. mandari, in ſi. & ibi Alex. numero 37. ſupra,
 de officio ejus.
 Neque dicat aliquis, eum, cui mandata eſt jurif- 371
 dictio, nihil videri diſſerre à Vicario generali:
 quia imò in multis diſſerunt: & primum quia Vica- 372
 rius videtur habere juridiſctionem ordinariam, gl.
 c. 2. de conſuet. in 6. & gl. 2. Romana, verb. gene-
 ralit. de appell. in 6. gloſſ. c. perlectis, 21. diſt. & ta-
 men is, cui mandata eſt juridiſctio habet delegatam,
 quam

quam exercet, nomine mandantis, l. 1. §. ſi. ſupra, de off. ejus, not. Corn. conſ. 11. n. 3. ad ſi. lib. 4. Aven- da. lib. 1. de exequentis mand. c. 3. n. 2. Coraſ. lib. 3.

373 Miſcel. c. 19. ad ſi. neq; replicet quis, quòd in d. Vicari- us jure Civili non dicitur habere juridiſtionem ordinariam, & reſolvit Alex. in Rub. n. 17. ſupra, de off. ejus, Maranta in prac. 4. parte, diſtinct. judiciorum, n. 12. Quia reſpondetur, id e ratione fuiſſe admiſ- ſum: quia jure Civili Vicarii conſtitutio eſſet prohi- bita: unde ex ea neq; ordinaria, neq; delegata ju- ridiſtictio Vicarii potuit acquiri, contra prohibiti- onem legis. Cæterum in locis, in quibus conſuetu- dine obtentum eſt: ut poſſit creari Vicarius, vel locum tenens is, etiam jure Civili videbitur habere ordinariam juridiſtictionem, ut reſolvit Covar. reſol. lib. 3. c. 20. n. 4. & idem merito Bald. l. aliquando, n. 7. ſup. de off. proconſ. tradit, quòd in his, quæ re- quirunt juridiſtictionem ordinariam, neceſſariam eſt conſtituere Vicarium neque ſiſticit ei mandare ju- ridiſtictioem. Præterea quando alicui mandatur ju- ridiſtictio: is totam juridiſtictionem mandantis, videtur habere, ſaltem quoad exercitium, l. 1. §. damus, infra, de ſuſp. tut. l. eſt. Prætor, ſuper, de off. ejus, c. ſuper quaſt. §. porro, de off. del. Sed quando quis conſtituitur Vicarius, juridiſtictio videtur reſidere in perſonam utriuſque inſolidum, c. 2. de conſuet. in 6. & hac ratione Vicarius dicitur habere idem

377 Tribunal cum Epifcopo diſt. c. 2. non ſic ille, cui mandata eſt juridiſtictio præterita, delegatus non dicitur officialis illius, qui ei mandavit juridiſtictio- nem, Deci. in Rubr. numer. 4. de off. delegat. & tamen Vicarius dicitur officialis illius, qui eum conſtituit Clem. 2. de reſcript. c. Romana, in prin. de appell. in 6.

378 Deniq; Vicarius non poteſt pro ſe conſtituere alium Vicarium qui habeat ordinariam juridiſtictionem, c. Clerico de off. Vic. & tamen cum habeat ordinariam juridiſtictionem poterit alie: i mandare ſuam juridiſtictionem, d. l. more, Bal. l. aliquando, n. 3. ſup. de off. proconſ. Aviles de Prætor. c. 4. verb. juſticia, n. 7. pag. 102.

379 Addo ego, quòd neque eſt ſimpliciter verum, quòd jure Civili nemo poſſit habere Vicarium, vel locum tenentem: ſed diſtinguendum eſt: nam antequam Præſes ingrediatur Provinciam, poterit locum tenentem conſtituere cum omni poteſtate, excepto eo, quòd non poſſit aliquem capitali- ter punire, vel membrum abſcindere, ut eſt expreſ- ſum, d. Avib. de collatoribus, §. ad hoc prohibemus, col- lat. 9. Tamen, poſtquam Provinciam fuerit ingreſ- ſus, non poterit conſtituere locum tenentem gene- ralem, ut in eo text. probatur, niſi de licentia Prin- cipis, Provinciam egrediatur: nam tunc poterit cõ- ſtituere locum tenentem: quia incipit militare ead- dem ratio, quæ militat, quando ipſe adhuc non erat ingreſſus Provinciam, tradit Bart. l. obſervare, n. 15. ſup. de off. proconſ. Cupic. deciſ. 151. nu. 4. vel etiam quando propter gravem infirmitatem, non poterit negotia expedire: nam tunc ex prædicta ratione po- terit Vicarium conſtituere arg. l. 1. ad ſi. prin. ſup. de off. ejus, in quibus caſibus prædicti locum tenen- tes cenſentur ordinarii. Curt. Ju. in Rub. n. 19. ſup. de off. ejus, Marant. in pract. 4. par. 5. diſt. jul. n. 17. & poſſunt facere omnia ea, quæ Præſes poterat, ex- ceptis his, quæ exprimuntur in d. §. ad hoc prohibemus, Cind. Papa deciſ. 234. Corn. conſ. 11. col. 2. lib. 4. A- vendan. lib. 1. de exequentis mand. ca. 3. à n. 3. declarando, ut per Alex. d. l. more, n. 42. quæ omnia in Regno Portugallie probat elegans ordinatio, lib. 1. tit. 39. §. 29. in teris impreſſionis, & bodie lib. 1. tit. 58. §. 51. novæ impreſſionis.

385 His ita expeditis ut nihil in hac materia intractum remaneat: ſciendum eſt, quòd ultra perſonas ex-

preſſas in hoc textu reperitur in jure alia perſona, quæ Judicem dare poteſt, ſcilicet delegatus Principis, l. à Judice in ſin. C. de jud. c. paſtorali, in prin. de off. deleg. c. cum cauſam, de appell. videndum tamen eſt de ratione hujus conſiſtentionis: & ea videtur eſſe, quòd delegatus Principis, major eſt ordinario, c. ſane, el. 1. de off. deleg. Si ergò ordinarius delegat, à fortiori 386 delegabit delegatus Principis, & ita Jaſ. d. l. 1. à Judice, n. 11. Curt. Jun. in Rub. nu. 14. ſupra, de off. ejus. Quæ tamen ratio non eſt concludens, ſi conſi- deres, quòd delegato Principis ſpecialiter & nomi- tim cauſa particularis committitur: & planè ordi- narius ea, quæ ſibi ſpecialiter & nominatim com- mittuntur delegare non poteſt, l. 1. ſupra, de off. ejus, tradit gl. ſin. C. ne liceat potentioribus, quam probat Pau. Caſtr. d. l. à Judice, n. 9. Jaſ. l. 1. n. 64. ſupra, ejuſ. Adde quòd neq; expeditum eſt, quòd delegatus Principis ſit major ordinario, ut conatur oſten- dere Coraſ. l. 3. Miſc. c. 19. à n. 7. ſed fruſtra, quia certum eſt delegatum in cauſa ſibi commiſſa, dig- niorē cenſeri ordinario: ut latè probat Alex. in Rub. n. 4. & n. 11. Jaſ. col. 1. Curt. Jun. n. 7. Purpur. n. 28. ſup. de off. ejus, Dec. in Rub. n. 2. de off. deleg. Go- zard. conſ. 76. n. 7. Alc. lib. 2. parad. c. 12. Et merito 390 quia ordinario principaliter tribuitur officium, & in conſequentiam juridiſtictio: Delegato autem Prin- cipis, tribuitur principaliter juridiſtictio per Principem, & hac ratione cenſetur dignior. Quinimò & poſt- quam delegatus cum effectu juridiſtictio quaſita eſt, ea juridiſtictio fortior, & firmior cenſetur, quam or- dinaria: ut probat Bellon. in Rub. n. 52. ſup. de off. ejus, quamvis magis communis opinio contendat, ordinariam eſſe fortiorē & firmiorē, quam dele- gatam ut decem argumentis probat Alex. in Rub. n. 5. & ibi Dec. n. 5. Curt. Jun. n. 7. Purpur. n. 38. ſup. de off. ejus, Jaſ. l. duo Judices, nu. 16. inf. de re jud. Dec. in Rub. n. 2. de off. deleg. & c. ad hæc, el. 1. col. 2. de appell. quorum tamen rationes tantum evincunt, 393 ordinariam juridiſtictionem cenſeri firmiorē, ante- quam delegata ſit radicata in perſona delegantis, poſtquam autem in ejus perſona radicata eſt, cenſetur firmior & dignior, non quidem absolute, ſed reſpectu cauſæ ſibi commiſſæ per Principem: ut adver- tit And. Sic. in Rub. n. 18. de off. deleg. Purp. in Rub. n. 36. & ibi Bellon. n. 50. Hyp. Rim. nu. 28. ſup. de off. ejus, quicquid ibi reſuſcitur Dec. n. 4.

Rejeda igitur prima ratione, prædictæ conſiſtentionis, aliam novam aſſignat Cujat. libr. 12. obſ. c. 1. in ſin. quæ etiam non eſt probabilis, & idem ego 394 exiſtimo, poteſtatem delegandi fuiſſe conceſſam delegato Principis in privilegium, ut colligitur ex mente c. paſtor. in prin. de off. deleg. & c. cum cauſam, de appell. & in terminis tradit Rota dec. 8. n. 2. de of. deleg. in nov. Et ex his inferas rationem dicendi, ad c. ut off. §. verum, de here. in 6. ubi Inquiſitores he- reſum poſſunt delegare, qui tamen non ſunt ordi- narii, ſed delegati, c. per hoc, de here. in 6. Nam vera ratio eſt, quòd ſunt delegati Principis, & idem ſubdelegant, gloſ. Clem. 2. verb. ipſorum, de here. A- lex. d. l. more, in ſi. & ibi Purp. n. 99. quicquid aliàs rationes aſſignant Dd. quas reſert idem Purpur. l. 1. n. 618. ſup. de off. ejus. Et ampliabiſ hanc conclu- ſionem, ut delegatus Principis pro arbitrio ſuæ vo- luntatis poſſit delegare, etiam nulla cauſa juſta inter- veniente: nam cum in privilegium hæc poteſtas ei 397 conceſſa fuerat, liberè ea uti poteſt, quòd dicit re- ceptum Jaſ. d. l. à Judice, n. 11. & fatetur Dec. c. ſi pro debilitate, n. 2. de off. deleg. ubi contrarium defendit per illum text. & c. paſtorali, in prin. (ubi urgen- te neceſſitate) de officio delegati, quòd & defendit idem Deci. l. ſin. in prin. ſup. de off. ejus.

Sed non eſt recedendum à magis cõmuni traditio- ne,

ne, quæ evidenter comprobatur per rationem ſu- pra allatam: Neq; obſtant contraria, nam ad pri- mum de d. c. ſi pro debilitate, reſpondetur, procede- re, quando cauſa, quæ delegata eſt, erat gravis: nam tunc propter qualitatem cauſæ non poterit ea dele- gari ſine juſta cauſa, ut ſupra diximus. Et facit pro hac interpretatione, quia text. ille in fine dicit, quòd ſi cauſa ita gravis ſint, ut non poſſint commodè ex- pediri ſine præſentia delegati, tunc etiam ex juſta cauſa delegari non poterant, ut ibi notat. Dec. n. 4. Alex. l. 1. n. 59. & ibi Rimini. n. 22. ſup. de off. ejus.

401 Cum igitur exceptio debeat eſſe de regula, l. nam quod liquide, §. ſin. inf. de pen. legat. clarè innuitur cauſas, de quibus in prin. fuiſſe graves: ita tamen ut ſine præſentia delegati expediri poſſent, tunc enim ex juſta cauſa delegabuntur.

402 Non obſtat ſecundo d. c. paſtorali, in princ. de off. deleg. quia ut ibi advertit And. Sicut. text. ille non exigat neceſſitatem, ad effectum, ut delegatus cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare poſſit: ſed tantum ad effectum, ut perſona ſubſimiori delegare poſſit, & eam cogere ad ſuſcipiendam cõmiſſionem: tunc enim exigitur neceſſitas in delegante: aliis igitur perſonis liberè delegare poterit: & eos cogere, ut ſuſcipiant delegationem, quicquid involvat Deci. d. c. ſi pro debilitate, n. 2. Illud ſanè verum eſt, quòd ſi conſtet, delegatum Principis idem ſubdelegari poſſit, quia maſtiorē vult, ſe exponere à cognitione cauſæ ſibi commiſſæ, irritabitur delegatio & cogetur per ſe de cauſa cognoscere, ut eſt expreſſum de c. pa- ſtorali, in prin. Quæ tamen malitia in dubio non præ- ſumetur, ut ibi tradit gl. 2. & Bellam. n. 2. ad ſi. & Pan. num. 6. per reg. l. quoties, §. qui dolo, infr. de probat.

405 Ex prædictis igitur ſufficienter conſtat de perſo- nis, quæ delegare poſſunt: ſed ad perfectam decla- rationem materiæ reſtat videre de cauſis, quæ dele- gare poſſunt: quem articulum clarè tractat, & de- terminat Papiſianus IC. l. 1. ſup. de off. ejus, cujus quidem reſpoſi communis interpretatio eſt: quòd quæ ſpecialiter committuntur, hoc eſt, in privile- gium conceduntur majoribus Judicibus, hæc dele- gari non poſſunt, ut ibi exponit gl. verb. ſpecialiter, quæ vero jure magistratus etiam inſimo, hæc dele- gari poſſunt, & ibi exponit gl. verb. tribuuntur, ad ſi. Et hanc expoſitionem uti communem probant A- lex. ibi num. 15. & numer. 26. Faſon. numer. Curt. Jun. num. 54. Purpur. num. 344. Jacob. Niger. num. 32. & defendit Bolognetus ibi numer. 35. & ſequ. & num. 69.

408 Ex qua expoſitione inferunt communiter Doct. quòd cum merum imperium concedatur majoribus magistratibus in privilegium, non poterit per eos delegari, quòd multis exemplis com- probat Jureconſult. d. l. 1. probant etiam idem Jureconſultus l. ſolent, ſupra, de off. proconſ. & l. nemo poteſt, infr. de regul. jur. ſed melius ex- plicatur num. 446.

409 Inferunt etiam, quòd cum mixtum imperium conpetat majoribus magistratibus in privilegium: quia minoribus expreſſe denegatur, l. ea qua, §. 1. infr. ad municip. neque etiam hoc delegari poterit, quòd cum communi reſolvit Alex. d. l. 1. nu. 6. & ibi Jaſ. n. 28. Curt. Jun. n. 21. Dec. l. omnia quacun- que 72. num. 4. inf. de reg. jur. Alex. in diſp. Rex Ara- gonum, dub. 3. col. 3. poſt princip. ex quibus conſe- quitur ea tantum, quæ ſunt ſimplicis juridiſtictionis, jure civili delegari poſſe: & de hac illatione, an vera ſit, vide n. 532.

411 Nobis autem de duobus videndum eſt. Primò, utrum comm. explicatio, & expoſitio conveniat verbis & ſenti, d. l. 1. Secundò, utrum illationes, quæ ex ca-

ſunt, ſint in ſe vera: Et quoad primum Curt. Ju. d. l. 1. n. 47. Cogn. n. 73. & Hyp. Rimini. n. 194. conten- dunt communem interpretationem bene convenire verbis & ſenti, d. l. 1. qui verbum ſpecialiter, ſolet 413 referri ad ea, quæ alicui cõceduntur in privilegium, contra ordinarias juris regulas, l. juſ ſpecialis, ſup. de legib. l. ſi non ſpeciali, C. de teſt. Sed apertè falluntur 414 quia licet verbum, juſ ſpecialis, deſignet privilegium 415 contra regulas ordinarias conceſſum, ut probant prædicta jura, tamen verbum, ſpecialiter, ſimpliciter prolatum, ſignificat idem quòd verbum nominatim ſive expreſſum, c. paſtorali, §. 1. de reſer. Ant. à Baſ. conſ. 9. n. 10. Et in hac materia hoc verbum, ſpecialiter, debeat exponi, hoc eſt nominatim, probat l. tuto, §. tutoris datio, inf. de tutel. & notat Alc. li. 1. parad. c. 1. n. 3. ſeo maximè, quia ſecundum communem explicationem, d. l. 1. probaret conclu- ſionem ſupra relatam: quæ tamen nulla probabili ratione nititur, ut oſtendit Hyp. Rim. d. l. 1. n. 198. Probabilior igitur videtur explicatio Fulgoſ. d. l. 1. 416 n. 11. quòd d. l. 1. probet, quòd quæcumq; ſive ſint meri imperii, ſive mixti: ſive etiam ſimplicis juridiſtictionis, quæ tamen ſpecialiter, hoc eſt, nomina- tim & expreſſim cõceſſa fuerunt alicui magistratui, delegare non poſſunt, quæ verò competunt ratione magistratus, & non ex ſpeciali conceſſione, delegari poſſunt. Quam explicationem uti veriorē pro- 417 bat Dec. ibi n. 42. Purpur. nu. 358. & plures quos reſert Rim. Jun. n. 209. & latè comprobatur ibid. 270. probat etiam Alc. lib. 2. parad. c. 1. n. 3. & c. quod ſedem, n. 51. de off. ord. Dec. tract. cri. lib. 2. c. 26. n. 15. Longau. d. l. imperium, nu. 150. Vaco. decl. 79. à n. 4. Ant. Caim. l. 2. de Pedan. jud. pag. 80.

Secundum quam explicationem ex d. l. 1. colli- genda eſt notab. conſiſtentionis: quòd ſi quid in creatio- ne magistratus non competeat illum gerenti, ſed poſtea vel lege, vel SC. ſpecialiter aliquid commis- ſum eſt: non poteſt id delegari, & conſequenter, neq; veniet in generali delegatione, neq; etiam nomi- natim poterit delegari, ut colligitur ex verbis diſt. l. 1. & clarius ex l. penul. in prin. ſupra, de off. ejus.

Item colligendum eſt, quòd quando de novo man- datur magistratui, illud quòd jure magistratus ei antea non competeat, ita videtur datum, ut nul- lus alius magistratus in eo poſſit ſe intrumittere, quòd apertè probat, l. tuto §. tutoris, inf. de tutel. & l. 1. §. de his, cum gl. inf. de ſepar. l. 1. Junta gloſ. ſin. in prin. C. ne liceat potent. rationem reddit Curt. Jun. l. 1. n. 54. ſupra, de off. ejus.

Deniq; colligendum eſt, quòd quando magistra- tui ex poſt facto aliquid de novo nominatim conce- ditur, non poteſt illud delegare. Et ratio ultra alios eſt: quia cum is jure magistratus id non faciat, ſed potius ex auctoritate legis, vel Senatusconſulti, il- lud de novo concedentis, ut probat diſt. l. 1. ſupra, de off. ejus, & l. tuto, §. tutoris, inf. de tutel. quòd illud magis cenſetur delegatus, quam ordinarius ex Doctrina Bar. l. more, n. 8. ſup. de juridi. om. jud. & clarè ſentit d. l. 1. ſup. de off. ejus, ibi (delegatam) cum igitur magistratus, qui nominatus eſt, ſolum fuerit admiſſus ad hujus rei cognitionem, & cæteri ſint excluſi, tacitè videtur cautum, ut neque per- viam delegationis alter de ea cauſa cognoscat. Ad quòd induco eleganter tradita per Plat. l. ex eo, 422 nu. 3. C. de agent. in reb. lib. 12. concludentem quòd ſi aliqua cauſa commiſſa eſt magistratui nomina- tim, tacitè videtur cautum, quòd neque illius lo- cum tenentes, de ea poſſit cognoscere per ele- gantes rationes, quas reſert, qui ſubſcribit Aviles de Prætorib. c. 4. ver. juſticia, num. 5. pag. 112. Conſonat traditio Bar. l. 1. §. hæc actio, col. 1. verſ. falli

fallit primo, inf. si quis testa. liber. esse, quod subrogatum non sapit naturam subrogati, quoad ea, quæ in subrogato specialiter inducta fuerunt, & ideo Paris. 422 de synd. verb. sub rictus, cap. 2. n. 8. pag. 25. tradit, quod commissio facta officiali non potest expediri per ejus substitutum, & protequitur Avend. li. 1. de 423 exeq. mand. c. 3. n. 5. vers. & corrector. nam & licet Capitulum Sede vacante succedat Episcopo in jurisdictione, c. 2. ne sede vacante, lib. 6. c. 1. de maj. & obed. li. 2. tamen non succedit in his, quæ nominatim Episcopo fuerunt commissa, Pan. c. cum olim, col. pen. post me. de major. & obed. Rom. cons. 506. col. fi. Mar. rant. in pract. 4. p. 5. dist. jud. n. 66. pag. 135. Accedat. l. si filius, C. de bon. prescrip. ex qua Bald. & Ang. ibi colligunt, quod dispositio generalis non com- 424 prehendit ea, quæ jure speciali alicui concessa fuerunt, exornat Ruz. cons. 200. num. 19. l. 2. & cons. 142. num. 16. libr. 5. Crocus l. 1. numero 9. infr. de leg. 1.

425 Ex qua ratione ita comprobata, inferitur intellectus ad l. sup. de off. ejus, dum probat, quod is, cui mandata est jurisdicção, non poterit consilium congregare, notat & explicat Alciat. lib. 1. parergon. c. 41. 426 Cæterum gl. 2. ibidem exemplificat textum, quando minor 20. annis vult manumittere servum, neq; enim potest manumittere, nisi ex juxta causa: & apud consilium probanda, ead. l. Inst. quibus ex caus. manum. non lic. ubi Theophilus declarat, quod in Provinciis proconsul, vel Præses consilium cogebat. Romæ autem Prætor, cum igitur id negotium per legem Aelianam sentiam Prætori vel Proconsuli commissum fuerit nominatim, non poterit delegari, juxta supra tradita. Et est vera explicatio, quicquid aliter explicet Alci. lib. 2. paradox. c. 1. n. 7. & aliter Longaval. d. l. imperium, n. 4. & aliter Vacon. declar. 79. n. 10. & Hipp. Riminal. l. 1. n. 255. sup. 427 de off. ejus. Sed extra hunc casum manumissionis faciendæ per minorem 20. annis, actus manumittendi ex se delegabilis est, l. apud proconsulem, infra, de man. vindict. per quam debet declarari, l. 2. supra, de 248 offic. procons. & latè probat Hyp. Riminal. l. 1. n. 247. supra de offic. ejus.

429 Similiter & juxta prædicta debet declarari secundum exemplum d. l. 2. supra, de off. ejus, quia licentia danda minori, ut possit alienare immobilia cõstituitur expressum fuit commissum Prætori, l. 1. inf. de reb. ear. & ideo delegari non potest. Prout & 430 & autoritas præstanda in transactione facta super alimentis, specialiter fuit commissum Prætori, l. cum hi, in prin. sup. de transactio. & ideo delegari non potest, l. neque mandantem, in pri. inf. de tut. & cur. datis ab his: & hac ratione etiam procedit, l. 1. §. de his, junct. gl. verb. nullius, inf. de separat.

431 Expedito primo quæsito supra proposito, restat videre de secundo quæsito, utrum illationes quas faciunt Doctores in d. l. 1. adjuncta communi expositione 432 sint in se vera? Et quatenus pertinet ad primam illationem de qua n. 408. quod causæ meri imperii delegari non possunt, imprimis est advenendum, d. l. 1. non probare prædictam conclusionem, imò magis contrarium sentire: neque enim simpliciter dicitur, causas meri imperii delegari non posse, sed tantum, quod ille, qui habet juris publici exercitationem aliqua lege, vel constitutione sibi delegatam, non potest illam mandare. Ergo sentit causæ meri imperii sua natura delegabiles esse, & tantum impediri earum delegationem: quando specialiter certo magistratui delegatæ sunt, juxta regulam generalem prescriptam, in prin. d. l. 1.

433 Accedat, quod multis magistratibus Romanis competeat merum imperium jure magistratus, l. illicitas, §. qui universas, sup. de off. pra. l. 2. sup. de in jus voc. l. sed et si per Prætorum, §. hæc clausula, sup.

quibus ex caus. major. prosequitur Longaval. dist. 1. imper. à num. 94. Quinimò regulariter magistratus 434 Rom. habuiff: merum imperium, & tantum ab illis licitam fuisse appellare ad Pop. Romanum, tradit Diony. Hal. lib. 5. antiq. Rom. pag. 215. Ergo si comperit jure magistratus, transibit in eum, cui mandata fuit jurisdicção, juxta regulam prescriptam, d. l. 1. §. quæ vero.

Addo l. 2. §. deinde, Cornelius, sup. de orig. jur. quæ 435 probat Corn. Sylam. creasse Quæstores, qui de publicis criminibus cognoscerent, ita ut quamvis olim in singula crimina, singulares Quæstores crearentur: tamen post illam legem fuerunt effecti perpetui Publicorum delictorum cognitores, ut tradit Duar. lib. 436 1. disp. c. 53. Ergo saltem hi Quæstores, jure magistratus habentes merum imperium, illud delegare potuerunt.

Pro vera tamen resolutione hujus articuli, sciendum est, apud Romanos multos fuisse magistratus, qui haberent proprietatem meri imperii, quorum quatuor referunt, l. 2. supra, de in jus voc. ac proinde 438 de hi poterant jubere, ut delinquentes in carcerem ducerentur, & eos coercere, ut exprimitur d. l. 2. & tradit Cicer. li. 3. de legib. iniquis, magistratus 439 inobedientes posse coercere multâ & verberibus: item poterant cognoscere de causis criminalibus, ut latè probat Hyp. Riminal. l. 1. n. 152. supra de off. ejus, 440 tamen condemnare eos non poterant, nisi id à Populo Rom. fuisset permissum, l. 2. §. ex actis deinde, el. 2. & §. deinde cum, supra, de orig. jur. notat Longaval. d. l. imperium, 183. juxta quod suppleendus est 441 Dion. Halycarn. li. 5. antiq. Rom. pag. 215. Dum dicit, quod magistratus Romani poterant animadvertere in Cives, nisi ad Populum provocassent: nam verius dixisset, quod à Consulibus & magistratibus Romanis licitum erat generaliter provocare ad Populum post condemnationem.

Item & ulterius, quod non possent Cives condemnare, & consequenter neq; punire in jussa Populi Romani, ut probant jura supra citata, & similiter post translatum imperium in Imperatores, l. 1. 443 supra de consi. princ. non poterant magistratus punire Cives delinquentes inconsulto Imperatore, nisi lege, constitutione, vel Senatorio consilio, id eis specialiter esset concessum, ut clarè significat Jurecons. d. l. 1. supra, de off. ejus ibi exercitationem publicor. ind. lege vel constitutione delegatam, sentit enim magistratus perfectam exercitationem publicorum Judiciorum. nisi eis lege vel constitutione delegaretur. Nam post eam delegationem poterant delinquentes 444 condemnare & punire, ut declarat Alex. in disput. Rex Aragon. 1. dub. col. 7. post princ. & 2. dub. post prin.

Item est advertendum, quod jura non dicunt 445 simpliciter, merum imperium delegari non posse, sed loquuntur de mero imperio, quod consistit in utendo gladio adversus facinorosos: ut exprimitur l. nemo potest, 70. infr. de regul. jur. & colligitur ex l. 1. §. fin. supra, de off. ejus, & l. solent, in prin. sup. de off. procons. non igitur regula constituenda fuit, ut 446 fecerunt Doct. quod ea, quæ sunt meri imperii, delegari non possunt, de qua num. 408. Imò regula fuit constituenda in contrarium, quod quæ sunt meri imperii, delegari possunt, si jure magistratus competant juxta regulam generalem, d. l. 1. §. quæ vero, ac proinde cum majoribus magistratibus competeat jure magistratus potestas jubendi delinquentes in carcerem duci, item & eos coercere, l. 2. sup. de in jus voc. l. 2. §. exac- 447 tis deinde regibus, el. 2. sup. de orig. jur. non solum delegari poterant specialiter, sed & generaliter mandata jurisdicçãoe transirent, l. si quid erit, sup. de offic. Procons. Et ideo cum jure magistratus compe-

comperet jus cognoscendi de causis criminalibus, ne dictum est: mandata jurisdicçãoe hoc jus transibat, 448 l. solent, in pri. sup. de off. procons. Ab hac tamen regula excipitur merum imperium, quod consistit in utu gladii facinorosos, d. l. imperium in fi. hoc enim in alium transferri non potest, l. nemo non potest, 70. 449 inf. de reg. jur. Et est ratio, quia prædictum merum imperium apud Rom. nulli magistratui competeat jure magistratus: nam apud antiquos non competeat, nisi lege vel constitutione concederetur, & apud Imp. nisi lege vel constitutione concederetur, ut dictum est. Ergo merito delegari non poterant, juxta reg. prescriptam, d. l. 1. in prin. sup. de off. ejus. Et hac 450 ratione l. 1. §. fi. supra, de off. ejus, non dicit simpliciter mandata jurisdicçãoe non transferri merum imperium: sed addit (quod lege datur.)

451 Similiter d. l. nemo potest, inf. de reg. jur. & l. solent, 452 in prin. sup. de off. procons. dicitur, quod gladii potestatem sibi datam, nemo in alium transferre potest: 453 ita ut vera resolutio in hoc articulo sit: quod supremus gradus meri imperii, qui consistit in utendo gladio adversus facinorosos, Bar. receptus d. l. imperium, n. 8. hoc, delegati non poterit, sed quæ per- 454 tinent ad merum imperium medium, vel minimum hæc delegari poterunt, per supradicta. Et colligitur ex text. bene expenso Auth. de collatorib. §. ad hoc prohibemus, collat. 9.

455 Ex quibus ita animadvertis, multa inferuntur nota 456 va in hac materia. Et primò inferitur ratio ad conclusionem quæ habet, quod causæ meri imperii delegari non possunt: nam Alciat. lib. 2. parad. c. 6. ad fi. eam esse existimat, quia magistratus non habent proprietatem meri imperii, sed tantum exercitationem, & usum: ut videtur probare text. d. l. 1. sup. de off. ejus, & ideo huic usum in alium transferre non possunt, in prin. Inst. de usu & habit. Subscribit Purpur. d. l. 1. nu. 424. & 466. Loriot. tract. de jurisdic- 457 ctio. axiomate 12. Sed non est admittenda hæc ratio, quia multi sunt magistratus, qui habent proprietatem meri imperii, l. illicitas, §. qui universas, supra de officio irasidit, l. 2. supra, de in jus voc. l. imperium, supra de jurisdicçãoe omn. iudic. l. nemo potest, 70. inf. de 458 reg. jur. Item contra prædictam rationem expendo text. d. l. sup. de off. ejus. Non enim simpliciter dicit, magistratum qui habet exercitationem juris publici, non posse delegare: sed addit, qui illud habet à lege, vel Senatorio consilio, quasi si hoc non ob- 459 staret, posset exercitationem juris publici, hoc esse, ejus proprietatem delegare: quod latius contra Alciat. probat Beilon. lib. 1. supput. juris, c. 1. nu. 30. Et ita receptum esse juris axioma, quod magistratus habeat proprietatem meri imperii resolvit Cagnol. d. l. 1. n. 33. & ibi Hyp. Rim. n. 80.

460 Præterea exploditur ratio Alciati ex eo, quod merum imperium ex causa absentis vel infirmitatis delegari potest, l. 1. ad fin. principii, supra, de off. ejus, & tamen si magistratus illius tantum habet usum, neque ex prædictis causis posset illud delegare, Bar. l. legatus, ad fin. supra, de officio procons.

461 Quare aliam rationem prædictæ conclusiones, de qua n. 408. assignat Alex. d. l. 1. nu. 6. supra, de off. ejus, quod propter gravitatem causarum meri imperii, censetur electa industria personarum magistratus, & ideo eas delegare non potest, c. fi. §. is autem, de off. del. Et hanc esse magis receptam rationem assertit Curt. Jun. d. l. 1. n. 24. & ibi Purpur. num. 445. 462 Hypo. Rim. n. 71. Quæ etiam videtur rata, quia ex sola gravitate causæ non videri electam industriam personæ, nisi aliunde de hoc constet, resolvit Panor. c. fi. §. is autem, n. 6. per illum textum, & ibi Fel. n. 3. de off. deleg. Fas. l. 1. n. 28. ad fin. supra, de 463 Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

officio ejus, & probatur Clem. 1. §. 1. ad fin. de heret. & c. ex literis, de restit. in integr. quicquid contrarium præsupponat Pan. sibi contrarius, cap. si pro debilitate, ult. notab. & ibi Imol. nu. 4. de off. deleg. Capit. decif. 151. n. 5.

Neque placet concordia, quæ inter has opinio- 464 nes assignari solet, quod videtur electa industria personæ, duobus simul concurrentibus: quod causa sit gravis, & sic commissio alicui constituto in magistratu, cujus fides perspecta sit, arg. l. 1. supra de off. Præsidi prætor. ubi Bald. n. 6. hanc tradit resolutionem, cui subscribunt Deci. d. l. 1. n. 28. & ibi Curt. Jun. n. 54. Purpura. n. 358. & n. 622. Sed neq; hæc 465 videtur admittenda: quia in hac materia nulla sit differentia. Utrum delegatio sit facta constituto in magistratu, vel fiat privato? ut colligitur ex l. est Prætor, supra de offic. ejus, & quia certum est causas 466 meri imperii delegari posse ex causa absentis, vel infirmitatis, l. 1. ad fin. prin. supra de offic. ejus. Quod non ita generaliter fuisset admittum: si ex prædictis duobus simul concurrentibus videretur electa industria personæ, c. si pro debilitate, in fi. de off. deleg. & ex aliis etiam prædictam rationem impugnat Hypo. Rim. d. l. 1. à n. 77. supra de offic. ejus.

His igitur rejectis rationibus, vera ratio colligi- 467 tur ex supra traditis: nam causæ meri imperii regulariter delegari possunt, ut supra diximus: & tamen prohibetur delegari supremum gradum meri imperii, quod consistit in utendo gladio adversus facinorosos: nam hoc merum imperium delegari non poterit, quia nulli magistratui competeat jure magistratus, ut supra probavimus, & ideo exercitationem juris publici concessam alicui non poterit eam delegare, cum jure magistratus ei non comperat, juxta secundam regulam propositam à Jureconsulto, d. l. 1. supra de off. ejus.

Secundò principaliter ex supra traditis inferitur in- 468 tellectus, ad l. si quid erit, supra de off. procons. ubi legatus proconsulis, potest delinquentes coercere, & verberare, non tamen atrociter, notat Fulgos. l. si. n. 2. supra de off. ejus, & tamen is propter mandatam jurisdicçãoem, non habet jus animadvertendi in facinorosos homines l. 1. §. fi. supra de off. ejus. Nam juxta prædicta dicendum est: quod jubere in carcerem duci, item & coercere comperat majoribus magistratibus Romanis jure magistratus, l. 2. supra, de in jus voc. l. 2. §. ex actis deinde regibus, el. 2. supra de orig. jur. Cum igitur jure magistratus competant, mandata jurisdicçãoe transibunt: Cæterum animadvertens in caput facinorosorum in eum non transibit, quia nulli magistratui hoc jus competeat jure magistratus, ut supra dictum est.

Et est maxime notandus text. d. l. si quid erit, dum 469 probat, quod coertio, quæ comperit majoribus magistratibus, l. 2. supra de in jus voc. debet intelligi, quando per coercionem corpus mediocriter afficitur: non autem si atrociter: nam tunc coertio jure magistratus compereret, non tamen mandata jurisdicçãoe transiret, hæc atrox coertio, ut probat d. l. si quid erit.

Similiter & per illum text. venit rejicienda opi- 470 nio Bar. d. l. imperium, n. 10. dum tenet, quod poena, per quam corpus atrociter affligitur, dicitur pertinere ad merum imperium minus: non autem ad merum imperium majus: nam contrarium clarè colligitur ex d. l. si quid erit, & colligitur etiam l. nemo potest, 70. infr. de reg. juris, dum dicit, nemini posse delegare gladii potestatem sibi commissam, neque coercendi, scilicet corpus atrociter, ut colligitur ex d. l. si quid erit, quicquid involvat Decif. d. l. nemo potest, n. 3. Unde potius Bar. docere 471 N debuit.

deuiffet, quod poena, per quam affligitur medio-
 criter corpus, dicitur pertinere ad minus imperium,
 & ideò mandata iurisdictione transfertur d. l. si quid
 472 erit. Poena autem, per quam affligitur corpus atro-
 citer, dicitur pertinere ad majus imperium, & ideò
 mandata iurisdictione non transit d. l. si quid erit.
 473 Tertio ex prædictis infertur intellectus ad l. un.
 C. de of. proconf. dum probat, legatum proconfu-
 lis posse cognoscere de causa criminali, non autem
 condemnare. Ratio namq; est, quia iure magi-
 ſtratus competeat proconfuli, de causis crimi-
 nalibus cognoscere, cum merum imperium habe-
 ret, l. 2. sup. de in iur. voc. & supra diximus, & pro-
 batur l. 1. §. si inf. de suspent. tut. & tamen non po-
 terat condemnare, neque punire nisi iussu populi
 vel lege, vel Senatusconsulto ei esset permissum,
 ut sup. diximus, Mandata igitur iurisdictione trans-
 hit in legatum, jus cognoscendi de causa crimina-
 li, quia hoc iure magistratus proconfuli compete-
 bat, non autem poterat condemnare vel punire,
 quia hoc iure magistratus non competeat, sed le-
 ge vel SC. ei delegabatur, & ideò mandata iurif-
 473 dictione non transibit. Ex quibus constat d. l. un.
 non solum procedere in legato proconfulis, de
 quo loquitur, sed in omni eo, cui mandata sit iurif-
 dictione, per eum, cui competeat merum impe-
 rium, quicquid specialiter procedere in legato pro-
 confulis dicit receptum Alex. in dispn. Rex Arago-
 num, l. 1. dub. col. 3. ad medium.
 475 Quarto ex prædictis infertur intellectus ad l. solent,
 in pri. sup. de of. proconf. quæ pro constanti habet,
 valere, delegationem factam legato proconfulis,
 per quam ei communitur, ut custodias audiatur (id est,
 delinquentes in carcere custodiat) quia scilicet hoc iure
 magistratus proconfuli competeat, ut dictum est.
 Sed si in delegatione ulterius contineatur, quod con-
 victos ad se remittat, & innocentes absoluat: dicit
 IC. d. l. solent, hoc genus mandati extraordinarium
 esse, hoc est contra iuris ordinem, & ideò nihil vale-
 re, ut ibi per gl. verb. liberet: quia nemo potest gladii
 potestatem sibi datam in alium transferre, ut ibi dicitur:
 quod utique ita explicandum est, ut quatenus
 prædictum mandatum continebat, ut nocentes rem-
 mitteret ad proconfulem, hoc mandatum ordina-
 476 rium est & validum, l. un. C. de of. Præf. vig. Sed
 quatenus continet, ut innocentes absoluat, hoc man-
 datum extraordinarium est, propter rationem ibi
 expressam: in qua significatur condemnationem &
 absolutionem ab eadem potestate pendere. Et ideò
 477 qui non potest mandare condemnationem, non po-
 478 terit etiam mandare absolutionem, l. 3. inf. de rejud.
 & ibi Inoc. Alex. & Jaf. n. 2. Unde & inquisitores
 Hereticorum, prout soli condemnare non possunt,
 Clem. 1. §. 1. de heret. pariter neque soli absolvere
 possunt, ut adversus gl. ibi, verb. contra eos, & resolu-
 vit venus, & receptus Simanc. in Cathol. infl. tit. 3.
 nu. 9. Quare dum tex. d. l. C. de of. proconf. dicit,
 proconfules non posse condemnare delinquentes,
 addendum est, quod neque innocentes possunt ab-
 solvere per sup. tradita.
 480 Quinto ex prædictis infertur intellectus ad l. 2. §.
 deinde Cornelius, sup. de orig. jur. Nam cum Quæsto-
 res, qui de publicis Judiciis inquirent, essent crea-
 ti per Syllam, hi quidem iure magistratus possunt in-
 quirere, & hoc jus delegare: sed non poterunt con-
 demnare, neque punire, quia id lege illa Syllæ,
 specialiter eis fuit concessum, ac ita locum habet
 regula, l. 1. sup. de of. ejus, facit l. aut damnum, §.
 præfecto, inf. de pæn.
 481 Ultimo ex prædictis infertur intellectus ad l. 1.
 §. si. in fin. & ad l. si. sup. de off. ejus, dum probant,
 quod mandata iurisdictione transit in delegatum im-

perium modicum, quod videtur coherere iurisdic-
 tionis: nam imprimis est advertendum, quod d. l. si.
 sup. de off. ejus, dicit, illud imperium non esse me-
 rum, & sic videtur confundere receptam traditio-
 nem Bart. d. l. imperium, n. 11. quod modica coer-
 tio pertinet ad merum imperium minimum: cui tam-
 en difficultati respondet Bar. d. l. imperium, n. 12.
 quod dum d. l. fin. dicit modicam coercionem, non 482
 pertinere ad merum imperium, esse intelligendam
 de modica coercionem verbali, non autem corporali.
 Nam hæc sine dubio pertinet ad merum imperium,
 scilicet minimum: subscribit Dec. l. nemo potest, n. 3.
 ad fin. infra, de reg. jur. Sed non est admittenda hæc
 483 responsio, quia aperte divinat, & ideò alium intel-
 lectum assignat Alciat. lib. 2. paradox. c. 1. & alium 484
 Bellon. li. 3. Supputatio. c. 6. ad fin. & alios refert
 etiam Cagn. d. l. imperium, nu. 257. & ibi Hypol.
 Rim. à n. 133. & à n. 258. & Bolog. n. 81.
 Ego autem ad veram explicationem considero 485
 quod in terminis prædictorum iurium, ideò dicitur 486
 non venire merum imperium, quia in illis principa-
 liter merum imperium non transfertur, sed venit in
 consequentiam iurisdictionis principaliter translatæ,
 quia sine imperio, inutilis redderetur. Quamvis igitur 487
 hoc imperium per se consideratum, merum sit,
 quia exercetur officio Judicis nobili ad utilitatem
 publicam, ut scilicet homines discant obedire supe-
 rioribus, ut iure naturali tenentur, l. veluti supra, de
 iust. & jur. c. 2. de major. & obe. tradit in terminis Va-
 con. declar. 78. n. 5. Hypol. Rim. d. l. 1. n. 286. & n.
 302. sup. de of. ejus, tamen considerato eo, quod
 principaliter committatur, non dicitur merum im-
 perium, cum tamen inest, quasi quid coherens iurif-
 dictioni principaliter committæ: & ad illius facilio-
 rem executionem, quare si tanquam quid princi-
 pale competeret: tunc merum imperium mini-
 mum appellaretur, ut Bar. voluit.
 Exemplum erit in magistratibus maioribus, quib, 488
 competit jus multandi, & verberibus afficiendi
 inobedientes, Cicero lib. 3. de legibus. Nam hoc im-
 perium principaliter eis competit, dicitur merum
 imperium, scil. minimum, ut dictum est.
 Ex quibus colligendum est, eam esse differenciam 489
 inter imperium merum, quod dicitur minimum, &
 inter imperium quod dicitur non merum, d. l. si. sup.
 de of. ejus: nam habens primum potest delinquentes
 sustibus castigare l. 3. §. 1. & l. si. sup. de of. Præf. 490
 vig. non sic habens imperium, quod dicitur non me-
 rum: nam is potest inobedientes multare, non au-
 tem verberibus afficere, cum hæc poena major qua-
 libet pecuniaria esse censetur, l. in servorum, inf. de
 pæn. nisi persona sit vilis, & abjecta: nam rups sustib.
 castigari potest, Bar. l. levius, n. 10. inf. de accus.
 Et juxta hæc venit explicandus tex. l. magistrati- 491
 bus, junctâ gl. 1. sup. de iurisd. omn. jud. quod magistra-
 tus municipales, quibus competit imperium non me-
 rum, possunt modice castigare inobedientes, scilicet
 492 sustibus eos cadendo, ut ibi per Dec. nu. 6. Curt. 493
 Jun. n. 1. quod repugnat supra traditis: sed respon-
 detur, quod loquitur in servo delinquente, qui facilius
 corporaliter punitur, quam homo liber, l. si pri-
 vatus, inf. qui & a quib. tex. igitur d. l. magistratibus, 492
 loquens in servo, non debet extendi ad hominem
 liberum, ut ibi advertit Goveanus in fine, & ante eum
 Imola l. 4. §. duas, ad fin. infra, de dam. inf. Alex. in
 disp. Rex Aragonum, dubio 2. col. 4. ad medium, quod
 si contendas ultimam partem, d. l. magistratibus, 494
 generaliter loqui, & sic debere intelligi etiam de
 homine libero, ut ibi contendit Dec. numero 6. tam-
 en dicendum est debere intelligi de homine libe-
 ro vili, & abjecto, qui ad modum servi puniti po-
 test, l. levius, n. 10. infra, de accus.

Hodie

Hodie sanè hæc levis castigatio videtur permif-
 fa, omnibus inferioribus magistratibus per Auth.
 defensoribus Civitatum, §. audient. coll. 3. & fatetur
 Imo, d. l. 4. duas ad fin. §. & Alex. d. l. magistratibus,
 n. 3. Sed non placet, quia evitanda est legum cor-
 rectio: & d. §. audient. loquitur in defensoribus Civi-
 tatis, qui dissentit à magistratu municipali, & ideò dis-
 positum in uno ad aliud diversum extendi non de-
 496 bet: ut advertit Dec. d. l. magistr. n. 5. Item d. §. au-
 dient. loquitur: quando agitur de levibus criminib.
 497 puniendis, quo casu merum imperium minimum,
 principaliter conceditur defensoribus Civitatum,
 498 unde merito possunt modice castigare, Bar. d. l. le-
 via, n. 1. Sed si civiliter agatur, cum tunc tantum
 posset habere locum imperium, quod dicitur non
 merum, non videtur recedendum à jure antiquo,
 499 quod in his terminis non invenitur correctum. Illud
 certum est, quod si agatur de poena capitali, & sic
 de poenis pertinentibus ad majus imperium, Bar. d.
 l. imperium, nu. 8. de his non poterit cognoscere,
 neque etiam cui competit merum imperium mini-
 mum, sed ad majores Judices causa remitti debet, l.
 si. supra, de off. præ. vig. l. un. C. eo tit. & in simili di-
 ſtinguit l. 1. §. si. cum l. sequi, inf. de suspent. tit.
 500 Adde etiam differentiam inter prædictos casus,
 quod ille, cui competit merum imperium mini-
 mum, poterit quidem castigare & verberare, ut ei
 visum fuerit: dummodo atrociter non verberet. l.
 quid enim sup. de off. proconf. sed cui competit impe-
 rium, quod non est merum, multò levius debet ca-
 ſtigare, cum his specificè tantum modica coertio
 concedatur, l. 1. §. si. in fi. & l. si. sup. de off. ejus,
 l. magistratibus, sup. de iurisd. omn. jud.
 501 Denique est etiam differentia, quod modicum im-
 perium minimum, si jure magistratus competat, de-
 legari potest, aliàs secus, ut sentit l. nemo potest, 70.
 502 inf. de reg. jur. Sed modica coertio, quæ pertinet ad
 imperium (quod dicitur non merum) cum coheret
 iurisdictioni, mandata iurisdictione indistinctè
 transibit ad delegatorem, ut probat, l. fin. sup. de off.
 ejus, & ad hunc modum est explicandus, Bar. d. l.
 imperium, n. 13. Et adde prædictis, quod modica il-
 la coertio, quæ conceditur inferioribus Civitatum,
 503 in Auth. de defen. Civit. §. audient. coll. 3. cum ex dis-
 positione illius Auth. de novo concedatur, delegari
 non poterit, ut in terminis tradit Vacon. declar. 78.
 n. 6. Hypol. Rim. l. 1. n. 287. sup. de off. ejus.
 504 Neque est ommittendum in hac materia illud,
 quod tradit Cagn. l. 2. n. 77. ad fi. C. de edend. & in
 libello exercitationis, c. 11. generali consuetudine
 obtentum esse, quod causæ meri & mixti imperii de-
 legari possunt: etiam quoad poenam sanguinis. Quæ
 consuetudo videtur ortum habuisse ex traditis per
 505 Marant. in praxi, 4. part. 1. distin. jud. n. 61. pag. 134.
 quod hodie omnes magistratus municipales, qui
 Capitanei in Italia appellantur, cognoscunt de causis
 meri & mixti imperii: quia quælibet Civitas hodie
 506 censetur esse una Provincia, gl. l. fin. verb. id est,
 507 C. de præser. longi temp. Ac ita rector illius conside-
 ratur tanquam Prætes Provinciæ, Ang. l. 1. §. solet,
 ad fin. infr. quando appellandum sit, & consequenter
 videtur ei competere merum imperium, l.
 illicitas, §. qui universas, sup. de offic. Præsid. Quod
 508 tamen non est simpliciter verum: sed tantum ad-
 mitti potest, in Civitatibus non recognoscensibus
 superiorem, aliàs secus, ut declarat idem Cagn.
 d. l. imperium, num. 162. Cuffan. in consue. Burg.
 Rub. 1. ver. es dotro, numero 88. pag. 75. de quo
 videndus est Decian. tract. crim. 4. c. 25. num. 2.
 509 Neque est ommittendum, quod licet ordinarius
 merum imperium sibi datum delegare non possit,
 tamen delegatus Principis merum imperium sibi
 Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

datum delegare poterit, ut videtur probare tex. l.
 un. in fin. C. qui pro sua iurisd. & Cle. 1. §. ad fin.
 de bere. tradit Bar. l. 1. num. 10. sup. de off. ejus, &
 ibi Jaf. num. 63. Rim. n. 30. Dec. n. 84. Curt. Jun.
 n. 74. asserunt receptum & Jaf. l. à Judice, n. 9. C.
 de jud. Corn. conf. 34. nu. 20. lib. 1. Guid. Pap. decif.
 624. Boër. decif. 6. nu. 8. Capitius decif. 15. num. 6.
 Decia. tract. cri. lib. 4. c. 25. nu. 4. Et hanc opinio-
 nem proculdubio esse magis communem, asserit
 Marant. in praxi, 4. par. 5. dist. jud. n. 63. & de ejus
 veritate latè agit Hypol. Rimin. d. l. 1. à n. 63. post
 Rimin. Senior. ibi n. 32. supra, de off. ejus. Sed in con- 510
 trarium nimis urget, d. l. 1. supra, de offic. ejus, dum
 probat merum imperium datum per legem delegari
 non posse: ergo neque datum per Principem, qui
 lex viva dicitur, quod ibi tenet & probat Alex. nu.
 84. Purpur. 622. Alex. & Jaf. n. 22. l. à Divo Pio,
 in prin. inf. de re jud. Alciat. c. quod sedem, nu. 54. de
 offic. ordin. vers. 4. fallit & latissimè Menoch. li. 1. de
 arbi. quest. 54. à n. 3. Quinimò hodie hanc esse magis
 communem opinionem asserit Dec. c. si pro de-
 bilitate, n. 3. vers. sed responderi, de offic. deleg. & Hy-
 pol. Rim. l. 1. n. fin. supra, de off. ejus.
 Sed his non obstantibus, non est recedendum à 511
 prima opinione magis communiter recepta per ju-
 ra, per Bar. adducta, & quia Princeps sine dubio 512
 delegare potest merum imperium, l. si. C. ubi Sena- 513
 tores vel clarissimi, ergo & ejus delegatus, qui ejus re-
 presentat personam, l. est Prætor, sup. de of. ejus. Neq; 514
 obstat re. d. l. 1. sup. de off. ejus, quia illi variè respon-
 dent tenentes communem opin. ut refert ibi Hypol.
 Rim. à n. 126. Sed mihi placet responsio Pauli Caf.
 l. 1. n. 3. C. ne liceat poten. ut imperium quod lex de-
 fert delegari non possit, & tamen merum impe-
 rium à Principe vivo concessum delegari possit, &
 refert Hypol. Rim. d. l. 1. n. 142. Et ratio differen- 515
 tiæ est: quia quando per legem fit delegatio magi-
 ſtratu, magis habetur respectus ad magistratum:
 quam ad personam illum gerentis: & ideò ea con-
 cessio tantum verificari potest in eo, qui habet præ-
 dictum magistratum iure proprio, non autem iure
 alieno: Platua ex eo n. 3. C. de agent. de rebus, lib. 12.
 & supra diximus, sed id delegando Principis non ha-
 bente magistratum, magis ad ejus personam videtur
 habitus respectus: & ideò is delegare poterit, l. à
 516 Judice, in fi. C. de jud. nisi aliunde colligitur, electam
 fuisse industriam personæ illius, nam tunc delega-
 re non poterit obstante regula, c. fin. §. is autem,
 de off. deleg. tradit Marant. in praxi, 4. p. 5. dist. jud.
 num. 64.
 Postremò addendum est, pro complemento il- 517
 lius articuli, quod licet iure civili, merum impe-
 rium delegari non possit, tamen iure Canon. de-
 legari potest, gl. c. quod sedem, de off. ord. gl. fin. in
 Archiepiscopatu, de raptor. gl. c. pervenit, 95. dist. Et 518
 esse receptissimam differentiam inter utrumque jus
 asserunt Alex. l. 1. n. 6. & ibi Jaf. n. 28. Curt. Jun.
 n. 27. Purpur. nu. 492. supra, de offic. ejus, Decianus
 tract. crimi. lib. 4. c. 25. n. 2. & consulendo probat
 Socin. conf. 143. col. 1. lib. 1. Corn. confil. 34. n. 21.
 lib. 1. Dec. l. omnia, in fin. infra, de reg. jur.
 Non diffiteor tamen, contrariam opinionem, 519
 imò quod neque iure Canonico causæ meri impe-
 rii, delegari possunt, probarunt Imol. Felii. & Alc.
 n. 54. vers. 3. fallit c. quod sedem, de off. ordin. & la-
 tè disputando defendit Covar. resol. lib. 3. c. 20.
 num. fin.
 Sed non est recedendum à prima opinione, ma- 520
 gis communiter recepta. Et ultra alios rasso hujus
 differentie est, quod iure civili ideò merum impe-
 rium delegari non poterat: quia nulli competeat
 iure magistratus, sed oportebat Populum vel Le-

N 2

gem

gem id concedi nominatim, & ideo delegari non potest, d. l. 1. *sup. de off. ejus*, & *supra diximus*. Quæ ratio cessat jure Canonico: nam eo jure merum imperium competit jure magistratus, majoribus magistratibus, ut probat c. *fi. de off. ord. ibi (ex officio)* ut expendunt Cagn. d. l. 1. num. 30. & *ibi Hypol. Rim. 124.* Quod etiam colligitur ex c. *aqua, de consecr. Eccl. & ex c. in Archiepiscopatu, de raptor.* Jure igitur Canonico merum imperium jure magistratus competens merito delegari poterit, ut videtur agnosce-

522 re IC. d. l. 1. *vers. qua vero, supra, de off. ejus*. Item est prædicta ratio cessaret, adhuc tamen debuit admitti prædicta differentia inter utrumque jus: considerando quod jure civili non prohibentur delegari causæ meri imperii, simpliciter, sed tantum causæ, quæ pertinent ad supremum gradum meri imperii, qui consistit in usu gladii adversus facinorosos, l. *nemo potest 70. inf. de reg. jur. l. solent, in pri. sup. de offic. procons. & supra diximus*. Quæ ratio cessat jure Canonico, neque enim Ecclesiastici utuntur jure gladii adversus facinorosos, c. *in Archiepiscopatu, in fi. de raptor. c. fi. ne Cler. vel mon. lib. 6.* Ergo merito illud delegare poterit, cum id quasi ex necessitate præcisa faciant: ut in simili probat, l. 1. *ad finem*

523 *principii, sup. de off. ejus*, & confirmatur, quia propter prædictam rationem solent Ecclesiastici causas meri imperii delegare Secularibus, c. *in Archiepiscopatu, de raptor. junctâ gl. fin.* Unde & in simplici delegatione, censentur venire merum imperium & mixtum, quia etiam in reversatis Principi, si per eum solita sint concedi, censentur venire in generali concessione, ut probat tex. *cap. quod translatione, de offic. leg. quem ad id notat Rom. cons. 59. n. 3. Capol. cons. crim. 17. n. 21. Purpur. l. 1. n. 71. supra, de jurisd. omn. ad. Hypol. Rim. d. l. imperium, num. 249.* Ergo & facultas delegandi merum imperium propter prædictam necessitatem, debet videri Ecclesiasticis concessa: conferunt tradita per Hypol. Rimi. l. 1. n. 108. *supra, de off. ejus.*

525 Ex quibus inferitur, quod si jure Canonico aliquod per speciale privilegium sit concessum ordinario, non possit id ordinarius delegare: quia cessat ratio, de qua supra, & in his terminis etiam jure Canonico locum obtinet. Sed subsistendum est: quia in contrarium videtur text. *in c. fi. de off. ord. qui probat, ordinarium posse delegare potestatem absolvendî ab excommunicatione incurſa, ob manus injectionem in Clericum, quæ per speciale privilegium ei fuerat concessa, ut in specie advertit Covar. resol. lib. 3. c. 20. nu. 5.* Sed respondeo imò illum text. nostram probare illationem: nam loquitur, quando ordinario competeat illud jus absolvendi ex officio, ac ita, quando ei competeat jure communi, ut in casu c. *mulieres, & c. de monialibus, de sententia excommunic. ut expendit Navar. cons. 1. n. 88. de cons.* Ergo sentit, quod si ex speciali privilegio competeat, non possit illud delegari: Et quamvis gl. ibi dicat, idem esse, si competeret ex privilegio, vel speciali concessione, & cum ea tranſeant communiter Doctores, tamen text. ille aperte contrarium sentit,

528 quasi tunc observanda sit regula, d. l. *sup. de off. ejus*, poterit tamen opinio gl. falvari, quando ea concessio non fuit facta personæ, sed potius dignitatis, vel officio perpetuo. Nam tunc delegari poterit, arg. c. *quoniam, Abbas, de off. deleg. ut tradit Navar. in Manual. c. 27. n. 45. & dict. cons. 1. n. 88. de cons.* quicquid involvat Menoch. lib. 1. *de arb. q. 54. nu. 45.* Illud certum est, quod licet nudum ministerium alicui commissum, propter naturam causæ non possit alteri delegari, c. *fi. S. ceterum, de off. deleg.* Tamen si id non competat jure commissionis, sed ex privilegio, delegari poterit, ut tradit gl. d. c. *fi.*

de off. ordi. quam ibi notant Ant. Anchar. & Panor. & Fel. c. *fi. S. fi. col. 1. ad fi. vers. limit. 2. de off. deleg.* Et hæc de prima illatione, quam faciunt Doctores ex communi interpretatione per eos præſtita ad d. l. 1. *sup. de off. ejus.*

Restat igitur videre de veritate secundæ illationis, de qua n. 409. per eos factæ scilicet, quod neque causæ mixti imperii delegari possint, qui ad hanc conclusionem probandam moventur ex eo, quod hoc mixtum imperium conceditur magistratibus majoribus, in privilegium cum minoribus denegetur, l. *ea qua, S. 1. ff. ad municip.* Ergo denegari non poterit, juxta communem intellectum, d. l. 1. *in parte, sup. de off. ejus*, ad lucit etiam l. *ne quicquam, S. ubi decretum, sup. de off. procons.* cum qua concordat l. *omnia, inf. de reg. jur.* per quas rationes prædictam illationem probat Alex. l. 1. num. 6. *sup. de off. ejus*, & ibi Jaf. n. 28. *Curt. Jun. n. 21. Dec. l. omnia, n. 4. infra, de reg. jur.*

Contrariam tamen opinionem, imò causas mixti imperii, jure civili delegari posse, probat Fulgof. l. 1. à n. 15. *sup. de off. ejus*, & ibi Decius n. 34. *Purpur. n. 358. Alc. lib. 2. Parad. c. 1. & c. quod sedem, n. 15. de off. ord. Longaval. d. l. imperium, n. 146. Ant. Caimus l. 2. C. de Ped. judi. pag. 80. Covar. resol. li. 3. c. 20. n. 1. & latè articulum in utramque partem disputat Alex. in disputat. Rex Aragonum, in 3. dubio.*

Pro qua sententia videtur text. expressus l. *penult. in prin. supra de off. ejus*, dum probat, quod mittere aliquè in possessionem delegari potest: quod utique magis pertinet ad mixtum imperium, l. *jubere cavere, supra de jurisdictione omn. judic. & hac ratione non competit magistratum municipali, l. ea que S. 1. infra, ad municip.* circa quam inductionem latius insistent Rim. l. 1. n. 257. *supra de officio ejus*. Quicquid cavilentur gl. & Doctores dicta l. *penult. S. 1. & Alexandr. in disput. Rex Aragonum dubio 3. col. 4. ante medium, & pro hac eadem sententia est tex. clarus, l. 4. S. 1. vers. duas, inf. de damno inf. item causæ reſtitutionis pertinet ad mixtum imperium, d. l. *ea qua, S. 1. & tamen delegari potest, l. fi. c. ubi & apud que m.**

Ad perfectam tamen resolutionem hujus articuli, præmittendum est mixtum imperium nihil aliud esse, quam imploratio officii Judicis nobilis ad privatam utilitatem: & differt ab eo, qui inest jurisdictioni, de quo fit mentio, l. *fi. sup. de off. ejus*, quia mixtum imperium principaliter pertinet ad privatam utilitatem, & executio debet fieri in bonis, & non in persona: & tamen imperium, quod inest jurisdictioni, pertinet ad publicam utilitatem, & in coertione personæ exercetur, quicquid hos terminos confundat Gora. lib. 3. *Miscel. c. 17. n. 15.* Et hac ratione mixtum imperium per se subsistit, quod principaliter censetur cum ipsa jurisdictione, d. l. *imperium, & tamen imperium coherens jurisdictioni censetur illi coherere, tanquam quid accessorium.*

Item est præmittendum, quod licet apud Rom. nullus magistratus haberet merum imperium jure magistratus, ut supra probavimus, multi tamen erant magistratus, qui haberent mixtum imperium jure magistratus, Bar. d. l. *imperium*. Quamvis igitur merum imperium jure civili delegari non possit: quia non competeat jure magistratus: tamen mixtum imperium, quod jure magistratus competeat, delegari poterat, l. 1. *S. que vero, sup. de offic. ejus, & juxta hanc rationem procedit text. l. pen. in pri. sup. de off. ejus*, dum probat cognitionem suspecti tutoris delegari posse, ut etiam probat l. 1. *S. damus, inf. suspect. tut.* Nam est ratio, quod accusatio suspecti tutoris inducta fuit lege 12. tab. l. 1. *infra suspect.*

suspect. tut. & nulli magistratui nominatim fuit data, Cicor. lib. 3. *de legib. & ideo cum jure magistratus videatur competere, delegari potest, ut explicat Fulg. d. l. pen. n. 6. sup. de off. ejus, Alc. lib. 2. Parad. c. 1. n. 2.* Quicquid aliam rationem assignet Cur. Ju. l. 1. nu. 56. *sup. de off. ejus; & ibi Hyp. Rim. nu. 3.*

546 Longav. d. l. *imperium, n. 155.* Unde jus Canonicum permittit mixtum imperium delegari posse, c. *ex literis, de of. del. c. cum venissent, de eo qui mitt. in poss. & notat. Purpur. l. jubere cavere, n. 39. sup. de jurisd. omn. jud. non discrepat à jure civili, imò cum eo concordat, ut sup. dictum est.*

547 Neq; obstant rationes magis communis opin. in contrarium: nam ad primum respondetur, quod apud Rom. omnibus fere magistratibus competeat mixtum imperium jure magistratus, Bar. d. l. *imperium, n. 7. & ideo delegari potest, l. 1. S. que vero, sup. de off. ejus.*

548 Non obstat secundum de l. *ne quicquam, S. ubi decretum, sup. de off. procons.* quia respondetur, quod quicquid Doctores ibi comminiscantur, tex. ille nihil agit de delegatione admittenda, vel neganda, sed tantum probat, quod decreta Prætoris, vel Proconsulis, quæ debebant interponi causa cognita, & auditis partibus nihil valent, si expeditantur per libellum coram illis productum: cui respondetur ex abrupto, causa non cognita, & non auditis partibus concedendo scilicet illud, quod in libello petebatur, is enim modus respondendi, tantum Principi concedebatur, cujus responsio libello dato vim legis habebat: ut ibi declarat Bud. & latius Marius Salomonius, & Petrus Stella in rep. à n. 13. *Alc. lib. 2. Parad. c. 3. Vaconius declar. jur. 80. n. 4. & post eos Hypol. Rim. d. l. nu. 248. de off. ejus*, qui videndi sunt ad plenam interpretationem, d. *S. ubi decretum, & sic nihil facit ad nostrum propositum,*

strenf. hic num. 2.

19 Rejicit proximam responſionem.

20 Tradit veram responſionem in qua casus distinguendo procedit.

21 Declarat si primo modo accipiamus mutum, an ratio in hoc text. expressa vera sit.

22 Declarat item quid in secundo modo dicendum.

23 Mutus & surdus à natura pupillo equiparatur.

24 Hujusmodi mutus non potest aliquem actum facere in quo judicio opus sit.

25 Quomodo debet declarari, l. 4. tit. 4. part. 3.

26 Proximè dicta de muto & surdo à natura procedunt præsumptivè, secus si constiterit hujusmodi mutum intellectum habere: poterit enim celebrare omnes actus judicio & intellectu exigente.

27 Mutum in intelligentem à non intelligente distinguit Juriconsultus.

28 Tradit quid dicendum de muto & surdo ex accidenti, vel de muto & surdo separatim.

29 Examinat illam controversiam, utrum mutus & surdus simul possint matrimonium contrahere, & refert Doctores affirmativam partem tenentes.

30 Refert Doctores qui contrariam opin. sequuntur.

31 Partem affirmativam questioni sequitur, & in quo muto locum habere possit, declarat.

32 Proponit sequelam quæ ex dictis colligitur circa mutum & surdum, an Judices esse possint.

33 Contrariam opinionem proponit & ejus authores, & fundamenta.

34 Mutus tantum vel surdus tantum, non potest esse arbiter.

35 Approbat hanc contrariam opinionem, & ad fundamenta prioris opinionis, de qua n. 32. respondet.

36 Responder ad textum in præſenti pro illa opinione ponendo.

37 Responder ad l. *secus, supra eodem, de cuius intellectu agit.*

38 Refert ex Paulo hic n. 2. jam secum Judicem dari posse.

39 Secus Jæde: dari potest cum prohibitus non invenitur, imò admittitur.

40 Secus habet judicium & intellectum, imò perfectiora habet phantasmata.

41 Secus poterit esse arbiter.

42 Secus poterit fieri Doctor & Magister.

43 Secus poterit succedere in majoratu, qui annexam habet jurisdictionem, & in omni eo quod per viam successionis ei defertur.

44 Secus Magistratus creari non potest.

45 In Magistratu publico, majestas publica & honestas maxime attenditur.

46 Qualiter cecitas probetur remissè.

47 Declarat quomodo sit interpretanda, l. 2. tit. 4. part. 3.

48 Impubes qui nullum habet judicium, judicare prohibetur, & ab omnibus officiis publicis arcetur.

49 Impubes nec propter penuriam hominum eligi potest in Judicem, vel Magistratum.

50 Impubes, nec ex dispensatione Principis Judex esse poterit, cum contra jura naturalia Princeps dispensare non possit.

51 Dicta de impubere procedunt etiam si impubes proximus sit pubertati.

52 Refert ex Cumanò contrariam sententiam, imò posse Principem dispensare, ut proximus pubertati possit esse Judex.

53 Tradit ex Bar. statutum posse dispensare cum proximo pubertati, ut testamentum facere possit.

54 Adducit pro eadem opinione auctoritas, gl. cap. statutum, in prin. verb. Canonici, de rescript. in 6.

55 Primam opinionem ut veriore amplectitur, & ad rationes contrarias respondet, & primo à dictum Bart. de quonum. 53.

56 Ad judicandum multa sunt ponderanda, in quibus

L. cum Prætor, 12. §. fin. ff. de Judic.

S U M M A R I A.

- 1 Agit ut text. de personis qui non possunt esse Judices delegati nec eis possit mandari jurisdictione.
- 2 De hoc est apud Hispanos, l. 4. tit. 4. part. 3. concordat etiam l. 27. tit. 6. part. 7.
- 3 Advertit text. procedere excipiendo personas, que non possunt esse Judices, unde ultra exceptas reliquas videtur admittere.
- 4 Declarat juxta regulam permissivam hujus tex. filiumfamilias Judicem esse posse.
- 5 Mutus judicandi est publici juris.
- 6 In his que sunt publici juris non consideratur Patria potestas.
- 7 In testibus invenitur eadem regula permissiva.
- 8 Esse Judicem vel esse testem equiparantur quoad hanc regulam permissivam.
- 9 Extra hunc casum facilius repellitur Judex quam testis.
- 10 Incipit examinare qui Judices esse non possint, & juxta verba illos enumerat, & de singulis agendum erit.
- 11 Declarat qui prohibeantur esse Judices natura.
- 12 Furiosus non poterit succedere in majoratu, qui habeat jurisdictionem annexam.
- 13 Natura prohibetur etiam esse Judicem mutum, & surdum, & impuberem.
- 14 Movet difficultatem contra duo proximè exempla.
- 15 Argumentatur de matrimonio ad Judicem.
- 16 Argumentatur item de testamenti factioe.
- 17 Arguit item ex eo, quod mutus & surdus potest paciscentis voce opus non est.
- 18 Tradit ad hanc difficultatem responſionem Pauli Capri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

- 19 Rejicit proximam responſionem.
- 20 Tradit veram responſionem in qua casus distinguendo procedit.
- 21 Declarat si primo modo accipiamus mutum, an ratio in hoc text. expressa vera sit.
- 22 Declarat item quid in secundo modo dicendum.
- 23 Mutus & surdus à natura pupillo equiparatur.
- 24 Hujusmodi mutus non potest aliquem actum facere in quo judicio opus sit.
- 25 Quomodo debet declarari, l. 4. tit. 4. part. 3.
- 26 Proximè dicta de muto & surdo à natura procedunt præsumptivè, secus si constiterit hujusmodi mutum intellectum habere: poterit enim celebrare omnes actus judicio & intellectu exigente.
- 27 Mutum in intelligentem à non intelligente distinguit Juriconsultus.
- 28 Tradit quid dicendum de muto & surdo ex accidenti, vel de muto & surdo separatim.
- 29 Examinat illam controversiam, utrum mutus & surdus simul possint matrimonium contrahere, & refert Doctores affirmativam partem tenentes.
- 30 Refert Doctores qui contrariam opin. sequuntur.
- 31 Partem affirmativam questioni sequitur, & in quo muto locum habere possit, declarat.
- 32 Proponit sequelam quæ ex dictis colligitur circa mutum & surdum, an Judices esse possint.
- 33 Contrariam opinionem proponit & ejus authores, & fundamenta.
- 34 Mutus tantum vel surdus tantum, non potest esse arbiter.
- 35 Approbat hanc contrariam opinionem, & ad fundamenta prioris opinionis, de qua n. 32. respondet.
- 36 Responder ad textum in præſenti pro illa opinione ponendo.
- 37 Responder ad l. *secus, supra eodem, de cuius intellectu agit.*
- 38 Refert ex Paulo hic n. 2. jam secum Judicem dari posse.
- 39 Secus Jæde: dari potest cum prohibitus non invenitur, imò admittitur.
- 40 Secus habet judicium & intellectum, imò perfectiora habet phantasmata.
- 41 Secus poterit esse arbiter.
- 42 Secus poterit fieri Doctor & Magister.
- 43 Secus poterit succedere in majoratu, qui annexam habet jurisdictionem, & in omni eo quod per viam successionis ei defertur.
- 44 Secus Magistratus creari non potest.
- 45 In Magistratu publico, majestas publica & honestas maxime attenditur.
- 46 Qualiter cecitas probetur remissè.
- 47 Declarat quomodo sit interpretanda, l. 2. tit. 4. part. 3.
- 48 Impubes qui nullum habet judicium, judicare prohibetur, & ab omnibus officiis publicis arcetur.
- 49 Impubes nec propter penuriam hominum eligi potest in Judicem, vel Magistratum.
- 50 Impubes, nec ex dispensatione Principis Judex esse poterit, cum contra jura naturalia Princeps dispensare non possit.
- 51 Dicta de impubere procedunt etiam si impubes proximus sit pubertati.
- 52 Refert ex Cumanò contrariam sententiam, imò posse Principem dispensare, ut proximus pubertati possit esse Judex.
- 53 Tradit ex Bar. statutum posse dispensare cum proximo pubertati, ut testamentum facere possit.
- 54 Adducit pro eadem opinione auctoritas, gl. cap. statutum, in prin. verb. Canonici, de rescript. in 6.
- 55 Primam opinionem ut veriore amplectitur, & ad rationes contrarias respondet, & primo à dictum Bart. de quonum. 53.
- 56 Ad judicandum multa sunt ponderanda, in quibus

- magnus diſcuſus rationis ſit neceſſarius.
- 57 In iudicando oportet ut incurrat multas, & magnas qualitates prudentiæ & rectæ rationis.
- 58 Haſ partes enumerat l. 5. tit. 4. part. 3. & l. 1. tit. 9. lib. 3. ordinamenti.
- 59 Impubes licet poſſit facere teſtamentum, tamen ante vigefimum annum abſque Principis diſpenſatione iudicare non poteſt.
- 60 Reſpondet ad ea, quæ ex gloſ. in c. ſtatutum, tradiderat, num. 54.
- 61 Reſpondet etiam d. gloſ. dùm dicit, quod ſi excedat ſeptennio poſſit Papa diſpenſare.
- 62 Papa contra deſunctam naturam diſpenſare non poteſt.
- 63 Declarat caſum in quo opinio d. gl. ſaluari poterit.
- 64 Item reſert alium caſum, in quo dicta opinio admitti poterit.
- 65 Reſert Bart. in l. impuberem, in principio, nu. 3. inf. de falſis contrarium tenentem.
- 66 In delegatione iuriſdictionis habilitas illius delegati imprimatur tempore conſeſſionis reſcripti.
- 67 Contrariam opinionem contra Bart. ſequitur quam probat ex Ordin. Portugalliæ lib. 1. tit. 93.
- 68 Reſpondet ad rationem Cognoli de qua n. 65.
- 69 Reſert etiam e. citii ſufficit collatio fieri in tẽpus habile.
- 70 Examinat text. dùm reſtrictum ſe ad impuberem, an pubem admittat ut poſſit eſſe Iudex.
- 71 Ante vigefimum ætatis annum impletum, quis Iudex eſſe non poteſt.
- 72 Diſtam prohibitionem probavit jus Canonicum.
- 73 In prohibitione iuris poſitivi Princeps poterit libere diſpenſare.
- 74 Incipit agere de intellectu l. quidam conſulebant 57. inf. de re iudicata.
- 75 Proponit quæſtionem, de qua agitur in d. l. quidam conſulebant.
- 76 Communis interpretatio illius textus eſt, ut contineat duas partes.
- 77 Tradit quid in prima parte prohibetur, ſcilicet quem in 18. anno conſtitutum Iudicem dare poſſe.
- 78 In ſecunda parte probat quod licet minor ſit 18. tamen in duobus caſibus poterit eſſe Iudex, ſi de conſenſu partium datus ſit, vel quando Princeps ex certa ſcientia eum in aſſiſtratum creavit.
- 79 Princeps quando ex certa ſcientia minorem 18. annis in Iudicem elegit, diſpenſare cum eo videtur, ut poſſit Magiſtratum gerere, & omnia per eum geſta valere.
- 80 Advertit dicta l. quidam conſulebant tranſmiſſe l. 5. tit. 3. part. 4. & l. 3. tit. 9. nove recopilationis.
- 81 Oſtendit dictam communem interpretationem nullo modo admittendam eſſe.
- 82 Reſert reſponſionem gl. hic ad d. legem cum lege, & eorum qui eam ſequuntur & communem dicunt.
- 83 Oſtendit dictam reſponſionem tutam non eſſe.
- 84 Ille qui eſt habilis ad iudicandum, eſt cogendus ad iudicandum.
- 85 Compromiſſum factum in minore 25. annis non eſt validum.
- 86 Oſtendit tradita num. 78. non eſſe vera.
- 87 Adducit reſponſionem eorum, qui dicunt in his duobus diſſerri jus Canonicum à iure Civili.
- 88 Lex cum lege ſupra de receptis arbit. in Iudice ſimpliciter dato requirit ætatem vigefimum annorum.
- 89 Declarat unde ea l. initium traxerit.
- 90 Approbat circa hunc articulum communem opinionem Canonistarum in d. c. cum vigefimum.
- 91 Nove advertit author aliqua notata digna ad legem quidam conſulebant.
- 92 Ex primo circa quod ibi dicitur eſſe æquiſſimum, ut valeat ſententia illius qui excedit ætatem 18. annorum.
- 93 Difficultates quæ Ulpiano illius legis authore occurrere poſſint deſcribit.
- 94 Equitas non ſcripta nihil valet contra rigorem iuris ſcriptum.

- 95 Ulpianus in d. l. quidam conſulebat, quaſi ſe declarans addit ſuam conſeſſionem in duobus caſibus admitti poſſe non obſtante legis prohibitione.
- 96 Primum caſum ibi reſert & rationem in qua fundatur.
- 97 Ad comprobationem dicti primi caſus adducit author elegantia verba Elii Lampridii in vita Alexandri Severi.
- 98 Objicit difficultatem contra proximè reſoluta.
- 99 Difficultatem diluit ex iis, quæ tradit Flavius Vopifcus in vita Probi Imperatoris.
- 100 In deferendis honoribus non tam ætas expectari debet, quam quod eligendus virtutibus fulgeat & moribus polleat.
- 101 Princeps non ſolum videtur diſpenſare cum eo cuius ſcivit defectum ætatis, ſed etiam & quando id ignoravit ſi verum ſimile ſit, quod ſi de eo fuisset certus, cum eo nihilominus diſpenſaret.
- 102 Reſert ſecundum caſum in quo valet ſententia lata ab eo qui excedit 18. annum.
- 103 Qui excedit 18. annum dicitur eſſe conſtitutus in plena pubertate.
- 104 Conſtitutus in 18. anno ætatis ſolet diſtingui ab aliis minoribus.
- 105 In multis Civitatibus cavetur ſtatutis, quod hæc ætas conſeatur legitima.
- 106 Si minor 18. annis datus ſit Iudex etiam de conſenſu partium non valet Iudicis datio, nec ſententia ab eo lata.
- 107 Oſtendit omnino rejiciendum eſſe, magis communem intellectum ad legem quidam conſul. b. r. in ſecunda parte & ex prima conſeſſione text. id comprobatur.
- 108 Oſtendit etiam ſolum conſenſum partium non reddere validam donationem, niſi alia duo requiſita ſimul concurrant de quibus, n. 105.
- 109 Comprobat legem quidam conſulebat non diſcrepare ad c. cum vigefimum, imò magis cum illo conformare.
- 110 Declarat deſiſſionem d. c. cum vigefimum, dùm dicit quod nec Princeps poteſt minorem 18. annis dare Iudicem.
- 111 Princeps hoc caſu videtur derogare, quando ſcienter eum dedit Iudicem.
- 112 Explicatur ultimum d. l. quidam conſulebat. in fine.
- 113 Si minor datus ſit Iudex in caſu particulari, non præſumitur ſcientia in Principe ut cum eo diſpenſare velit, & id ad validandum actum oportet conſtare de Principis ſcientia.
- 114 Si ſcientia Principis clarè non probetur, diſpenſatio non præſumitur.
- 115 Si conſtet de ſcientia Principis verè, vel præſumptivè valet datio à principio.
- 116 Aliud determinat quando de conſenſu partium minor Iudex datus eſt, tunc enim neceſſarium eſt ut per conſenſum illorum trium requiſitorum revalidetur, & rationem dictæ reſolutionis aſſignat.
- 117 Singula qua non proſunt multa collecta juvant.
- 118 Supradicta procedunt in officiis vel dignitatibus, quæ per electionem conferuntur.
- 119 Si per viam ſucceſſionis officium, vel dignitas deferatur, etiam pupillus in iuriſdictione, & dignitate ſuccedet, & dabitur ei Curator, qui ejus nomine adminiſtret iuriſdictionem.
- 120 Examinat aliud exemplum illius, qui non poteſt iudicare, quando ſcilicet per l. prohibetur iudicare.
- 121 Qui motus fuit à Senatu propter propriam turpitudinem 15. l. Julia repetundarum prohibetur eſſe Iudex.
- 122 Concordat cum proxima reſolutione l. Caſtellæ, 4. titul. 4. part. 3.
- 123 Motus à Senatu propter propriam turpitudinem cenſetur infamis.
- 124 Infamis non patent portæ dignitatum, & idèd nec Iudex delegatus eſſe poteſt.

- 125 Infamis electus de conſenſu partium, arbiter eſſe poteſt.
- 126 Infamis poteſt eſſe procurator ad negotia.
- 127 Infamis non poteſt eſſe advocatus in iudicio, cum officium advocati gerere honor, & dignitas cenſeatur.
- 128 Infamis ſi ſunt arbitri iuris, vel dati per ſtatutum non admittuntur ad prædicta arbitria.
- 129 Si quis lege ſit prohibitus iudicare ut infamis, non poteſt officium delatum acceptare, ſed tenetur detegere ad defectum ſuum aliàs graviter punietur.
- 130 Ponderat in contrarium dictum Innocentii in c. Super num. 6. de officio delegati.
- 131 Aſſignat concordiam ex Angelo hic n. 2. & aliis ad dictas opiniones.
- 132 Rejicit prædictam concordiam, & illius fundamentis reſpondet.
- 133 Veriorem concordiam aſſignat, in qua diſtinguendo procedit.
- 134 Si infamia ſit detecta per ſententiam, vel alio modo tenetur electus detegere ſuum defectum ſimpliciter dicendo, ſe Iudicem eſſe non poſſe.
- 135 Si adhuc infamia non ſit detecta, non tenetur eam infamis detegere, & ſe publice diſſamare.
- 136 Exceptio infamiae opponi debet ante litem conteſtatam, cum reſpiciat defectum perſone Iudicis, aliàs ſi non opponatur Iudex infamis in caſu procedet.
- 137 Reſert contraria opinionis Auctores qui eam veriorem in puncto iuris eſſe contendunt.
- 138 Ratio proxima opinionis traditur.
- 139 Quando inhabilitas non pendet à voluntate partium earum taciturnitas non tollit prædictam inhabilitatem.
- 140 Adducit concordiam ad has opiniones.
- 141 Si defectus infamiae erat occultus valet, geſta per infamem propter communem errorem.
- 142 Si defectus infamiae erat jam detectus, & notorius procedet.
- 143 Secunda opinio l. Barbarius, ſupra de officio Prætoris locum non habet quando defectus eſt notorius.
- 144 Reſpondet ad argumenta in contrarium adducta & primò ad regulam l. ſi. C. de except.
- 145 Regula d. l. ſi. non procedit, quando exceptio dilatoria reddit iudicium retro nullum, quia tunc quocunque tempore opponi poteſt.
- 146 Reſpondet ad l. filiusfamil. §. veterani, ſupra de procuratoribus.
- 147 Limitat ſecundo conſeſſionem huius text. de qua n. 120. procedere in Iudice delegato tantum.
- 148 Geſta per Iudicem infamem, ſi fuerit ordinarius, valet propter communem errorem, etiam ſi huſmodi defectus ſit notorius, de quo tamen vide n. 133.
- 149 Dictam differentiam impugnat, & ejus fundamentis reſpondet.
- 150 Infames notoriè publico officio obtinere non poſſunt.
- 151 De infamia Iudicis quilibet opponere poteſt.
- 152 Reſpondet ad differentiam traditam per Innocentium, num. 148.
- 153 Geſta per ordinarium inhabilem ſi defectus ſit notorius non valet.
- 154 Reſpondet ad differentiam quæ in hoc articulo conſtituitur inter Iudicem ordinarium & delegatum.
- 155 Diſt. l. Barbarius, datis paribus terminis etiam in Iudice delegato procedit.
- 156 Aſſignat aliam rationem contra ea quæ dicta ſunt num. 148.
- 157 Durante lite ſuper inhabilitate valet geſta per inhabilem tolleratum.
- 158 Propter defectum probatum per viam exceptionis, quis non debet privari officio.
- 159 Declarat quod effectus operabitur inhabilitas probata per viam exceptionis.
- 160 Tertiam limitationem ad conſeſſionem deductam ex hoc text. aſſignat.

- 161 Si alicui opponatur quod ſit criminofus, vel perjurus non obſtante exceptione Iudex erit, donec privetur per ſententiam.
- 162 Declarat quæ infamia requiratur, ut quis ad iudicandum propter infamiam removeatur ſcilicet infamia iuris ex ſententia condemnatoria.
- 163 Infamia facti alicui ad iudicandum non excludit.
- 164 Opponit quod infamia facti repellit unumquemque ad dignitatem obtinendam.
- 165 Aſſignat concordiam ad proximam differentiam.
- 166 Si infamia infamia facti, quia ceſſit criminofus, fuerit electus ad officium publicum valet electio, nec pro crimine accuſari poterit dum durat officium.
- 167 Si ratione delictorum ex quibus reſultat infamia facti fuerit accuſatus pendente illa accuſatione non valet electio, etiam ſi adhuc non ſit condemnatus.
- 168 Reſpondet tradita per Angelum hic n. 1.
- 169 Teſtis criminofus repellitur à teſtimonio ferendo.
- 170 Iudex criminofus repellitur à iudicando.
- 171 Opponit difficultatem contra proximè reſolutam ex l. 2. ſupra de Senatoribus.
- 172 Ad difficultatem reſpondet & declarat eleganter unde illa differentia procedat.
- 173 Criminofus etiam notorius adhuc Iudex eſſe poterit.
- 174 Licet teſt. agat de prohibito per legem iudicare, tamen poterit etiam eam exemplificari in terminis legis cum lege ſupra de receptis arbitris.
- 175 Ultimam limitationem tradit ex Angelo hic n. 2. de qua latè agit.
- 176 In confirmatione limitationis allegat dictum Bal. l. 1. n. 1. C. de ſecundis nuptiis.
- 177 Contrariam opinionem proponit, & optimis fundamentis corroborat, & ad fundamenta pro limitatione de qua n. 175. adducta reſpondet.
- 178 Reſpondet ad dictum Angeli hic n. 2. de quo n. 75.
- 179 Furioſi & impubere & ſimiles non ſunt incapaces iuriſdictionis, ſed tantum exercitii, & idèd iuriſdictionem cuius ſunt capaces per alios exercere poſſunt.
- 180 Reſpondet ad dictum Baldi de quo num. 176.
- 181 Due ſunt ſpecies infamiae, quædam enim dicitur infamia iuris, & quædam infamia facti.
- 182 Inter has infamias ea eſt præcipua differentia, quod propter infamiam iuris non ſolum privatur infamis officii, vel beneficii obtinendis, ſed etiam ſom obtentis.
- 183 Tradit ex Bal. quod infamis dicitur exautoratus ab omni dignitate & officio publico, & beneficiis Eccleſiaſticis.
- 184 Proxima dicta à Baldo declarat procedere, quando quis eſt iuris infamis propter proprium delictum, ſecus ſi pro delicto alterius.
- 185 Filius Hereſici propter delictum patris, non amittit beneficia jam obtenta.
- 186 Declarat in quibus terminis procedat traditio gloſſæ Clement. 1. verb. obtinendi de pœnit.
- 187 Declarat item tradita ſupra de infamibus intelligenda eſſe, ſi quis per veras probationes condemnatus eſt. ille qui per fictas probationes condemnatus eſt ut infamis non cenſebitur infamis, infamia iuris nec incurrit penas illas infamibus impoſitas.
- 189 Infamis infamia iuris nunquam privabitur beneficiis vel officiis publicis ipſo iure, ſed oportet quod de novo illis per ſententiam privetur.
- 190 Ad privationem non eſt neceſſaria ſententia incerti delicti, in quibus ipſo iure cenſetur privatis jam obtentis.
- 191 Tradit ex Baldo l. 2. n. 1. ad finem ſupra de Senatoribus, neminem eſſe privatum ipſo iure propter infamiam iuris, ſed venire privandum per ſententiam.
- 192 Utrum propter iuris infamiam ante privationem veniat ſuſpendendus ab exercitio dignitatis, vel officii remiſſivè.

- 193 Propter infamiam facti licet quis efficiatur inhabilis ad officia, & beneficia publica de novo obtinenda, tamen propter eam nunquam quis privatur iam obtentis.
- 194 Refert rationem proximam resolutionis, & qui contrarium tenuerunt recenset.
- 195 Reprobatur Doctores quæ contra tulerunt & dict. resolutionem, num. 193. veriorum esse ostendit.
- 196 Propter infamiam facti non arcebitur, quis à beneficiis, vel officiis obtinendis, nisi quis iam accusatus sit de crimine.
- 197 Neque etiam si crimen sit notorium ob id privabitur officio, vel beneficio obtento, nisi per sententiam de novo privetur.
- 198 Examinat dictum Bald. l. 1. n. 1. Codic. de secundis nupt. de quo supra num. 176. & multa ex illo tradit notata digna.
- 199 Proponit primam questionem ex dicto Bald. & ejusdem resolutionem.
- 200 Mulier etiam infamis potest in hereditate succedere.
- 201 Proponit secundam rationem ex eodem Bald. ad resolutionem per eum assignatam.
- 202 Aliquid retinetur in consequentiam, quod principaliter obtineri non potest.
- 203 Ostendit rationes Bald. evincere idem esse, si post infamiam incursum præterat succedere de novo in majoratu, cuius successio post infamiam incursum de novo ei incipit deferri.
- 204 Refert qui tenent contra proximam resolutionem Bald. & eorum fundamenta adducit.
- 205 Quando circa eandem personam concurrant duæ regulæ contrariæ, altera præmissiva, & altera prohibitiva, semper prævalet prohibitiva.
- 206 Quando concurrant duæ causæ, una quæ nocet, & altera quæ potest præferri illa, quæ nocet.
- 207 Ostendit dictas rationes non multum urgere, & eis respondet remissive.
- 208 Opinionem contra Bald. magis approbat, & aliqua notata digna contra illum, & sequaces advertit.
- 209 Refert ex dictis Doctoribus, & Bald. bona Comitatus in hac questione consideranda esse per se & separatim: titulus vero in consequentiam & accessorium.
- 210 Titulus dignitatis tanquam accessorium transit in naturam ipsius principalis ac ita non consideratur tanquam diversa, sed tanquam unum tantum.
- 211 Regula c. accessorium, de reg. jur. in 6. procedit etiam si accessorium sit magis dignum, pretiosius quam sit ipsum principale cui annexatur.
- 212 Illud quod ex se est dignius, si accedat minus digno ratione accessionis consideratur tanquam minus dignum.
- 213 Ostendit proximè resoluta licet in se vera sint, male amplificari ad nostram questionem.
- 214 Bona comprehensa sub titulo Comitatus ita sub eo continentur, ut amplius non considerentur per se, sed transeant in naturam ipsius tituli Comitatus.
- 215 Tituli Comitatus, & similes censentur dignitates regales.
- 216 Comes in Regno Castella propter solum titulum efficitur de consilio Regi.
- 217 Insimul unitis inseparabiliter dignius trahit ad se minus dignum, & illud transfundit in suam propriam naturam & nomen.
- 218 Colligit legitimam consequentiam in hac materia contra Baldum & sequaces.
- 219 Respondet ad fundamenta Bal. & sequacium & in primis ad primum.
- 220 Confirmat proximam responsionem.
- 221 Monachus copax est bonorum, & hereditatem per se consideratam.
- 222 Si bona sint unita dignitati sive jurisdictioni in illis bonis Monachus non succedet.
- 223 Bona sive hereditas hoc casu transfunditur in nomen
- & naturam dignitatis cuius Monachus incapax est.
- 224 Respondet ad secundam rationem, & ostendit quomodo dictum Bald. in prima parte questionis, de qua n. 199. locum habere possit.
- 225 Reprobatur resolutionem quam ex Bald. tradiderat num. 203.
- 226 Pro vera articuli resolutione, advertit quod tribus modis bona solent uniri inseparabiliter.
- 227 Quædam bona ununtur inseparabiliter tanquam æque principalia.
- 228 Quædam vero ita ununtur ut bona considerentur tanquam quid principale, & dignitas tanquam accessoria.
- 229 Tertio modo è contra quod dignitas consideretur tanquam quid principale & bona tanquam quid accessorium.
- 230 Declarat quid sit dicendum, si primo modo bona annexentur, & ibi tradit exemplum.
- 231 Dispositio, loquens in uno de æque principaliter unitis, aliud non comprehendit neque ad illud extenditur.
- 232 Si secundo modo bona uniantur, tunc verum est quod id quod est principale tantum consideretur, & accessorium reputatur tanquam pars ipsius principalis, & sub eius nomine confunditur.
- 233 In hiis quæ accessorie veniunt non requiritur habitus extremorum, quia sufficit ea reperiri in eo quod est principale.
- 234 Refert dictum incerti auctoris tract. de crimine lese majestatis quasi. 9. n. 8.
- 235 Refert ad litem traditionem Bart. per text. licet l. 1. n. 1. ff. autoritate tutorum.
- 236 Declarat qua ratione procedant id quod tradit Bar. l. quidam sunt, n. 1. in fin. de penis.
- 237 Famina quæ non potest succedere in dignitate sive in jurisdictione, poterit in ea succedere si deferatur jure hereditario & sic in consequentiam actus permissivi.
- 238 Quando tertio modo bona ununtur quod dicendum sit declarat.
- 239 Ostendit prædicta procedere, quando manifestè constat, quod quid sit principale, vel sit accessorium in dubio vero recurrendum esse ad gl. Clement. per literas, verb. Ecclesiæ de præb.
- 240 In dubio unio censetur æque principaliter facta, & idè alleganti facta fuisse accessorie incumbet onus probandi.
- 241 Quando constituerit, l. unio facta est per modum principalis, & accessorii ad constituendum quod sit principale, recurrendum est ad conjecturas quas ibi refert.
- 242 Nomen semper imponitur à digniori.
- 243 Denominatio sæpius probat qualitatem rei.
- 244 Adducit pro eadem sententia multa jura.
- 245 In dubio id quod ex se dignius censetur quoque esse principalius in dispositione, & minus dignum censetur esse accessorium.
- 246 Et supra dictis infert non esse verum dictum Bald. supra relatum à n. 199.
- 247 Semper dignitas & jurisdictione censetur quid principale, etiam si admittendus coherere territorio per modum de quo ibi.
- 248 Tradit contra Molinam de primog. & alios infames non posse succedere in majoratu dignitatis.
- 249 Absurdum est quod infames repellantur à quibuscumque officiis publicis, & quod possint succedere in omnibus dignitatibus, & officiis.
- 250 Repræbat Molin. & Didacum de pace dum existimant, in simplici majoratu non habente dignitatem annexam infames succedere posse.
- 251 Consuetudine Hispaniæ simplex majoratus censetur esse magna dignitas.
- 252 Quando majoratus habet vasallum, vel jurisdictionem, tunc sine dubio censetur quasi dignitas.

- 253 Incipit agere de his qui moribus prohibentur judicare, quod Jureconsultus exemplificat in feminis & servis.
- 254 Fæmina non prohibentur judicare per aliquam legem, sed tantum moribus & consuetudine id fuisse inductum.
- 255 Cum consuetudo idem operetur, quod lex, si fæmina contra hanc consuetudinem iudicet, nil valebit iudicium etiam si partes taceant vel expresse consentiant.
- 256 Impugnat proximam conclusionem ex eo, quod mulier non potest esse in iudicio pro alio, & tamen si nil opponatur valebit iudicium & procedet petitio fæminæ.
- 257 Difficultati respondet ex traditis, per Bar. loco ibi allegato.
- 258 Princeps consuetudinem derogare potest.
- 259 Princeps derogata consuetudine potest jubere & constituere ut mulier possit judicare.
- 260 Consuetudine induci potest ut fæmina generaliter possit judicare.
- 261 Refert dictum Panormitan. capit. dilecti, num. 3. de arbitris circa fæminas quæ consuetudine ad iudicandum possint admitti.
- 262 Fæmina idè non admittitur ad iudicandum, quia hoc honestati & pudicitia fæminarum repugnat, si se litibus intromittant & congregationibus virorum.
- 263 Consuetudo repugnans honestati & pudicitia valere non potest.
- 264 Refert qui contrariam opinionem tenet, imò valere consuetudinem quod indistinctè fæminæ possint iudicare quam ut veriorum approbat & rationibus Panormit. respondet.
- 265 Respondet ad primam rationem Panorm. deductam ex l. honestas, C. arbitri.
- 266 Quomodo intelligatur, neque non est obligatorium, de regu. jur. in 6.
- 267 Defendet opinionem Imol. cap. dilecti nu. 2. de arbitri. quod si compromittatur in fæmina cum iuramento illa erit arbitria.
- 268 Si iurisdictione jure successionis ad fæminam deveniat, poterit per se iurisdictionem exercere si velit, vel alii remittere, ut eam exerceat suo nomine.
- 269 Servus moribus non poterit esse Judex, nec etiam arbiter. (non poterit.)
- 270 Monachus servo equiparatur, ac idè Judex esse
- 271 Monachus non erit arbiter.
- 272 Monachus de licentia sui superioris potest esse arbitrator seu amicus compositor.
- 273 Monachus de licentia sui superioris poterit esse arbiter, si agatur de pertinentibus ad utilitatem ipsius monasterii.
- 274 Si servus sit Judex vel arbiter, non valebit sententia, etsi partes taceant. (tatur.)
- 275 Servus quod attinet ad jus civile pro mortuo nepu-
- 276 Si compromissum factum sit in servum tanquam in arbitrum, & ille postea factus liber arbitrum acceptaverit, tunc enim validum censetur arbitrium, & sententia ab eo lata.
- 277 Compromissum non habet subsistentiam, nisi postquam fuerit acceptatum per arbitrum.
- 278 Habilitas per se arbitri, & validitas compromissi consideratur tempore acceptationis.
- 279 Si servus dum esset in servitute compromissum acceptavit etiam si postea fiat liber nil valet, & necessarium est ut fiat novo compromissum.
- 280 Si servus eligatur in Judicem, nil valet electio.
- 281 Servus si communi estimatione habebatur pro libero propter communem utilitatem, & communem errorem valebunt gesta per eum tanquam pro verum Judicem.
- 282 Si liber communi reputatione reputaretur servus, nil per eum gesta valent.

AGIT is textus de personis: qui non possunt esse Judices delegati, neque eis possit mandari iurisdictione:

& concordat l. 4. tit. 4. part. 3. & ibi notat Gregor. gl. 1. concordat etiam l. 27. tit. 6. part. 7. & ibi Greg. gl. 3. Et est advertendum, quod cum is tex. procedat excipiendo quasdam personas, quæ non possunt esse Judices, clarè sentit, quemlibet posse esse Judicem, exceptis personis hic declaratis, & ita Fulg. Pan. & Lancelot. Dec. hic Jaf. in Rub. n. 6. supra, de of. ejus, & ante eos Bal. c. 1. ad fi. de procur. Et hac ratione juxta hanc regulam permissivam, filiusfam. poterit esse Judex, ut probatis tex. in fi. Et est ratio, quia minus judicandi est publici juris, l. quippe, inf. eo. l. fi. §. 6. judicandi, inf. de mun. & hon. & in his que sunt publici juris non consideratur Patria potestas, l. filiusfam. sup. de hiis qui sunt sui, l. nam quod, in prin. inf. ad Treb. Similiter & juxta prædictam regulam, in testibus invenitur regula permissiva, quod quilibet potest esse testis, qui non invenitur prohibitus, l. 1. in prin. inf. de test. Ita etiã & quilibet poterit esse Judex, qui specialiter non invenitur prohibitus ut clarè prob. is te. & ita quod hoc, scilicet quem posse esse testem, vel Judicem, eos casus equiparat, l. 2. sup. de Senat. licet extra hunc casum facilius repellatur Judex, quam testis, gl. 1. c. insinuante, de off. deleg.

Videndum igitur est, qui Judices esse non possint & is tex. probat, quosdam natura prohiberi esse Judices, quosdam verò lege, & alii moribus Civitatis. De singulis igitur nobis vidèdum est. Natura igitur prohibetur esse Judex furiosus, quia intellectus caret, concordat l. 4. tit. par. 3. & ibi not. Greg. in gl. 1. Nam cum ad iudicandum si necessarius intellectus, furiosus qui intellectu caret, meritò Judex esse non potest, & prosequitur Hypol. tractat. banntor. ver. sententia §. 3. n. 392. & verb. sententia, §. 4. n. 24. & pariter furiosus non poterit succedere in majoratu, qui habet iurisdictionem annexam, Molin. lib. 1. de primog. c. 13. à n. 13.

Præterea subdit IC. natura prohiberi esse Judicem mutum & surdum: item & impuberem, quia iudicio carent: concordat l. 4. tit. 4. par. 3. ubi Gregor. in gl. 2. ampliat: quæ postrema exempla non carent difficultate: Nam si verum esset id, quod tex. probat: quod mutus & surdus carent iudicio, & idè natura prohiberentur esse Judices, sequeretur quod neque possent contrahere matrimonium, c. cum dilectus, de sponsal. & tamen certum est, hos posse contrahere matrimonium, c. cum apud, de sponsal. l. mutus ff. de jure dor. l. ex facto ff. de vul. Item sequeretur, quod eadè ratione, non posset testamentum facere, §. præterea, Inst. quib. non est perm. fac. test. & tamen certum est, hos posse facere testamentum observata distinctione, l. discretis, c. qui test. fac. postdeniq; mutus & surdus pacisci potest, l. item quia, in prin. sup. de pact. Itè & donare, l. qui id quod, §. mutus, inf. de don. & deniq; omnes contractus celebrare, in quibus, contrahendis voce opus non est, l. in quibuslibet, inf. de act. & obl. ubi non voce, inf. de reg. jur. quos tamen non possent celebrare, si verum esset, id quod textus is dicit, hos iudicio carere, & idè natura prohiberi esse Judices.

Huic tamen difficultati, respondet Pau. Cast. hic n. 18. 2. mutum & surdum non prohiberi judicare propter defectum iudicii: sed propter defectum illorū duorum sensuum, tam necessariorum ad humanos conceptus explicandos, allegat l. 1. §. casum, sup. de post. quæ responsio rejicienda est, cum illa aperte repugnent verba hujus text. clarè dicentia, hos non posse esse Judices, quia iudicio carent.

Pro vera igitur responsione advertendum est, quod aut intelligimus text. istum loqui de eo, qui mutus est tantum: & non surdus, vel de surdo tantum, qui non sit simul mutus: vel intelligimus de eo, qui utroque defectu laborat, si primo modo accipiamus: in his non erit vera ratio in hoc text. expressa, cum certum sit, hos iudicio non carere: ac prout omnes actus posse facere, in quibus celebrandis,

brandis, voce opus non est: ut probant jura sup. alleg. 22 Si autem secundo modo accipiamus, distinguendum est, nam aut quis est mutus, & surdus simul à natura, aut ex accidenti. Si à natura, tunc propter rerum humanarum in experientiam, præsumitur non habere intellectum perfectum & sufficientem ad actus humanos celebrandos, & ideo I.C. eum pupillo æquiparant, l. Fulcinius, §. adeo, inf. quib. ex cau. in poss. eat. not. Pau. d. l. discretis, nu. 2. Aret. l. qui in potestate, §. 1. n. 2. inf. de test. Et in hujusmodi muti verificator ratio hujus text. quod non possunt esse Judices, quia iudicium carent, scilicet perfectio: & hac ratione non succedunt in majoratu iurisdictionem annexam habente, Molin. lib. 1. de prioribus, c. 13. à n. 4. Neque etiam alium actum potest facere, in quo iudicio opus sit d. l. discretis, C. qui test. sic. post. tradit gl. recepta l. qui id quod, §. mutus, 26 inf. de dona. & ad hunc modum debet declarari, l. 4. tit. 4. part. 3. Est tamen prædictis addendum, quod cum ea procedant præsumptivè, si clarè confiteris, quod mutus & surdus etiam à natura, intellectum habet, is poterit celebrare omnes actus iudicium & intellectum exigentes, ut tradit Alex. l. 1. in prin. n. 8. inf. de verb. obl. nota. Corn. d. l. discretis, n. 5. & ita mutum intelligente distinguit I.C. l. servo invito, §. si pupillo, in fi. inf. ad Treb. Si verò fiat questio d. muti & surdi ex accidenti, vel de muti & surdi separatim, quia tunc cessat ratio, de qua supra, quia creditur, quod iudicium habeat, non videbitur prohibitus iudicare quasi iudicio careat, & sic poterit omnes alios actus facere, in quibus iudicio opus est, d. l. discretis.

29 Et juxta hac componenda & resolvenda est ea controversia, Utrum mutus & surdus simul possint matrimonium contrahere? In qua questione Propos. c. apud, nu. 5. de sponsal. per illum text. resolvit, matrimonium contrahere posse, & idem resolvit Alex. l. 1. in prin. n. & ibi Galvan. nu. 23. inf. de verb. obl. & Vinc. n. 44. & secundam istam opinionem consuluit Paris. conf. 63. lib. 4.

30 Contrariam tamen opinionem, imò hos matrimonium contrahere non posse, tenet Anchar. d. c. cum apud, n. 1. quem sequitur Jas. d. l. discretis, n. 2. ad fin. & n. 8. & l. mutum, n. 4. inf. de acq. bar. Sed ex prædictis resolvendum est, primam opinionem admittendam esse, in muti & surdi à natura, quem tamen constat intelligere, sed in dubio præsumetur non intelligere, & ideo non poterit contrahere matrimonium, ut existimat secunda opinio.

31 Item ex prædictis videtur sequi, quod mutus tantum, vel surdus tantum, vel etiam mutus & surdus simul, ex accidenti poterunt esse Judices: nam cum præsumantur habere intellectum, ut supra diximus, poterunt omnes actus facere iudicium & intellectum exigentes, cum in illis cesset ratio in hoc textu expressa, & facit l. cæcus sup. eodem. Sed nihilominus contrariam opinionem probat Pau. hic num. 2. quem probat Ang. Aret. §. pen. n. 17. Inst. de except. Anton. Blancus de compromisso, q. 2. n. 27. Et pro illis urget quod mutus tantum, vel surdus tantum, non potest esse arbiter l. sed etsi, 19. in fine principii, supra, de recept. arbit. Ergo pariter non poterit esse Judex, juxta æquiparationem l. 1. supra de recept. arbit. quæ opinio videtur verior. Cui non obstant adducta in contrarium, nam ad primam de isto text. respondetur, agere de his qui propter naturam prohibentur iudicare, prout sunt prædicti, si careant iudicio & intellectu. Unde ex eo tantum inferri potest, hos si habeant intellectum, natura prohiberi iudicare, quia præsumuntur iudicium & intellectum habere. Cæterum quia nihilominus carent sensibus, tam necessariis ad humanum conceptus explicandos; non poterunt esse Judices:

prout neque arbitri esse possunt, ut dictum est. Non obstat secundus de l. cæcus, sup. eod. quia gl. 37 ibi intellexit eum rex. procedere in illo, qui postquam Judex datus est, in cæcitate incidit: nam is nihilominus officium iudicandi retinebit, sed si iuramentum cæcus datus sit Judex, non valebit datio, neque poterit esse Judex propter prædictam defectum. Allegat text. qui prædicto modo in terminis videtur distinguere, l. 1. §. casum, sup. de postulan. & gl. sequuntur Bar. & alii ibi Panor. conf. 47. lib. 1. Ant. Blancus de compr. qu. 2. n. 31. Hypp. tract. bannitorum, verb. sententia, §. 4. n. 28. Mascard. de probat. lib. 1. q. 278. n. fin. Bologn. consil. 4. n. 41. & n. 9. & conf. seq. n. 10. facit l. etiam, §. cum gl. inf. de auctor. tut. Contrariam tamen opinionem, imò jam cæcum Judicem dari posse, tenet Pau. hic n. 2. expendens, quod inter prohibitos iudicare, non innumeratus text. cæcum, & subscribit Lancellotus Dec. l. cæcus, ad finem, sup. eodem propter generalitatem illius text. & tanquam novum probat Duar. lib. 1. disput. c. 23. quem sequitur Mex. conf. 100. nu. 252. lib. 1. Pro concordia dicendum est, cæcum Judicem delegatum dari posse, quia non invenitur prohibitus, imò magis admissus, ut colligitur ex generalitate l. cæcus, 40 sup. eod. cum cæcus is habeat iudicium & intellectum, imò perfectiora habet phantasmata, ut post Arist. tradit Lancel. Dec. l. cæcus ad fin. sup. eod. Nihil igitur prohibet, eum Judicem delegatum dari posse, unde eadem ratione poterit esse arbiter, quicquid id neget Ant. Blan. de compromisso q. 2. n. 30. 42 Et similiter poterit cæcus fieri Doctor & Magister, Mench. illust. qu. c. 103. n. 107. item & succedere in 43 majoratu, qui annexam habeat iurisdictionem, ut post alios probat Molina lib. 1. de primog. c. 13. nu. 67. & in omni in eo, quod per viam successionei si defertur, Bart. Lancel. Dec. & Jacobin. l. cæcus, sup. eo. Bolog. conf. 4. n. 31. & 41. Cæcus tamen non poterit creari magistratus, ut expressè distinguit Jure 45 conf. l. 1. §. casum, supra, de postul. Et est ratio, quia in magistratu publico majestas publica & honestas, maxime attenditur, l. rescripto, in pri. infra de mun. & hon. & non convenit majestati publicæ: quod cæcus creetur magistratus, ut advertit Duar. lib. 1. disput. cap. 23. quem probat Menoch. conf. 100. n. 252. lib. 1. & qualiter probat cæcitas tractat Mascard. de 47 prob. lib. 1. qu. 278. & juxta prædicta & interpretanda, l. 4. tit. 4. part. 3.

Ultima persona, quæ natura prohibetur iudicare est impubes: quia nullum habet iudicium, §. præterea, Inst. quib. non est permis. facere test. & ideo ab omnibus officiis publicis arcetur, l. 2. §. fin. inf. de reg. jur. Adeo quod neque propter penuriam hominum eligi possit in Judicem vel Magistratum, l. 2. §. impubes, inf. de jure innum. Imò cum propter defectum naturalem Judices esse non possint, ut probat is text. neque Princeps cum eo dispensare poterit, quia contra jura naturalia Princeps dispensare non potest, §. sed naturalia, Inst. de re nat. & in specie sentit gl. hic verb. & impubes, & latius in terminis comprobat Soares alleg. 12. à n. 6. cui addendus est Bar. l. honorum num. 4. C. qui admitti. Quod procedit etiam impubes proximus sit pubertati, ut colligitur ex generalitate hujus text. & tradit Zas. l. quidam consulebat, n. 8. inf. de re jud. & latius cõprobat Soar. d. alleg. à 15. & in simili tradit Vantius de null. tit. quomodo sententia nulla reparari possit, n. 54. p. 582.

Cæterum subsistendum est, quia Cuman. d. 52 l. quidam consulebat, n. 3. inf. de re jud. in contraria est sententia, imò quod Princeps possit dispensare, ut proximus pubertati possit esse Judex, allegat Bart. l. si quæramus, nu. 6. infra, de testa. qui tenet statutum posse dispensare cum proximo pubertati ut testamentum

testamentum facere possit, quam opinionem tanquam novam proponit & defendit And. Sicul. c. cum vigesimum, n. 12. & ibi Fel. col. 2. ad fin. de off. deleg. Qui etiam pro hac opinione adducuntur auctoritatem gl. capi. statutum, in pri. verb. Canonici, de rescrip. in 6. quæ existimat, Papam ex certa scientia posse Canonicum septennem dare Judicem delegatum: quem probant Dec. l. 2. §. item impubes, n. 4. & ibi Cagn. n. 7. inf. de reg. jur.

55 Sed utique prima opinio verior est, per rationem supra allatam. Neque obstant rationes contrariæ opinionis, nam ad primam de d. Bar. l. si quæramus n. 6. sup. de testa. Respondetur imprimis, illud non esse turum, ut ostendit Thesaurus decis. Pedem. 87. Item & eo admissio, non bene ex eo inferitur ad nostrum causum: nam facere testamentum non est actus, in quo magno intellectu, seu discursu rationis utendum sit prout requiritur in officio iudicandi, nam eò multa sunt ponderanda, in quibus magnus discursus rationis sit necessarius, c. 1. de re ud. in 6. 57c. indicantem, 30. q. 5. & ob id oportet iudicantem, multas habere qualitates prudentiæ, & rectæ rationis, quas enumerat l. 5. tit. 4. part. 3. l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordinacienti, & prosequitur Aviles de Prætorio. in proem. verb. quales quæra, n. 7. pag. 14. quæ in impubere etiam proximo pubertati, minimè reperiuntur. Facilius igitur potest dispensari cum proximo pubertati: ut possit testamentum facere, quam quod possit fungi munere iudicandi. Quo fit, ut licet jam pubes possit, facere absque ulla dispensatione, d. §. præterea, Inst. quib. non perm. facere testa. l. si frater, C. qui test. facere poss. tamen idem ante 20. annum absque Principis dispensatione iudicare non poterit, l. cum lege, sup. de recep. arb. c. cum vigesimum de of. deleg.

60 Non obstat secunda ratio de auctoritate gl. c. statutum, in pri. verb. Canonici, de rescrip. in 6. quia tantum dicit in principio, quod cum minore septennio: possit Papa dispensare, ut sit Canonici in Ecclesia Cathedrali, non tamen ob id videtur voluisse, quod Papa possit in ea ætate eum Judicem delegatum constituere: imò sentit, quod licet dispenset cum minore septennio, ut sit Canon. in Ecclesia Cathedrali, non ob id censetur cum eo dispensare, ut in ea ætate possit esse Judex delegatus: notat & extollit Domin. ibi, n. 7. Fel. c. at si Clerici, §. de adul. col. pen. post prin. de jud. dum autem postea subdit prædicta gl. quod si excedat septennium, possit cum eo dispensare, ut si Judex delegatus, & cum ea transeat Dd. communiter, ut ibi asserit Gom. n. 111.

61 Tamen verum esse non potest, cum natura repugnet, quod is possit esse Judex, ut probat text. notat, & utiq; Papa contra defectum naturæ dispensare non potuit, Innoc. receptus, c. suscitatus, de rescrip. & in terminis advertit Bald. l. honorum, n. 4. C. qui admitti, & l. unica, n. 8. de confessis. Poterit tamen prædicta contraria opinio defendi, in officio, non requirente magnam scientiam: neque rationis discursum: hoc enim officium dispensativè ei poterit concedi, l. fin. C. de test. mili. & ibi notant Odofr. & Bal. & tradit Dec. l. 2. §. item impubes, n. 5. & ibi Cagn. n. 9. infra, de reg. jur. dummodo sit proximus pubertati, ut tradit Salyc. d. l. fin. C. de testam. milit. & Soares allegat. 2. n. 20. ad fin. Item potest admitti contraria opinio, quando impuberi conceditur officium iudicandi, addita clausula, ut ea utatur postquam fuerit legitime ætatis: nam tunc cessat ratio text. & incipit militare regula, l. quod sponse, C. de don. ante nup. & c. vi qui, de prob. in 6. & §. furiosus, Inst. qui test. tut. dari poss. & ita in terminis Decius l. 2. §. item impubes, numero 3. & c. post

cessionem, num. 5. de probat. & consil. 40. n. 2. Soares alleg. 12. nu. 23. Est tamen advertendum, quod in 65 contrarium urget Doctrina Bar. l. impubes, in prin. n. 3. inf. de falsis, propter regulam text. c. si eo tempore, de rescrip. in 6. & subscribit Guilhelm. c. Reynatus, verb. adjecta, n. 15. de testam. & post aliquos defendit Cagnol. d. l. 2. §. item impubes, n. 6. ea ratione, quia in delegatione iurisdictionis, habilitas illius imprimatur tempore concessi rescripti, & ideo eo tempore debet adesse habilitas personæ delegati, juxta tradita per Fel. c. cum te, num. 21. de rescrip.

Sed opinio Decii verior est, quam expressè probat. Ord. Portugallia, lib. 1. tit. 73. antiqua impressio, & l. 1. ut. 93. nove impressionis. Neque obstat Cagnoli ratio, quia impubes non est incapax iurisdictionis, sed tantum exercitii illius, ut colligitur ex isto text. & ideo respectu exercitii sufficiet collationem conferri in tempus habile, l. in tempus, inf. de bared. Insti.

Neque est omittendum, quod is text. restringendo se ad impubere videtur sentire, quod pubes poterit esse Judex, quod tamen non est verum: quia non potest quis esse Judex ante impletum vigesimum ætatis annum, l. cum lege 46. sup. de recep. arb. c. cum vigesimum, de of. deleg. Sed respondetur, textum istum probare propter defectum naturæ impubere non posse esse Judicem, neque Principem cum hoc defectu dispensare posse ut supra probavi. 72 mus, quod si jam pubes sit, non prohibetur iudicare propter illum defectum naturæ, quia præsumitur jam habere intellectum sufficientem ad iudicandum, sed nihilominus non poterit esse Judex propter prohibitionem legis Julæ iudiciariæ, quæ vetuit, quem esse Judicem ante vigesimum ætatis annum, ut refertur in d. l. cum lege, quam prohibitionem probavit jus Canonicum, in d. c. cum vigesimum. Unde cum sit impedimentum juris positivi, Princeps poterit cum eo libere dispensare si velit, cap. proposuit, de concess. prob. & in terminis probat l. quidam consulebat, in fi. inf. de re ud. ubi Pau. n. 1. ita resolvit & Pan. d. c. cum vigesimum, n. 2. Soares alleg. 12. n. 12. & in casu simili tradit Vant. tract. de null. tit. quib. modis sent. nulla repar. possit, n. 54. pag. 482.

Verum tamen, quia vera resolutio hujus articuli pendet ab intellectu, d. l. quidam consulebat 57. inf. de re jud. aliqua circa interpretationem illius tractabuntur.

Proponitur igitur in eo textu questio, Utrum sententia lata à minore 20. annis valida esset? Cui questionis obscure respondere Jureconf. Ulpianus, communis 76 nis tamen interpretatio illius legis est: quod contrariarum duas partes: in prima probat, in 18. an. constitutum Judicem dari posse, & latam ad eo sententiam valere. In secunda autem probat, quod licet sit minoris ætatis, tamen in duobus casibus poterit esse Judex, si de consensu partium datus sit, vel quando Princeps ex certa scientia eum magistratum creavit, quia tunc videtur dispensare, ut licet minor 18. an. sit, tamen possit magistratum gerere, & omnia gesta per eum valere, & ita interpretatur gl. pen. ibi, quam sequitur Bar. in prin. & alii communiter, ut ibi asserunt Alex. Zas. & Duar. in prin. Soares alleg. 12. nu. 10. & secundum hunc sensum, ad l. quidam consulebat, transfuit l. 5. tit. 3. part. 4. & l. 3. ordinamenti nova recapil. & subscribit Cald. l. si curatorem, verb. hunc contractum, numero 44. C. in integ. restit.

Sed hæc communis interpretatio, nullo modo admittenda est: quia secundum eam probaretur d. l. quidam consulebat: quod major 18. annis possit esse Judex, cujus tamen contrarium probat text. l. cum lege,

82 lege, 46. *ſup. de recep. arbit.* Cui difficultati minimè ſatisfacit gl. d. l. cum lege, & gl. 1. d. l. quidam conſulebat, & gl. hic verb. & impubes, dum reſpondet, quod d. l. cum lege, tantum probat, quod minor 20. annis non eſt cogendus inuitus recipere arbitrium, tamen non negat textus valere ſententiam, ſi ſponte illud recipiat, & maior ſit 18. annis, ut eſt expreſſum d. l. quidam conſulebat, ubi Alex. n. 3. Zuſius n. 12. aſſerunt eſſe receptam illius tex. interpretationem, & Ant Blanc. de compromi. q. 2. n. 22. Vivius 83 lib. 2. commun. opin. 179. Caldas l. ſi curatorem, verb. hunc contractum, ante ſi. quæ tamen reſponſio non eſt tuta: quia d. l. cum lege, aperte probat legem Julii judiciaria cautum fuiſſe, ut minor 20. annis non cogeretur eſſe Judex, ita ut quamvis ille, qui ſit habitus ad iudicandum, ſit cogendus eſſe Judex: l. ſi. S. iudicandi, inf. de mu. & bon. tamen minor 20. annis non eſt cogendus iudicare: quia non creditur eſſe habilis ad iudicandum.

85 Ex quo inferri d. l. cum lege, quod ſi in minorem 20. annis factum fuerit compromiſſum, non ſit validum: cum prædicta lex eum inhabilem reddiderit ad iudicandum, & idèd merito c. cum vigefimum de 86 off. deleg. requirit 20. annum, ut quis poſſit eſſe Judex: præterea probaret, d. l. quidam conſul. ſecundum prædictum intellectum, quod minor 18. ann. poſſet eſſe Judex, ſi de conſenſu partium datus eſſet: cujus tamen contrarium expreſſè probat, c. cum 87 vigefimum de off. deleg. Neque ſatisfacit reſponſio eorum, qui dicunt, in his duobus diſſerre jus Canonicum à jure civili, quod receptum eſſe aſſerit Zaſ. d. l. quidam conſulebat n. 3. & 6. Duar. Nam replicabitur, non eſſe facile admittendam differentiam inter jus civile & Canonicum, ca. 1. de novi ope. maximè 88 quia d. l. cum lege, etiam in Judice ſimpliciter dato, requirit ætatem 20. annorum; ſivè ea lex fuerit lex 89 Julia judiciaria: quam tulit Jul. Cæſar, & tradit Briſ. li. 4. antiq. juris, c. 7. ſivè etiam ſit lex Julia annalis: ut credit Cuija. lib. 17. obſ. c. 34. de qua multa tradit Ant. Auguſt. tract. de legi. & Senat. pag. 331. ad quas leges videretur alluſiſſe Ovid. in Fall. dum dicit, ſinitaque certis Legibus eſt ætas, unde petatur 90 h. nor.

Verior igitur videtur communis opinio Canonistarum, d. cum vigefimum, quod minor 20. annis, non poſſit eſſe Judex delegatus: ut adanonet Ant. Blanc. de comprom. q. 2. n. 21. & tanquam veriore opinione, probat Vivius lib. 2. com. opin. 179. quam opinionem tanquam veriore probant Cuman. & Imol. uterque n. 3. d. l. quidam conſulebat, conantes ita declarare verba, d. l. quidam conſulebat, ut conveniant cum deciſione d. l. cum vigefimum, & etiam Zaſ. lib. 2. ſing. intellectivum c. 22. Sed quia interpretationem prædictorum, quaſi literæ non conventionem impugnat Alex. d. l. quidam conſulebat, n. 2. ad ſin.

91 Ad veram interpretationem d. l. quidam conſulebat, 92 ego advertendum eſſe exiſtimo: quod Ulp. d. l. quidam conſulebat, in 1. par. clarè determinet, quod æquiſſimum ſit, valere ſententiam illius, qui excedit ætatem 18. annorum, tamen cum forſan ei occurreret, diſpoſitio legis Julicæ, quæ vetebat, quem poſſe 93 Judicem eſſe ante 20. annum, ut reſertur in d. l. cum lege, & advento etiam æquitatem non ſcriptam nihil valere contra rigorem juris ſcriptum, juxta 94 tridital placuit, C. de judic. quaſi ſe declarans addit ſuam concluſionem, ſaltem in duobus caſibus admitti poſſe, non obſtante prædictæ legis prohibitione, Prima eſt, ſi minor 20. ann. & tamen excedens 95 18. annum fuit creatus magiſtratus ordinarius: ut quia fuit creatus Prætor vel conſul: nam juridiſtio illius non eſt improbanda, & conſequenter vale-

bunt ſententiæ per eum late. Et eſt ratio, quia Princeps creando eum magiſtratum ex certa ſcientia, videtur diſpenſare cum eo in defectu ætatis, ut clarè probat d. l. quidam conſulebat, in ſin. Adde ego verba elegantia Aelii Lampridii in vita Alex. Severi: 97 quod Princeps in creandis magiſtratibus: ſummam diligentiam adhiberi debet, informando ſe prius de illorum ſcientia, vita & moribus: grave enim eſſet illis committere fortunas hominum & vitas, & de eorum vita & moribus diligenter non inquirere. Veriſimile igitur eſt Principem, qui eum eligit in magiſtratum ſciſſe ejus ætatem, & cum illius defectu diſpenſaſſe, d. l. quidam conſulebat, in ſin. Eſti 98 forte obſicias, quod potuit probari contrarium, imò quod Princeps ignoravit ejus ætatem, quod caſu non videretur cum eo diſpenſaſſe, quæ eſſet magna reſtrictio generalitatis, d. l. quidam conſulebat, in ſin. reſpondetur, quod ut reſert Fl. Vopiſcus in vita Probi Imper. dicebat Valerianus Imp. quod in deferendis honoribus non tam ætas ſpectari debet, quam quod eligendus, virtutibus fulgeat, & moribus polleat. Si ergo electus in magiſtratum talis ſit, credendum eſt, quod ſi Princeps certus fuiſſet de defectu ætatis, cum eo diſpenſaret. Unde perinde haberi debet: ac ſi Princeps de defectu ætatis fuiſſet certus, nam Princeps non ſolum videtur diſpenſare cum eo, cujus ſciſſe defectum ætatis: ſed etiam & quando id ignoravit, ſi veriſimile ſit, quod ſi de eo fuiſſet certus, cum eo nihilominus diſpenſaret: ut in ſpecie advertit Imol. d. l. quidam conſulebat, n. 6. ad ſi. cui ſubſcribit Anan. c. ſi. n. 6. de ſibiſm. Ant. Nat. conſ. 420. n. 19. lib. 2. & colligitur ex doctrina Bar. l. 2. nu. 2. C. ſi ſervus vel libert. ad decur. aſpir. li. 10. quam probat Rom. conſ. 216. n. 8. Pariſ. conſ. 44. n. 18. lib. 4. Ant. Gab. lib. 1. commun. tit. de præſum. 99 concl. 8. n. 15.

Secundus caſus, in quo valet ſententia lata ab eo, 100 qui excedit 18. ann. eſt: quando de communi ſenſu partium Judex datus eſt: nam tunc valet ſententia, d. l. quidam conſulebat, & ibi gl. verb. minor: & ratio eſt, quia qui excedit 18. annum dicitur eſſe conſtitutus, in plena pubertate, l. ſi arrogato, in ſin. ſup. de adop. Unde conſtitutus in 18. ætatis anno, 103 ſolet diſtingui ab aliis minoribus, Auth. ſi captivi, & 104 ibi not. Bal. n. 3. in ſin. C. de Epil. & Cler. & idèd in multis Civitatibus cavetur ſtatutis, quod hæc ætas cenſeatur legitima, Cor. conſ. 108. n. 8. lib. 3. Si ergo is Judex datus ſit de conſenſu partium, qui proprio præjudicio videtur renunciare, & præterea accedat authoritas dantis Judicem his tribus ſimul concurrentibus, valida reputabitur Judicis datio, quæ altero ex his deficiente, invalida cenſeatur, & conſequenter non valet ſententia, per prædictum Judicem lata, & ita gl. 2. c. cum vigefimum, & ibi notab. Bal. n. 3. ad ſi. Imol. d. l. quidam conſulebat, n. 4. Zuſ. lib. ſing. intellectum, c. 22. ad ſin.

Ex qua reſolutione inferri primò, quod ſi minor 106 18. annis datus ſit Judex, etiam de conſenſu partium, non valet Judicis datio, neq; ſententia ab eo lata, quia deficit primum requiſitum ex tribus ſupra relatis, & eſt expreſſum d. c. cum vigefimum. Unde 107 de patet omninò reſciendum eſſe magis communem intellectum ad d. l. quidam conſulebat, in 2. part. quod text. agat de eo, qui eſt minor 18. annis, ut ſi datus ſit de conſenſu partium, valeat datio, hoc enim falſum eſt: ex ſupra traditis, & d. l. quidam conſulebat, in 2. part. ſi benè advertas, concluſionem generalem poſitam in prima parte illius tex. ſcilicet, æquiſſimum eſſe, valere ſententiam latam ab eo, qui excederet 18. annum, eam reſtringit in 2. part. & aſſignat duos caſus, in quibus illa concluſio admitti & ſalvari poſſit.

Infer.

108 Inferri ſecundò, quod ſolus conſenſus partium, non reddet validam dationem, niſi alia duo requiſita ſimul interveniant, quod probat d. l. cum lege, quæ probat, non valere arbitrium factum in minorem 20. annis, etiamſi de conſenſu partium electus ſit, quia non intervenit authoritas illius, qui Judicem dedit, tradit Bal. c. cum vigefimum, num. 3. ad ſi. Imol. d. l. quidam conſulebat, n. 4.

109 Inferri tertio, quod d. l. quidam conſulebat, non diſcrepat à deciſione d. c. cum vigefimum, imò maxime cum illa concordat: adeo quod ſentiat idem, quod eſt expreſſum, d. c. cum vigefimum, quod minor 18. annis non poterit eſſe Judex, etiamſi datus ſit de conſenſu partium: Quinimo videtur ſentire, d. c. cum vigefimum, quod neque Princeps poteſt minorem 18. dare Judicem. Quod ſanè intelligendum eſt, quod non valet datio, propter præſumptum defectum voluntatis Principis, quia non eſt veriſimile, quod cum eo diſpenſaret, ſi de minori ætate illius fuiſſet certus. Si autem conſideretur de certa ſcientia Principis, valet datio: quia juris poſitivi prohibitioni, potuit derogare, & ita expreſſum eſt, d. c. cum vigefimum in ſi. & videtur 111 voluiffè derogare, quando ſcienſer eum dedit Judicem, d. l. quidam conſulebat, in ſin. exornat Rom. conſ. 216. à num. 7. Zuſ. l. Barbarius, n. 20. ſup. de of. Prætor. Pariſ. conſ. 44. n. 15. lib. 4. Ant. Gab. lib. 1. commun. tit. de præſum. concl. 8. ampliando ut per Bar. in Extrava. ad reſcribendum verb. non obſtantibus, nu. 3. & declarando ut per Oldr. conſ. 328. n. 9. & Soares allig. 12. n. 24.

Ultimò ex prædictis inferri explicatio ad d. l. quidam conſulebat, in ſin. quod ſi Princeps creavit aliquem magiſtratum, qui non haberet ætatem ſufficientem, videtur cum eo diſpenſare: nam procedit in terminis, in quibus loquitur, quando quis eſt creatus magiſtratus generalis: nam tunc præſumitur ſcientia in Principe, propter rationem aſſignatam: 113 Aliud igitur erit, ſi minor datus ſit Judex in cauſa particulari: nam tunc non præſumetur ſcientia in Principe, arg. c. 1. de conſ. in 6. & idèd, ut valet cenſeatur datio, oportet tunc probare ſcientiam Principis, c. ſi eo tempore, de reſer. in 6. tradit Rom. conſ. 216. numer. 8. Unde neque cum eo Princeps videbitur diſpenſare niſi ſcientia Principis clare probata ſit. Pan. c. cum vigefimum, num. 2. de off. deleg. Alex. d. l. quidam conſulebat, num. 7. Ant. Natta 115 conſ. 420. n. 19. lib. 2. Soares allig. 12. n. 24. Similiter ſi conſtet de ſcientia Principis vere, vel præſumptive, valet datio à principio, quia Princeps cum 116 eo videtur diſpenſaſſe d. l. quidam conſulebat, in ſi. & aliud erit, quando de conſenſu partium datus eſt: neque enim valet datio à principio, niſi per concurrentium illorum trium revalidetur, & quaſi rata habeatur: licet enim hoc caſu detur authoritas dantis Judicem, tamen ea authoritas poterit intervenire ex parte inferioris à Principe, ut clarè ſignificat d. l. quidam conſulebat, & ibi notat Imola num. 4. & ſic non poterat derogare legi Julicæ, prout poterat Princeps. Unde non ſufficiet ejus ſcientia, ut cum lege videatur diſpenſatum, c. cum inferior, de major. & obed. Sed oportet illa tria ſimul verificari, ut valida cenſeatur datio, aliàs exſe invalida, juxta regulam, quod ſingula quæ non profunt, multa collecta juvant, §. ſed bodie, Inſtit. de adop. gl. receptal. 2. in prin. inf. de excoſ. erit.

118 Poſtremò notabis, prædicta procedere in officiis, vel dignitatibus, quæ per electionem conferuntur: nam ſi per viam ſucceſſionis deferantur, etiam pupillus in juridiſtione & dignitate ſuccedet, & dabitur ei curator, cui ejus nomine adminiſtraret juridiſtione, arg. c. grandi, de ſupplen. ngl. Prætor. lib. 6. Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

tradit Pau. Caſtr. hic ad ſin. Bar. l. cacus, ſup. eod. Dec. l. 2. Sitem impubes, n. 7. inf. de reg. jur. & in notab. probat caſu Pan. conſ. 47. lib. 1. & poſt alios Ant. Gom. 3. tom. c. 1. n. 54. ad ſi. ex quibus dubia redduntur tradita per Ripam l. nemo poteſt, à n. 4. inf. de leg. 1. & de materia vide Caldas l. ſi curatorem, verb. hunc contractum, à n. 45. C. de reſt. in int. g.

Hiſita explicatis ſuccedit aliud exemplum illius, 120 qui non poteſt iudicare, quando ſcilicet per legem prohibetur iudicare: & proponit is tex. exemplum 121 in eo, qui motus fuit à Senatu: intellige tu propter propriam turpitudinem. Nam is lege Julia repetundarum prohibetur eſſe Judex, ut expreſſum l. 2. ſup. de Senat. & notat Ped. Greg. c. ſciſcitatus, num. 9. de reſer. concordat. l. 4. tit. 4. part. 3. addit gl. hic 122 verb. motus, ideo legem Juliam repetundarum hoc ſtatuiſſe, quia motus à ſenatu propter propriam turpitudinem cenſetur infamis, ut etiam tradit gl. pen. l. 2. ſup. de Senat. & infamis non patent portæ dignitatum, l. 2. C. de dignit. lib. 12. & idèd neque Judex delegatus eſſe poteſt, qui tamen infamis electus de conſenſu partium arbitri eſſe poteſt, l. Pedius, ſup. 125 de reſer. arb. quia arbitri nullam habet juridiſtione, l. privatorum, C. de jurisd. omni. jud. prout & in 126 famis poteſt eſſe procurator ad negotia, §. ſi. Inſtit. de excep. notat Bart. l. eandem, §. 1. n. 3. & 4. inf. ad l. Jul. repet. Pac. de prob. lib. 2. c. 21. num. 112. non tamen poterit eſſe advocatus in Judicio: quia officium gerere advocati, honor & dignitas cenſetur: Bar. l. 1. §. hoc edito, p. ſi princ. de poſtul. prout ſi infamis ſint arbitri juris, vel dati per ſtatutum, non admittentur ad prædicta arbitria, quia his caſibus cenſentur habere juridiſtione Ant. Blanc. de compro. q. 2. n. 13. Quinimò adeo eſt vera prædicta concluſio, 129 ut ſi quis lege ſit prohibitus iudicare, vel aliàs ſit infamis, non poteſt officium delatum acceptare, ſed tenetur detegere defectum ſuum, aliàs graviter punietur, l. 2. C. ſi ſervus, vel. liber. de decur. lib. 10. & ibi notat Bar. n. 3.

Sed ſubſiſtendum eſt, quia in contrarium eſt 130 dictum Inno. c. cum ſuper. n. 6. de off. del. quod nemo tenetur detegere turpitudinem ſuam. Opiniones tamen concordat Ang. hic n. 2. Pau. n. 4. & Lancel. Dec. ad ſi. quod ſi infamis eligatur in magiſtratum, tenetur detegere defectum ſuum: ſed ſi certa cauſa ei delegetur, non tenetur detegere: quia delegatio certæ cauſæ, non eſt honor, ſed potius onus, l. ſi. S. iudicandi, infra de mun. & bon. Quæ tamen concordantia recipienda non eſt, quia repugnat is text. dum loquitur de Judice dato, & tamen probat, infamem Judicem delegatum eſſe non poſſe, ut etiam probat c. ſciſcitatus, de reſer. Neque eſt verum, quod delegatio cauſæ, non cenſeatur honor cum contrarium probet c. ut debitus, de appell.

Et idèd verior concordia eſt, quod ſi infamia detecta ſit per ſententiam, vel alio modo detegatur, 133 netur electus detegere ſuum defectum, non quidem eum ſpecificando, ſed ſimpliciter dicendo, ſe Judicem eſſe non poſſe: arg. l. antepen. inf. de ſuſp. tur. & l. relegatorum, in ſi. inf. de interd. & releg. Sed ſi 135 adhuc non ſit detecta prædicta infamia, non tenetur eam detegere, & ſe publice infamare, juxta doctrinam Bar. l. juſſurandum, §. ſi procurator, n. 5. ſup. de iurejur. & clarè ſentit terminis Bar. d. l. 2. n. 3. C. ſi ſervus vel libert. ad decur. li. 10. Ban. c. ſciſcitatus, n. 14. de reſcriptis.

Concluſionem hanc deductam ex iſto textu limitata 136 bis non procedere: ſi hæc exceptio infamie opponatur poſt litem conteſtatam, nam cum hæc exceptio reſpiciat defectum perſonæ Judicis, ante litem conteſtatam opponenda eſt. l. ſi. C. de excep. c. inter monaſterium, de re jud. facit bonus tex. l. ſiliuſſam, §. verani,

terani, ſup. de procur. & ita limitat Innoc. c. cum ſuper, n. 7. de of. deleg. ſubſcribit Pan. hic num. 2. ad fin. & aſſerit receptum Alex. l. quidam conſulebat, n. 18. infra de re. ad. Dec. c. ſciſcitatus, n. 10. de reſcri. Greg. l. 4. tit. 4. par. 3. verb. que fuſſe, Hypo. tract. bannitorum, verb. ſententia, §. 3. nu. 381. & §. 4. nu. 27. Azavedus l. 4. tit. 9. lib. 3. ordin. n. 9.

Contrariam tamen opinionem, imò non valere Judicium agitatum per infamem, etiamſi de infamia non fuerit oppoſitum ante litem conteſtatam: tenet Ang. hic num. 1. & probat Panor. d. c. ſciſcitatus, n. 12. cuius opinionem in puncto juris eſſe veriorẽ dicit Dec. ibi n. 10. & ibi Fel. n. 4. ad fin. eam uti veriorẽ probat, & pro illis urgeter facit, quòd lex prohibet hos eſſe Judices: & quando exceptio dilatoria, ſive declinatoria, fundatur in legis reſiſtentia & prohibitionẽ, quocunq; tempore opponi poteſt, cum factum contra legis prohibitionem fit omnino nullum, l. non dubium, C. de legib. & tradunt Alb. & alii, l. nulli, C. de jud. Bal. notab. l. fi. n. 7. ad fi. C. ad Maced. Faſ. l. ita demum, n. 5. in fi. C. de procur. Aff. decif. 354. n. 8. & quia quando inhabilitas non pendet à voluntate patrum, earum taciturnitas non tollit prædictam inhabilitatem, l. quos prohibet, ff. de poſtul. gl. pen. l. 1. C. ubi de cri. agi oportet. neque partes legi prohibitive renunciare poſſunt, gl. à D. Pio, ſup. de ritu nupt. & gl. 1. C. ne fidejuſſ. dot. dentur.

Pro concordia tamen harum opinionum, videtur dicendum: quòd ſi defectus infamie erat occultus, tunc valent geſta per Judicem infamem, propter communem errorem, l. Barbarius, ſup. de offi. Præt. quæ locum habet tam in Judice ordinario, quam delegato, Deci. c. ſciſcitatus, n. 11. de reſcri. & in his terminis poteſt admitti inductio ex regula, l. fi. C. de except. & ſubſcribit Hyp. tract. bannitorum, verb. ſententia, §. 4. n. 23. in fi. Si vero defectus erat jam detectus, & notorius, procedet ſecundà opinio per rationes ſupra allatas. Neque enim d. l. Barbarius, locum habet, quando defectus eſt notorius ut colligitur ex mente illius l. & tradit Pan. d. ca. ſciſcitatus, numer. 12. ante med. Neque in his terminis obſtant rationes in contrarium allatæ: nam ad reg. l. fi. C. de except. reſponderetur, non procederet, quando exceptio dilatoria reddit Judicium retro nullum: quia tunc quocunq; tempore opponi poteſt, l. licet, c. de procurato. c. de petitionum, de accu. tradit Aret. conf. 85. num. 6. Alex. l. 1. §. ſublata, num. 2. & ibi Faſ. 2. l. et. n. 15. inf. ad Treb. Dec. conf. 276. col. 2. Pantius de null. ex defectu jurisdictionis ord. n. 101. pa. 205. In noſtro autem caſu exceptio infamie & ſimilium defectuum, Judicium retro reddit nullum, cum is text. prohibeat eos eſſe Judices, vel habere jurisdictionem.

Non obſtat etiam l. filiſſam. §. veterani ſup. de procur. nam reſponder Bar. ibi ad fin. textum illum agere de milite, qui ſimpliciter non prohibetur comparere in Judicio, quia pro ſe & tanquam procurator in rem ſuam, poteſt in Judicio conſiſtere, l. qui ſtipendia, C. de procur. nos autem agimus de infame, qui indiftincte prohibetur eſſe Jdex: in quibus terminis locum habet traditio gl. pen. l. 1. C. ubi de crim. agi oportet. & eſt vera reſponſio, quicquid aliam aſſignat Dec. d. c. ſciſcitatus, num. 20. ad fi. de reſcriptis.

Secundò principaliter limita concluſionem deducendam ex iſto textu procedere tantum in Judicem delegato: nam ſi fuerit ordinarius omnia geſta per Judicem infamem valebunt, propter communem errorem, etiamſi hujusmodi defectus fit notorius: nam ſatis eſt tolerari per ſuperiorem. Et ita hanc differentiam conſtituit in hac materia Innoc. aſſignans rationem differentie, c. ſciſcitatus, de reſcri.

& ibi probat Pan. n. 7. Pau. Caſt. hic n. 5. Alex. d. l. quidam conſul. n. 16. inf. de re. jud. & aſſerit receptum Fel. d. c. ſciſcitatus n. 5. & ibi Dec. n. 7. idem fateatur, qui tamen nihilominus prædictam differentiam impugnat, & merito, quia certum eſt, infames notorie publica officia obtinere non poſſe, ut conſtat ex iſto text. & tradit gl. 2. §. miles, verb. ſacramento, ſup. de hiſ qui not. infra. Ergo quilibet de hoc defectu opponere poteſt: bonus text. l. infamia, C. de decurion. lib. 10. quem extollit Rom. conf. 197. ad fi. & jam ſupra probavimus.

Neque obſtat ratio differentie aſſignata per Innoc. quem ſupra retulimus: quia in primis non eſt verum, quòd in ea præſupponitur, quòd valent geſta per ordinarium inhabilem, etiamſi defectus ſit notorius: nam verius eſt contrarium, ut oſtendit Pan. d. c. ſciſcitatus, n. 12. ad med. & ibi Dec. num. 7. & ſupra, probavimus quicquid contrarium reſolvat Fel. d. c. ſciſcitatus, num. 5. & Azaved. l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. n. 10. Quinimò neque differentia, quæ conſtituitur in hoc articulo inter Judicem ordinarium & delegatum, vera videtur: quia datis partibus terminis d. l. Barbarius, etiam in Judic. delegato procedit, ut ſupra tetigimus, quævis fateor quòd communis error, & reputatio facilius verificabitur in ordinario, quàm in delegato ad unam cauſam.

Item reſponderi poteſt ad prædictam rationem quòd licet geſta per ordinarium toleratum valeant mero jure, d. l. Barbarius, non tamen inde inferitur, non poſſe ei opponi de prædicto defectu, & eo probato obtinere, ut inhabilis removeatur à magiſtratu, d. c. ſciſcitatus, de reſcri. l. 2. cum gl. ſup. de Senat. elegans l. 4. ad fi. tit. 4. par. 3. Illud utique admitti poteſt, quòd durante lite ſuper inhabilitate, valebunt geſta per duratum toleratum, quia adhuc militat regula, d. l. Barbarius, & traditio gl. c. ape de appella. Neque prædictis repugnat, quòd propter defectum probatum per viam exceptionis, quis non debet privari officio, Imo. cap. inter dilectos, de exceſſ. Præ. Nam nihilominus inhabilitas probata per viam exceptionis, illos operabitur effectus: quid detegatur communis error; item & quòd ſuperior ex officio procedat ad privationem, facit c. 1. ad fin. de except.

Tertiò principaliter limita concluſionem deducendam ex iſto textu procedere, quando quis propter ſententiam adverſus eam latam effectus eſt infamis, juxta exemplum hujus text. de remoto à Senatu: ſcil. per ſententiam, l. 2. ſupra de Senato. Nam ſi tantum opponatur, quòd fit criminofus, vel perjurus, non obſtante exceptione, Jdex erit: donec privetur per ſententiam, Neque enim jure invenitur cautum quòd propter prædicta crimina non poſſit eſſe Jdex, & poſt Innoc. declarat Ang. hic numer. 1. ante fi. Pau. num. 3. Pau. d. c. ſciſcitatus, n. 8. & ibi Fel. numero 3. eleganter declarat, ex quorum mente colligendum eſt: quòd ut quis removeatur à judicando propter infamiam, oportet eſſe infamiam juris, quæ reſultat ex ſententia condemnatoria. Nam propter infamiam facti, quam quis incurrit apud bonos & graves viros, propter crimina ab illo commiſſa: non propter prædictam infamiam prohibetur eſſe Jdex: quia jure id cautum non invenitur, Fel. poſt alios, d. c. ſciſcitatus, numero 11. Verum obſtat huic concluſioni, quòd infamia facti repellit quem à dignitate obtinenda de novo gl. 1. l. milan. C. ex quib. c. inf. irrog. gl. 1. l. 2. ſup. de Senat. tradit Rom. conf. 297. ad fin.

Sed pro concordia dicendum eſt, quòd ſi infamis, qui infamia facti eſſet criminofus, fuerit electus

ad officium publicum, * valebit electio, nec pro crimine accuſari poterit, dum durat officium, l. hoc accuſare, in prin. inf. de accuſ. rationem aſſignat Bald. l. fi. n. 1. ſup. de rer. diviſ. & l. 2. n. 1. ſup. de Senar. ¶ Si vero ratione delictorum, ex quibus reſultavit infamia facti, fuerit accuſatus: pendente illa accuſatione, non valebit electio: etiamſi adhuc non ſit condemnatus, l. un. C. de poſtul. lib. 10. l. i. qui reus, inf. de mun. & hon. & c. omnipotens, de accuſ. tradit Rom. conf. 73. n. Neque in hoc articulo audiendus eſt Ang. hic n. 1. ad ſ. dum dicit quòd ſi delegatus ſit condemnatus pro criminoſo, exinde non poterit eſſe Jdex: ut probat is text. & tamen in ordinario non ſufficit eſſe condemnatum, niſi ab officio ſit remotus, l. 2. ſup. de Senar. nam verius eſt, quòd cum poſt condemnationem notaria ſit infamia: non valebunt geſta per condemnatum, per ea, quæ ſupra diximus.

Præterea & ex prædictis colligitur: * quòd licet teſtis criminofus repellatur à teſtimonio ferendo, * non ſic Jdex criminofus repellitur à judicando, nctat Paul. hic n. 3. Pan. d. c. ſciſcitatus, n. 8. * Neque obſtat æquiparatio facta, l. ſup. de Senar. item quòd facilius repellitur quis à judicando, quàm teſtis à teſtificando, gl. 1. c. inſuante, de off. del. quam diſcultatem movet Lancel. Dec. hic & ſuper ea reliquit cogitandum, & etiã Fel. d. c. ſciſcitatus, ad fi. * Sed facile reſponderetur hanc differentiam ex eo procedere, quia principaliter in Judice requiritur ſcientia judicandi in teſte autem requiritur fides dictorum: & ideo crimen non impedit quem eſſe Judicem: cum neq; impediatur ſcientiam judicandi: & tamen detrahit fidei teſtis: & intellige prædicta procedere, etiam in notorio criminofo: nam adhuc militat ratio ſupra aſſignata, & ex mente communis, contra And. Sic reſolvit Fel. c. ſciſcitatus, col. 2. quicquid involvat Dec. ibi n. 7. ad fi. & tenebis mente: quòd licet is textus de prohibito judicare per legem, unum tantum proponat exemplum, tamen cum exempla non reſtringant regulam, poterit etiam exemplificari in terminis, l. cum lege, ſup. de rec. arb. item d. l. 1. ſupra. de poſtulando.

Ultimò limita concluſionem, de qua ſupra cum Ang. hic n. 2. ſi ad hos incapaces judicandi, devolvatur jurisdictione jure ſucceſſionis & proprietatis: unde furioſi & alii incapaces judicandi ſuccedunt in dignitate regni, vel comitatus: & quamvis per ſe non poſſint exercere jurisdictionem, poterunt tamen per alios exercere, ut pote per tutores, vel curatores, avg. c. grande, de ſupplen. neg. Præl. lib. 6. quòd etiam procedere in infamibus aperte ſentit Ang. hic n. 1. in fin. Nam cum dixiſſet, quòd ſi infamis datus ſit Jdex, valebunt geſta per eum: quia infamis non eſt incapax jurisdictionis: ſtatim ſubdit, & quòd hæc litera dicit, tales eſſe incapaces judicandi, intelligendum eſt: niſi jurisdictionem proprietatis jure obtineant. Ergo aperte ſentit, etiam infames obtinere poſſe jure ſucceſſionis jurisdictionem, & dignitatem: & jurisdictionem & dignitatem, per alios exercere poſſe. Id quòd ex proſeſſo defendit Molin. lib. 1. de primog. c. 13. nu. 13. allegando dictum Bal. l. 1. n. 1. C. de leg. ſup. quòd ibi probat Garro. n. 19. & Alex. ad Bar. l. 2. l. de dign. l. 12. Tiraq. tract. de nobil. c. 24. n. 6. & idem repetit Molin. l. 4. de primog. c. 11. n. 54.

Sed ſuſſidendum eſt, quia in contrarium urgere regula, l. 2. C. de dign. lib. 12. c. infamibus. de reg. jur. in 6. & c. inter dilectos, de exceſſ. Præl. & ideo infamis, in regno ſuccedere non poteſt, l. 2. tit. 1. par. 2. & ibi notat Greg. verb. ſtenda, quicquid reſuſcitetur Luc. de Pennal. unic. colu. 3. poſt princ. C. Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

Neque obſtant adducta in contrarium. Nam ad primum de d. Ang. hic n. 2. reſpondetur, quòd licet videatur generaliter loqui, tamen ex exemplis, quæ ſtatim proponit, colligitur loqui, de furioſis impuberibus & ſimilibus, qui cum non ſint incapaces jurisdictionis, ſed tantum exercitii, & ideo jurisdictionem [cujus ſunt capaces] per alios exercere poſſunt, ca. fin. ne cler. vel. Mon. l. 6. Si igitur jure ſucceſſionis & proprietatis, in dignitate procedant, poterunt illam exercere per alios, Paul. & Jac. hic uterque n. 6. Ant. Gom. l. tauri, 45. n. 112. ad ſ. Hyp. tract. bannitorum, verb. ſent. §. 3. n. 390. Unde igitur inferri non poteſt, ad infames infamia juris, qui eſt incapax jurisdictionis & dignitatis, ut probant jura ſupra citata, & tradit Pan. c. ſciſcitatus, n. 12. ad med. & ibi Dec. n. 7. de reſcri. Jurisdictionem igitur & dignitatem quam non habet per alios exercere minime poteſt, argu. l. nemo plus juris, inf. de reg. jur. bonus text. l. 2. §. 1. inf. de adm. rerum ad civit. pert. notat Bal. c. 1. ad fin. fin. de procur.

Non obſtat ſecundò de dicto Baldi l. 1. n. 1. C. de ſec. nupt. quia pro vera reſponſione advertendum eſt, duas eſſe ſpecies infamie, quædam enim dicitur infamia juris: de qua in titul. ſupra, quibus ex ca. inf. in rog. & l. infamem, inf. de publ. judi. quædam autem facti, de qua agit l. 2. tit. 6. lib. 7. Ord. novi. explicat Jaſ. l. 1. 2. lectu. n. 44. C. de ſumma Tinit. & notat Peruſ. c. infamibus, n. 2. de regu. juris, in 6. Et inter has infamias ea eſt præcipua differentia quòd propter infamiam juris, non ſolum privatur infamis officii vel beneficii obtinendis, ſed etiam & jam obtentis, l. Jdices, C. de dignit. li. 12. l. infamia, cum gloſ. C. de decur. l. 10. c. 1. an miles interſecit fratrem domini, c. 1. §. illud, & ibi not. Bald. qua fuit prima cau. benefi. amittendi, c. inter dilectos, de exceſſibus Præl. & ibi tradit Pan. n. 8. Joan. And. & Peruſ. in princ. c. infamibus, de reg. jur. in 6. Paul. Caſtr. conſil. 180. n. 3. lib. 1. probat l. 7. tit. 6. part. 7. & ibi notat Greg. gl. 1. poſt medium, Molina lib. 1. de primogen. cap. 13. n. 10. & late Azaved. l. 7. tit. 9. lib. 3. novi ord. à n. 4. & in ſimili facit ca. ut Inquiſitionis, §. privandi, de hære. in 6. & hac ratione Bald. l. 2. poſt princ. ſupra, de Senator. tradit quòd infamis dicitur exautoratus, ab omni dignitate, & officio publico, & beneficiis Eccleſiaſticis, l. 2. §. miles, cum gl. ſupra, de hiſ qui utan. inf.

Quòd ſane eſt intelligendum, quando quis efficitur infamis propter proprium delictum: nam ſi propter delictum alterius non privatur obtentis, & ideo filius hæretici propter delictum patris non amittit beneficia jam obtenta, ut poſt alios tradit Covar. reſo. lu. lib. 2. c. 8. n. 4. ad fi. Rojas ſing. 66. Carerius in praxi, tit. de hæret. n. 141. quibus eſt addenda gl. in Extravag. execrabilis, de præb. Joan. 22. verb. regum. Et in his terminis procedit traditio gl. Clem. 1. 186. verb. obtinendis, de pan. communiter recepta, ut ibi aſſerit Bonif. n. 54. quòd privatus beneficiis & officiis publicis obtinendis, non cenſetur privatus ante a habitis: prout, & per contrarium, privatus beneficiis obtentis non cenſetur privatus obtinendis, gl. Clem. 2. verb. obtentis, de pan. not. Covar. reſol. lib. 2. c. 8. n. 4.

Item ſunt intelligenda ſupra tradita, quando quis per veras probationes condemnatus eſt: nam ſi propter factas tanquam contumax fuerit condemnatus, neque cenſebitur infamis infamia juris, neque incurret prædictas pœnas impoſitas infamibus infamia juris: Paul. Caſtr. conf. 267. ſuper hoc puncto, n. 1. lib. 1. Dec. conf. 96. n. 25. libr. 3. Denique eſt intelligendum, quòd infamis infamia juris, nunquam privabitur beneficiis vel officiis publicis

publicis ipſo jure: ſed oportet, quòd de novo illis per ſententiam privetur, præterquam in certis delictis, in quibus ipſo jure cenſetur privatus jam obtentis, ut docet *lum. c. inter dilectos, in pri. de excuſ. prel. Bar. conf. 174. in ſi.* Et hac ratione *Bal. l. 2. n. 1. ad ſi. ſup. de Sen. tradit.* neminem eſſe privatum ipſo jure beneficiis, vel officiis obtentis propter infamiam juris, ſed venire privandum per ſententiam, quod etiam tradit *Ang. ibi Pau. c. n. 180. n. 3. lib. 1. Grego. l. 7. tit. 6. par. 7. verb. docem perder.*

Utrum aut in propter juris infamiam ante privationem, veniat ſuſpendendus ab exercitio dignitatis, vel officii, videndi ſunt *Bar. l. eandem, §. 1. n. vltim. ff. ap. l. Jul. repetund. & omnino Pau. conf. 180. n. hic 3. & lib. 1.* Hæc de infamia juris.

Propter infamiam autem facti, quæ incurritur amiſſi pud bonos & graves viros propter delicta commiſſa per infamem, licet quis efficiatur inhabilis ad beneficia vel officia publica de novo obtinenda *gl. 1. q. 1. l. nullam, C. ex quib. cau. inſa. irrog.* tamen propter eam nunquam quis privatur jam obtentis, *c. ſuper 195. hiſ. de accuſ. Pau. c. ſuper eo, n. 2. de cleſt. Greg. l. 7. tit. 6. par. 7. gl. 1. poſt medium.*

Ratio colligitur ex doctrina *gl. Cle. 1. verb. obtinendi, de pan.* quicquid contrarium exiſtimaverit *Innoc. c. per Inquiſitionum, de cleſt. Rom. conf. 297. in ſi.* & alii quos refert *Jo. à Garro. l. 1. n. 21. C. de ſecum. nupt.* Contrarium enim eſt verius & receptius eſt, *ex ſup. traditis,* & in ſpecie opinionem Innocentii improbat *Panor. ca. per Inquiſitionem. n. 11. de cleſt.* & quamvis ipſe ſubdat tantam poſſe eſſe infamiam facti, ut interim ſuſpendi poſſit, tamen verum eſſe non poteſt, quia infamia facti nihil pertinet ad jam obtenta. Quinimo propter infamiam facti: quis non arcebitur à beneficiis, vel officiis obtinendis: niſi quis jam accuſatus ſit de crimine, *c. omnipotens, & ibi Panorm. de accuſ. tradit in ſpecie Bal. l. ſm. nu. 1. ſupra, de verum diviſ. Lucas de Penna l. 1. col. 2. & ſeq. C. de reis poſtula. lib. 1. c. nota. Greg. l. 2. tit. 15. part. 2. verb. y no aviendo*

ſup. diximus, adeo quod nec etiam, ſit notorium, ob id privabitur officio, vel beneficio obtento, niſi per ſententiam de novo privetur, ut contra plures reſolvit *Pacian. de probat. l. 2. c. 21. à n. 120* quicquid in contrariam nitatur *Paul. Caſtr. conf. 180. n. 3. lib. 1.*

Ex quibus ita præmiſſis, inferendo ad dictum *Bal. l. 1. n. 1. C. de ſecund. nupt.* de quo ſupra n. 576 imprimis eſt advertendum, quòd Baldus permittat regulam, quod infamia juris, repellit infamem, ab omni dignitate & officio publico, *c. infamibus de reg. jur. in 6. l. neque, C. de dignitat. l. 12.* Deinde proponit quaſtionem, ſi mulier ex ſucceſſione poſſidebit Comitatum, & vidua effecta, intra annum luctus nupſit, ex quo attento jure civili effecta eſt infamis, *l. 1. C. d. ſecund. nupt.* Utrum propter hanc infamiam amittat Comitatum? Et concludit non amittere, & duplici ratione, prima quia iſta dignitas, eſt quid hereditarium: & mulier etiam infamis poteſt in hereditate ſuccedere, *l. in arenam, C. de inoff. teſt.* Secunda quia iſta dignitas venit in conſequentiam hereditatis, & eſt annexa territorio. Porro aliquid retinetur in conſequentiam, quod principaliter obtineri non poteſt, *l. ſi is qui duos, inſ. de lib. r. lega.* Et præterea eſt advertendum, quòd licet proponat quaſtionem in ea, quæ fuit facta infamis, poſtquam jam ſucceſſerat in Comitatu: tamen ejus rationes evincunt, quòd eſſe, ſi poſt infamiam incurſam prætentat ſuccedere de novo in majoratu: cujus ſucceſſio poſt infamiam incurſam de novo ei incipit deferri: & ita etiam intelligant omnes, qui illum ſequuntur,

quos ſupra retulimus, & quia quoad infamiam juris, nulla eſt differentia inter obtenta, & obrinenda, ut *ſup. probavimus.*

Invenio tamen, quòd hanc *Bal. opinionem* impugnat *Did. de Pace q. 3. n. 64.* mortuus, quia quando circa eandem perſonam concurrunt duæ regulæ contrariæ, altera permiſſiva, & alia prohibitiva, ſemper prævalet prohibitiva, *l. ſi Rufinus, C. de teſt. milit. & ibi not. Jaf. num. 1. & 2.* & pariter quando concurrunt duæ cauſæ, una quæ nocet, & alia quæ prodeſt, præfertur illa, quæ nocet, *l. 3. §. inf. ad Salian. B. r. l. cum vir, ad ſi. inſ. de uſuca. pro don.* Cum igitur infamis licet ſit capax bonorum: tamen non ſit capax dignitatis, hæc cauſa quæ nocet, prævalere debet. Cæterum hæc rationes non tantum urgent, & facile eis reſponderi poteſt *ex tradita per Tirag. lib. 1. retract. §. 30. gl. 1. n. 31. & per Nico. in rub. n. 79. ſup. ſol. matr.* quibus addo *l. ſi. ad ſi. C. de arb.*

Sed quicquid ſit, mihi magis placet opinio contra *Bal.* ea poſſimum ratione. Nam adverte *Bald.* & ſequaces pro conſtanti habere, bona comprehenſa ſub tit. Comitatus, per ſe ſuſſistere & conſiderari: item conſiderari tanquam quid principale, & conſequenter titulum dignitatis conſiderari hoc caſu tanquam quid acceſſorium, ad prædicta bona: ac ita neceſſario conſequiri, tantum attendi bona, tanquam quid principale, & titulum dignitatis tanquam acceſſorium per ſe non conſiderari, ſed potius tranſire in naturam ipſius principalis, ut probat *tex. elegans c. ſuper eo, de præbend. in 6.* ac ita non conſiderantur tanquam duo diverſa, ſed potius tanquam unum tantum ſcilicet principale ut *ibi notat Jo. Monachus, n. 3.* qui ad idem adducit *cap. exſtirpanda, §. qui vero, de præbend. & c. cam te, de ætate, & qualitate,* & ſatis colligitur ex *reg. c. acceſſorium, de reg. jur. in 6.* & eleganter proteſtatur *Joannes Philippus conf. 52. à nu. 25.* & procedit, etiam ſi acceſſorium ſit magis dignum, & pretioſius, quam ſit ipſum principale, cui annectitur, ut probat *tex. elegans l. eſt qui non ſunt, §. perveniamus, ff. de aur. & arg. leg. quem ad id notat Bart. l. 1. n. 2. ad ſi. ff. de pecu. leg. it. Rom. conf. 330. n. 3. in ſi. Anchar. c. acceſſorium, n. 2. de regul. jur. in 6. Hyppol. alios referens, ſingul. ad finem, & conſil. 124. n. 35.* Probus ad *Monach. cap. ſuper eo, n. 5. de præben. in 6. Seraphinus tract. de virib. juramenti privil. 116. n. 2.* quibus adde textum elegantem, *§. ſi tamen alienam purpuram, & §. litera, & ibi Port. Inſt. de ver. diviſ.* Et eſt ratio prædictæ conſuſionis, quia illud, quod eſt dignius, ſi accedat minus digno, ratione acceſſionis, conſideratur tanquam minus dignum, ut advertit *Corſ. in ſingul. verb. legatum, el. 1. n. 3.* Cæterum licet hæc in ſe vera ſint, tamen male videtur applicari ad noſtram quaſtionem in qua certum eſt, bona comprehenſa ſub titulo Comitatus, ita ſub eo contineri, ut amplius non conſiderentur per ſe, ſed tranſeant in naturam ipſius tituli Comitatus, ut clare colligitur ex *cap. 1. §. præterea ducatus, de prob. ſeu. alien. per Fed. & conſtat ex eo, quia titulus Comitatus, & ſimiles cenſentur dignitates regales, ut probat *c. 1. poſt pri. de feud. Marchie, vltim. dit. Bal. conf. 275. quod pro regula n. 3. lib. 2.* & explicat *Cur. Jun. de feu. 1. par. q. 8. nu. 4.* Et ratione Comes in regno Caſtellæ propter ſolum titulum eſt ſcitur de conſilio Regis, *l. 4. tit. 4. lib. 2. ordina. & certum eſt quòd in ſimul junctis inſeparabiliter, dignius trahit ad ſe minus dignum, & illud tranſfundit in ſuam propriam naturam & nomen, l. 2. C. communia delegatis, & ibi notat Bal. n. 1. tradit Jaf. l. imperium, n. 3. ſupra de jurid. om. jud. Tirag. lib. 1. retract. §. 30. gl. 1. n. 15, & in noſtra materia**

materia agnoſcit *Molina l. 1. de primog. c. 9. n. 15.* Ergo ſi bona per ſe conſiderari non debent: ſed ſola ipſa qualitas Comitatus, & conſequenter dignitatis: neceſſario in eo locum debet habere regula, *c. infamibus de reg. jur. in 6.* quod in terminis probat *Gregorius l. 2. in. 2. part. 7. verb. mandas, col. 2.* cui ſubſcribit *Did. de Pace, q. civ. 3. n. 63.* & conſerunt tradita in ſimili per *Mol. lib. 1. de primog. c. 23. n. 28. & n. 37.*

Neque obſtant rationes *Bald.* & ſequacium, quia ad primam reſponderetur, nos fateri, infames eſſe capaces hereditatum per ſe conſideratarum, *l. in arenam, C. de inoff. teſta. tradit Jo. de Garronib. l. 1. n. 43. C. de ſec. nupt.* tamen ſi hæc hereditas ſive bona, ſint inſeparabiliter annexa titulo Comitatus, non conſiderentur per ſe, ſed tranſeunt in naturam & nomen dignitatis, cui annexa ſunt, & ſic totum dicitur dignitas, & ſenit *Molina lib. 1. de primog. c. 13. n. 6.*

Et comprobatur ex eo, quòd *Menachus* capax eſt bonorum & hereditatum per ſe conſideratarum, *l. ſi. §. 1. C. de epiſ. & cler. & tamen ſi hæc bona ſint unita dignitati ſive jurisdictioni, in illis Monachis non ſuccedit, c. recolentes, & ibi Pan. ante num. 1. de ſtat. Monach. gl. c. ſcripſit nobis, verb. dignitate, 27. q. 2. tradit Ant. Gomes, l. tauri, 40. n. 66. & Mieres de majoratu, 2. par. q. 3. n. 6. Molina l. 1. de primog. c. 13. à n. 18. Mauenſo l. 1. in. 7. l. 5. ordin. gl. 1. n. 16.* quicquid relictetur noviffimus *Avendanus, l. tauri, 40. gl. 4. à n. 39.* quòd utique ex prædicta ratione procedit: quia bona ſive hereditas hoc caſu tranſfunduntur in nomen, & naturam dignitatis & jurisdictionis ſecularis, cujus Monachus eſt incapax, *c. 1. ne clerici vel monachi.*

Non obſtat ſecunda ratio, quia falſo in ea præſupponitur, bona unita Comitatu conſiderari tanquam quid principale: nam hoc falſum eſſe ſtatim offendimus, & ideo in caſu *Baldi d. l. 1. n. 1. C. de ſecundis nuptis,* illa mulier, quæ jam ſucceſſerat in Comitatu, illum quidem retinebat, neque ab eo excludetur, niſi quando propter infamiam illo expreſſe privetur per ſententiam, juxta receptam reſolutionem *Bald. l. 2. nu. 1. ad finem, ff. de Senator.* Quòd ſi ſucceſſio majoratus: ei de novo incipit deferri, ſi illa erat jam effecta infamis, tunc non admitteatur ad Comitatus ſucceſſionem, quia ei tunc obſtaret regula, *c. infamibus de reg. juris, in 6.* & doctrina *gl. l. 2. §. miles, ſupra, de hiſ. qui notantur inſam. & Bart. l. eadem, §. 1. n. 4. inſ. ad l. Jul. repetund. & ſatis probat l. 2. tit. 15. part. 2. & ibi notat. Gregor. verb. ſiendo.*

Cæterum ad veram hujus articuli reſolutionem, illud alterius eſt advertendum: quòd bona ſolent tribus modis uniri inſeparabiliter. Quædam enim uniuntur tanquam æque principalia: quædam vero ita uniuntur, ut conſiderentur tanquam quid principale, & dignitas tanquam acceſſoria. Tertio modo contra quòd dignitas conſideratur tanquam quid principale, & bona tanquam quid acceſſorium, ut tradunt *Did. c. 1. n. ſede vacante, & in Clemen. per literas, de præben.*

Si primo modo bona annectentur, licet verum ſit, quòd tunc totum conſideretur tanquam quid individuum, & inſeparabile, ut per *Molinam lib. 1. de primog. c. 11. n. 16.* tamen unum non tranſit in nomen, & naturam alterius, ſed quodlibet tanquam corpus per ſe principaliter ſuſſiciens, conſiderabitur, juxta receptam doctrinam *Bart. l. ſi conve- nit, §. ſi nuda, ff. de pign. act. exemplum habes in c. querclam, de Simon. juncta gl. verb. non poſſunt, & conſequenter diſpoſitio loquens in uno de æque principaliter unitis, aliud non comprehendit, neque ad*

illud extenditur, eleganter *Pet. Anch. conf. 114. pro impetrante, à n. 2. & 6. & c. ſuper eo, n. 2. de præb. in 6.*

Si verò ſecundo modo bona uniantur, tunc verum eſt, quòd id, quod eſt principale, tantum conſideratur, & acceſſorium reputatur tanquam pars ipſius principalis: & ſub ejus nomine conſunderetur *c. ſuper eo, de præb. in 6.* Unde notat *Bart. l. ſi. n. 10. in ſi. de ſententiam paſſis,* tradit, quòd in hiſ, quæ acceſſorie veniunt, non requiritur habitus extremorum, quia ſufficit ea reperiri in eo, quod eſt principale. Subſcribit incertus author *tract. de cri. læſa majeſt. q. 9. n. 8. verſic. neque obſtat.* addens, quod ea, quæ reſpiciunt executionem actus, vel quæ veniunt acceſſorie ad actum principalem, valida cenſentur, neque inhabilitas circa illa impedit, quin partes omnia conſequantur, quæ in conſequentiam actus principalis veniunt: quod etiam tradit *Burſ. conf. 286. n. 44. l. 3. & in hiſ etiam terminis procedet traditio Bar. per illum tex. l. 1. n. 1. ff. de author. tut.* quod quando aliquid eſt ſeparatim prohibitum: & præterea aliquibus caſibus permiſſum, tunc id quod neceſſario ſequitur ex permiſſo, cenſetur permiſſum, neque habet locum regula, quòd id, quod prohibetur directo, non permittitur per indirectum, vel conſequentiam, *c. cum quid, de reg. jud. in 6.* Si vero neceſſario non ſequatur ex permiſſo, locum habet regula, *d. c. cum quid, tradit idem Bar. l. ambitioſa, n. 25. ff. de decret. ab ord. facien. ſubſcribit Soc. conf. 4. n. 16. in ſi. lib. 3. Navarra conf. 149. n. 9. li. 1. Anchar. c. ſuper eo, ad ſi. de præb. in 6.* & hac etiam ratione procedit id, quod tradit *Bart. l. quidam ſunt, n. 1. in ſi. ff. de pen. quem probat Jaf. l. ſi victum, n. 236. 4. de re jud. Peregrinus de re ſſci, li. 3. tit. 5. n. 10.* Denique juxta hanc traditionem procedit traditio *Ang. hic n. 2.* quod foemina, quæ non poteſt ſuccedere in dignitate, ſive in jurisdictione, *l. 2. ff. de reg. jur.* poterit in ea ſuccedere, ſi deſeratur jure hereditario, & ſic in conſequentiam actus permiſſi, ſcilicet hereditatis, in qua ipſa ſuccedere poteſt, *l. maximum vitium C. de liber. præ. de quo videndus eſt Decif. conf. 498. n. 21. Puzpur. conf. 367. num. 34. li. 1. Proſpe. Paſſetus conf. 72. n. 26. & Cagnol. l. 2. n. 4. ff. de reg. jur.*

Si autem tertio modo uniantur, tunc idem dicendum eſt per contrarium, cum contrariorum eadem ſit diſciplina, *l. 1. ff. de hiſ qui ſunt ſui vel alien. jur.*

Eſt ſane advertendum prædicta procedere, quando manifeſte conſtat, quòd quid ſit principale, vel quòd ſit acceſſorium, ſi autem ſimul in dubio recurrendum eſt ad *gl. Cle. per literas, verb. Eccleſias, de præb.*

Ex qua prima ſit conſuſio, in dubio unio cenſetur æque principaliter facta: & ideo alleganti factam fuiſſe acceſſorie, incumbet onus probandi, juxta *reg. l. 2. ff. de prob. & ſubſcribit Rota decif. 50. de conceſſ. præb. in antiq. coluſina. & Anchar. conf. 114. n. 3.* & colligitur & ex *Bart. l. ſi conveſſerit, §. 1. ff. de pign. act. & tract. de inſula, §. nullus, n. 10. & ex Romano conf. 218. n. 3. & Soc. conf. 79. n. 9. lib. 4. & clarior ex *Alex. conf. 15. n. 5. lib. 2. Cur. Jun. conf. 110. n. 12. Alcia. c. quod ſedem, n. 62. de off. ord. eleganter Cephal. conf. 414. à n. 62. lib. 3.**

Secunda conſuſio ſit, quando conſuſerit quòd unio facta eſt, per modum principalis & acceſſorii, ad conſtituendum quid ſit principale, recurrendum eſt ad conjecturas, quas refert *Anch. d. conf. 114. ad fin.* inter quas ea eſt præcipua: quòd ſit recurrendum ad poſſeſſionem, & denominationem bonorum. Nam ſi bona contineantur ſub nomine Comitatus, ſi

ve dignitatis, tunc dignitas cenfetur esse principale, & bona cenfentur venire accessorie, quia nomen fem-
 242 per imponitur à digniori, gl. communiter recepta, l. 1. in pri. ff. de verb. obl. & quia, ut inquit Imo. d. Clem. per literas, n. 17. de præbe. denominatio sæpius probat qualitatem rei, cap. Michael. de fil. præb. c. 243 per tuas, de probat. & ita per traditionem gl. d. Clem. per literas, hanc conclusionem probarunt omnes Dd. ibi, & dicit communiter receptam Ant. Nat. conf. 58. n. 5. li. 1. & Mando. conf. 27. n. 5. & ante eos Feli. c. translatio. n. 7. de const. Aff. l. 1. const. Rub. 27. n. 54. ad med. & in materia tradit etiam Rota decif. 50. 144 n. 1. de concess. præb. in antiq. Pro quibus urget l. prædiis, §. Titio, ff. de leg. 3. & ibi glo. verb. & rationibus, & l. Scia, §. pen. ff. de fund. instru. & l. prædia maritima, §. si ff. eo. tit. & ibi gl. notab. & quæ Alex. conf. 169. n. 9. l. 5. Car. in consuet. Paris. §. 1. gl. 5. à n. 16. & Traq. tract. primog. q. 73. n. 4.

245 Quibus addendum est, quòd in dubio id, quod ex se est dignius, cenfetur quoque esse principalis in dispositione, & minus dignum cenfetur esse accessorium, ut tradunt Ant. & Imol. n. 16. ad fi. de Cle. per literas, allegant l. etsi non sint, §. perveniamus, junctâ gl. verb. species, ff. de aur. & arg. leg. & subicribit Fel. d. c. translatio, n. 7. de const. & ante eos Rota, decif. 50. de concess. præb. in antiq. col. si. ar. ref. in.

246 Ex quibus ita explicatis necessario inferitur, non esse verum dictum Bald. d. l. 1. n. 1. C. de sec. nupt. quod in Comitatu bona considerantur tanquam principale: & dignitas tanquam accessoria, & veniens in consequentiam. Nam contrarium colligitur ex supra

247 traditis: semper enim dignitas & jurisdictio cenfetur quid principale, etiam si admittatur coherere territorio per modum explicatum per Bal. l. imperium, in pri. ff. de juris. om. jud. quem sequitur Soc. conf. 74. n. 2. lib. 1. & Aym. conf. 411. n. 35. l. 3.

248 Inferitur etiam ex prædictis, quòd licet Molina l. 1. primogen. c. 13. n. 13. contendat, infames posse succedere in majoratu dignitatis, si jure successione ei deferatur, & idem resolvat Hyp. tract. ban. nitor. verb. sententia, §. 3. n. 390. Tamen verius esse contrarium constat ex supra traditis: & quia absurdum prorsus esset, quòd infames repellantur à quibuscunque officiis publicis, l. 3. tit. 3. lib. 8. ordin. & tamen possent succedere in supremis dignitatibus & officiis, contra regulam, l. relegatorum; §. pen. ff. de interd. & releg. & l. 2. supra de Senator. ut in specie advertit idem Molina lib. 4. de primogen. c. 11. n. 44.

Quinimo quamvis idem Mol. lib. 1. de primog. c. 13. n. 12. & Did. de Paceq. civ. 3. n. 68. existiment in simplici majoratu non habente dignitatem annexam, infamem succedere posse, tamen etiam non videntur verum, quia propter consuetudinem Hispaniæ, simplex majoratus cenfetur esse magna dignitas, ut asserit Covar. resol. l. 1. c. 15. ad fi. Ergo uti talis considerari debet juxta doctrinam Bar. l. 1. n. 81. C. de digni. l. 12. & sine dubio procedet, quando is majoratus habet vasallos, vel jurisdict. quia tunc sine dubio considerabitur uti dignitas, Bal. c. 1. §. Marchio, de his qui feud. dare poss. Greg. l. 2. tit. 2. part. 7. verb. mandas, col. 2. unde locum habere debet regula, d. l. 2. C. de dign. lib. 12. cum sim.

253 His ita expeditis restat ultimo loco agere de his, qui moribus prohibentur judicare, quod Jureconsultus hic exemplificat in fœminis, & servis, ex quibus notandum est, quòd fœminæ non prohibentur judicare per aliquam legem, sed tantum moribus & consuetudine id fuisse inductum, notat Bal. l. 1. n. 35. C. de sacrosanct. eccl. Cujas. l. 3. obser. c. 23. concordat l. 4. tit. 4. par. 3. & ibi assignatur ratio, & de ea conclusione multa tradit Cassian. in consue. Burgund. Rub. 1. §. 6. in

prin. à n. 40. & Vant. de null. ex defect. juris. deleg. à n. 71. & Coraf. de jure civil. in artem redig. lib. 2. c. 23. Azeved. l. 7. tit. 9. lib. 3. ord. n. 19. & aliqua tradit Deci. conf. 32. à n. 1.

Ex quibus inferitur, quòd cum consuetudo idem operetur, quod lex, l. quibus supra de legibus, si fœ- 255 mina contra hanc consuetudinem judicet, nihil valebit judicium, etiam si partes raceant: vel etiam exresse consensiant: quia consensus partium, nihil operatur contra prohibitionem legis, vel consuetudinis, glo. l. à D. Pio, inf. de re jud. & ita in specie Paul. hic n. 5. Hypol. tract. banitorum, verb. sententia, §. 3. n. 387. & §. 4. n. 25. Neque obstat, quòd mulier non potest esse in judicio pro alieno, l. alienam, C. de procur. & tamen si nihil opponatur valebit judicium, & procedit petitio fœminæ: ut ibi tradit Jaso. n. 2. vers. 4. limita post gl. 1. l. ita demum, C. de procur. nam responderetur ex 257 traditis in simili casu per Bar. l. filiusfam. §. veterani, in fi. supra, de procur.

Secundò inferitur, quòd cum Princeps possit derogare consuetudinem d. l. quibus, & l. 2. C. quæ sibi 258 longa consue. potest constituere, & jubere, ut non obstant consuetudine mulier possit judicare, gl. & B. l. unica, C. de mulierib. & in quo loco, l. 10. gl. c. dilecti, verb. remota, de arbit. & ibi Beronius, n. 2. Bart. l. 2. in pri. & ibi Dec. n. 5. inf. de reg. jur. Dec. c. dilecti, n. 13. ad fin. de const. util. Ant. Blanc. de comprom. q. 2. n. 38. Quinimo & contrarium hujus textus consuetudine induci potest, ut scilicet fœmina generaliter possit judicare, l. nihil tam naturale, inf. de reg. juris, tradit Ang. l. more, inf. de acq. her. Quòd tamen intelligebat Panor. c. dilecti n. 3. de arb. quando consuetudo 261 induceret, ut fœmina in dignitate constituta judicaret: nam si generaliter induceret, ut quælibet fœmina indistincte possit judicare, non valeret talis consuetudo: quia fœmina ideo non admittitur ad judicandum, quia hoc honestati & pudicitie fœminarum repugnat, sit se intromittant, in litibus & congregacionibus virorum, ut probat d. l. final. C. de arbit. Consuetudo autem repugnans honestati, & pudicitie vale- 262 re non potest, capicium decorum, & c. cum ab omni, de vita & honestate cleric. c. erit autem lex, in 4. distinct. circa quod vide Azevedum, l. 7. tit. 9. libr. 3. ordi- namenti, num. 19.

Contrariam nihilominus opinionem est, imò valere consuetudinem quod fœmina indistincte possit judicare, tenent Deci. & Cagnol. uterque n. 2. l. 2. inf. de reg. jur. Dec. c. cum dilecti, n. 13. ad fin. de confirm. util. Ant. Blanc. de compromiss. q. 2. n. 26. Beronius c. dilecti, n. 10. de arbit. quæ opinio videtur verior ex supradictis rationibus: Neque obstant rationes Panormi. adductæ in contrarium: nam respondeo, 265 quod illa honestas, cujus sit mentio, l. fina. C. de arbit. respicit honestatem civilem, non autem naturalem, ut satis colligitur ex mente hujus tex. dum dicit, quotidam prohiberi natura esse Judices, & quosdam moribus: Ergo natura mulier non prohibetur judicare, & consequenter honestas, de qua l. fin. C. de arbit. non est naturalis, sed civilis, plane quod probat e. erit. autem lex, 4. distinct. quod lex debet esse honesta, debet referri ad honestatem naturalem, & non ad civilem. Nam etsi deficiat honestas civilis tamen nihilominus valebit, prout dicimus, quod regula Non est obligatorum, de reg. jur. in 6. debet intelligi de juramento contra bonos mores naturales, non autem contra civiles, 266 hoc erit obligatorium, c. cum contingat, de jure jur. & ibi Panor. n. 5. Imol. n. 33. Covar. c. quamvis pactum, 2. parte, in princ. n. 1. de pact. in 6. Unde etiam facile defendi potest opinio Imol. c. dilecti, 267 n. 2. de arbit. quòd si compromittatur in fœmina cum jurisdictio in illa erit arbitrix juxta reg. d. c. cum

c. cum contingat, non obstante dispositione, d. l. fi. C. de arbit. & quamvis magis communis opinio teneat contrarium, ut asserit Beronius d. cap. dilecti, n. 6. de arbit. tamen communis opinionis rationes tantum evincunt, cogendas esse partes juramentum remittere, ne quid fiat contra honestatem civilem, non autem evincunt juramentum mero jure non obligare.

268 Ultimò illud tenebis mente, quod si jurisdictio jure successionis ad fœminam deveniat, poterit per se jurisdictio exercere si velit, vel alii committere, ut eam exerceat suo nomine, ut post Ang. tradit Pau. hic ad fin. Dec. l. 2. n. 3. inf. de reg. jur. & ibi Cagn. n. 4. Dec. conf. 32. n. 6. & c. cum dilecti, n. 13. ad fin. de confirm. util. notab. Corn. conf. 16. n. 24. lib. Anr. Blanc. de compromiss. q. 2. n. 35. Burg. de Pace in præmio ll. tauri, n. 6. Molina de primogen. lib. 1. c. 13. n. 14. Vanius de nullitate ex defectu jurisdictionis deleg. num. 73. & probat l. 4. tit. 4. part. 3. quicquid controvertat Beronius c. dilecti, n. 2. & 11. de arbit. & vide Deci. conf. 498. n. 11. Purpur. conf. 367. n. 34. lib. 1. asserens hanc fœminam per se judicare posse, & Prosper. Passet. conf. 72. n. 26.

269 Ultra fœminam etiam servus moribus non potest esse Judex, ut probat is tex. & l. 4. tit. 4. part. 3. & ibi Greg. verb. & esto es, & de ratione eleganter agit Azev. l. 8. tit. 9. libr. 3. ord. n. 11. Neque etiam poterit esse arbiter, l. Pedius, §. 1. supra, de recep. arb.

270 Cum autem Monachus æquiparetur servo Monachus cum olim, de privil. etiam Monachus non poterit esse Judex, gl. fi. hic Per. Greg. lib. 3. n. 19. in c. sciscitatus, n. 8. de rescrip. & Azev. l. 8. tit. 9. libr. 3. ord. n. 11. Quamvis de licentia sui superioris, possit Monachus esse arbitrator, sive amicabile compositor, ut resolvit Imol. c. Quinavallis, n. 28. de jure jur. Sylvester verb. arbit. n. 14. & tradunt etiam Alex. conf. 80. n. 1. n. 1. 5. Cor. conf. 2. n. 7. l. 2. Quinimo de licentia sui superioris poterit esse arbiter, si agatur de pertinentibus ad utilitatem ipsius monasterii, c. Monachi, el. 2. 16. q. 1. & post alios tradit Ant. Blancus de comprom. q. 2. n. 5. & notab. explicat Navarrus videndus c. non dicitur, 12. q. 1. n. 99.

274 Redeundo autem ad hanc nostram ultimam conclusionem ampliabis, procedere, ut sit servus si Judex, vel arbiter, non tamen valebit sententia, etsi partes taceant. Nam cum servus quoad jus civile attinet, pro mortuo habeatur, l. quod attinet, ff. de reg. jur. consensus partium hoc casu nihil operari potest, Pau. Cist. hic n. 5. Hypol. tract. banitorum. verb. sententia, §. 3. n. 384. & seq. Limitabis tamen hanc conclusionem non procedere, si compromissum fuerit in servum, tanquam in arbitrum, & ille postea factus liber acceptavit arbitrium: nam tunc validum cenfetur arbitrium, & sententia ab eo lata erit valida, l. sed 277 etsi, servum, in prin. supra, de recep. arb. Et est ratio, quia compromissum non habet substantiam, nisi postquam fuerit acceptatum per arbitrum, l. si cum dies, in princ. & ibi Bart. supra de recep. arb. & ideo merito habilitas personæ arbitri, & validitas compromissi, consideratur tempore acceptationis, l. non oportet 54. inf. de deleg. 2. Unde si servus, dum adhuc esset, in servitute, acceptaret compromissum, nihil valeret etsi postea efficeretur liber: sed est necessarium, quod in eum fiat novum compromissum: ut adversus Alb. probat Ant. Blancus de comprom. q. 2. n. 25.

280 Similiter si servus eligeretur in Judicem, nihil valeret electio: quia ad judicandum non est necessaria acceptatio Judicis, l. fin. §. judicandi, infra de muner. & honorib. Unde cum omnia referantur ad tempus,

quo ille erat servus, inducetur regula, c. si eo tempore, de rescrip. in 6.

Limita * secundam prædictam conclusionem, si servus communi reputatione haberetur pro libero. Nam tunc propter communem utilitatem, & communem errorem, valent gesta per eum tanquam verum Judicem, l. Barbarius, & ibi Doct. supra de off. Perr. & per contrarium, si communi reputatione cenfetur servus, non valent gesta per eum, etiam si attemptata veritate esset liber, & non servus, Ang. hic n. 1. post Im. c. sciscitatus, de rescrip. & ibi notab. Fel. n. 5. Et hæc satis in hac materia.

L. in tribus, 13. cum l. seq. ff. de Judiciis

S U M M A R I A.

- Judicia divorsoria dicuntur duplicia, cum in illis qui- libet cenfetur Author & Reus.
- Impugnata conclusionem ex eo, quod in his judiciis ille, qui primus provocavit ad judicium, cenfetur me- rus actor, provocatus autem cenfetur Reus.
- Refert responsionem Pauli ad dictam difficultatem hic num. 3.
- Rejicitur responsio Pauli ubi proxime.
- Refert responsionem panormitani c. ex literis, n. 10. de probat.
- Reprobat dictam responsionem Panormitani.
- In hoc judicio quilibet tenetur præstare duplex jura- mentum calumnia, tanquam actor & tanquam reus.
- In hoc judicio quilibet tenetur præstare cautionem de agendo & defendendo tanquam actor & reus.
- Proposit declaracionem Mathef. sing. 109. ad hunc art.
- Rejicit proximam explicationem Mathefilani, & ejus fundamento respondet.
- Non solum ille, qui prius provocavit ad judicium, cenfetur actor quoad formandum processum, sed etiam quoad decisionem litis & ad omnia alia.
- Ad veram explicationem materiæ tres in hac ma- teria casus distinguit.
- Refert primum casum, & resolutionem illius tradit.
- Actiones, de quibus in hoc casu, attentio initio di- cuntur possessoria.
- Ostendit in hoc judicio, ille, qui agit, omnino ostende- re debet rem esse communem, si enim conventus negat esse communem, & eum in ea repovionem non habere quasi actor inepregit reus absolvetur ab instantia.
- Hæc regula non solum locum habet in judicio uni- versali familiæ heriscundæ, sed etiam in judicio particulari communi dividundo.
- In terminis, de quibus supra, verum est judicium esse simplex, & non duplex.
- Dicta regula non procedet in judicio finium regun- dorum.
- In hoc judicio actio Actori conceditur, etsi non possi- deat, & possessor neget actorem aliquid jus habe- re in re, de cujus finibus agitur.
- Rationem proximæ resolutionis tradit.
- Addit prædictæ conclusioni, oportere agentem hoc judicio saltem possidere fundum, de cujus finibus agitur, etiam si dictos terminos non possideat.
- Explicat, qua ratione hoc judicium finium regundo- rum, appellatur quasi divorsorium.
- In hoc judicio de dominio rei est articulandum.
- Refert secundum casum, & ejus resolutionem affig- nat.
- Possessio semper præsumitur justa.
- Declarat quod ratione illius possessionis, non cenfetur

- probatum dominium, sed quem effectum operetur, ibi declarat.
- 27 Per solam possessionem non censetur probatum dominium nisi aliter probetur.
- 28 Quando duo simul possident hereditatem, uterque negat in ea alteri jus competere, tunc recurritur ad iudicium petitorum petitionis hæreditatis.
- 29 Iudicio divisorio tantum erit locus, quando inter partes convenit, quod ea res sit communis. [nem.]
- 30 Refert tertium casum principalem & ejus solutionem.
- 31 Declarat, qua ratione in hac causa quilibet ex partibus censetur Actor & Reus.
- 32 Infert annotationem ad dictum Baldi l. unica n. 9. ad finem C. uti possideris, quem refert & expendit.
- 33 Ostendit contra Baldum, quod in virtute libelli dari pereunt, qui prius provocaverint ad iudicem, assignatur provocato sua portio; etiam si illam non petierint in libello.
- 34 Virtute tacite confessionis, quam provocatus videtur accepisse potest fieri condemnatio.
- 35 Quod procedit, etiam si provocatus negaverit, provocandi aliquod jus competere in illa re.
- 36 Infert etiam, quod provocatus ad iudicium divisorium, nunquam tenetur probare portionem illam suam esse. [de ejus intellectu agit.]
- 37 Expendit tex. in c. ex literis, de probationibus, &
- 38 Tradit explanationem ad dictum tex. dum dicit, in iudiciis dubiis non esse, quis dicitur Actor & Reus.
- 39 Declarat, quid importet, quod text. presupponit, multum interesse, quod quis censetur Actor vel Reus.
- 40 In principio huius & in medio magis favetur Actoris quam Reo.
- 41 Expendit pro eadem parte sequentem.
- 42 In interdico uti possideris in dubio preferenda est sententia contra eum lata, qui prius provocavit ad iudicium. [cuius duplicibus equiparatur.]
- 43 Interdictum uti possideris dicitur duplex, & his iudiciis.
- 44 Refert qui contrariam opinionem sequuntur; & eorum fundamenta.
- 45 Concordiam ad opiniones assignat, & elegantem distinctionem tradit.
- 46 In re dubia iudicabit iudex pro Reo contra Actorem.
- 47 Licet ille, qui provocavit ad iudicium respectu partis, quam petit, censetur merus actor, tamè respectu partis socii, que juxta naturam harum actionum ei applicanda est, consideratur tanquam Reus.
- 48 Socius, cui applicanda est juxta pars de bet probare illam suam esse, alias in dubio contra eum ferretur sententia.
- 49 Proximam resolutionem reprobat ex eo, quia is socius habet pro se naturam harum actionum, de quibus.
- 50 Explicat illud; quod vulgo dicitur, in his iudiciis quemlibet esse actorem & reum.
- 51 Explicat etiam, cui in hoc casu competat obligatio edendi instrumenta. [nu. 32. de prob.]
- 52 Respondet ad ea, que in contrarium tenet Dec. c. 1.
- 53 In his iudiciis cum quilibet censetur actor & reus, debet quilibet eodem tempore fundare intentionem suam & ad hoc limitationem adducit.
- 54 Traditur intellectus ad l. duos iudices 28. inf. de re iudicata.
- 55 Quando ordinarii ferunt diversas sententias, vel contrarias prævalet ea, que clara est pro Reo.
- 56 In iudiciis duplicibus si duo iudices contrarias viderunt sententias nulla prævalet, recurrendum est ad superiorem illorum iudicem.
- 57 Illud quod dicitur in uno, & in duobus recipiendum.
- 58 In dubio contra eum, qui prius provocavit ad iudicium, tanquam contra actorem, ferenda est sententia.
- 59 Respondet ad d. l. duos iudices 28. infra de re iud.
- 60 Explicat text. in §. quedam instituta, de actionibus.

- 61 Declarat quomodo sit explicandus Vasconcelius lib. 4. variorum, c. 10. n. 25.
- 62 Additionem actor, qua iudicia, de quibus hic agitur, duplicia dici possunt.
- 63 Si quis petat rescindi id, quod contra eum injuste factum fuit, cum sit originarius Reus, quamvis provocaverit prius, non ob id desinet esse reus.
- 64 Contrarium verius esse ostendit, licet in uno casu, de quo ibi, conclusionem limitet.
- 65 Ubi non valet ingenium, causa sorte est dividenda & fortunæ est committenda.
- 66 In rebus dubiis sortis locus est, nec tale iudicium reprobat, præterquam in electionibus.
- 67 Sortis locus est, quando dubium vertitur circa ea que pertinent ad jus: nam si pertineant ad factum non debet admitti sortis invidio reo.
- 68 In interdico, uti possideris cum agatur de his, que pertinent ad factum, in dubiis non recurritur ad sortem.
- 69 In quæstionibus juris ita demum recurritur ad sortem, si una ex partibus id petat, secus una iurata.

EX isto text. notandum est, iudicia divisoria, dici duplicia: quia in illis quilibet censetur actor & reus, concordat l. 2. & l. inter cohæredes, §. 1. vers. quis familia, infra famil. eroscun. l. iudicium, 10. infra finium regundorum, & l. si defunctus §. finali, infra, de procuratoribus, l. actionis, verbo 36. ad finem, de actio. & obligat. capi. ex literis de probat. tradit Jason. §. quedam, num. 16. Institut. de actionib. Pacianus de probatio. lib. 1. ca. 60. numero 9.

Sed adversus istam conclusionem nimis videtur urgere, quod in his iudiciis, ille qui primus provocavit ad iudicium, censetur merus actor, provocatus autem censetur reus, ut probat ille tex. & l. 2. in fine, infr. commun. dividund. tradit Octavianus conf. 4. nu. 1. & conf. 5. n. 5. Andr. Gail. tract. de pignoration. c. 21. n. 6. Mascard. de probatio. lib. 1. conclus. 47. in principio, & notab. explicat Pacianus de probatio. lib. 1. c. 60. n. 9. quibus addendi sunt Rom. conf. 217. n. 1. Bolognet. conf. 7. n. 71. Argusola conf. 11. n. 4. lib. 4. Ergo hæc iudicia non possunt dici duplicia, sed potius simplicia: cui difficultati respondet Paul. hic. n. 3. jura infra allegata, esse intelligenda, antequam partes provocent ad iudicium, tunc enim dicentur iudicia duplicia aptitudine quia quilibet potest provocare ad iudicium divisorium, vel etiam provocari, & sic aptitudine, quilibet potest facere, ut sit actor, vel reus: quod in aliis iudiciis non verificatur: neque enim in potestate rei est facere, ut verus actor compellatur partes actoris assumere: cum id à voluntate solius, actoris pendeat, l. unic. c. ut nemo invidus. Hac igitur ratione dicentur duplicia iudicia subscribitur Ang. §. 3. n. 1. & ibi Constant. col. 1. ad fi. Inst. de interd. Rohegalus in Rubr. n. 30. infra, de duob. reis.

Sed hæc responsio admittenda non est: quia nimis restringit generalitatem iurum infra allegatorum, quæ aperte sentiunt, etiam postquam provocatum fuit ad iudicium, quemlibet censeri actorem & reum, & est expressum cap. ex literis, de probat. & non observat. Fabius l. naturaliter §. nihil commune. n. 4. infra de acquir. possess. & ita in specie prædictam declarationem Pauli Casfr. improbat Lancelot. Dec. hic & Philippus Decius d. c. ex literis, numero 12. de probat.

Quare secundo modo respondet Panormitan. d. c. ex literis, numero 10. quod ille * qui provocatur ad iudicium divisorium, allegat eam rem pro parte esse suam, & sic dicitur iudicium duplex, quia ratione suæ partis, quam petit, quilibet censetur actor, & quia virtualiter consentit partem socii illi adjudicari

- adjudicari, censetur etiam reus: sed si neget simpliciter intentionem adversarii, hæc iudicia magis dicentur simplicia: quia postquam provocatum est ad iudicium, provocatus sustinet vices meri rei subscribit Bertrandus conf. 260. n. 2. lib. 4. & Hieronym. de Monte tract. finium regundorum cap. 48. n. 20. Sed neque hæc responsio tollit difficultatem, repugnat enim generalitas iurum infra allegatorum, quod etiam postquam provocatum fuit ad iudicium, quilibet censetur actor, & reus, & hac ratione, quilibet tenetur præstare duplex iuramentum calumniæ, tanquam actor, & reus, l. inter cohæredes. §. 1. vers. qui familia, infra famil. heriscun. Item præstare * cautionem de agendo & defendendo tanquam actor & reus l. si defunctus. 15. §. fin. supra de procur.
- 9 Tertio igitur loco Mathesil. sing. 109. declarat, quod ille, qui prius provocavit ad iudicium divisionis, censetur actor quoad ea, quæ pertinent ad processum formandum: ne aliàs oriatur confusio & causa processus, sed quoad alia omnia, quilibet censetur actor & reus, subscribit Jason. l. si idem §. finali, supra de iurisdictione omnium iudicium, & l. de pupillo §. finali. n. 4. infra de novi oper. defendit Dec. dist. capit. ex literis. n. 13. ad finem, & Ronchegailus in rubr. n. 30. infra de duobus reis, Hieronym. de Monte tract. finium regundorum cap. 35. n. 5. Sed neque hæc explicatio recipienda est, quia verius est, quod non solum ille, qui prius provocavit ad iudicium censetur actor, quoad formandum * processum, sed etiam quoad executionem litis, & ad omnia alia, ut colligitur ex mente huius text. & dist. cap. ex literis & aperte sentit gloss. fin. hic, dum allegat regulam legis favorabiliores inf. de reg. jur. quam probant Odofredus B. id. Angel. & Fulgos. hic Alex. l. duo iudices num. 6. infra de re iud. Panormitan. conf. 61. in fine lib. 1.
- 12 Quare ad veram explanationem, tres in hac materia casus distinguendi sunt: Primus est, quando ille, qui agit ad dividendum, non possidet rem, quam * dicit communem, & præterea possessor negat agentem aliquam portionem habere in prædicta re: & certum est, provocantem ad iudicium divisorium, inepte egisse prædicta actione: nam cum de essentia harum actionum sit, quod res cuius divisio petitur, sit communis inter partes: & adversarius neget, eum partem habere in prædicta re, non admitteatur ad hanc actionem, nisi prius ostendat, rem esse communem: ut ille præterdit: quod præstare poterit, utendo rei vindicatione, vel publiciana, quod probat text. l. fundi quem 18. infra de exceptio. l. 2. cum gloss. 2. C. commun. dividund. tradit gl. l. 1. verb. exceptionem in fine infra famil. herisc. gl. l. si mancipium 34. §. 1. verbo actum infra de evictio, tradit Paul. Casfr. l. in provinciali §. 1. n. 5. infra de novi oper. & conf. 179. num. 6. l. 1. Alex. conf. 46. nu. 10. l. 1. & hac ratione hæc * actiones artento initio, dicuntur possessoriæ, Bald l. post. sententiam num. 10. C. de sententiis. Contardus l. unica C. si de momentanea possess. q. 13. n. 102. Unde ille, qui * agit iudicio divisorio, semper prospicere debet, utrum rem communem possideat, vel saltem verisimiliter existimet, quod provocatus non est negaturus rem esse communem, nam si non possideat rem communem, & convntus negat, eum in ea re portionem habere: quasi inepte egerit iudicio divisorio, absolvetur reus ab instantia, & actor condemnabitur in expensis Angel. l. 1. §. proinde in fine supra si pars hæreditatis petat Corne. conf. 110. n. 3. l. Alex. conf. 213. ad finem l. 2. rationem assignat Bald. l. 2. numer. 1. C. comm. divid. & l. in utroque lectura infra famil. herisc. Quod non solum locum * habet in iudicio universali famil. herisc. de quo loquitur textus l. 1. inf.

familia herisc. Sed etiam in iudicio particulari communi dividundo, in quo militat eadem ratio: & ita gl. 2. l. 2. communi dividund. gl. d. l. 1. verb. per exceptionem, in fine infr. famil. herisc. Paul. Castrenf. l. in provinciali §. 1. post. pri. inf. de novi oper. nunciat. & Soc. l. fundum numer. 8. inf. de excep. & in his terminis verum est, iudicium * esse simplex, & non duplex, cum iudicium divisorium hoc casu debeat agitur actori: quasi ei non competat, & in his terminis procedit declaratio Panormita. c. ex literis nu. 10. de probatio.

Limita, † prædicta non procedere in iudicio finium regundorum: nam hoc conceditur actori, etsi non * possideat, & possessor neget actorem a liquidum jus habere in re, de cuius finibus agitur. Et * est ratio, quia in hoc iudicio præcipuè non præterdit actor fundum esse communem, sed potius fines proprii fundi fuisse injuste usurpatos, & & ideo non est opus probare, rem esse communem neque de hoc articulare: sed sufficit allegare, finis proprii fundi fuisse injuste usurpatos ne ditum est: quod ita probat text. c. ex literis de probat. & ibi notat Panorm. post Principium. Item probat l. si irruptione in princip. infra finium regundorum, adjuncta l. 3. §. Labeo infra de acq. poss. dummodo * addas, oportere agentem hoc iudicio, saltem possidere fundum, de cuius finibus agitur, etiam si prædictos terminos non possideat: nam si neque fundum principale possideat, de cuius finibus agitur, hoc iudicium ei non conceditur, ut explicat Bald. l. 1. ante n. 1. infra famil. herisc. & ibi Fiorian. n. 4. ad finem, & eleganter Dec. d. c. ex literis numer. 13. Et † hac ratione hoc iudicium finium regund. appellatur, quasi divisorium, per Bald. l. si constat. num. 4. ad finem Cod. de compensatio. & in * eo de dominio rei, est articulandum, Faber. §. quedam. numer. 32. & ibi Angel. numer. 11. & Fas. numer. 72. institut. de actio. & hæc de primo casu, & proceditur in hac causa juxta formam rescriptam l. 3. C. finium regundorum & explicat Hieronym. à Monte tractat. finium regund. c. 30. n. 7.

Secundus * casus principalis in hac materia est, quando ille, qui provocat ad iudicium divisorium, possidet rem communem, & provocatus negat, agentem habere ullum jus in ea re, cuius divisionem petit: Et in hoc secundo casu text. l. 1. in fine infra famil. heriscun. probat, audiendum esse in sua petitione: quamvis provocatus neget, provocantem habere aliquid in prædicta re, notat Fulgos. l. si mancip. §. 1. in prin. infra de evictio. nam * possessio semper præsumitur iusta, Bart. l. communi la primera. §. 1. infra communi dividund. & ideo prævalet negationi provocati: Non * intelligas autem, quod ratione illius possessionis, censetur probatum dominium, & jus provocantis ad iudicium: sed tantum illum operabitur effectum, ut interrim audiatur super iudicio divisorio, non obstant negatione provocati, non autem ut ex hoc videatur probasse dominium rei communis, quia dominium, quod principaliter * præterditur, non censetur probatum, per solam possessionem, nisi aliter probetur, Bart. receptus. quidam in fin. infra de cond. instit. Et cum provocans ad iudicium, respectu suæ partis quam petit, censetur actor, oportet plene probare intentionem suam: aliàs provocatus absolvetur ab ejus petitione: etsi ex parte sua nihil probaverit, l. qui accusare C. de edend. l. fi. c. de rei vend. sentit d. l. 1. in fin. fam. herisc. tradit Cald. communi à 1. §. 1. infr. commu. divi. & l. post sententiam. numer. 10. c. de sent. Nevianis conf. 65. n. 5. Quod * si ponas duos simul possidere hæreditatem, & tamen uterque neget in ea hæreditate, alteri jus competere quia

quia tunc froſtra ageretur de dividenda hæreditate, quæ negatur eſſe communis, recurrendum eſt ad Judicium petitorium hæreditatis l. 1. *proinde ſupra ſi pars hæred. pet. & ibi notab. explicat Fulg. in ſin.* Tantum ꝑ igitur erit locus Judiciio diviſorio : quando inter partes convenit, quòd ea res ſit communis, uti ſignificat l. 1. *ante ſinem inf. famil. hæred. & l. 1. §. proinde in ſine ſupra ſi pars hæred. pet.*

30 Tertius * caſus principalis in hac materia ſit, quando partes ſunt concordēs, quòd res ſit communis : & agitur de ea dividenda inter ſocios, & in his terminis, *ut probant jura ſupra allegata in principio*, quilibet cenſetur actor & reus. Nam cum provocans ad Judicium petat partem rei, in ꝑ qua ſocius habet etiam portionem ſuam l. *Mævius. §. duorum inf. de leg. 2.* Quilibet ratione ſuæ partis cenſetur actor : & quia ſocius neceſſario debet cedere ſocioparticulam, quam ille habet in re communi, hoc reſpectu cenſetur etiam reus : & ita explicat Bal. l. 2. n. 1. *ad ſinem C. communi divid.* & in præſenti & Florianus l. *Judicium communi in ſine regund. Angel. §. ſequens in ſine inſt. de interd. Gom. §. quedam n. 6. inſt. de act. Hieronym. de Monte tract. finium regundorum c. 45. nu. 3. & ante eos Lancellot. Dec. hic.*

32 Ex * quibus inferitur annotatio ad d. Bald. l. *unica n. 9. ad ſinem C. uti poſſidetis*, quòd in his Judiciis diviſoriis provocato ad Judicium diviſorium, ſit adjudicatio ſuæ partis, etiamſi nihil pro ſe petierit : non quidem in virtute libelli oblato, in quo nulla fuit facta mentio de portione ſua adjudicanda provocato, ſed potius ex particulari natura harum actionum duplicium, *ut poſt Hoſtienſ. declarat Bald. l. 2. numer. 1. ad ſinem Cod. communi dividend. Decif. cap. ex lictis numero 12. ad ſinem de probatio. Sed * verius videtur, quòd in virtute libelli dati per eum, qui prius provocavit ad Judicium, aſſignatur provocato ſua portio, eſſi illam non petierit in libello expreſſim. Adverto enim, quòd provocans, qui petit ſuam partem, tacite videtur velie, & petere, quòd ſua portio adjudicaretur provocato. Quinimò tacite etiam videtur confiteri, eam portionem illius eſſe, & ad eum jure pertinere, & virtute illius tacite confeſſionis, quam * provocatus videtur acceptaſſe, poterit fieri condemnatio l. *proinde §. ſin. infra ad l. Aquil. Riminald. Senior conſilio 680. num. 1. lib. 4. & quaſi actor id tacite petierit, ſua pars provocato adjudicabitur : quæ aliàs ei adjudicari non poſſet, juxta regulam l. *ſinal. Codic. de ſidecommiſſ. libert.* Et amplia * hæc procedere, etiamſi provocatus negaverit, provocanti aliquod jus competere in ea re juxta dictam l. 1. *infra famil. hæred. cife.* Nam attenda forma libelli provocantis ad Judicium, adhuc militat ratio, de qua ſupra in his terminis.**

34 Inferitur * etiam, quòd provocatus ad Judicium diviſorium, nunquam tenetur probare, portionem illam ſuam eſſe, quia ſatis id habet probatum ex tacita confeſſione provocantis, *ut ſupra dictum eſt*, neque repugnat text. *cap. ex lictis de probat. in * quo probatur, quòd utraque pars pariter tenetur probare ſuam intentionem : quia ſpecialiter procedit in Judiciio finium regundorum, & ibi notat Panorm. n. 10. Calcan. conſ. 90. n. 27.* nam hoc Judicium conceditur non poſſidenti fines, de quibus eſt controverſia : & ad victoriam ſufficiet probare, quòd provocatus ad Judicium, poſſidet fundum principalem, *ut ſupra diximus.* Nam cum tunc uterque neget alteri jus competere in finibus : merito quilibet tenetur probare intentionem ſuam, & aliud obſervabitur in aliis Judiciis diviſoriis, quia ex forma libelli dati in illis colligitur provocantem fateri portionem aliam, eſſe provocati, & ad il-

lum pertinere. Ergo nulla ulterior probatio ex parte provocati exigitur.

Præterea * inferitur explicatio ad iſtum textum, dum dicit, in iſtis Judiciis dubitatum fuiſſe, quis dicitur actor, vel reus? Et reſpondet obtentum fuiſſe, ut ille qui prius provocavit ad Judicium, cenſetur merus actor : dum autem is text. pro conſtanti habet, multum * intereſſe in hac materia, quòd quis cenſetur actor vel reus, aperte ſentit, etiam quoad deciſionem litis, eum qui prius povocavit ad Judicium conſiderari tanquam actorem, ita ut in dubio contra eum ſit judicandum, & in favorem ejus, qui habetur pro reo : nam aliàs nihil intereſſet, quòd quis conſideraretur tanquam actor, vel reus, ꝑ cum in principio litis, & in medio magis favoreatur actori, quam reo, ut reſolvit Jaſ. *l. de hæ. in prin. num. 2. ſupr. qui ſarvad. cogantur, & ad idem expendo l. ſeq. dum * probat, quòd ambo pariter provocarunt ad Judicium, forte diſimendum eſt, quis debeat haberi pro prius provocante, quaſi in hoc multum interſit, quòd neceſſario ad deciſionem litis videtur referendum, & confirmat Alex. l. *duo Judices n. 6. infra de re jud. auctoritate gl. c. licet verb. ut de proba. quòd * in interdico uti poſſidetis.* in dubio ferenda eſt ſententia contra eum, qui prius provocavit ad Judicium: quòd * quidem interdico, etiam dicitur duplex §. 3. *Inſtit. de interd. & his Judiciis duplicibus æquiparatur, l. act. verb. 36. in ſine infra de actionib. & oblig. notat. Bezzan. conſ. 277. col. 1. l. 2. Bologna. conſ. 7. n. 71. & Anguſtus conſ. 11. n. 4. lib. 4. addo gloſ. final. hoc idem ſentientem dum allegat. l. *favorabiliores, infra de reg. jur. quam probant Odofred. Bald Ang. & Fulg. hic & alii, quos ſupra retulimus.***

36 Sed ſubſiſtendum eſt, quia * contrarium, imò quòd in his Judiciis ille, qui primus provocavit ad Judicium, cenſetur actor, debeat intelligi in hoc ſenſu, quoad formandum proceſſum, & ut teneatur prius offerre libellum, *Bolognet. conſ. 7. n. 71. Anguſola conſ. 11. n. 4. lib. 4. ne aliàs inducatur conſuſio cauſæ, & tamen quoad deciſionem litis, quilibet cenſetur actor & reus, tenent Jacobus de Ravenna, quem hic refert & probat Alb. Mathef. ſing. 109. Jaſ. l. de pupillo, §. 1. n. 4. infra de novi oper. nunciat. & l. ſi idem §. ſin. n. 1. ſupra de juriſdictione omnium iudicium, & defendit Decius d. c. ex lictis n. 12. ad ſinem de probat. Ronchegal. in rub. n. 39. infra de duob. reis. Hierony. de monte tract. finium regundorum. cap. 45. n. 5. Conſtant. §. 3. n. 1. in ſine Inſt. de interd. ac ita videtur magis recepta hæc opinio.*

37 Pro concordia autem * harum opinionum advertendum eſt, quòd ille, qui primus provocavit ad Judicium diviſorium, etiam prius ſeparatim petierit partem ſuam ſibi adjudicari, unde etiam primò de ejus petitione Judicandum eſt, juxta regulam legis, *qui prior infra eod.* in his ergo terminis conſiderabitur, qui prior provocavit tanquam merus actor, cum tantum agatur de petenda portione ſua : ex quo conſequitur, quòd et ille, qui prior provocavit ad Judicium, obtineat, oportet plene probare intentionem ſuam, juxta regulam l. *qui accuſare C. de edendo, aliàs abſolveret provocatus etiamſi ex parte ſua nihil probaverit juxta regulam l. ſin. C. de rei vendit. Panor. c. ex lictis n. 10. de probat. Calcan. d. conſ. 90. n. 1. Hieron. de Monte tract. finium regund. c. 48. n. 2. & pariter * de re dubia judicabitur index pro reo, contra actorem juxta regulam c. *ex lictoris prob. & c. ſi. de re jud. & in his terminis procedet prima opinio ſupra relata.**

38 Secundum advertendum eſt, quòd * licet ille qui provocavit prius ad Judicium, reſpectu partis, quam petit, cenſetur merus actor, *ut dictum eſt* : tamen reſpectu

reſpectu partis ſocii, quæ juxta naturam harum actionum ei explicanda eſt, conſideratur tanquam reus, cum agatur de applicanda parte ſocio, in qua provocans habebat portionem ſuam, l. *Mævius. §. duorum infra de leg. 2.* Et hac ratione dicimus, quòd cenſetur actor ratione ſuæ partis, quam petit, & reus reſpectu petitionis, quæ ſocio applicanda eſt, *Panorm. d. c. ex lictis n. 10.* Unde conſequitur, quòd ꝑ etiam ſocius, cui applicanda eſt ſua pars debet probare illam ſuam eſſe, & quòd alias in dubio contra eum feretur ſententia : cum ipſe reſpectu prædictæ portionis etiam cenſetur actor, & alter reus, & merito, ne alias conſortes judicentur ab impari.

39 Contrarium ꝑ nihilominus eſt dicendum, quia is ſocius habet pro ſe naturam harum actionum, quæ diſponunt partem locio applicari abſque novo libello, & proceſſu *Bald. l. unica n. 9. ad ſin. C. uti poſſidetis*, item & habent pro ſe tacitam confeſſionem provocantis ad Judicium, qui petendo partem ſuam, tacite videtur confiteri, alteram partem ad ſocium pertinere, *ut ſupra diximus*, & ſic nihil aliud ille tenetur probare, & ideo propter diverſam rationem non judicantur à pari, & conſtat manifeſte verum eſſe, id quòd ſignificat Jureconſultus in præſenti, multum intereſſe in hac materia, utrum quis cenſetur actor, vel reus, ſi ſane ambæ partes fuerint concordēs quòd res ſit communis, & dividenda : tunc cum per tacitam confeſſionem partium probata cenſetur earum intentio : & obtinebunt, eſſi nihil aliud probaverint : ſi autem aliquod dubium circa prædicta contingat : tunc recurrendum erit ad regulam hujus tex.

40 Ex * quibus inferendum eſt quòd illud, quòd vulgo dicitur in his Judiciis, quilibet eſſe actorem, & reum, intelligendum eſſe, dum durat dubium & controverſia diviſionis : Nam tunc ratione ſuæ partis quilibet cenſetur actor & reus, & ideo * licet merus actor non poſſit cogere reum : ut ſibi edat instrumenta ad fundandam intentionem ſuam l. *nimis grave C. de iſt.* tamen dum lis pender, cum in his Judiciis conſideretur tanquam actor & reus, ei ſaltem tanquam reo edenda ſunt instrumenta, juxta reg. l. *ſind. C. de edendo tenet expreſſe Bald. in ſtrum. col. ſin. C. de ſidecomm.* quem ſequuntur relati per Patian. *de probat. lib. 1. d. 63. n. 129. & Hier. de Monte tract. finium regundorum c. 82.* quicquid contrarium teneat Dec. c. 1. n. 3. *de probat.* & ante

41 eum Soc. l. *ſin. n. 7. C. de edendo. per regulam hu us text.* cui tamen facile reſponderetur, quòd qui prius provocavit, cenſetur actor ratione ſuæ petitionis, & reſpectu portionis ſocio applicandæ, *ut ſupra diximus* : ac ideo ſemper etiam conſideratur tanquam reus, dum pender lis. Quare licet reus non teneatur probare intentionem ſuam, niſi poſtquam actor prius ſuam probaverit l. *ſi quidem C. de exceptio tamen in is Judiciis, cum quilibet cenſentur actor, & * reus, debet quilibet eodem tempore fundare intentionem ſuam : ut poſt alios tradit Patian. de prob. l. 1. c. 60. n. 8.* Quòd limita, quando ille, qui prius provocavit ad Judicium, petiit partem ſuam : nam cum tunc tacite videatur fateri, aliam portionem ad ſocium pertinere : ſocius nihil de jure ſuo tenetur probare, *ut dictum eſt*, & ſic expeditus remanet is articulus.

42 Præterea * & ex ſupra traditis inferitur intellectus ad l. *duo Judices. 28. infra de re jud.* quæ ſecundum intellectum gl. 1. *ibi in reſponſ.* probat : quòd licet quando ordinarii ferunt diverſas ſententias, vel contrarias, prævalet ea, quæ lata eſt pro reo l. *inter partes infra de re jud.* tamen in Judiciis duplicibus, ſi duo Judices contrarias tulerunt ſententias, nulla * prævalet, ſed recurrendum eſt ad ſuper-

riorem illorum Judicum extollit *Matel. ſing. 109. Jaſ. l. ſi idem §. ſin. 1. ſup. de juriſ. om. jud.* Et eſt ra-56 tio, quia cum in his Judiciis uterque ſit actor & reus, nulla eſt ratio, cur uni magis favori debeat, quàm alteri. Eſſi opponas quòd imò in his Judiciis, ille qui primus provocavit ad Judicium, cenſetur merus actor ut probat is text. *Reſpond. Imol. & Alex. n. 4. & n. 6. & Jaſ. n. 14. de duo. l. Judices*, textum iſtum procedere, quando hoc Judicium duplex, tractatur coram uno Judice, ſed ſi coram duobus qui contrarias tulerunt ſententias, tunc neutra valebit, ſed recurrendum eſt ad ſuperiorem Judicem d. l. *duo Judices.* Sed ꝑ non aſſignant rationem hujus diſ-57 ferentiæ & illis obſtat regula l. *ſingularia ſupra ſi cert. pet.* quòd illud, quòd dicitur in uno & in duobus recipiendum eſt : Neque obſtat ratio communis opinionis, quia imò in his Judiciis duplicibus debet procedere regula l. *inter pares inf. de re jud. n. 1.* in dubio contra eum, qui primus provocavit ad Judicium tanquam contra actorem ferenda eſt ſententia, *ut ſupra probavimus.* Et minus obſtat d. l. *duo Judices. 28. infra de re jud.* quia * mera divi-58 natio eſt quòd tex. ille loquatur in Judiciis duplicibus : nam imò loquitur generaliter in duobus Judicibus delegatis, qui contrarias tulerunt ſententias quia eadem perſona per unum fuit abſoluta, & per alium condemnata : procedit id quòd probat dicta l. *duo Judices.* Nam cum tunc reperitur una ſententia abſolutoria, & alia condemnatoria ejuſdem perſonæ, neutra alteri prævalere debet ſed procedet id, quòd exprimitur in d. l. *duo Judices.*

43 Ultimo * inferitur explicatio ad textum §. *quedam, 60 Inſtit. de actionibus* in quo hæc judicia duplicia, appellantur mixta. ubi Faber & Angel. *num. 1.* exiſtunt, ea ratione dici mixta, quia in illis quilibet cenſetur actor, & reus, *ſubſcribit Marant. in præſ. 4. partit. 17. diſtinctione iudiciorum ad ſinem pag. 259. Hieron. à Monte tract. finium regundorum c. 48. n. 13.* Sed longe verius eſt, duplicia dici, quia quilibet eſt actor & reus declarando, & eadem Judicia dici mixta, quia partim ſequuntur naturam actionum perſonalium, & partim naturam actionum realium : nam qua parte provocans ad Judicium petit portionem ſuam ſibi adjudicari, in qua ſocius tanquam in re communi videtur habere partem etiam ſuam l. *Mævius §. duorum infra de leg. 2.* in hoc videtur habere naturam actionis perſonalis, *ut explicat Theophil. diſt. 5. & ibi Gom. numero 4. Jaſon. §. omnium num. 5. Inſtitut. de action. Deci. in rubr. ultim. lectura n. 19. ſupra ſi certum petat.* & præterea cum ſeriatim obtineat partem, quæ ſua erat, videtur ſortiri naturam actionis realis *ut declarat gloſ. ſin. in princip. l. ſi familia 14. Cod. familia hæredicanda, & ita * explicandus eſt Vaſcon-61 cel. l. 4. var. cap. 10. n. 25. & tractat Bellon. libr. 2. ſuppurat. cap. 4.* Addo ꝑ ego, quòd & judicia de 62 quibus hic agitur, duplicia dici poſſunt alia ratione : quia Jdex poteſt rem uni applicare in totum & alteri juberi ſariſieri in pecunia : *ante penult. Inſtit. de offi. jud.* Qua ratione attentò effectu poſſunt etiam appellari duplicia.

44 Et * ad complementum prædictorum addendum eſt, quòd ſi quis petat reſcindi id, quòd contra eum injuſte factum fuit, cum ſit originarius Reus, quamvis provocaverit prius ad Judicium, non ob id deſinit eſſe reus : & ad hunc modum debet limitari regula hujus textus, *ut poſt alios tradit Jaſon. l. de pupill. §. qui remiſſionem, n. 1. infra de novi oper. nunciat.* Cui addenda ſunt tradita per Anton. *c. in præſentia 6. noi. de probatio.* quem refert Deci. l. *favorabiliores n. 2. infra de reg. jur. Maſcardo de probat. l. 1. conſ. 475. n. 2.*

- 64 Sed ꝑ verius eſt, quòd ille, qui erat reus, ſi ſpon-
te ſua Provocat ad Judicium, non conſiderabitur
tanquam reus, ſed magis tanquam actor: juxta re-
gulam huius textus & probatur l. is qui deſtinavit,
infra de rei vendicat. niſi veniat ad Judicium princi-
paliter ad ſe defendendum, & in conſequentiam a-
liiquid petat, nam tunc magis conſiderabitur tan-
quam reus, ut tradit Bartol. l. de pupillo §. final. n.
2. & ibi Jaſon. numero 4. infra de novi oper. nun-
ciat.
- 65 Ex * lege autem ſequenti, ultimò cum Baldo col-
ligendum eſt, quòd ubi non valet ingenium, cauſa
forte eſt dirimenda, & fortunæ eſt committenda, quòd
& probat l. ſi qua ſunt, infra famil. herediſcund. ubi * Flo-
rianus notat, in rebus dubiis forte eſſe locum: neque
tale iudicium reprobari, præterquam in electioni-
bus l. generaliter §. quòd ergo, ſi plures infra de ſuæicom-
miſſ. libertat. l. final. in principio, & ibi Balduſ. 1. no-
tab. Codic. communia de legatis & notabiliter Vaſconcel-
lus libro quarto vario, cap. 10. num. 15. & concordat.
l. 2. poſt principium Codic. quando & quibus quarta
pars libro decimo & latiffime proſequitur Felin. capit.
capitulam Sanctæ Crucis n. 21. de reſcriptis & Tiraquel.
tractat. primogen. queſt. 57. in prima opinione. Illud e-
tiam addendo, quòd ꝑ in illis quæſtionibus dubiis
ſit locus forti, quando dubium vertitur circa ea,
quæ pertinent ad jus, nam ſi pertineant ad factum
non debet admitti fors invito reo, ſed magis obſer-
vanda eſt regula l. qui accuſare Cod. de edend. & regula
l. final. Codic. de rei vendicat. tradit gloſſ. l. 1. verb. pro-
hibebit Coſ. uti poſſideris, & aſſerit receptum Jaſon. l.
huiusmodi §. final. n. 17. infra de leg. 1. Ripa l. quomi-
nus n. 59. infra de fluminib. Unde ꝑ interdico ut
poſſideris, cum agatur de his, quæ pertinent ad
fortem, Bart. l. ſi duo n. 5. infra uti poſſideris Manua.
hic, & Fel. c. capitulum Sanctæ Crucis n. 21. de reſcript.
Quinimò * & in quæſtionibus juris, ita demum re-
curratur ad fortem, ſi una ex partibus petat, nam
utraq; parte invita, ad hoc remedium non eſt re-
currendum, ſed magis tunc mutuo ſe impediunt l.
quoties ſupra de uſufruct. tradit Panor. c. licet cauſam ad
finem, de probat. Corn. l. final. in principio n. 5. Cod.
communia de legat & ad hunc modum eſt explicandus
Ripa l. quo minus n. 59. infra de flumin. Ex ex his re-
manet expedita materia huius legis.

L. Si filiusfamil. 15. cum l. ſeq. ff. de
Judiciis.

SUMMARIA.

- 1 Proponit quæſtionem huius tex. ſcilicet qualiter is qui
male iudicavit, veniat puniendus.
- 2 Is qui male iudicavit in ſolidum eſt condemnandus, &
tamen executio fieri non debet, niſi quatenus patiun-
tur vires peculii quod habent.
- 3 Oponitur contra deciſ. tex. d. l. ſi. infra de variis &
extraordinariis cognitionibus.
- 4 Concordat dicta jera, & caſum, in quo is tex. & l. final.
lis loquatur, declarat.
- 5 Duobus modis poteſt Iudex male iudicare, vel per do-
lum, aut per imperitiam.
- 6 Refert ex Baldo, tunc etiam dici iudicem feciſſe litem
ſuam, quando in ea ita ſavit parti, ut quaſi in propria
lite videatur proceſſiſſe: quod tamen reprobat.
- 7 Tunc dicitur iudicem facere litem ſuam, quando per
dolum, vel imperitiam male iudicavit, tenetur enim
tunc litis eſtimationem ſolvere, ac ſi in propria lite
 fuiſſet condemnatus.

- 8 Filius familias, qui male iudicavit, tenetur in ſolidum
ad litis eſtimationem, & executio tantum fiet, quate-
nus patiuntur vires peculii.
- 9 Obicit difficultatem contra hanc concluſionem ex l. 3.
§. ex furto infra de peculio, & juribus ſimilibus.
- 10 Auet difficultatem ex litera tex. & eum ad id ex-
penſit.
- 11 Concluſionem defendit, & ad primam difficultatem
reſpondet.
- 12 Patre invito non poterit fieri executio in peculio filii,
ſed filiusfamil. aliunde ſolvet, vel detrudetur in car-
cerem.
- 13 Licet filiusfamilias mero jure teneatur litis eſtimatio-
nem ſolvere, tamen non fiet executio niſi pro ea quan-
titate, quam habebat in peculio tempore lata ſen-
tentia.
- 14 Ad idem adducit gl. fin. infr. de variis, & extraordi-
nariis cognitionibus, & oſtendit, quòd ſi non ſolvat
quantitatem, quam habebat tempore lata ſententia
detrudetur in carcerem.
- 15 Si filiusfamilias in caſibus textus non haberet pecu-
lium in nibilo teneatur, nec eo prætextu. quòd non
ſolverat poſſet derivari in carcerem.
- 16 Proponit differentiam, quæ in hac materia verſatur
utrum filiusfamilias non habeat peculium, vel illud
habeat.
- 17 Continuat explicationem tex. & oſtendit, patri non
teneri de peculio.
- 18 Declarat prædicta intelligenda eſſe, quando filiusfa-
milias iudicavit male ſecus ſi per dolum, eſi non ſol-
vat nec poterit pro eo tenebitur, præſcribitur in eo
reg. l. penultim. C. qui bonis cedere poſſant.
- 19 Filiusfamilias qui per dolum iudicavit, ex vero &
proprio delicto tenetur.
- 20 Reſpondet ad ſecundam difficultatem, & oſtendit iſtum
textum duas habere partes.
- 21 Tradit quòd in primo caſu filiusfamilias Iudex con-
demnabit: in eo, quòd religioni Iudicis viſum fuerit
- 22 Iudicis religioni debet videri ſatis eſſe, quòd is Iudex
condemnatur in eſtimatione litis pro quantitate pec-
culii quam habebat tempore condemnationis.
- 23 Declarat, quòd in ſecunda parte determinet is text.
quando ſcilicet filiusfamilias Iudex tulit ſententiam
iniuſtam per dolum.
- 24 In dubio præſumendum eſt Iudicem per imperitiam
iudicaſſe, niſi de dolo evidenter appareat.
- 25 Quando Iudex iudicavit iniuſte per imperitiam, non
tenetur, niſi pro quantitate bonorum, quam habebat
tempore, quo fuiſt condemnatus.
- 26 Si per dolum male iudicavit, tenebitur in ſolidum ſol-
vere eſtimationem litis.
- 27 Probat juri. autoritatibus primam concluſionem.
- 28 Tradit elegantem ampliationem ad dictam concluſio-
nem.
- 29 Tradit ſecundam ampliationem, ut ſi licet pars iniuſte
condemnata non appellaverit à ſententia, vel etiam
appellaverit, & deſerta fuit appellatio, adhuc in ſyn-
dicatu poterit convenire Iudicem.
- 30 Non appellans à ſententia, vel appellationem deſerens,
videtur ſententiam ſuo conſenſu confirmare.
- 31 Ad difficultatem reſpondet, & oſtendit, reſolutionem
nu proximo hoc caſu locum habere non poſſe.
- 32 Refert Bart. & Aviles contrarium tenentes, quorum
traditiones rejicit.
- 33 Oſtendit contra proxime allegatos idem recipiendum
eſſe etiam ſi pars iniuſte condemnata expreſſe renun-
ciavit appellationi.
- 34 Si pars ſententiam tanquam bene latam approbaverit
non poterit Iudicem convenire in ſyndicatu, quia
male iudicaverit.
- 35 Generalis approbatio videtur facta, tam in favorem
partis quam Iudicis.

- 36 Si tempore ſyndicatus pendeat appellatio, à ſententia
tanquam in illa lata adhuc Iudex conveniri poterit
in ſyndicatu, ut præbet cautionem.
- 37 Declarat, qui fieri debeat, quando dicta ſententia fuit
revocata per Superiores, vel quando fuit confirmata.
- 38 Limitat primo, concluſionem text. non procedere
quando ſententia iniuſte lata continet juri errorem
expreſſum.
- 39 Declarat proximam limitationem, ut Iudex non te-
neatur parti ſolvere eſtimationem, tenebitur tamen
expenſas ſolvere.
- 40 Declarat item, quòd tenebitur damna compensare, ſi
ſententia revera nulla de facto fuerit executioni
mandata.
- 41 Aſſignat ſecundam limitationem, & oſtendit, quòd Ju-
dex qui in iſto iudicavit, in dubio condemnari debeat.
- 42 Probato gravamine illato per Iudicem, malo animo
videtur id feciſſe.
- 43 Iudex, qui in iſto protulit ſententiam, poteſt tan-
quam ſuſpectus parti recuſari.
- 44 Aſſignat elegantem limitationem ad ſupra reſoluta
quam exemplificat in quæſtione ſumme difficultatis, vel
in qua varia ſunt Doctorem opiniones.
- 45 Declarat quòd ſi fuerit tam ſupina ignorantia, tunc
debet præſumi Iudicem per dolum, & malitiam ma-
le iudicaſſe.
- 46 Tradit declarationem ad proximè dicta ex gloſſa final.
in principio Inſtit. de obligationibus quæ ex quaſi
delicto.
- 47 Incipit agere de ſecunda principali concluſione huius
text. quam ibidem proponit.
- 48 Colligit differentiam inter primam partem admittend-
am huius text. & quomodo procedant delarat.
- 49 Rationem proximè aſſignatæ differentie tradit.
- 50 Refert aliam differentiam inter prædictos caſus.
- 51 Delinquens punitur etiam quando actum inutilem fe-
cit nam tunc ſolus animus delinquentis punitur, &
non conſideratur effectus.
- 52 Tradit tertiam differentiam inter prædictos caſus.
- 53 Quando Iudex qui per dolum iudicavit ſolvit parti in-
tereſſe, non poterit poſtea repetere ab eo pro quo tu-
lit ſententiam per dolum.
- 54 Si per imperitiam male iudicaverit, id, quòd ſolverit,
poterit petere, & ibi rationem aſſignat & quomodo
id fieri debeat.
- 55 Per ceſſas actiones poterit obtineri is Iudex ut revera
debitor ſibi ſolvat illud quòd in effectu pro eo ſolvit.
- 56 Refert quartam differentiam, & quid in ea juris ſit
determinat.
- 57 Refert item quintam differentiam quando ſcilicet Ju-
dex condemnandus ſit in damno, vel etiam in intereſſe.
- 58 In hac materia caute libellus formandus eſt ut videatur
juri conſonus.
- 59 Tradit in confirmatione huius differentie notabilem
reſolutionem Pauli Caſtrenſ. l. 4. §. in eum nu. 2.
infra de anno infeſto.
- 60 Refert Bald. d. contrarium tenentem quem tamen re-
probat, & oſtendit propter dolum poſſe Iudicem con-
demnari in omni intereſſe partis, ſive damni, ſive lu-
cri, etiam extra rem.
- 61 Tradit ampliationem ex Paulo proximè citato, idem
procedere in dolo præſumpto, ut pote quia Iudex re-
quiſitus fuit negligens in adminiſtranda juſticia, quia
etiam tunc condemnabitur in intereſſe totali.
- 62 Qui negligit facere id quòd ſibi incumbit ratione offi-
cii, conſetur eſſe in dolo.
- 63 Oſtendit durum & abſurdum videri quòd dolum in omit-
tendo læ graviter puniatur, quam dolum in committendo.
- 64 Iudex qui negligit juſticiam miniſtrare non facit li-
tem ſuam, quia id jure cautum non invenitur, ſed per
actiones ſpecialiter jure inductas tenebitur parti dam-
num reſarcire.
- 65 Reſpondet ad l. 4. §. in eum infra de damno infeſto
pro contraria parte allegata quam ad id expendit.
- 66 Pana dicti §. in eum tanquam rei perſecutoria in iſto
in heredes, & tamen pana illa qui per imperitiam
iudicavit non tranſit in heredes.
- 67 Reprobat multas gloſſas quas ibi refert dum volunt
quòd Iudex qui negligit facere juſticiam parti faciat
litem ſuam.
- 68 Probat Iudicem hoc caſu teneri ſolum parti damnum
reſarcire per actionem in jure eſſe preſſas.
- 69 Veram reſolutionem in hac materia aſſignat quòd ma-
le iudicem etiam per imperitiam facit litem ſuam, hoc
eſt totius litis tenetur ſolvere eſtimationem.
- 70 Iudex, qui tantum negligit facere juſticiam, tene-
bitur ſolum reſarcire damnum parti.
- 71 Iudex negligens tenetur etiam reſarcire parti iſtud,
quòd ejuſ negligentia amiſſum fuit, non autem facit
litem ſuam.
- 72 Proximè dicta procedunt, etiamſi clariffimè conſtat
quòd propter veram negligentiam oſiſit Iudex par-
ti facere juſticiam.
- 73 Reprobat Bart. in d. l. inf. de variis, & extraordi-
nariis cognitionibus, dum putat, Iudicem negligem-
tem facere juſticiam, poſſe accuſari criminaliter &
civiliter ad intereſſe partis.
- 74 Reprobat proximam reſolutionem, & reſpondet ad
Auth. ut differentes Iudices in principio, collat. 9.
- 75 Iudex propter prædictam negligentiam poteſt, & debet
revocari ab officio, dummodo ea negligent. fuit nota.
- 76 Reſpondet ad ſupra tradita ex Paul. Caſtr. (bilis.)
- 77 Regula doli infra de mandatis, non eſt facile ad-
mittenda in officiali publico, niſi aliquibus con-
jecturis prædicta præſumptio corroboretur.
- 78 Expendit pro eadem parte l. 3. §. fin. inf. de peculio.
- 79 Propter verum delictum filii pater non tenetur de pec-
culio, nec pro quaſi delicto filii.
- 80 Actio, de qua in dicta l. 3. §. fin. cum ſit rei perfec-
toria, tranſit in heredes delinquentis in quos hac
actio non tranſiret, ſi cenſeretur penalis.
- 81 Ubi Iudex omiſit facere id, quòd ratione officii ſibi in-
cumbat per meram negligentiam id feciſſe, & non per
dolum, & hac ratione pater tenebitur de peculio filii.
- 82 Declarat, quando quis teneatur tantum reſarcire
damnum & quando teneatur actione penali, item
qua ratione pater de peculio ſatisfacere debet.
- 83 Tradit qualiter in hac materia probatur doli remiſſ.
- 84 Agit de interpretatione l. Jul. 16. inf. eod. & quæ-
ſtionem illius text. late examinat, & ut oſtendit,
qua ratione motus fuerit Julian. Jureconſult. ad te-
nendum contrarium, quòd in text. dicitur.
- 85 Adducit pro opinione Juliani 4. §. fin. inf. de damno
infeſto, quam ad id expendit.
- 86 Adducit etiam pro eadem parte text. in §. his autem
verbis Inſtit. ad l. Aquilam, quem ad id ponderat.
- 87 Adducit ad idem tradita per Valentinum in §. non ta-
men Inſtit. de perpetuis & temporaliſibus actionibus.
- 88 Oſtendit non obſtantibus ſupradictis, Julian. bene no-
tandum, & reprehensum fuiſſe per alios Jureconſul-
tos in d. l. Julianus.
- 89 Actio, de qua in d. l. Julianus, oritur ex quaſi delicto,
unde prompt actiones orientis ex vero delicto non tranſ-
ſeunt in heredes delinquentis ſic nec qua ex quaſi delicto.
- 90 Reſpondet ad rationes adductas in favorem Juliani,
& ad primam reſpondet, de qua n. 86.
- 91 Rationem de qua in num. proximo oſtendit, non eſſe
concludentem.
- 92 Licet actio ex delicto ſit rei perſecutoria reſpectu dam-
num paſſi, ac ob id tranſcat ad heredes non tamen
tranſibit in heredes delinquentis, quia eorum reſpe-
ctu prædicta actio magis cenſetur penalis.
- 93 Refert reſponſion. Bart. & aliorum ad proximam dif-
ficultatem.

- 94 Rejicit dictam responſionem.
- 95 Rejicit etiam responſionem Cumani d. l. 4. §. fin.
- 96 Approbatur responſionem Alber. d. l. 4. §. fi. in principio.
- 97 Delictum in omittendo non ſolet conſiderari tanquam verum delictum, vel quaſi, ſed potius tanquam quid dixerim ab illis.
- 98 Propter delictum filii in omittendo pater tenetur de peculio ſui, & eo convicto in copotere executio fieri.
- 99 Declarat, in quibus terminis ſit concludens ratio expreſſa in d. l. 2. §. fin. infra de damno infecto.
- 100 Expendit pro eadem parte text. in Auth. ſcientias non ſolum verſ. ſcientie Judice collat. 5.
- 101 Reprobat gl. ibi verb. heredes, & eos qui eam ſequuntur.
- 102 Oſtendit verius eſſe, indiſtincte actionem tranſire in heredem Judicis negligentis.
- 103 Reſpondet ad ea qua in favorem Juliani tradita ſunt num. 86.
- 104 Refert contra eos, quos reprobat in ſpecie multa jura ex quibus convincitur eorum reſolutionem veram non eſſe.
- 105 Licet actio ſit rei perſecutoria ex parte actoris, tamen ſi ortum habuit a delicto, non eſt tranſitoria in heredes rei delinquentis.
- 106 Tradit rationem proximè reſolutionis.
- 107 Prout per mortem cenſetur extinctum delictum, ita etiam debet cenſeri extincta pena veniens acciſſorie ad puniendum illud delictum.
- 108 Ad explicacionem materie, ut fundamentalius percipiatur aliqua notata digna præmittit.
- 109 Actio aliquando oritur ex delicto tanquam ex cauſa immediata, aliquando vero aſtur propter delictum tanquam cauſam remotam, & mediatam concedendi prædictam rationem.
- 110 Declarat quomodo in primo caſu proximè reſolutionis dicatur orta actio ex delicto, non autem in ſecundo.
- 111 Cauſa immediata ſemper inſpicienda eſt, non autem mediatam.
- 112 Reſolvit ex ſupradictis, quod ſi actio perſecutoria oritur ex delicto, tanquam cauſa immediata, non tranſibit in heredes delinquentis, & ibi rationem differentie tradit.
- 113 Si actio rei perſecutoria, cum non habet originem ex cauſa remota, ex utraq; parte merito cenſebitur rei perſecutoria, & ob id tranſibit ad heredes, & in her.
- 114 Tradit rationem proximè reſolutionis.
- 115 Cauſa principalis & immediata attenditur, & non ea, qua veniunt in quandam conſequentiam.
- 116 Oſtendit quomodo cognoſcatur, utrum actio detur immediate ex delicto, vel propter delictum, tanquam cauſam remotam.
- 117 Ponit declarationem ad reſoluta n. proximo.
- 118 Propter negligentiam Judex non tenetur, niſi cum negligentia ſuavit mixtus dolus, vel lata culpa.
- 119 In dubio quando agitur de delicto in committendo præſumetur orta actio ex delicto tanquam cauſa immediata & ſic non erit tranſitoria in heredes damnantem dantiſ.
- 120 Si actio detur in ſimplum, & tamen conſtet ex verbis legis illam induci in penam delicti, tanquam penalis, non tranſibit in heredes delinquentis.
- 121 Ex text. ita expenſa tria notabilia colligit in hac materia. Et primo.
- 122 Licet actio in ſimplum concepta ſit & ſic nullam penam contineat, tamenſi conſtat proditam fuiſſe ad puniendum factum, quaſi penalis non tranſibit in heredes delinquentis.
- 123 Ubi actio in ſimplum non fuit prodita ad factum, nec in dolum concepta eſt tanquam rei perſecutoria tranſibit in heredes.
- 124 Declarat, qua conſideranda ſunt, ubi actio in ſimplum concepta ad cognoſcendum, utrum ea actio ſit tranſitoria in heredes.

- 125 Explicat text. in §. his autem verbis Inſtit. de leg. Aquilia, & advertit text. duas proponere concluſiones, & ibi cas proponit.
- 126 Tradit & explicat, quo caſu opinio Covar. & ſequacium de quan. 86. admitti poteſt.
- 127 Declarat qua ratione procedat text. l. ſi pro fure §. fin. ſupra de conditione furtiva.
- 128 Tradit objectionem Barr. & aliorum contra proximam declarationem, & responſionem illerum refert.
- 129 Rejicit prædictam responſionem, & oſtendit in d. l. ſi pro jure, nihil ſpeciale, ſed generalem rationem habere.
- 130 Adducit meliorem responſionem, in qua perſiſtit.
- 131 Adducit replicationem contra proximam responſionem cui tamen ſatisfacit.
- 132 Fur juris interpretatione ſemper in mora videtur conſtitutus.
- 133 Fur tenetur, ac ſi res extaret, eſi ipſa facta pereat.
- 134 Oſtendit quomodo debeat declarari §. fin. ad finem Inſtit. de oblig. qua ex delicto naſcuntur.
- 135 Tradit aliam responſionem ad prædictam difficultatem.
- 136 Addit auth. ultra alios quod conditio furtiva proprie non oritur ex delicto, licet propter delict. prodita ſit.
- 137 Comprobat late proximam reſolutionem.
- 138 Ad complementum materie inquirit utrum in materia, de qua agimus, ſit aliqua differentia inter jus Civile, & Canonicum.
- 139 Aſſignat differentiam inter utrumque jus, qua communi opinione recepta eſt in hac materia, pro qua multos auctores citat.
- 140 Refert, qui contrariam opinionem tenent, imò quod datis paribus terminis, nulla ſit differentia in hac materia inter utrumque jus.
- 141 Ponderat pro eadem parte c. final. de ſepult. & de illius intellectu agit.
- 142 Ad veram reſolutionem articuli duo conſideranda, & diſtinguenda iſte tradit, & primum.
- 143 Quod actio ex delicto jure Canonico tranſit in heredes delinquentis, quamvis nullum mandatum expreſſum, vel tacitum intervenerit deſuncti, jubentis reſtitutionem fieri.
- 144 Refert ex Fabro d. §. penales à n. 7. quod eſi deſunctus expreſſe prohibeat reſtitutionem fieri, tamen adhuc cogendus eſt heres reſtitutionem facere.
- 145 Refert ſecundam conſiderationem circa differentiam in hac materia inter jus Canonicum & Civile.
- 146 Jus Canonicum ad effectum, ut delinquentis valeat à peccato liberari, omnes actiones ex delicto convertit in actionem ſolius damni reſtauratoriæ, ac ita tanquam mere perſecutoria tranſit in heredes deſuncti, prout etiam dicta cauſa tranſiret jure Civile.
- 147 Cum jure Canonico hac actio conſideretur tanquam reſtauratoriæ ſolius damni, nunquam heredes delinquentis tenentur ultra vires hereditarias, eſi inventarium non fecerint.
- 148 Quilibet heres hoc caſu tenetur ad reſtitutionem damni proportionem ſua hereditaria.
- 149 Si unus ex heredibus eſſiciatur non ſolvendo, alii pro eo ſolvunt quatenus vires hereditarie patiantur: ut ſic deſunctus valeat à peccato liberari.
- 150 Refert qui contrarium tenuerunt, priorem tamen opinionem ut veriorè approbat, & juris ratione conſirmat.
- 151 Cum in his caſibus ex delicto actio tranſeat in heredes delinquentis jure Canonico, quia redacta eſt ad naturam actionis mere perſecutorie, tamen quatenus remanet in natura actionis ex delicto, & ſic tanquam penalis, etiam jure Canonico non tranſit in heredes delinquentis.
- 152 Item ſi tale eſſet delictum, ut pro eo deſunctus non tenetur ad damni reſtaurationem, actio ex delicto non tranſiret in heredes, etiam jure Canonico.
- 153 Jure Civile reperitur duo caſus, in quibus actio ex delicto tranſit in heredes delinquentis de quibus hic tractat.

154 Primus

- 154 Primus caſus eſt, delinquentis deceſſit lite prius conſeſtata ſuper actione delicti, cum in litis conſeſtatione videatur quaſi contrahi ſuper dicta actione.
- 155 Declarat proximam concluſionem procedere in privatis delictis: nam in publicis, ut actio tranſeat in heredes non ſufficit litis conſeſtatio, ſed oportet delinquentem poſt condemnationem deceſſiſſe.
- 156 Oſtendit proximam diſtinctionem admittendam eſſe habito reſpectu ad communiter accidentia, ſcilicet quando agitur ad penam corporalem & in conſequentiam tractatur de bonis.
- 157 Pena corporalis per mortem neceſſario exinguitur, & per conſequentes cenſebitur extincta cauſa honorum, qua veniebat in conſequentiam delicti principalis.
- 158 Quando quis decidit poſt condemnationem tunc ratione ſententiæ condemnatorie in bonis fiet executio, ſecus in privatis delictis.
- 159 Si in privatis delictis principaliter etiam ageretur ad penam corporalem, neceſſaria eſſet ſententia, ut actio ex eo delicto tranſiret in heredes delinquentis.
- 160 Refert ſecundum caſum, quando ſcilicet ex delicto deſuncti aliquid pervenit ad heredem, tunc enim tenetur pro eo, quod ex prædicto delicto ad eum pervenit.
- 161 Addit quod ſi actio nomen habeat ex delicto, ac ita infamet, ea non dabitur in heredem.
- 162 Tradit, quod huic ſecundo caſui ſit locus ſufficere, rem ſemel ad heredem perveniſſe, ut perpetuo eſſiciatur tranſmiſſibilis in omnes alios ſucceſſores, eſi res prædicta ad illas nunquam pervenerit.

DICTUM erat in §. final. l. cum prætor. ſupra eodem. filiumfamil. poſſe eſſe Judicem: Dubitatur * igitur in hoc text. ſi is malè judicavit, qualiter veniat puniendus? Et ex * littera text. colligitur inſolidum eſſe condemnandum, & tamen executionem fieri non debere, niſi quatenus patiuntur vires peculii, quod habet: Sed * adverſus deciſionem hujus tex. opponitur d. l. fin. infra de variis, & extraordin. cognit. ubi malè judicavit, non tenetur inſolidum: ſed quatenus religioni judicantis viſum fuerit: Quare Budeus l. final. ſupra de ædilitio edicto, exiſtimat hæc jura ſibi eſſe contraria. Sed, ut advertit Zaſius in diſſolutione antinomiarum 1. part. col. penult. ad fin. facilis eſt concordia. Is * enim text. loquitur quando Judex tulit ſententiam injuſtam per dolum, ut ex ſequent conſtat, & idè inſolidum condemnatur: ſed in dicta l. final. tulit ſententiam injuſtam, per imperitiam ſive per imprudenciam, ut ex eo conſtat, & idè tantum tenetur in eo, quod Judici viſum fuerit: ut ibi tradit gloſ. fin. communiter recepta: Nam * ſcitum eſt duobus modis potuiſſe Judicem malè judicare, vel per dolum, vel per imperitiam, ut in principio Inſtit. de oblig. qua ex quaſi delicto, tradit Faſon. §. item ſi quis in fraudem nu. 107. Inſt. de act.

Quinimò * & etiam malè idem Budeus d. l. fin. ſupra de ædilitio edicto. interpretatur, tunc * dici Judicem feciſſe litem ſuam, quando in ea ita favit parti, ut quaſi in propria lite videatur proceſſiſſe. Nam longè verius eſt, tunc dici facere Judicem litem ſuam, quando per dolum, vel imperitiam malè judicavit, nam tunc tenetur litem æſtimationem ſolvere: ac ſi in propria lite fuiſſet condemnatus, ut colligitur ex iſto textu in fine, & ex l. final. infra de variis & extraordin. dict. cogit. l. ſancimus Codic. de judic. & ibi notat Aret. numero 3. & tradit gloſ. in princ. verb. litem Inſt. de oblig. qua ex quaſi delicto, & ibi tradit eleganter Eguinariuſ Baro in princ.

His ita præmiſſis, ex iſto textu colligenda eſt concluſio, filiumfamil. malè judicantem teneri inſolidum ad litem æſtimationem, tamen executio tantum fiet, quatenus patiantur vires peculii Petri Barboſa, Comment. de Judiciis.

lii. Sed * obſtat huic concluſioni, quòd imò propter delictum filii, pater non tenetur etiam pro viribus peculii l. 3. §. ex furtiva, infra de peculio. & l. 1. §. ſi filiusfamil. ſupra de his qui deiecerunt l. ex penalib. 158. infra de reg. jur. & augeatur * difficultas, quia is text. in principio dicit, in filium malè judicantem teneri de peculio, & tamen idem text. in fine dicit, teneri inſolidum, & ſic videtur ſibi ipſi contradicere: * ſed defendendo concluſionem ad primam difficultatem reſpondendum eſt, textum noſtrum ita eſſe explicandum, ut ſi filiusfamil. per imperitiam malè judicaverit, mero quidem jure inſolidum tenebitur litem æſtimationem ſolvere: pro ea tamen quantitate, qua religioni Judicis viſum fuerit d. l. final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus, patre * tamen invito non poterit fieri executio in peculio filii: ſed filiusfamil. aliunde ſolvat, vel detrudetur in carcerem l. penultim. Codic. qui bonis cet. poſſunt, & ita explicat Cujaciuſ libr. 13. de obſervationib. cap. 17. allegat bonum textum, qui ita expreſſe videtur declarare, §. ſi filiusfamilias, Inſtit. de obligationib. qua ex quaſi delicto & l. 1. §. ſi filiusfamilias infra de his qui deiecerunt, cui * addi debet: quòd licet filiusfamilias mero jure teneatur litem æſtimationem ſolvere: tamen non fiet executio, niſi pro ea quantitate, quam habebat in peculio tempore late ſententiæ, ut clarè probat is text. & ex eo noſant Albe. & Fulgoſ. hic & Pariſ. de ſyndicatu verb. filiusfamil. cap. 1. numer. 1. pag. 262. Quinimò gl. final. l. final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus generaliter tradit, * Judicem per imperitiam malè judicantem, non teneri inſolidum, ſed pro ea quantitate quam habebat in bonis tempore quò tulit inuſtam ſententiam, notat Bald. Auth. Sed cum teſtator. num. 22. Codic. ad l. Falciid. & alii relati per Alexandrum l. 4. §. in eum num. 8. infra de damno infecto. Unde ſi non ſolvat quantitatem, quam tunc habebat in bonis, detrudetur in carcerem l. penultim. Codic. qui bonis cedere poſſunt. Sed ſi ſolvat prædictam quantitatem, vel quam filiusfamil. habebat in peculio tempore late ſententiæ, pro eo, quod de eſt, non poterit detrudi in carcerem, Bald. in rub. num. 5. Codic. de pena jud. qui malè judicavit. Quare * ſi filiusfamil. in caſu hujus tex. non haberet peculium, in nihilo teneretur, nec eo prætextu, quòd non ſolveret, poſſet detrudi in carcerem, & idè Bart. hic in fine Paul. n. 2. & Fulgoſ. & Contardus l. unica 11. limita. n. 9. Cod. ſi de moment. poſſeſſi. dum dicunt optimam cautelam ex hoc colligi, ut ſi quis condemnatur in ſyndicatu, opponat ſe eſſe filiumfamil. quia ſic facile eludet condemnationem, ſi peculium non haberet.

Unde colligas diverſum eſſe, utrum filiusfamil. in hac materia peculium non habeat, vel illud habeat: nam primò caſu in nihilo tenetur, neq; ſi non ſolvat, poterit detrudi in carcerem, ſed in ſecundo caſu tenebitur, quatenus eſt in peculio, & licet invito patre hæc executio fieri non poſſit in peculio, ut dictum eſt, tamen tanquam obligatus ad ſolvendum ſi non fiat executio in peculio, poterit detrudi in carcerem, ut jam dictum eſt.

Præcipit * autem is text. conſiderari, quantum eſt in peculio tempore late ſententiæ, quia agitur de obligatione filii ex quaſi delicto, pro qua pater non tenetur de peculio, ut dictum eſt. Nam ſi pater tenetur de peculio, tunc quantum ſit in peculio, attenditur tempus expreſſum l. quaſitum 35. & ibi notat Paulus inf. de peculio, quicquid gl. & Doctores hic involvat. Sunt tamen prædicta intelligenda, quando filiusfamil. judicavit malè per imperitiam, ut dictum eſt, nam ſi per dolum, inſolidum

dum tenebitur ad liti's æstimationem, ut probat is text. *in fine* qui hoc modo concordatur cum legis principio, ut statim dicemus. & advertit Contardus l. unica. *de momenta. possess. limit.* 11. n. 1. & nu. 3. quem vide *ibi numer.* 10. Quamvis igitur etiam hoc casu non possit fieri executio in peculio filii patre repugnante l. 3. §. *ex furtivainf. de pecul.* Tamen filiusfamil. remaneat obligatus in solidum, ita ut si æstimationem non solvat in solidum, practicetur in eo regul. l. *penult. C. qui bonis cedere possunt*: item & regul. l. *final. supra de in jus vocand. Contard. l. unica C. si in momenta. possess. 11. limitatio. n. 12.* Dum t ex vero & proprio delicto hoc casu teneatur, ita *Bald. Auth. Sed cum testator. n. 22. C. ad l. Falcidiam, & in rub. n. 5. C. de pena iudicis qui male iudicavit: & c. §. Iudices n. 2. de pace juramento firmam. Alex. l. 4. §. in eum n. 8. inf. de damno infecto, & statim latim dicemus.* Et hæc de prima difficultate.

20 Ad * secundam autem difficultatem respondeatur, textum istum duas habere partes: in prima loquitur quando filiusfamil. male iudicavit per imperitiam; & in secunda, quando t per dolum malum: Primò ergo casu filiusfamilis iudex condemnabitur in eo, quod religioni iudicis visum fuerit: l. *final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus*, & iudicis religioni debet videri satis esse, quòd condemnetur in æstimatione litis, & quantitate peculii, quam habebat tempore condemnationis, ut probat is textus in *princ. & tractant Alber. Paul. & Fulgos. hic. t* In secunda autem parte loquitur, quando filiusfamil. iudex tulit sententiam injustam, per dolum malum & tunc tenetur in solidum solvere æstimationem litis: quia ex vero & proprio delicto teneatur, & ita finem textus cum principio concordat Azo. *reclatus hic per glossam, quæ concordia recepta est ut hic asserit Albe. & ab ea non esse recedendum admonet Lancellotus Decius hic, & eam deserit Cujar. libr. 3. observatio. cap. 18. Addit Bald. hic numer. 2. in dubio esse præsumendum iudicem per imperitiam iudicasse, & t non per dolum argument. l. 1. inf. de appellat. nisi de dolo evidenter appareat, ut colligitur ex isto textu in fine, & idem tradit Bald. l. *observare, §. proficisci numer. 14. supra de officio proconsul. Paris. tract. de syndicato verb. filiusfamil. cap. 1. ante numer. 1. p. 162. Lancelo. Dec. hic & Philippus Decius consilio 8. ante finem. Contardus l. unica Codic. si de momentan. possess. 11. limitat. num. 4. & num. 5.* Multos autem casus, in quibus credendum est, iudicem injuste iudicasse per dolum, congerit Malcard. *de probat. lib. 1. conclus. 532.**

21 Ex illo textu ita explicato, colliguntur ex eo duæ conclusiones principales. Prima est: quòd * quando iudex iudicavit injuste per imperitiam, non tenetur, nisi pro quantitate honorum, quam habebat tempore quo fuit condemnatus. Secunda est: quòd * si per dolum male iudicavit, tenebitur in solidum solvere æstimationem litis, *notat. Cujar. lib. 13. obs. 18.* Utramque autem conclusionem sigillatim explicabimus.

27 Et t prima quidem conclusio etiam probatur in principio *Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto, & l. final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus, Seraphin. de privileg. juramenti privileg. 31. n. 101.* Amplia t ut quamvis isto casu propter quasi delictum filii, non possit fieri executio in peculio invito patre l. 1. §. *si filiusfamil. inf. de his qui defecerunt*, tamen si pater sciens filiusfamil. commississe quasi delictum & illi non adimat peculium, imò patitur litem contestari cum ipso filio, super quasi delicto, tunc etiam utriusque patre fiet executio in peculio, etiam si filiusfamil. moriatur ante factam condemnationem, & pro-

cedit tam in iudicio proprietatis quam possessorio, *Contardus l. unica Codic. si de momenta. possess. 10. limit. numero 1. & probat text. l. tam ex contractibus infra eodem & ibi notat gloss. 2. rationem reddens & gloss. fin. §. si filiusfamil. Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto, gloss. final. §. final. Instit. de noxalib. & à fortiori tenebitur in prædicto casu de peculio pater, si vivo patre filiusfamil. fuerit condemnatus l. *est condemnatus juncta gloss. fin. supra de noxalibus actionibus.**

Amplia t secundò ut licet pars injuste condemnata, non appellaverit à sententia, vel etiam appellaverit & deserta sit appellatio, adhuc in syndicato poterit convenire iudicem, ut sibi resarciat litis æstimationem, juxta generalitatem hujus text. & tradit gl. l. 1. §. 5. *verb. novi juri. ad finem supra quod quisque jur. & esse receptam sententiam resolvit Alexand. l. 4. §. final. n. 2. infra de damno infecto, Contardus l. unica C. si de momenta. possess. 11. limit. n. 2. Dec. cap. sepe numer. 10. de appellat. Avend. respons. 11. n. 1. Aviles de Prætoribus cap. 1. verb. a las partes nu. 8. pag. 47.* Neque * huic ampliationi obstat, quòd non appellans à sententia, vel appellationem deserens, videtur sententiam suo consensu confirmare, l. *ab eo Codic. quomodo, & quando iudex.* Nam * respondetur, quòd hæc tacita approbatio inducitur per fictionem juris non simpliciter, sed quatenus sententia respicit favorem partis pro qua lata est: non autem quatenus respicit favorem iudicis, qui male iudicavit, & idèd etiam in prædictis casibus, pars quæ injuste fuit condemnata, iudicem accusare poterit, ut sibi resarciat damnum. Et ita Paul. *hic nu. 2. Roman. l. 4. §. in eum in fine inf. de damno infecto.* Quamvis * Bart. *in disputat. 9. in solutione questionis ad fi. 32 nem, existimaverit, quòd si pars appellaverit, & ejus culpa deserta sit appellatio non possit iudicem convenire in syndicato: & subscribit Aviles de Prætoribus c. 1. verbo a las partes, numero 9. ad finem pag. 47.*

Quinimò * contra supra allegatos idem recipiendum est, etiam si pars injuste condemnata, expressè renunciarit appellationi: nam restringetur renuntiatio ad favorem partis victoris, & non pertinebit ad favorem iudicis, qui male iudicavit: *Dec. cap. sepe numer. 12. de appellat. Avendanus respons. 11. numer. 1. quicquid contrarium esse receptum falso asserit Amædeus de syndicato numer. 135. & Aviles ubi supra.*

Si * fanè pars sententiam tanquam benè latam approbaverit, non poterit iudicem convenire in syndicato, quasi * male iudicaverit: quia ea generalis approbatio videtur facta tam in favorem partis, quam iudicis: *Panormit. cap. Pastorali §. quia vero n. 5. de offic. delegat. Alexand. l. 4. §. final. nu. 2. infra de damno infecto, & asserit receptum Avend. resp. 11. numer. 2. & defendit Decius d. c. sepe numero. 11. & Aviles de Prætor. cap. 1. verbo a las partes numero 19. pag. 48.*

Tertiò * amplia etiam si tempore syndicatus pen-deat appellatio interposita à sententia, tanquam injuste lata: nam ad hoc iudex poterit in syndicato conveniri, non quidem ut solvat litis æstimationem, sed ut teneatur prestare cautionem, de ea solvenda, si sententia iudicabitur injusta, *argument. l. penultim. supra petitio. heredit. & l. statu liber. rationem infra de statu lib. & ita Paulus Castrens. hic numero 9. de pace juramento firmam. nota. Aviles de Prætoribus cap. 1. verb. a las partes numero 11. pag. 47.* Quo * casu si revocetur sententia, tanquam injuste lata; tenebitur, qui eam tulerit damna, & impensas utriusque instantiæ parti læsæ solvere, si autem fuerit cõfirmata, etiam si constet male fuisse confirmatam, tunc non

non agetur ad damnum contra primum qui sententiam tulit, quæ postea injuste fuit confirmata: sed potius contra eam, qui eam injuste confirmavit, *Bald. capit. primo, §. iudices n. octavo, de pace juramento firmanda, Amædeus de syndicato. numer. 34.*

Hanc * primam conclusionem nostri text. ita ampliatam limita primò non procedere, si sententia injuste lata contineat juris errorem expressum, nam cum sit nulla l. 2. *Codic. quando provocare non est necesse, non tenebitur iudex in syndicato, argument. l. 4. §. condemnatum infra de re iudica, & ita gloss. l. 1. verb. novi post medium. supra quod quisque juris gloss. 1. l. final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus notat. Bald. l. penultim. n. 7. Codic. de pactis. Alexand. l. 1. §. hæc autem n. 3. supra quod quisque juris Felin. cap. tenore n. 6. de rescript. Jas. l. 4. §. 39 condemnatum à n. 3. infra de re iudicata.* Quod * intellige, ut non teneatur parti solvere æstimationem litis, tenebitur tamen expensas in ea lite factas parti resolvare *argument. l. sancimus Cond. de jud. & declarat Angel. & Paul. hic n. 3. Hippolytus l. final. n. 19. infra de quest.*

Quinimò * & damna tenebitur compensare, si sententia revera nulla, de facto fuerit executioni mandata, *Paul. hic n. 3. Fulgos. cons. 219. n. 5. Felin. capit. ex tenore n. 6. de rescriptis.*

Secundò * limita conclusionem hujus text. quòd iudex qui injuste iudicaverit, in dubio condemnari debet: quia saltem per imperitiam videtur male iudicasse, quare cum ipse iudex, accipiendò officium iudicandi, se asseruerit peritum esse tunc propter imperitiam meritò condemnabitur *l. 2. cum gloss. supra quod quisque juris, & * quia probato gravamine illato per iudicem, malo animo videtur id fecisse argument. capit. 1. de præsumpt. & probant relati per * Contardum, l. unica C. de momentan. possess. 50. limit. à n. 16. Adòque ob hoc recusari potest, tanquam parti suspectus, Panormit. c. ad hæc el. 1. n. 3. & ibi Felin. de appell. ubi tamen Dec. *colu. final. eleganter * distinguit: Sunt tamen prædicta limitanda, si concurrat tam iusta causa, ut propter eam debeat iudex excusari à condemnatione litis: ut quia erravit in questione summe difficili, vel in qua varix sint Doctorum opiniones, & ita Alex. in prima additione ad Bart. l. final. infra de variis extra ordinariis cognitionibus, videtur * probare text. cap. hoc etiam n. 9. 6. Nam & per contrarium, poterit esse tam supina ignorantia, ut debeat præsumi, iudicem per dolum, & militiam male iudicasse. Imol. l. 4. §. in eum ad finem infra de damno infecto.**

Sed * circa prædicta subsistendum est, quia gl. final. *in princip. instit. de obliga quæ ex quasi delicto, tractans hanc eandem questionem, non dicit in casu de quo supra, iudicem omnino non puniri, sed tantum mitius puniri, subscribit Alciar. l. gallus in princip. n. 3. & prosequitur Roias de hereticis 1. p. n. 429. & sic tenebitur resarcire damnum partis, non tamen aliud interesse solvere, Bald. l. mancipia n. 2. ad fin. Cod. de servit. fugitivis Alex. l. 4. §. in eum n. 4. infra de damno infecto. & prosequitur Amædeus, tract. de syndicato à n. 130.* Et hæc de prima conclusione hujus text.

Succedit * igitur secunda principalis conclusio hujus text. quòd si iudex per dolum, vel gratiam, male iudicavit, tenetur litis æstimationem in solidum solvere, ut probatis textus ad finem. Ex quo colligenda est differentia inter primam partem & secundam hujus text. Nam * prima procedit, quòd iudex per imperitiam iudicavit, & tunc tantum tenebitur pro quantitate honorum, quam habebat

tempore latæ sententiæ condemnatorix ut supra diximus, hæc autem secunda pars loquitur, quando iudex per dolum, & gratiam male iudicavit, & tunc tenetur æstimationem litis solvere in solidum, & in pluris etiam si iudici videbitur, per Contardum l. unica Codic. si de momentan. possess. in 11. limitat. n. 4. Et notat Baldus hic n. 3. & *auth. Sed cum testator. n. 22. Codic. ad l. Falcid. Paris. de syndicato verb. filiusfamilis cap. 1. ante n. 1. pag. 262. & n. 3. Alexand. l. 4. §. in eum n. octavo infra de damno infecto, & probabitur tunc damnum per juramentum litem Seraphinus de virtute juramenti priv. 31. à n. 100.*

Similis * differentia colligitur ex l. in magistratus infra de magistratibus conveniend. Et est ratio hujus differentix, quòd dolus est delictum l. 1. §. nunc tractemus inf. de magistrat. conven. & sic ex delicto proprio teneatur ex quasi delicto, & ideo mitius punitur, ut advertit Eguinarus Bero in princ. *inst. de obl. quæ ex quasi delicto, quicquid Bald. hic n. 4. & Lancel. Dec. pro constanti teneant, iudicem in utroque casu teneri ex quasi delicto.*

Est * & alia differentia inter hos casus, quia quando iudex male iudicavit per imperitiam & tulit sententiam ipso jure nullam, non tenebitur in syndicato, gl. 1. *final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus.* Et tamen si sententiam injustam tulit per dolum, & ea fuerit nulla, nihilominus tenebitur parti solvere damnum, & aliud interesse, ut probat is textus (*per fortes*) adjuncta l. *verades Cod. quando provocare non est necesse & l. final. de pen. jud. qui male iudicav. quam differentiam constituit Bart. in disput. 9. in solutione questionis col. fin. post. princ. & Fulgos. hic n. 1. Alex. l. 1. §. hæc autem n. 4. supra quod quisque juris. Aviles de prætorib. verbo alias partes n. 18. p. 48. addo imol. c. fi. n. 13. de empto, & vend. Ang. Aret. §. appellantur n. 8. inf. de except. Amædeus de syndicato à n. 40. & ante eos Ang. l. mancip. in fine C. de servit. fugitivis. Et est ratio quia dolus est proprie delictum, ut supra diximus, & delinquens punitur, etiam quando actum inutilem facit l. 1. C. de sepulch. violato l. eum qui C. de adult. vii. tradit. gl. 1. in fine l. 2. & ibi Bald. 1. oppositio. *ne & Paul. in fine C. de Episc. audientia.* Nam * tunc solus animus delinquentis punitur, & non consideratur effectus *c. nuper in fine de bigamis Bald. c. 1. in 3. not. de alienat. feudi, Gomez. §. ex maleficiis n. 17. instit. de action.**

Adde * & tertiam differentiam inter prædictos casus, quòd si iudex qui male iudicavit per dolum, solvit parti interesse, non poterit illud post ea repetere ab eo, pro quo tulit sententiam injustam per dolum: quia solvit poenam proprii delicti, *Paul. hic n. 8. per totum l. mancipia C. de serv. fugitiv. & ibi notavit Angel. n. 2. Bald. n. 7.* Sed * si per imperitiam male iudicaverit, id quod solverit, poterit repetere ab ea parte, pro qua sententiam iustam tulit; nam cum solverit pro ea parte id, quòd injustus victor revera debebat, potest, à parte, cui solvit, petere ut sibi cedat actiones adversus illum, qui erat verus debitor; *Angel. l. si Stichum §. si mandato, & ibi Paul. infra solutio. Ang. si mancipia ad finem, & ibi Paul. n. 4. C. de serv. fugit. Atque * ita per cessas actiones poterit obtinere, ut revera debitor sibi solvat, illud quòd in effecta pro eo solvit, l. missi opinatores C. de exactoribus tributo l. 10. & res solvit post alio: Alex. l. 1. §. hoc iudicium n. 2. sepra ne quis cum qui in jus vocatus est Aviles de prætoribus c. 1. verb. fel. n. 47. p. 18.* Quamvis contrarium sentiat Bald. *cap. 1. §. iudices n. 2. de pace jur. firmada.*

Est * & alia differentia, & sic quarta, inter prædictos casus, quia quando iudex tulit injustam sententiam per imperitiam, & nihilominus pars victa

exprefſa approbavit ſententiam, non poterit poſtea Judicem convenire in ſyndicatu, ut ſupra probavimus, & tamen ſi Judex per dolum ſententiam injuſtam tulit, poterit pars, quæ approbavit ſententiam, Judicem per dolum male judicatum convenire in ſyndicatu: eſti opponatur de ejus approbatione in ſyndicatu: replacabit de dolo Judicis, quem approbans ignoravit gl. l. ſervo invito. §. ſi poſſeſſor. inf. ad Trebell. Bald. l. 1. n. 4. C. de cond. inſteb. & l. 1. n. 22. C. quomodo & quando Judex Avendan. reſp. 11. n. 2. ad finem.

57 Præterea * eſt & alia differentia, & ſic quinta inter prædictos caſus: quòd Judex qui male judicavit per imperitiam, non debet condemnari ultra damnum, quòd pars injuſte condemnata, paſſa eſt, ſi autem per dolum, ultra damnum, omne ei intereſſe ſolveat Bald. l. penult. n. 8. C. de paſt. Alex. ad Bart. l. fin. in prima additione infra de variis, & extraordinariis cognitionibus. Et * ideo in hac materia caute libellus formandus eſt, ut videatur juri conſonus, Angel. l. ex maleficiis §. Judex n. 2. infra de aſt. & oblig. Amelens de ſyndicatu n. 127. & conſonat prædictis notabilis reſolutio Paul. Caſtr. l. 4. §. in eum n. 2. infra de damno infecto, quòd licet, 58 quando * Judex judicaverit per imperitiam, ſit condemnandus, prout religioni Judicis viſum fuerit d. l. fin. infra de variis & extraordinariis cognitionibus, quaſi in arbitrio Judicis ſit, non condemnare in tota litis æſtimatione, vel in toto intereſſe partis, tamen ſi Judex per dolum male judicaverit, neceſſario in tota litis æſtimatione condemnandus eſt, & in totum partis intereſſe. Probat is textus n. 2. parte.

60 Et licet Bald. c. 1. §. Judices n. 1. de pace juramento firmand. id reſtrinxerit ad intereſſe damni, & non lucri, item ad intereſſe circa rem, & non extra rem, & ſubſcribat Alex. in additione ad Bart. l. fin. in prima additione infra de variis & extraordinariis cognitionibus. Tamen verius eſt propter dolum poſſe Judicem condemnari in omni intereſſe partis ſive lucri, & etiam extra rem, juxta not. l. in actionibus ſupra de in litem jur. Quòd * ampliat Paul. Caſtrenſ. ſupra citatus, procedere etiam quando Judex condemnatur propter dolum præſumptum, utpote quia requiſitus fuit negligens in adminiſtranda juſtitia, quia etiam tunc condemnabitur in totali intereſſe l. 3. §. in eum infra de damno infecto, nam

62 qui negligit facere id; quòd ſibi incumbit ratione officii, cenſetur eſſe in dolo, l. dolus eſt infra mandati, & ſubſcribit Alex. d. §. in eum n. 7. & Avendan. reſp. 11. n. 7.

63 Sed * ſubſiſtendum eſt: quia abſurdum videtur, quòd dolum in omittendo, tam graviter puniatur, quàm dolum in committendo, contra traditionem gl. fin. l. 2. infra ad Syllanianum, & notata l. ſi mora infra ſoluto matrimonio, ut advertit Alber. l. 4. §. final. infra de damno infecto, id non exiſtmet eſſe abſurdum, & Alex. in additione ad Bart. d. l. final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus, in ultima additione, tamen fruſtra id negare non videntur.

Et ideo ad veram reſolutionem hujus articuli, advertendum eſt, quòd Judex, qui per imperitiam male judicavit, facit litem ſuam in princ. Inſtit. de obl. qua ex quaſi delicto. Sed * Judex qui negligit juſtitiam miniſtrare non facit litem ſuam, quia id jure cautum non invenitur: ſed conventus per actionem ſpecialiter jure inductas, tenebitur pari dānam aſſarcire, cui negligit juſtitiam facere, ut tradit Bart. l. 1. n. 6. C. quomodo & quando Judex, & ſic ceſſat prædicta difficultas, cum juxta prædicta mitius

puniatur, qui commiſit dolum in omittendo, quàm ille, qui commiſit dolum in committendo, ut eſt de mente Cuman. l. 4. §. in eum infra de damno infecto; neque contrariam probat d. lib. 4. §. in eum infra de damno infecto, quia imo bene expenſa ſentit, quòd ſi Judex neglexit parti facere juſtitiam tenetur parti ad intereſſe utilitatis. Ergo * non facit litem ſuam. Et ideo poena d. §. in eum, tanquam rei perſecutoria tranſit in hæredes, ut ibi exprimitur, & tamen poena illius, qui fecit litem ſuam male judicando per imperitiam, non tranſit in hæredes, l. Julianus la prima infra cod. & infra dicemus.

Quare * cavendum eſt à gloſ. fin. ad finem c. hoc etiam 12. q. 6. & gl. final. leg. non quicquid §. fin. infr. cod. gl. l. argentarius §. cum autem verb. de Judice ſupra de edendo, & gloſ. fin. l. ſi quando C. de teſt. & gl. penult. c. quoniam contra de prob. dum volunt, quòd Judex, qui negligit facere juſtitiam parti facit litem ſuam, & probat Aug. Auth. ſcientias, non ſolum n. 2. coll. 5. Jas. 4. præterea, n. 12. inſt. de aſt. nam hoc jure non probatur, & confunditur ex ſupra traditis. Tantum enim hoc caſu * Judex negligens tenetur parti damnum reſarcire per actiones in jure expreſſas: & ita reſolvit Bart. l. fin. ad finem infra de variis, & extraordinariis cognitionibus, & l. 1. n. 6. C. quomodo & quando Judex, Arg. & Imol. l. 4. §. in eum infra de damno infecto Paul. l. mancipia n. 4. C. de ſervis fugiti-vis, Aviles de prætoribus c. 1. verb. ſiel. n. 28. pag. 33.

Ac * ita vera reſolutio eſt in hac materia, quòd 69 male judicans etiam per imperitiam facit litem ſuam, hoc eſt, totius litis tenetur ſolvere æſtimationem, ut probat is text. in principio, & in princip. inſt. de oblig. qua ex quaſi delicto. & l. fin. C. de pæn. jud. qui male judicavit. Si * tamen tantum neglexit facere juſtitiam, tantum tenebitur reſarcire damnum parti, l. 4. §. in eum infra de damno infecto l. ſi quando in fin. C. de teſt. c. quoniam contra de probat. notat. Roman. conf. 339. n. 5. Teneatur * etiam Judex negligens reſarcire parti jus illud, quòd ejus negligentia amiſſum fuit: Bald. l. ſi quando n. 2. ad finem C. de teſtib. & l. penult. n. 8. C. de paſtis, non autem facit litem ſuam, ut dictum eſt. Quòd verum intelligas, etiā * clariffime conſtaret, quòd propter meram negligentiam, omiſit parti facere juſtitiam: neque enim reperitur jure cautum, ut is Judex propter ſolam negligentiam faciat litem ſuam, ſed tantum quando in judicando neglexit obſervare legis diſpoſitionem l. penult. ad fin. C. de paſt. & ibi notavit gl. fin. Ang. l. mancipia n. 4. ad fin. C. de ſervis fugit. Quicquid contrarium ſentiat Alex. lib. 4. §. in eum numer. 5. infra de damno infecto. Quinimo * neque admittendum exiſtimo, quòd ſentit Bart. l. fin. ad finem infra de variis & extraordinariis cognitionibus, quòd Judex negligens facere juſtitiam poteſt accuſari criminaliter, Auth. ut differentes Judices in princ. collat. 9. & quod etiam civiliter poteſt conveniri ad intereſſe partis. Quia * ad-74 verto quòd d. Auth. loquitur in negligentia qualificata, quòd ſcilicet Judex fuit requiſitus per partem, & monitus per Episcopum, noluit juſtitiam facere. Sed propter ſimplicem negligentiam, non invenitur jure cautum, quòd durante officio propter hanc culpam poſſit accuſari criminaliter, ſed ſolet rejici hæc accuſatio ad tempus ſyndicatus, l. unica. Cui omnes Judices tam civiles quàm crimin. ſit, quòd propter prædictam negligentiam, poteſt & debet revocari ab officio l. ſi quos C. de offic. præſecti Præſ. Orient. & l. 2. C. de ſporul. l. penult. C. de anno- nis & tributi. 10. Bald. lib. 1. ſi quis ad finem ſupra de offic.

de offic. Præſecti urbis, Aymon. conf. 132. n. 3. dummodo ea negligentia fuerit notabilis, Dec. l. penult. n. 15. C. de paſt.

76 Neque * ſupra reſolutis obſtat ea ratio Paul. Caſtr. ſupra relata de reg. leg. dolus inſtr. mandati, quia * ea regula non eſt facile admittenda in officiali publico: niſi aliquibus conjecturis prædicta præſumptio corroboretur, c. hoc etiam 2. q. 6. Et ibi notat gl. no- tab. Dec. cap. ad hæc 10. n. 6. de appellat. Item quavis dolus præſumeretur, tamen cum ſit dolus in omittendo, non debet tam acriter puniri, uti dolus in committendo juxta notat. l. ſi mora infra ſoluto matrimonio.

78 Et * pro his omnibus expendo text. l. 3. §. fin. infra de peculio, ubi filiuſfam. Judex, qui per negligentiam non accepit, fidejuſſores à tutore pupilli, ob hanc negligentiam puniuntur, & pater tenetur de peculio, propter illud quaſi delictum filii: cum

79 tamen * certum ſit propter verum delictum filii patrem non teneri de peculio l. 3. §. ex ſutiva ad finem infra de peculio, ubi Fulgoſ. ad finem miratur, de hac differentia: & Decius l. ex pœnalibus in fine de regul. jur. Sed reſolvendum eſt, verius eſſe, patrem non teneri de peculio, propter quaſi delictum filii, l. 1. ſi filiuſfamilis infra de his qui deſecerunt, & §. ſi filiuſfamil. Inſtit. de oblig. qua ex quaſi delicto. Neque repugnat textus l. 3. §. final. infra de peculio quia loquitur in quaſi delicto, quòd coſiſtit in omittendo, propter quòd pars à filioſamil. tantum confequi poteſt damnum, quòd propter hanc negligentiam paſſus eſt: Cum igitur illa actio, magis rei perſecutoria ſit, quàm pœnalis, ideo propter eam tenetur pater de peculio: & prædicta actio tranſit in hæredes delinquentis, l. penult. infra de magiſt. conveniend. in quos ea actio non tranſiret, ſi cenſeretur pœnalis l. Julianus 16. infra eodem, & ſtatim dicemus. Unde * ex dicta l. 3. §. final. colligendum eſt, quòd * ubi Judex omiſit facere id, quòd ratione officii ſibi incumberebat, præſumitur per meram negligentiam id feciſſe, & hac ratione pater tunc tenebitur de peculio filii, & ſic probat opinionem ſupra allegatorum, quicquid Alexand. l. 4. §. in eum, n. 5. infra de damno infecto, exiſtmet: quòd præſumatur per dolum omiſiſſe: Colligitur etiam ex d. l. 3. §. final. infra de peculio adjuncto §. ſi filiuſfamil. Inſtit. de obligat. qua ex quaſi delicto, quòd * propter negligentiam commiſſam in officio quiſtantum tenetur reſarcire damnum parti, atque ob id actio cenſetur rei perſecutoria, & tamen propter quaſi delictum in committendo, tenetur actione pœnali: & ideo pater tenetur quidem actione de peculio pro quantitate, quæ in eo erat tempore factæ condemnationis: textus hic in principio, & tamen non fiet in eo executio invito patre, ut ſupra dictum eſt. Similiter & actio tanquam pœnalis non tranſibit in hæredes, l. Julianus 16. infra eod. Qualiter * autem in materia probetur dolus, explicat Argelus l. ex maleficiis §. ſi Judex. n. 4. infra de aſt. & obligat. Maſcará. de probat. l. 1. conclud. 532.

80 81 82 83 84 His * ita explicatis ex ordine deveniendum eſt, ad interpretationem leg. Julianus 16. infra eod. & ex ea colligendum eſt, quòd licet Julianus Jureconſultus, exiſtimaverit, hæredem Judicis male judicantis, teneri ſolvere æſtimationem litis: etiam ſi Judex delinquens moriatur, antequam lis cum eo conteſtata: ſi tamen alii Jureconſulti hic relati contrarium tenuerunt: quia neque hæres prædicti Judicis, pro eo tenetur ſtare in ſyndicatu: Arg. d. l. Julianus ad finem infra cod. & Avendanus reſponſ. 3. in fine. Sed quia non eſt credendum Julianum Jureconſult. doctiſſimum, fuiliſſe motum

ad tenendam prædictam opinionem, videndum nobis eſt, quibus rationibus verifiſimiliter motus fuerit ad tenendam prædictam opinionem.

Et * utique pro ea opinione Juliani, multum videtur urgeri l. 4. §. final. infra de damno infecto, ubi ſi Judex negligens in adminiſtranda juſtitia parti, tenetur ipſe, & hæres ejus, prædictum damnum inſarcire: Ergo pariter hæres debet teneri, quando Judex per imperitiam male judicavit, non ut is litem ſuam facit, ita enim & eam ſuam facit, qui negligens fuit in juſtitia adminiſtranda Auth. ſcientias non ſolum verſ. ſcientias judice collat. 5. & ibi notat Ang. num. 6. l. pen. ad fin. C. de paſt. & ibi notat Dec. n. 15.

Item * & ſecundo videtur, urgere pro Juliani opinione, & his autem verbis Inſtit. ad l. Aquil. Ex qua colligitur, quòd actio oriens ex delicto, ſiquidem ſit pœnalis non tranſit in hæredes delinquentis, & tamen ſi ſit rei perſecutoria, tranſit in hæredes quod ita ex eo textu collegit Covar. Var. reſolut. lib. 3. c. 3. n. 7. ad fin. adducens etiam text. l. ſi proſure §. final. infr. de condiſt. ſurtiva, & §. ult. Inſtit. de obligat. qua ex delicto. Præterea allegat Carol. Molineum in additionibus ad Decium l. pupillus. 111. §. in hæredes ad finem de re jur. tenentem actionem ex delicto, non tranſire in hæredes delinquentis, ſi fuerit pœnalis, tranſire autem in eos, ſi fuerit rei perſecutoria. Addo Bald. §. non tamen Inſt. de perpetuis. & temporalibus action. concludentem; quòd + ut actio ex delicto non tranſeat in hæredes delinquentis, duo copulative requiruntur quòd oriatur ex delicto, item quòd ſit pœnalis ſed quando Judex per imperitiam male judicavit, actio qua contra eum datur, eſt rei perſecutoria, ut ſcilicet parti reſtituatur æſtimatione litis injuſte ablata per Judicem: Ergo debuit tranſire in hæredes Judicis delinquentis: ut Julianus exiſtimavit,

Sed + hic non obſtantibus, reſolvendum eſt Julianum bene notatum & reprehenſum fuiſſe per alios Jureconſultos, ut reſertur in. d. l. Julianus. Et eſt ratio: Quia * hæc actio oriatur ex quaſi delicto, in princip. Inſtit. de oblig. qua ex quaſi delicto. Unde prout actiones orientes ex vero delicto, non tranſeunt in hæredes delinquentis, l. unica, C. ex delict. deſunct. l. pupillum. 111. §. in hæredes infra de reg. jur. ita etiam neque debent in eos tranſire actiones, quæ oriuntur ex quaſi delicto, §. final. Inſt. de oblig. qua ex quaſi delicto ſentit gloſſ. Auth. ſcientias non ſolum, verb. hæredes, & ibi Angel. n. 5. collat. 5. quam rationem ad terminos d. l. Julianus aſſignavit Bart. l. 1. n. 4. infra de privat. delict.

Neque * obſtant rationes adductæ in favore opinioſis Juliani, nam ad primam de l. 4. §. fin. infra de damno infecto, reſponderetur, conſiderando, quòd ut ibi interpretatur gloſ. 1. textus ille tractat de actione, quæ datur contra Judicem, qui ſuit negligens in adminiſtranda juſtitia parti, hoc eſt, in jubendo caveri de damno infecto, juxta §. in eum ejuſdem legis. Hanc igitur actionem probat d. l. §. fin. tranſire in hæredes Judicis negligentis, quia eſt actio rei perſecutoria, ut ibi exprimitur. Cæterum * prædicta ratio non videtur concludens, nam quòd actio ſit rei perſecutoria, concludit quidem eam tranſire ad hæredes damnum paſſi, §. non tamen Inſtitutiones de perpetuo & tempor. actio. Et ibi Theophil. rationem aſſignat, non autem concludit, tranſire in hæredes delinquentis, quia cum ad eos nihil pervenerit, reſpectu eorum non poteſt dici rei perſecutoria: ſed magis pœnalis. Unde pro regula conſtituitur, quòd * licet actio ex delicto ſit, rei per-

rei perſecutoria reſpectu damnum paſſi: ac ob id tranſeat ad ejus hæredes, non tamen tranſibit in hæredes delinquentis: quia eorum reſpectu, prædicta actio magis cenſetur poenalis, ut probat d. *S. non tamen inſit. de perpetuis temporalib. actio. l. 1. infra de priv. delict. l. unica C. ex delictis deſunct. tradit Bart. l. 1. n. 6. infra de priv. delict. & eleganter Faber *S. poenalis n. 3. Inſt. de perpetuis & temporalib. actio. Ergo cum tunc d. l. 4. S. fin. de damno inſeſto, agat de actione danda in hæredes Judicis delinquentis: ea ratio, quòd actio ſit rei perſecutoria, non videtur concludens, quam difficultatem movit gloſ. *fin. d. l. 4. S. fin.* Neque illi reſpondet Bart. autem ibi, & Alber. in *ſine Paulus & Imol. in ſine* reſpondent, ſpeciale eſſe in eo caſu, quia 93 lex ulterius proceſſit declarando, quòd ea actio tanquam rei perſecutoria tranſiret in hæredes delinquentis, adverſus regulam generalem, quæ ſpecialitas etiam invenitur expreſſa l. 2. *infra ad l. Julianam r. p. e.* quam ibi notat Bart. n. 5. *Mayerius l. pepillum S. in hæredes n. 13. infra de regul. jur. circa quam conſolationem videndus eſt Grammaticus voto 25. à n. 7. Avendam. reſponſ. 13. per totum.* Sed non tamen placet hæc reſponſio, quia reſugium eſt miſericordiam, reſpondere ſpeciale eſſe in aliquo caſu gloſ. l. *ſitum C. ſamil. herediſe.* Item d. l. 4. *S. final.* fundatur in generali ratione & non in ſpeciali, & minus placet reſponſio Cuman. d. l. 4. *S. final.* quòd iſte textus agit de Judice negligente, qui nullam pro ſe poteſt allegare excuſationem, & ideo tenetur ejus hæres, ut in ſimili probatur, *Auth. ſcientias non ſolum, verſ. ſcientie iudice collat. 5.* Sed quando Judex judicavit per imperitiam multas poteſt habere excuſationes, & ideo ejus hæres teneri non debet, d. l. *Julian.* ſed replicabitur, quòd d. l. *Julian.* habet relationem ad præcedentia. & ſic etiam ad caſum, quo Judex per dolum malè judicavit, quo caſu nulla ei poteſt competere excuſatio & tamen actio non tranſit in ejus hæredem.**

96 Magis * ergo placet reſponſio quam reſigit Alb. d. l. 4. *S. in principio,* quòd in terminis illius textus dabatur actio contra Judicem negligentem, & ſic propter delictum in omittendo, & ideo actio inde procedens tranſibit in hæredes delinquentis, quia 97 delictum in omittendo, non * ſolet conſiderari tanquam verum delictum, vel quali, ſed potius tanquam quid diverſum ab illis, l. 1. *C. ſi adverſus delictum,* & ideo eo caſu actio tranſit in ejus hæredem: ac ſi eſſet rei perſecutoria ex utraque parte, juxta reg. l. *unica C. ut actio de hæred. & contra hæredem* & probatur in ſimili l. *non ſimiliter & loquod hæredes, infra de magiſt. conveniend. & l. 2. infra ad Syllanianum.* Sed ſi actio competat propter delictum in committendo, locum habebit n. l. *Julianus,* quòd jam ſupra conſirmavimus ex eo, quia pater propter delictum filii in committendo, licet mero jure teneatur de peculio filii, ut probat is textus in principio, tamen in eo non poterit fieri executio invitò patre l. 3. *S. ex furtiva infra de pecul. S. ſi filius ſamil. inſit. de oblig. qua ex quaſi delicto, & ſupra diximus, & tamen propter delictum filii in omittendo, pater tenetur * de pecul. filii, & eo invito in eo poterit fieri executio l. 3. *S. fin. infra de peculio, & in his terminis concludens erit ratio expreſſa in d. l. 4. S. fin. infra de damno inſeſto.* Nam cum actio illa detur propter delictum in omittendo, quòd habet diverſam naturam à delicto in committendo, hac ratione tanquam ſit actio rei perſecutoria ex utraque parte, tranſibit ad hæredes, & in hæredes, 98 juxta reg. l. *unica C. ut actiones ab hæred. & pro prædictis* expendo textum *Auth. ſcientias non ſolum verſic. ſcientie iudice collat. 5.* ubi ſi propter negli-*

gentiam Judex obligatur, hæc actio tranſit in ejus hæredes, & tamen gloſ. *ibi verb. hæred. & Ang. n. 5.* requirant, quòd prædicta actio tranſeat in hæredes Judicis, oporteat Judicem deceſſiſſe poſt litem conſeſſatam, juxta regulam l. *unica C. ex delictis deſunctorum, & ſubſcribant Paris. de ſyndicatu verb. hæres c. 1. n. 4. pag. 262. Avendam. reſponſ. 3. n. 5.* * tamen hoc aperte divinat: & ideo verius eſt, indiſtinctè tranſire in hæredes Judicis negligentis, propter rationem ſupra relatam, & in terminis ita ſentiunt Ang. & Imol. & Alex. l. 4. *S. fin. infra de damno inſeſto.*

Non obſtat etiam ſecunda ratio deducta ex dictis Covar. reſolut. l. 3. c. 3. n. 7. *ad finem,* & aliorum quos ſupra retulimus, & quo caſu eorum opinio admitti poteſt, *vide 126.* Nam eſt advertendū quòd dam præſupponit, quòd ſi actio rei perſecutoria oriatur ex delicto, & ſit tranſitoria oriatur ex delinquentis, falſum videtur præſuppoſitum, per textum d. *Julianus infra eod. in qua agitur de Judice, qui per imperitiam malè judicavit, quo caſu tantum tenetur in eo, quòd religioſi Judicis viſum fuerit. l. final. infra de variis & extraordinariis cognitionibus, qui Judex debet arbitrari, cum non teneri ultra damnum, quòd pars laſa accepit. Bald. l. penult. n. 8. C. de pact. & ſic ex parte illius, qui injuſte condemnatus fuit, eſt actio rei perſecutoria ad recuperandum damnum: & tamè quia oritur ex delicto in committendo, non tranſit in ejus hæredes. Idè colligitur ex generalitate legis unice Codic. *ne ex delictis deſunctorum.* Et in ſpecie contra prædictor eſt textus clarus l. 5. *cum l. ſeq. ſupra de alienat. judicis, & l. ſi mulier, S. penult. infra de action. verum amatorum adjuncta l. fin.* Et ibi notat gloſ. & Salycer *C. de actione verum amatorum:* tradit Faber *S. poenales n. 3. in ſine inſit. de perpetuis & temporalib. action.* Et ideo in hac materia magis communis rei perſecutoria ea parte actoris: tamen ſi ortum habet à delicto, non eſt tranſitoria in hæredes rei delinquentis, ut probat bonus textus l. 6. *S. final. ſi menſor falſum modum dixerit tradit gloſ. fin. l. 4. S. fin. infra de damno inſeſto, gloſ. 1. l. in honorariis infra de actionibus, & obligationib. gl. penult. l. ex iudiciorum. infra de accuſat. vari. l. 1. n. 6. infra de priv. delict.* Et * eſt ratio, quia licet actio ex parte agentis non ſit poenalis, ſed magis rei perſecutoria, tamen reſpectu damnum dantis, cenſetur poenalis, & inducta ad punitionem delicti, & ad poenam delinquentis, Unde * prout per mortem cenſetur extinctum delictum: l. *deſunct. infra de public. jud. ita debet cenſeri extincta poena, veniens acceſſorie ad puniendum illud delictum arg. l. 3. C. ſi pendente appell. mor. intervenierit, & ita Fulgoſ. l. unica n. 2. C. ne ex delictis deſunct. allegans bonum text. l. hæredem ſupra, de calumniarioribus, & eſt etiam bonus text. l. ſi poena 20. infra de poenis.**

Quamvis * autem prædicta vera videantur tamen ut hæc materia fundamentaliter percipiatur, præmittendum eſt, quòd * aliquando actio oritur ex delicto, tanquam ex cauſa immediata: aliquando vero datur propter delictum, tanquam cauſam remotam & mediatam concedendi prædictam actionem, ita probat text. l. 1. *S. ex incendio, & ibi notat Bartol. infra de incend. ruina naufrag. l. illud S. final. cum l. ſequen. & ibi notat Bartol. infra de tribut. actionis* tradit Paulus Caſtrenſ. lib. non dubium, numero 11. *C. de legibus.* Primo ergo * caſu dicitur orta ex delicto: non autem in ſecundo: quia * ſemper cauſa immediata inſpicienda eſt: non autem mediatam l. *ſocium qui S. 1. ſupra pro ſocio, & in ſimili conſiderat Angel. conſil. 329. ad finem.* Ex * hoc igitur præmiſ-

præmiſſo, inferendo ad noſtram materiam reſolvendum eſt, quòd ſi actio perſecutoria oriatur ex delicto, tanquam cauſa immediata, non tranſibit in hæredes delinquentis, quia hæc actio rei perſecutoria, hoc caſu non ſolum prodita eſt ad reſarciendum damnum agentis, ſed æque principaliter in poenam & punitionem illius, qui damnum injuſtè dedit ac proinde quamvis ex parte actoris, tanquam rei perſecutoria tranſeat ad ejus hæredes, tamen ex parte delinquentis, cum poenalis ſit, non tranſibit in ejus hæredes l. *penult. in ſine infra de novi oper. nunciat. & eſt bonus text. hanc differentiam conſtituens l. 6. S. fin. infra ſi menſor falſum modum dixerit, & S. non tamen, inſit. de perpet. & tempor. act.* Si * autem actio rei perſecutoria, cum non habeat originem ex delicto, tanquam cauſa immediata, ſed tanquam ex cauſa remota, ex utraque parte merito cenſebitur rei perſecutoria, & ob id tranſibit ad hæredes, & in hæredes, juxta regulam l. *unica, C. ut actiones ab hæred. & in ſpecie eſt bonus text. l. illud S. final. cum l. ſequenti infra de tribut. act.* Et * ratio eſt, quia prædicta actio principaliter comparata eſt ad rei perſecutionem ex utraque parte. Et quamvis etiam propter dolum concedatur, attenditur tamen cauſa principalis & immediata, & non ea, quæ veniunt in quandam conſequentiam, juxta regulam legis, *ſi quis neque cauſam ſupra ſi cert. pet. & l. 1. infra de authent. Et in ſimili conſiderat Signorol. conſ. 50. ad fin.* & Salyer. l. *final. n. 3. C. de adult.* Si * autem quæras, quomodo cognoſcatur, utrum actio detur immediate ex delicto, vel propter delictum, tanquam cauſam remotam? Reſpondeatur, quòd ſi detur actio propter delictum in committendo: ſemper cenſetur orta ex delicto tanquam cauſa immediata, & ideo non tranſibit in hæredes delinquentis, ut probat d. l. *Julian. & l. penult. in ſine infra de novi oper. nunciat.* Si verò detur propter delictum in omittendo, tunc cenſetur data propter delictum tanquam cauſam remotam, & ideo tanquam merè rei perſecutoria, ex utraque parte tranſibit ad hæredes l. 4. *S. fin. infra de damno inſeſto. l. illud, S. fin. cum l. ſeq. infra de tribut. action.*

117 Quòd intelligas * procedere, etiam ſi in hoc delicto in omittendo, interveniat dolo, vel lata culpa. Nam cum etiam tunc non detur actio tanquam immediate orta ex eo dolo, ſed tanquam ex cauſa mediatam, & remota, adhuc cenſebitur rei perſecutoria ex utraque parte, tranſitoria in hæredes negligentis.

118 Quòd tamen patet ex eo: quia propter negligentiam Judex non tenetur, niſi cum negligentia fuerit mixtus dolo vel lata culpa l. *non ſimpliciter, & ibi gloſ. & Cuman. infra de Magiſtra: convenien.* Tradit Paris. de ſyndicatu verb. hæres. 1. *ad finem, & nihilominus actio tranſit in hæredes Judicis delinquentis, l. quoad hæredes infra de Magiſtra: conveniend.* Quia non videtur immediate orta ex dolo, vel delicto, ſed propter delictum tanquam cauſam remotam, ut in ſimili probat text. elegans, l. *illud S. fin. cum l. ſeq. de tribut. actio.* In tamen dubio autem, quando agitur de delicto in committendo, præſumetur orta ex delicto, tanquam cauſa immediata, & ſic non erit tranſitoria in hæredes damnum dantis, juxta ſupra tradita: pro-

120 ut per contrarium. Erſi * actio detur in ſimplum, & tamen conſtet ex verbis legis, illam in d. ci in poenam delicti, tanquam poenalis, non tranſibit in hæredes delinquentis: textus elegans l. *hujus S. fin. infra quod falſo tutore author.* nam adverſus falſum tutorem actio in ſimplum concepta eſt, l. *noviſſime S. quod aut prator infra, quod falſo tutore, & tamen non tranſit in hæredes falſi tutoris: quia ea actio in dolum concepta eſt, & factum punit, ut expreſſè dicit text. d. l. *hujus, S. fin. infra quod falſo tut. auct.**

Ex qua t lege ita expenſa tria colliguntur valde notanda in hac materia: Primum eſt, quòd licet actio in ſimplum concepta ſit, & ſic nullam poenam contineat, dicit. *S. his autem verbis Inſtit. de lege Aquil.* Tamen ſi conſtet proditam fuiſſe ad puniendum factum, quali poenalis non tranſibit in hæredes delinquentis, dicit. l. *hujus S. fin. adjuncta, gl. ibi verb. in factum, & ibi Cuman.*

Secundò t colligitur à ceſſante ratione illius legis, quòd ubi actio in ſimplum non fuit prodita ad factum, neque in dolum concepta eſt, tanquam rei perſecutoria, ex utraque parte tranſibit in hæredes prædictos, & in his terminis procedet illud, quòd præſupponit dicit. *S. autem verbis.*

Tertiò t colligitur, quòd ubi actio in ſimplum concipitur, tunc ut cognoſcatur, utrum ea actio ſit tranſitoria in hæredes, conſiderandum eſt, qualiter ea actio concepta ſit: Nam ſi concipiatur in dolum, & ſic ad puniendum factum, tanquam orta ex delicto, non tranſibit in hæredes dicit. l. *hujus S. final.* Si verò eo modo concepta non ſit, tunc tranſibit in hæredes, d. *S. his autem verbis,* in dubio autem, quando delictum eſt in committendo credendum eſt, in dolum fuiſſe conceptum: ſi autem delictum ſit in omittendo, contrarium præſumetur, juxta ſupra tradita.

Et * juxta hæc venit explicandus text. *S. hi autem verbis Inſtit. de leg. Aquilia* (nam reſectis traditis ibi per Fabrum Angelum, & Linium, quia rationem expreſſam in eo textu aperte corumpunt: ego advertendum exiſtimo, textum cum duas proponere conſuſiones. Prima eſt, quòd actio, quæ datur ad reſarciendum damnum, & in nihilo alio condemnat, tanquam rei perſecutoria tranſit in hæredes damnum dantis: ſi verò ultra damnum condemnat in aliquo pluri, non tranſibit in hæredes delinquentis: nam hoc intelligendum eſt procedere in dubio, facile enim ex mente legis contrarium poterit colligi d. l. *hujus S. fin. infra quod falſo tutore, & ſupra tradita.*

Tantum * igitur opinio Covarruv. & ſequacium admitti poteſt, quando conſtat actionem eſſe ex utraque parte rei perſecutoriam, nam hanc certum eſt tranſire in hæredes, l. *itaque 29. S. fin. ſupra de dolo, Bart. l. in honorariis: n. 1. infra de action. & obligat.* Et * hac ratione procedit text. l. *ſi pro fure S. fin. ſupra de conditio. furtiva,* dum probat, conditionem furtivam, tranſire in hæredes furis, quia perſecutionem continet Bart. * 128 Paulus, & Fulgoſ. ibi opponunt, quòd licet conditio furtiva tranſitoria ſit ad hæredes illius, cui furtum factum fuit. Tamen cum ex delicto oriatur: non debet tranſire in hæredes fures l. 5. *S. fin. cum l. ſequenti ſupra de alienatione judicii mutandi. l. 6. S. fin. infra ſi menſor falſum modum dixerit: & reſpondent, ſpeciale eſſe in conditione furtiva, ut tranſeat in hæredes furis, quæ ſpecialitas inducta fuit propter evitandam frequentiam furtorum, & ita etiam Bart. l. 1. n. 2. *infra de privatis delictis, Covarr. reſolut. lib. 3. num. 7. ad finem Duenbas regul. 3. n. 9. Menbac. illuſtr. q. cap. 96. n. 24.* Quæ tamen reſponſio non placet: quia d. l. *ſi pro fure S. fin.* non fundat ſe aliqua ſpecialitate, ſed generalem rationem adducit: quæ in aliis etiam calibus ſimilibus, debet locum habere, ut ibi advertit Paul. Caſtrenſ. ad finem. Et * ideo melius reſpondetur, quòd conditio furtiva ex ſua natura eſt rei perſecutoria ex utraque parte, datur enim adverſus hæredem furis, qui rem furtivam penes ſe habet, l. *ex cauſ. 5. infra de conditio. furtiva, & ideo tranſire in furis hæredes, juxta ſupra tradita.**

- 11 *Judex delegatus non poteſt ſubdelegare, ordinarius autem poteſt.*
- 12 *In delegato, qui per ſe non poteſt ſuccurrere impedimento, c. peccatur ceſſatio impedimenti, non vero in ordinario, qui delegato facile poteſt ſuccurrere impedimento.*
- 13 *In delegato Princeps, qui ſubdelegare poteſt idem quod in ordinario dicendum erit.*
- 14 *In notario deputato ad ſcribendam acta judicii obſervanda erit diſtinctio hujus legis.*
- 15 *Qui poſſunt delegare, etiamſi impedimentum parvo tempore ſit duraturum, tenentur delegare, nec expectatur ceſſatio impedimenti.*
- 16 *Reprobat traditionem Bart. dum exiſtimat, quod ordinarius impeditus parvo tempore, poſſit loco ſuo Vicarium conſtituere, quod de jure Civili falſum eſſe oſendit.*
- 17 *Quamvis ordinarius cauſas meri imperii poſſit delegare propter abſentiam, vel aliud impedimentum, non autem ſi parvo tempore ſit duraturum.*
- 18 *Tradit reſolutionem ſecunda quaſtionis, in qua etiam diſtinguendo procedit.*
- 19 *Si duobus ordinariis competat cognitio alicujus cauſae cuiſlibet inſolidum videtur c. impetens jurisdictio, non ſolum quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad exercitium, & ſic altero impedito, alter ſolus cognoscet.*
- 20 *Jurisdictio delegata duobus ſimul commiſſa, quamvis quoad ſubſtantiam videatur omnibus inſolidum competere, non tamen quoad exercitium, & ideo ſi unus ſit impeditus, alter non cognoscet.*
- 21 *Reprobat gl. in d. l. ſi uni & Bart. ibi num. 3. qui contrarium exiſtimant.*
- 22 *Si plures ſint ordinarii, & unus ſit impeditus, alter ſolus poterit de cauſa cognoscere.*
- 23 *Si unus ex ordinariis pervenerit cognitionem cauſae, ſolus de cauſa cognoscet, licet contrarium in delegato obſervetur.*
- 24 *Diſtinctio hujus text. in ordinariis locum non habet: ſi enim unus ex ordinariis, parvo tempore ſit impeditus, alter jure ſuo ſolus in cauſa procedet.*
- 25 *Si collega ſit impeditus longo impedimento, non eſt alius ſubrogandus, ſed collega ſolus procedat.*
- 26 *Oſendit diſtinctionem hujus text. in hac ſecunda quaſtione tantum procedere, quando duo fuerint delegati.*
- 27 *Si duo delegati ſint dati cum clauſula, quod ſi omnes & unus impeditus parvo tempore, alii cognoscere non poterunt.*
- 28 *Tradit reſolutionem tertie quaſtionis.*
- 29 *Oſtendit in primis verba ſubrogationis, ſi continent dare Judicem, donec alius fuerit impeditus, vel dari loco impediti, ſtandum non erit proprietati verborum.*
- 30 *Quando Judex ſimpliciter datur propterea, quod alter erat impeditus, in dubio praſumitur datus donec duraverit impedimentum.*
- 31 *Reſert Albericum contrarium tenentem.*
- 32 *Tradit auctor ad reſolutionem articuli elegantem diſtinctionem.*
- 33 *Declarat, in quibus terminis accipiendum ſit dictum Bart. l. 1. n. 14. ſupra de officio ejus.*
- 34 *Dictum Bart. procedet, etiam ſi ſubſtitutus ſuſceperit cognitionem alicujus cauſae.*
- 35 *Reſpondet ad l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. ſupra pro contraria parte allegata n. 31.*
- 36 *Si in loco delegati ſimpliciter impediti detur alius delegatus, qui capite de cauſa cognoscere etiam ceſſante impedimento, prior delegatus non poteſt ſe intruſtere in illius cauſae cognitione, & ibi ratio traditur.*
- 37 *Tradit limitationem ex Paulo hic n. 4. ad concluſionem noſtri text. ut non procedat in arbitrio.*

- 38 *Advertit auctor proximam limitationem, nec bene adaptare ad noſtrum textum, nec eſſe ſimpliciter verum, & utramque ibidem oſendit.*
- 39 *Arbitri quanto plures ſint, tenentur expectare legitimum impedimentum.*
- 40 *Declarat quo caſu procedat c. ſin. d. de arbit. in 6.*
- 41 *Reſolutionem d. c. ſin. docent tantum in foro Eccleſiaſtico locum habere, nam in foro civili etiam in his terminis arbitri non poterant procedere in cauſa.*
- 42 *Si alter ex arbitris moriatur, recurrendum eſt ad c. uno delegatorum, de officio deleg.*
- 43 *Quando loco Judicis dati, & impediti datur alius Judex is non cenſetur novus Judex, ſed potius loco primi ſubrogatus, ita ut tantum persona videatur mutata, non autem jurisdictio.*
- 44 *Subrogatus Judex poterit omnia facere, quia ille, cujus loco ſuit ſubrogatus, facere poterat.*
- 45 *Judex ſubrogatus ex alio factis coram primo, poterit ſubrogatus cauſam terminare.*

COLLIGENDUM eſt * ex iſto text. quod licet communis judicandi ſit neceſſarium, neque ab eo poſſit quis ſe excuſare l. ſin. d. §. judicandi infr. de munerib. & honoribus l. ſin. §. qui autem infr. de accuſator. tamen propter impedimentum ſuperveniens, poterit electus in Judicem, ab eo munere ſe excuſare, quod etiam probat l. penul. §. ſin. infra de vacat. munerum, & ſimilia adducit Andr. Gaius praſt. obſervat. 43. n. 9. & tract. de pace publica l. 2. c. 17. n. 16. & c. ſequent. n. 26. tradit etiam Briſſon. tract. de formal. lib. 5. pag. 513.

Item * ex iſto textu colligendum eſt, quod quando datus Judex, eſt impeditus, ita ut per longum tempus non poſſit cognoscere de cauſa ſibi commiſſa, tunc loco illius alius dandus eſt Judex: Circa quod notandum eſt. Quod * ſi impedimentum ſit perpetuum, ut quia datus Judex mortuus eſt: tunc neceſſario loco illius, alius dandus eſt Judex, cap. uno delegatorum, de officio delegat. & idem dicendum in alio quocumque impedimento, perpetuo l. licet 16. ſupra de recept. arbit. l. ſin. infra de vacatione munerum. Quod ſi impedimentum non ſit perpetuum, ſed * temporale, tunc diſtinguendum eſt, ut in iſto textu: ut ſiquidem impedimentum debeat diu durare, ac ita proſecutio cauſae per longum tempus debeat impediti, tunc loco Judicis impediti, alius Judex dandus eſt, qui cauſam breviter determinet. Quod etiam probat l. penul. C. de pedaneis Judicibus. Si autem impedimentum brevi tempore eſt duraturum, tunc loco impediti non eſt dandus alius Judex, ſed expectari debet, quoad ceſſet impedimentum, concordat l. & ſi qua 17. ſupra de receptis arbitris. Ratio aſſignatur l. penul. §. ſi. infra de vacatione munerum, quam notat Roman. conf. 379. num. 5. quam reſolutionem ex iſto textu colligit Bart. l. duo ex tribus in principio, & ibi Jaſon. num. 3. infra de re judicata, l. art. Ju. l. 1. n. 68. ad finem ſupra de officio ejus, & diſtinctione hujus text. in caſu notabil. utitur Aretin. cap. qui Gu. nu. 13. de judic. & alia Hypopolitus traſt. haminorum, verb. expectatur a num. 13. & in alio poſt Tirac. Lambertengus de contractibus ſine ſolemnitate gloſ. 9. nu. 1. & in alio Gaius praſt. obſervat. lib. 2. obſerv. 29. num. 15. & Mathienſ. l. 6. tit. 3. lib. 5. ordinamenti, gl. 1. n. 2.

Cæterum * ad perfectam explicationem, hujus text. de tribus quaſtionibus nobis agendum eſt. Prima * erit, utrum deſiſſo hujus text. poſſit in Judice reſo. dato, & ſic in delegato, obtineat etiam locum in Jure ordinario? Secunda * ſi duo Judices dati ſint, & unus ex illis ſit impeditus, utrum locum habeat diſtinctio hujus legis? Tertia, * ſi quia creditum eſt infirmitate dati Judicis, eſſe diu duraturum, & ideo loco illius,

- 8 *lius, alius datus ſit: tamen Judex cito convaleſcit, ſi poſſit reſumere jurisdictionem prius ſibi datam?*
- 9 *Quatenus autem pertinet ad primam quaſtionem reſolvendum eſt: diſtinctionem hujus textus etiam locum habere in Judice ordinario, impedito cauſas determinare, in hoc tamen ſenſu, ut ſi impedimentum parvo tempore ſit duraturum, poſſit loco ſui Vicarium conſtituere, ſi verò diu ſit duraturum, tunc adendus ſit ſuperior, qui alium ſubroget, qui vices ordinarii impediti gerat l. 2. C. de offi. ejus, qui vicem alterius gerit: & ita Bart. l. obſervare num. 5. ſupra de offi. proconſul.*
- 10 *Sed * circa hanc doctrinam Bart. ad plura eſt advertendum? Primum quòd ea eſt differentia in hac materia inter delegatum, & ordinarium, quòd ſi impedimentum delegati parvo tempore ſit duraturum: tunc partes debent expectare ceſſationem impedimenti, ut clarè ſenſit iſte text. Sed in ordinario non expectatur prædicta ceſſatio impedimenti: ſed ipſe poteſt loco ſui Vicarium conſtituere: Cujus differentiae ratio ex eo procedit, quòd Judex * delegatus non poteſt ſubdelegare, ordinarius autem poteſt, l. a. Judice C. de jud. In delegato igitur, qui * per ſe non poteſt ſuccurrere impedimento, expectatur ceſſatio impedimenti, l. penul. §. ſin. infra de vacat. munerum, non expectatur autem in ordinario, qui delegando facile poteſt ſuccurrere impedimento, argum. l. quia ratio, infra de condit. inſtit. Quare * ſi eſſemus in delegato, qui ſubdelegare poſſet (ut eſt delegatus Principis) d. l. a. Judice in fine, in eo, idem erit admittendum, quod in ordinario: nam ſi ſit impeditus, etiam ad parvum tempus, tenebitur ſubdelegare, neque expectanda eſt ceſſatio impedimenti, c. ſi pro debilitate, & c. venerabili de officio delegati.*
- 14 *Quare * cum notarius deputatus ad ſcribenda acta Judicii, non poſſit delegare, juxta regulam d. l. a. Judice, etiam in eo obſervanda erit diſtinctio hujus legis. Angel. Paul. & Fulgoſ. hic num. 2. & Jacob. num. 2. Bart. l. 1. num. 4. ſupra de officio proconſul. Et in ſimili tradit idem Bart. l. ſed eſt unus ſin. infra de injuriis, ex quorum mente colligendum eſt, quòd * illi, qui poſſunt delegare, etiamſi impedimentum parvo tempore ſit duraturum, tamen tenentur delegare, nec in illis expectanda eſt ceſſatio impedimenti, quicquid contrarium exiſtmet Curt. Jun. l. 1. numer. 68. ante finem ſupra de officio ejus.*
- 16 *Præterea * eſt advertendum, quòd Bart. ſupra relatus praſupponit, quòd ordinarius impeditus parvo tempore, poſſit loco ſui Vicarium conſtituere, quod tamen jure civili eſt falſum: quia nullus eo jure poteſt pro ſe Vicarium conſtituere Auth. de collator. §. ad hoc prohibemus, collat. 9. Unde potius docere debuiffet, quòd poterit jurisdictionem ſuam alteri mandare, dum durat impedimentum, l. 1. §. ſin. ſupra de officio ejus l. more, ſupra de juſtitiis omnium Judicium, quod multum differt à Vicarii conſtitutione, ut oſtendimus l. cum prætor §. 1. ſupra eed. Unde quamvis ordinarius cauſas meri imperii poſſit delegare propter abſentiam, vel aliud impedimentum, non * item ſi parvo tempore ſit duraturum, l. 1. ad fin. princ. ſupra de officio ejus, & ibi notat Alex. num. 56. Curt. Jun. num. 81. Et hæc de prima quaſtione.*
- 18 *Succedit * igitur ſecunda quaſtio, in qua dicendum eſt: neceſſario faciendam eſſe differentiam, inter delegatum & ordinarium. Nam * ſi duobus ordinariis competat cognitio alicujus cauſae, cuiſlibet inſolidum videatur competere jurisdictio, non ſolum quoad ſubſtantiam jurisdictionis: ſed*

etiam quoad exercitium l. ſi uni. & ibi Bart. num. 1. infra de re. ud. & ſic altero impedito, alter ſolus cognoscet de cauſa, l. 1. ſupra de officio conſulis. Jurisdictio autem * delegata duobus ſimul commiſſa: quamvis quoad ſubſtantiam jurisdictionis, videatur omnibus inſolidum competere, non tamen quoad exercitium: & ideo ſi unus ſit impeditus, alter non cognoscet, c. prudentiam, in princ. de officio deleg. Adeo * quòd licet gloſ. d. l. ſi uni & ibi Bart. num. 3. exiſtiment, quòd ſi duobus ſimul ſit commiſſa jurisdictio ad univerſitatem cauſarum, cuiſlibet competat jurisdictio inſolidum, & quoad ſubſtantiam, & quoad exercitium, tamen verius eſt contrarium ut eleganter Probat Imol. d. c. prudentiam, in princ. n. 12.

Ex * quibus inferendum eſt, quòd ſi plures ſint ordinarii, & unus ſit impeditus, alter ſolus poterit de cauſa cognoscere, cum ei competat jurisdictio inſolidum, etiam quoad exercitium. Quinimò * ſi unus prævenit cognitionem cauſae ſolus de cauſa cognoscet l. 1. ſupra de officio conſulis, diverſum erit in delegatis, qui non habent jurisdictionem inſolidam quoad exercitium. Nam ſi unus ſit impeditus, non poterit alter in cauſa procedere, ſive impedimentum ſi longo tempore duraturum, ſive parvo: Innoc. receptus in cap. prudentiam. de officio delegat. & eſt bonus text. c. cum plures de officio deleg. in 6. Quare * diſtinctio hujus text. in ordinariis locum non habet, nam ſi unus ex ordinariis, parvo tempore ſit impeditus: alter jure ſuo ſolus in cauſa procedet Card. Imol. num. 11. d. c. prudentiam, & ibi eleganter Dec. num. 3. quicquid contrarium ſentiat Bar. l. 1. num. 3. ſupra de officio conſulis. Et pari * ratione ſi collega ſit impeditus longo impedimento non eſt alius ſubrogandus, ſed collega ſolus procedet, d. l. 1. ſupra de officio proconſul. Diſtinctio igitur * hujus text. in hac ſecunda quaſtione tantum procedet, quando duo fuerint delegati, ut dictum eſt. Quinimò * ſi duo delegati ſint dati cum clauſula (quod ſi omnes) & unus ſit impeditus parvo tempore, alii cognoscere non poterunt: quia non eſt verum dicere (ſi impedimentum ſit parvo tempore duraturum) illum nolle, aut non poſſe, de cauſa cognoscere: ſi vero diu duraturam ſit, tunc alii virtute prædictae clauſulae cognoscere poterunt, Innoc. d. c. prudentiam, quem ſequuntur Ang. hic n. 2. Paul. n. 2. & Jacobi. num. 3. & Mathienſ. col. 6. tit. 3. lib. 5. ord. gloſ. . n. 2. ubi alia valde notanda tractat in hac materia.

Quoad * tertiam quaſtionem principalem, eam movet Albe. hic num. 3. late diſtinguens, & l. ſi quos, numer. 3. c. de officio præſecti prætorio orientis: Langetotus Deci. hic & Jacobi. numer. 8. Sed reſolvendum eſt, imprimis * inſpicienda eſſe verba ſubrogationis: nam ſi continent iſtum dari Judicem, donec alius fuerit impeditus, vel dari loco impediti, ſtandum erit verborum proprietati, l. idem Ulpianus in principio, infra de excuſatione tutorum, Bart. l. ſolet numero 2. infra de tutel. Tota * igitur controverſia eſt, quando Judex ſimpliciter datur, propterea quòd alter erat impeditus, & in dubio præſumitur datus, donec duraverit impedimentum, Sed * contrarium ſentit idem Albericus. l. ſi quos numer. C. de officio præſecti prætorio orientis: per l. quod ſenec. C. de re milit. lib. 12. Ego vero * in hoc articulo puto diſtinguendum eſſe ordinarium à delegato, nam ſi in locum ordinarii impediti, alius datur, cenſebitur datus, donec duraverit prædictum impedimentum, & ideo ceſſante impedimento, ordinarius reſumet jurisdictionem ſuam ordinariam, argum. l. ſolet infra de tutel. & ratio, diſtraberi. l. non ſolum §. ſin. infra de excuſat. tut. & * in his terminis acci-

accipiendum est dictum Bart. l. 1. n. 14. *Supra de officio eius.* Quod si loco absentis alius datus sit, eo revertito statim cessat jurisdictio substituti, *argum. cap. cum cessante, de appellat.* Quod * procedet et si substitutus susceperit cognitionem alicujus causæ. Nam cum huiusmodi cognitio haberet tractum successivum in futurum, cessante causa debet cessare effectus quoad futura, qui adhuc non erat consummatus, *Bald. l. generaliter, n. 4. in fine C. de Episc. & cleric.*

35 Neque * in his terminis repugnat *l. semel C. de re milit. lib. 12.* quia in casu ibi proposito non omnino cessabat causa: quia, ut textus ille dicit, propter morbum, non admittitur miles à milita, nisi quando iudicio Medicorum, morbus est incurabilis: & quasi vitium perpetuum inducens, & quamvis postea sanitatem præter spem recuperaverit, magis standum est iudicio Medicorum, & sic in dubio non debet haberi pro omnino sano: nos autem agimus de simplici infirmitate, à qua facile solent liberari infirmi, qua recuperata debet ceteri revocata datio facta in locum ordinarii infirmi, vel alias impediti.

36 Si verò † in locum delegati simpliciter impediti, deur alius delegatus, qui cepit de causa cognoscere, etiam cessante impedimento prior delegatus non potest se intromittere, in illius causæ cognitione: ut colligitur ex mente huius, & in simili probatur, *c. cum plures de offic. delegati in 6. & c. quamvis alii eodem tit. cap. si duo §. ceterum de procuratoribus in 6* Et est ratio hujus differentia: quia ordinarius impeditus, semper retinet jurisdictionem suam ordinariam, saltem in habitu, *l. qui fure supra de stat. hom. l. penult. supra de offic. presid. qui habitus facile reducitur ad actum, sed in delegato tota jurisdictione primi, videtur translata in eum, qui loco illius subrogatus est, & sic jurisdictionem, quam nullo modo habet, sua auctoritate reassumere non potest.*

37 His * ita explicatis, conclusionem hujus text. limitabat Paul. *hic n. 4.* non procedere in arbitris. Nam si unus ex illis ita esset impeditus ut de causa non posset cognoscere, tamen eo requisito per alios, & non comparante: alii causam poterunt determinare ut probat text. *c. final. de arbit. in 6.* & subscribit Jacob, *hic n. 8. ad fin.* Est * tamen advertendum hanc limitationem, neque bene adaptari ad nostrum textum neque esse simpliciter veram: Nam noster text. agit de iudice legitime impedito, in quibus terminis etiam arbitri tenentur expectare legitime * impeditum, ut sentit text. *d. c. final. &*

38 *ibi notat glos. verb. impedimento, ac * ita d. c. fin. de arbitr. in 6.* tantum procedit, quando arbiter voluntariè, vel per malitiam se absentat, si tunc requisitus non veniat: alii poterunt causam determinare: id quod * tantum in foro Ecclesiastico locum habebit, nam in foro civili etiam in his terminis arbitri non poterunt procedere in causa, ut colligitur ex *l. si in tres, cum l. sequenti supra de receptis arbitris, & fatetur Summus Pontifex d. c. ad fin. & ideo jus civile in foro seculari observabitur, ut ibi tradit glos. verb. civilis in fine: Quod † si alter ex arbitris moriatur recurrendum est ad c. uno de legat. de offic. delegat.*

Ultimò * collige ex isto textu ibi [*mutari cum*

43 *prætor: jubet*] quod quando loco iudicis dati, & impediti, datur alius iudex, is non censetur novus iudex, sed potius loco primi subrogatus, ita, ut tantum persona videatur mutata, non autem jurisdictione. Cum igitur subrogatum sapiat naturam subrogati, *l. si cum §. qui injuriarum supra si quis cautio.*

44 poterit * is iudex idem facere, quod poterat ille

cujus loco fuit subrogatus *l. 2. C. de eo qui vicem alterius gerit, exornat Alexand. l. 1. n. 54. supra de officio eius, ac ob id tempora præstituta primo iudici ad causam determinandam juxta l. 2. sed si iudex, supra eod., eadem censentur præstituta subrogato ejus loco, l. si iudex. 32. infra eodem, Deci. cap. de causis num. 2. de offic. delegat. declarando tamen, per Imol. l. sub conditione col. penult. ad finem infra de hered. institut. Unde * ex actis factis coram primo, poterit subrogatus causam determinare, *gl. l. si ut proponis, à primeira, verbo denuo C. quomodo, & quando iudex, glos. final. l. si expressam, infra de appellat. & est bonus textus l. sed est restituatur §. penult. supra eodem & l. mortuo infra eod. & tradit Jacobus hic n. 4. Declarando tamen, ut per Imol. l. cum quarebatur n. 10. infra de re iudicata, & Angelus Arétin. l. si expressum num. 45. infra de appellat. & eleganter prosequitur Brissonius in tractatu formularum lib. 5. pag. 513.**

L. Si longius 18. §. si filiusfamil. ff. de iudiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Ad veram explicationem text. & materia præmittit tria esse negotiorum genera de quibus separatim tractat.
- 2 Quoddam est negotium quod pater gessit, vel quando quid sit directo in præiudicium, & in uriam ipsius patris.
- 3 Declarat quid probat is text. in hoc primo genere negotiorum.
- 4 Ostendit speciale esse in filio, vel in alia conjuncta persona, ut possint audire pro persona conjuncta absente etiam si constaret, eo mandatum absentis non habere dummodo præsent cautionem de rato.
- 5 Ostendit text. probare, quod filius potest agere pro patre absente, secus si præsens sit.
- 6 Declarat, quando dicatur pater esse præsens.
- 7 Filius non admittitur, nisi cum cautione de rato, qua cessat, quando patris præsentis voluntas facile explorari potest.
- 8 Si pater absens relinquat procuratorem, tacite videtur prohibere, ne conjuncta persona pro eo agat, & cessat cautio de rato.
- 9 Si procurator absentis nolit agere etiam requisitus, tunc admittitur conjuncta persona cum dicta cautione.
- 10 Refert optimam cautelam.
- 11 Refert secundum genus negotiorum, & ejus decisionem ponit regulam sequentem.
- 12 Actiones jure potestatis eodem momento transcunt in patrem, ita ut omnis obligatio tam civilis, quam naturalis in patrem transferatur.
- 13 Declarat, quid in hoc secundo genere negotiorum sentiat is textus.
- 14 Idem est, patrem quid acquirere nomine proprio, vel mediante dispositione legis ex filii persona, in eam transferri.
- 15 Ostendit in quo istud secundum genus negotiorum differat à primo.
- 16 In hoc secundo genere negotiorum, si pater sit absens, filius agit suo proprio nomine, nec tenebitur præstare cautionem de rato.
- 17 Tradit rationem proximæ conclusionis, & concludit, quod his casibus utilis actio inducitur per legem.
- 18 Ubi periculum est in mora, admittitur in iudicio persona aliàs minus legitima, & quæ aliàs in eo non audiretur.

19 Refert

- 19 Refert tertium genus negotiorum, & declarat quomodo actio, quæ pro eo competeat, jure speciali revertitur in persona filii.
- 20 Resolvit, quod licet proprietatem prædictarum actionum sit filii, tamen illarum exercitium competit patri, unde non audietur filius in iudicio, sed pater nomine filii, vel procurator patris.
- 21 Si pater sit absens, tunc exercitium actionis revertetur ad filium, cujus erat proprietatem, & nomine proprio utitur prædictis actionibus.
- 22 Tradit in quo differat hoc tertium genus negotiorum à secundo.
- 23 Impugnat dictam communem explicationem ex hoc text. quem ad id inducit.
- 24 Reprobatur responsionem gloss. hic verb. utili.
- 25 Ad veram resolutionem ponderat verba text. in præfenti.
- 26 Apud antiquos tunc in civilibus negotiis, quam in criminalibus ordinaria fuerunt iudicia in usu, quæ concipiebantur sub certa verborum formula.
- 27 Dicta iudicia tempore jurisconsultorum jam erant abolita, & loco eorum fuerunt constituta iudicia extraordinaria, in quibus prædictis formulis non utebantur.
- 28 Docet quod in iudiciis ordinariis in quibus Prætor formulis utebatur, multum intererat inter actionem directam & utilem.
- 29 In iudiciis extraordinariis, in quibus formulis prætor non utebatur, nil interest inter actiones directas & utiles, maxime cum sint ejusdem effectus.
- 30 Probat jureconsultum in hoc textu agere de utili iudicio, hoc est, extraordinario, cum in eo nil interest inter actionem directam, & utilem.
- 31 Adducit argumentum ex l. 1. C. formul. sublatis ut ostendat tempore Jureconsulti. formulas fuisse.
- 32 Respondet ad primum argumentum.
- 33 Docet alio modo posse intelligi iudicium utile sive extraordinarium.
- 34 Docet in quo sensu possit admitti expositio *gl. l. cum filiusfamil. supra si certum petatur, dum exponit extraordinarium iudicium hoc est imploratio officii iudicis.*
- 35 Officium iudicis nullam præsupponit obligationem vel actionem, sed tantum æquare minuit.
- 36 Ostendit actionem de qua hic non esse nativam, sed potius dativam propter æquitatem inductam, nativa enim regulariter in patrem transfertur.
- 37 Si agatur de actionibus, quæ nullo modo transcunt in patrem semper directæ actiones penes eum remanent, & semper proprio nomine per ipsum intentantur.
- 38 Hodie proprietatem adventitiorum remanet penes filium & patri tanquam legitimo administratori tantum competit exercitium actionum.
- 39 Hodie si pater sit absens & filius valet agere pro adventitiis, poterit filius inventare directam actionem suo nomine, cum propter patris absentiam ei tantum concedatur exercitium actionum quarum ipse est proprietarius.
- 40 Idem a fortiori determinat quando pater non erat legitimus administrator bonorum filii, utpote quia in illa non habebat usum fructuum.
- 41 Filius famil. non audietur in iudicio etiam in his casibus nisi accedat patris consensus, si tamen pater absit, vel facile ejus consensus haberi non possit sine dicto consensu filius in iudicio admittetur.
- 42 Si pater dedit filio generalem licentiam agendi in iudicio, poterit is filius suo nomine intendere directas actiones.
- 43 Provis filius patre absente potest agere sine consensu patris, pariter & poterit conveniri sine consensu patris absentis.
- 44 Ostendit differentiam esse inter huiusmodi consensum

Petri Barboſæ, Comment. de iudiciis.

- Jure digestorum, & jure Codicis.
- 45 Traditio glossæ, de qua num. 43. & communis, de jure hodierno est notabilis.
- 46 Propter absentiam alterius admittitur ad agendum in iudicio, qui alius non esset admittendus absque alterius consensu.
- 47 In regno Castellæ licet uxor non possit contrahere, neque agere in iudicio sine consensu mariti, tamen si maritus fuerit absens & absentia si diu duratura, poterit uxor agere sine licentia mariti.
- 48 In regno Portugaliæ, similiter proxima conclusio admittenda est.
- 49 Mover difficultatem ex eo, quod conclusio ex verbis text. non sit generaliter intelligenda, sed difficultati responderi & conclusionem amplectitur.
- 50 Licet Monachus non possit agere in iudicio sine licentia Abbatis, tamen si delegat extra monasterium, de voluntate Abbatis poterit agere, & conveniri eo absente ex tacito mandato Abbatis.
- 51 Monachus acquirit monasterio, & in hoc servo equiparatur, unde nunquã agere poterit nomine proprio, sed nomine monasterii propter tacitum mandatum.
- 52 Declarat prædictam intelligendam esse, quando ille cujus consensus requiritur, est absens in longinquo loco, & consequenter absentia diu duratura est, secus si in loco propinquo, tunc expectandus est.
- 53 Quando periculum est in mora, non expectatur consensus patris absentis, & ibi exemplificat.
- 54 Ostendit extra casus de quibus nu. proximo, filium non admitti in iudicio, etiam si pater adens sit in loco longinquo, nisi ut conjuncta persona patris, & ejus nomine.
- 55 Colligit ex text. quod ne delictum remaneat impunitum, & ne delinquens aufugiat & pœnam evitet, permittitur id, quod alias non permitteretur.
- 56 Licet à captiva in civilibus non sit incipiendum, tamen si debitor sit suspectus de fuga, potest creditor ab ea incipere, etiam si debeatur in die vel sub conditione.
- 57 Ad sumendam informationem, utrum debitor sit suspectus de fuga, non est citandus prædictus debitor, ne alias instruat ad fugam.
- 58 Colligit ex text. quod ubi est dignitas, est etiam militia, & hac ratione dignitas debet prodesse & non obesse.
- 59 Expendit pro hac parte text. in l. si filiusfamil. in principio infra de donationibus.
- 60 Donare est perdere.
- 61 Incipit tractare de ratione l. filiusfamil. à primeira, infra de act. & obligat. quare scilicet actiones in ea expresse remaneant in persona filii, nec ab ea transiant in patrem.
- 62 Refert Bart. & Ang. fatentes ingenue, se ignorare rationem hujus specialitatis.
- 63 Refert rationem specialitatis, quam tradit Ang. Perusinus in d. l. filiusfamil.
- 64 Reprobat dictam rationem, & ad fundamenta Angeli respondet.
- 65 Tradit aliam rationem ex Cumanis in d. l. filiusfamil. quam etiam reprobatur.
- 66 Tradit aliam rationem specialitatis, & naturam actionum, quæ filio competunt, specialiter considerat.
- 67 Actio injuriarum non competit filio nomine proprio, nisi quando pater est absens.
- 68 Interdictum quod vi, aut clam non competit filiofamil. nisi ubi pater est absens.
- 69 Actio depositi va demum filio competit si pater absens sit.
- 70 Reprobat considerationem, de qua à nu. 66. & fundamentis, de quibus ibi respondet.
- 71 Probat eleganter, quod actiones de quibus agitur, in

Q 2

de l. si

- d.l. si filius fam. & prima principaliter inducitur in factum, & propter factum respicitur personam illius filii, & de unaquaque specialiter agit.
- 72 Ideo actiones, de quibus in dict. l. filiusfamil. sunt filii, & non tranſeunt à patre, qui factum coherens persone ipsius filii, non tranſit in patrem ex potestate legis.
- 73 Docet pari ratione, idem esse recipiendum in omni actione, qua competit ad factum, & habet originem à facto coherente persona filii.
- 74 Lex in factum & infra de act. & oblig. videtur continere ampliationem d. l. filiusfamil. & tacite veram rationem illius insinuat.
- 75 Oſtendit, quod licet actiones, de quibus in dict. l. filiusfamil. patri non competant, quasi ex potestate legis in eum translata, eas tamen pater ex propria persona exercere poterit.
- 76 Comprobat proximam resolutionem referendo singulas quatuor actiones, & ostendit, patrem inamquamque eorum ex propria persona exercere posse.
- 77 Ulterius inquirunt utrum ea, que supra tradita sunt in filiofamilias, pariter etiam recipienda sint in seruo.
- 78 Serui capaces sunt eorum, qua in filiofamilias tradita sunt, in seruo locum non habeant.
- 79 Decretum verius esse, quod ea, que in filiofamilias tradita sunt, in seruo locum non habeant.
- 80 Seruus in iure civili pro nihilo reputatur, & pro mortuo habetur, incapax est comparandi in iudiciis, sicut filius familias.
- 81 Pro injuria facta seruo, nulli actio ei competit suo nomine, imo nec à domino, si ea injuria in contumeliam domini facta sit.
- 82 Respondet ad §. sed cum factum, instituit de stipulatione seruorum de quo n. 78. & de vero intellectu illius text. agit.
- 83 Oſtendit dispositionem text. in l. 2. §. non solum, vers. sed si seruus, qua loquitur in seruo locum posse habere in filiofamil.

AD veram * explicationem hujus textus, & illius materie præmittendum est, quoad nostrum propositum tria esse distinguenda negotiorum genera. Nem * quod pater gessit, vel quando quid sit directo in præjudicium & injuriam ipsius patris. Et * in hoc primo genere negotiorum probat is text. in prima parte, quod actiones ex hoc genere negotiorum procedentes, sint propriæ ipsius patris, & ideo invito patre filius illis non potest, l. Pomponius §. fin. supra de procurat. quamvis illud sit speciale in * filio, vel in alia conjuncta persona, quod licet, quando conſtat, extraneum agere volentem nomine absentis, non habere illius mandatum, non audiatur in iudicio, etsi paratus sit prestare cautionem, quod absens ratum habebit, l. 1. C. de procurat. tamen filius vel alia conjuncta persona: etsi conſtaret non habere mandatum, tamen audientur pro conjuncta persona absente l. sed & hæc in princip. supra de procurat. dummodo præstant cautionem de rato: quia alias iudicium redderetur elusorium, si conjuncta persona absens pro qua actum est, postea non haberet ratum l. 3. §. 1. & ibi Bart. in fine infra iudicatum solui l. 1. C. quibus res iudicata non nocent, tradit Paul. dict. l. sed & hæc in principio, Jason. l. exigendi num. 10. C. de procurat. Felin. coram n. 7. de officio delegati.

In * his igitur terminis probat is text. quod filius tanquam conjuncta persona poterit agere pro patre absente in quo significat, quod si pater sit præſens, non audietur: sed observabitur regula l. 1. C. de procurat. Dicitur * autem pater esse præſens, si sit in loco, in quo filius vult agere, vel in suburbis præſens. §. cum l. sequenti supra de procura. Et est *

ratio, quia cum non audiatur, nisi præſta cautione de rato, ut dictum est; prædicta cautioni locus esse non potest, quando patris præſens voluntate facile explorari potest, l. manus 43. §. si qui, & ibi Angelus & Paul. num. 2. supra de procurator. & Anselmus. Paul. Castrenſ. cons. 298. n. 3. l. 1. tunc igitur * non admittitur filius nisi prius explorata patris voluntate. Quinimo probat is textus: quod si pater absens reliquit procuratorem, non poterit filius agere pro patre absente, quia relinquendo procuratorem tacite videtur prohibere, ne conjuncta persona, pro eo ageret, argumento legis maritus C. de procurat. & ideo contra taci am voluntatem absentis, conjuncta persona non est admittenda l. Pomponius §. fin. supra de procurat. tradit Speculator, in * rubrica de conjuncta persona ad finem Quod * tamen intelligendum est procedere, quando procurator velit agere: sed si requisitus nolit agere, admittitur conjuncta persona, ut clarè sentit is text. ibi [si non sit, qui patris nomine agat] & notat Paulus hic n. 3. & notab. l. cum pater in principio n. 7. supra eodem, addens, quod quando * conjuncta persone volenti agere pro absente obijcitur, quod absens reliquit procuratorem, cautela est, ut requiratur procurator, utrum velit agere: nam sit nolit, admittitur conjuncta persona: facit l. sed est unius 17. §. procuratorum, infra de injuriis: & est verissimum, quicquid dubitet Lancel. Dec. hic ad medium.

Secundum * genus negotiorum est: quando filius ex proprio facto, sive contractu acquirit actionem, vel quando lex concedit actionem, propter injuriam factam ipsi filio, & hoc casu regula est: actionem jure potestatis, eodem momento tranſire in patrem: l. placet, infra de acquirenda hereditate, ita ut omnis obligatio tam civilis quam naturalis in patrem transferatur, ut ibi tradit Bart. col. 1. per text. clarum l. 1. §. si filio, infra ad Trebell. & resoluit Purpurat. l. 2. §. creditum num. 71. supra si certum petatur, adversus gloſ. magnam, ad medium l. frater à fratre de condit. indeb. In hoc * igitur secundo genere negotiorum, sentit is text. quod si pater fuerit præſens, observabuntur supra tradita, quia idem est patrem * quid acquirere nomine proprio, vel mediante dispositione legis, ex filii persona in eum tranſferri, §. item vobis insitit, per quas personas nob. acquiritur, & sic in utroque casu idem, jus observari debet.

In hoc tamen * istud secundum genus negotiorum, differt à primo, quod in primo, etiam si pater sit absens, filius debet agere nomine patris, & tanquam * ejus procurator, præſta prius cautione de rato, ut dictum est: & tamen in hoc secundo genere negotiorum si pater sit absens, filius agit suo proprio nomine: ut colligitur ex isto text. & l. cum filiusfamil. supra si certum petat. & consequenter non tenebitur præſtare cautionem de rato, juxta legem l. Cornelia infra de injuriis, & l. non solum §. si pater supra de procurator. & resolvunt Fulgos. hic n. 1. Paul. num. 2. Jacob. num. 1. Bald. Cuman. & Alex. in fine l. si cum adtem §. si pater, infra soluto matrimonio, quibus adde Romanum consil. 36. n. 1. quicquid contrarium videatur sentire Bald. l. 1. n. 10. C. de bonis mater. & dubitet Jason. l. cum filiusfamil. numer. 4. supra si certum petat. & Soares tit. de las decimas num. 20. Ratio hujus * conclusionis est: 17. quod cum actio directa sit translata in patrem, l. 1. §. si filio infra ad Trebellianum, eadem non potest filio competere, juxta doctrinam gloſæ l. 3. infra pro socio, quia tamen periculum est in mora, & possunt sequi inconvenientia in hoc textu expressa, æquitas dicitur filio succurri debere, l. de pupillo §. si quis vivos, infra de novi opr. nunciat. Et ideo

Et ideo his casibus, utilis actio inducitur per legem juxta regulam l. quoties, infra de præscript. verbis. Unde ex mente hujus text. merito colligitur Bald. hic n. 2. & Jacob. n. 1. quod * ubi periculum est in mora admittitur in iudicio persona alias minus legitima, & quæ alias in eo non audiretur exornat Mathienco l. 6. tit. 3. l. 5. ordinat. gl. 1. à n. 3.

Tertium * genus negotiorum est quando filius a liquem facit actum suo nomine, & actio, quæ pro eo competit jure speciali, retinetur in persona filii & non tranſfertur in patrem; juxta * text. l. filiusfamil. la primera & l. in factum infra de actio & obligat. Et in hoc tertio genere negotiorum; resolventum est. Quod licet proprietas prædictarum actionum sit filii: tamen illarum exercitium competit patri: Non ergo filius utrens prædictis actionibus audietur in iudicio, sed pater agit nomine filii, vel etiam procurator patris l. filiusfamil. in princip. supra de procurat. l. sed est unius 17. §. filiusfamil. infra de injuriis explicat Paul. hic num. 2. & l. fin. §. necessitate num. 4. C. de bonis que liberis, ampliando ut per Capellam Tholosanam q. 127. Ceterum * si pater sit absens, tunc exercitium actionis revertetur ad filium, cujus erant proprietates, & sic nomine proprio hoc casu utetur prædictis actionibus, ut sentit l. filius in principio supra de procurat. & consequenter non tenebitur cavere de rato, cum proprio nomine agat l. lex Cornelia §. in lege Cornelia, infra de injuriis.

Ex * quibus colliges quod hoc tertium genus negotiorum in eo differt à secundo, quod in secundo si pater sit præſens, & consentiat filium agere, admittitur filius in iudicio, & tamen nomine patris, & tanquam ejus procurator, cum proprietates sit ipsius patris: in hoc autem tertio genere negotiorum si pater consentiat filium agere, agit quidem nomine proprio, cum sit ejus proprietates, quinimo si velit in hoc tertio genere, actionem exercere, eam nomine filii exercet: cum proprietates sit filii, neque fuerit in patrem translata, ut dictum est. Si vero pater sit absens tunc in eo differunt, quia in secundo genere negotiorum, filio tantum competit utilis actio, cum directa fuerit translata in patrem, ut dictum est. Sed in hoc genere negotiorum, directa actio competit cum ea semper permanerit in persona filii, & absentia patris, tantum exercitium filio tribuat, & ita gloſ. fin. hic Bart. num. 2. Fulgos. & Paul. num. 2. & Jacobin. num. 7.

Non est * tamen omittendum, quod adversus hanc communem explicationem nimis videtur urgere is textus: ita inducendo. Nam loquitur in actione injuriarum, ut in actione depositi, quæ sunt ex illis actionibus, quæ semper permanens in persona filii, dict. l. filiusfamil. à prima infra act. & obligat. & tamen probat, patre absente, tantum utilem actionem filio competere. Neque * huic inductioni satisfacit responsio gloſ. hic verb. nelli, quam nititur defendere Lancelot. Deci. hic col. 1. ad medium quia aperte literam tex. violat: ut advertit Jas. l. cum filiusfamil. n. 5. ad medium supra si certum petat.

Pro * vera responsione advertendum est: textum illum non dicere filium debere agere his casibus, parte absente utili actione, sed potius utili iudicio: id quod in l. cum filiusfamil. appellatur extraordinarium iudicium, quod si fundamentalis percipiatur, sciendum est, apud antiquos tam in civilibus negotiis quam in criminalibus, ordinaria fuisse iudicia in usu: quæ concipiebantur cum certa verborum formula, ut in civilibus clare præsupponit l. penultim. supra negot. gestis. & declarat

Brisonius lib. 5. de formulis pag. 430. ad finem, & elegantius Alciat. l. pecunia 178. §. actiones n. 2. infra de verborum significatione, quod & in causa criminali probat l. ordo infra de pub. jul. & explicat Belfonius lib. 2. antiquitatum juris cap. 1. Quæ * iudicia tempore Jurisconsultorum, jam erant abolita; & loco eorum fuerunt constituta iudicia extraordinaria, in quibus prædictis formulis non utebantur, ut expressit Jureconf. dict. l. antepenult. supra de negot. gestis l. ordo. infra de pub. jul. & l. hodie infra, de penis tradit Alciacius l. cum filiusfamil. num. 10. supra si certum petat. Et quamvis * in iudiciis ordinariis, in quibus formulis utebatur prætor, multum interesset inter actionem directam, & utilem ut præsupponit dict. l. antepenultim. supra de negotiis gestis. Tamen * in iudiciis extraordinariis, in quibus formulis prætor non utebatur nihil interest inter actiones directas & utiles, maxime cum sint eadem effectus, ut clarè probat d. l. antepenult. & præsupponit §. fin. instit. de interditi's notat. Cujacius lib. 15. observationum c. 11. Anton. Costan. lib. 1. q. juris cap. 10. n. 6. & eleganter Aymon. l. cum filio 2. parte à n. 119. inf. de leg. 1.

Ex * quibus tollitur prædicta difficultas: nam Jureconsultus agit in hoc textu, de utili iudicio: hoc est extraordinario, l. cum filiusfamil. supra si certum petat. & cum in eo nihil interest, saltem quoad effectum inter actionem directam, & utilem, ut dictum est: confundit exempla utilis actionis, & directæ, ut ostenderet frustra hodie circa hoc laborari: cum hodie inter eas nihil interest, & ejusdem sint effectus dict. l. antepenultim. Quamvis igitur quoad modum differret hæc actiones, tamen quoad effectum nihil differunt in his iudiciis extraordinariis, & ideo tanquam eadem conjunguntur.

Cui tamen * explicationi videtur obstare, quod præsupponit, tempore Jurisconsultorum formulas non fuisse in usu: tamen contrarium probat l. 1. C. de formulis sublatis, ubi per Constantium formulæ, de novo fuerunt abrogatæ, unde tempore Jurisconsultorum dabantur iudices sub certis formulis: à quibus non licebat iudicibus datis recedere: ut explicat Alciat. l. pecunia verbum §. actiones numer. 5. inf. de verborum significatione & lib. 4. dispensat. cap. ultim. Duaren. l. juris gentium §. & ideo, verb. actionem sup. de pact. Anton. Gaymus l. 2. C. de pedaneis iudicibus pag. 86. & notabiliter Revardus in tract. pro tribunali cap. 11.

Sed respondetur, quod jura, quæ * dicunt, iudicia ordinaria, jam hodie non esse in usu, neque observari formulas perſcriptas in iudiciis ordinariis, sunt interpretanda; quod modus, qui solebat observari in iudiciis ordinariis, non erat in usu tempore Jurisconsultorum, dict. l. antepenultim. supra de negot. gest. l. ordi. inf. de publ. jud. non tamen negant formulas, quibus prætores committebant iudicibus causas, ut de illis cognoscerent, non esse in usu, nam imo observabantur, ut præsupponit, d. l. 1. C. de formulis sublatis, quod non fatiſ advertit Alciat. l. 4. dispensat. cap. ultim. post principium.

Adde * quod & alio modo potest intelligi iudicium utile, sive extraordinarium: nam cum populus Romanus esset occupatus in bellis, & aliis occupationibus in certa parte anni, fiebat conventus, in quibus iudicia exercebantur, uti explicat Theophil. in princip. Instit. de successioib. sublatis, & eleganter defendit Revardus in tractat. pro tribunali numero 4. in casibus tamen hic propositis, quia periculum erat in mora; extra tempus illius conventus generalis cognoscebatur de his casibus

34 & ideo dicebatur Judicium utile + five extraordinarium, & in hoc ſenſu poteſt admitti expoſitio gl. l. cum filiusfamil. ſupra ſi certum petat. dum expoſitio extraordinarium Judicium, hoc eſt imploratio officii Judicis, quam ibi probant Jafon. numer. 2. Decii. numer. 5. Nam procedet, ſi intelligamus, Prætoſem de hijs cauſis cognoſcere extra tempus conventum generalium. Nam in terminis diſt. l. cum filius. re vera competeſcit actio, ut conſtat ex iſto text. Et tamen officium * Judicis nullam præſupponit obligationem, vel actionem, ſed tantum æquitate nititur, l. qui per colluſionem §. final. infra de act. & empt. tradit. Alciat. l. pecunia verborum §. actionis num. 9. infra de verborum ſignificatione. Illud * autem certum eſt, prædictam actionem, non eſſe nativam, ſed potius dativam propter æquitatem inducendam; quia nativa regulariter in patrem tranſfertur, l. 1. §. ſi filio infra ad Trebell. ad verit. Jafon. l. cum filius ad finem ſupra ſi certum petat. Unde ſi agatur de actionibus + quæ nullo modo tranſeant in patrem, de quibus l. filiusfamil. la prima de actio. & obligat. ſemper directæ actiones penes eum remanent, & ſemper proprio nomine per ipſum intentantur, ut dictum eſt.

35 Quare * cum hodie proprietates adventitiorum remaneat pater filium, & patri tanquam legitimo adminiſtratori tantum comperat exercitium actionum, l. 1. C. de bonis matern. Hodie * ſi pater ſit abſens, & filius velit agere pro adventitiis, poterit filius inventare directam actionem ſuo nomine, cum propter patris abſentiam, & ei tantum * concedatur exercitium actionum, quarum ipſe eſt proprietarius & ita gloſ. final. in præſenti & Bart. numer. 3. Et à fortiori idem erit recipiendum, quando pater non erat legitimus adminiſtrator bonorum filii: utpotè quia in illis non habebat uſufructum, juxta terminos l. fin. in prin. C. de bonis que liberis: nam hoc caſu, cum pater non ſolum non habeat proprietatem actionum, ſed etiam, neque illarum exercitium, non poterit pater filium impedire, agere nomine proprio. Cæterum * quia non auditur in Judicio, etiam hijs caſibus, niſi accedat conſenſus patris l. final. §. neceſſitate C. de bonis que liberis, ſi pater abſit, ita ut non facile, illius conſenſus haberi poſſit, admittetur filius in Judicio etiam abſque conſenſu patris, juxta regulam hujus text. & tradit Bart. hic num. 3. Fulgoſ. n. 4. Paul. n. 2. ad finem, & Jacobin. n. 8. Paul. Caſtrenſ. conſ. 276. colum. 2. ad finem Tiraq. poſt l. connubiales gloſ. 8. numer. 9. Alcanius Clemens, tractatu de patria potestate 4. effectu à num. 23. Et * eadem ratione, ſi pater dederit filio generalem licentiam agendi in Judicio, poterit is filius, ſuo nomine intendere directas actiones: quia ex licentia generali, conſtat de conſenſu patris, qui requirebatur, ut in hijs caſibus filius audiretur in Judicio: & ita gloſ. fin. hic Bald. num. 4. Paul. num. 2. ad finem, Jacobinus numer. 9. ſicut l. honores in fine infra de decurio.

43 Denique prout filius patre abſente * poteſt agere ſine conſenſu patris ut dictum eſt, pariter & poterit conveniri ſine conſenſu patris abſentis, gloſ. fin. hic ad finem, quam extolit Bald. ad finem, dicit receptam Jacobin. hic numer. 9. Cappella Tholoſana quaſtio. 42. Circa * quod tamen eſt advertendum: quod filiusfamil. jure ſi poterat conveniri in Judicio abſque patris conſenſu, l. filiusfamil. la ſeconda infra de action. & oblig. l. 3. §. ſed utrum, ſupra de minoribus: jure autem Codicis conveniri non poteſt abſque patris conſenſu, & licentia, l. fin. §. neceſſitate C. de bonis que liberis, & ibi notant Paul. Caſtrenſ. in principio. Traditio * igitur gloſ. & communis notabilis erit, attento jure hodierno, ut ſci-

licet filius etiam hodie poſſit conveniri abſque patris abſentis conſenſu: ſi conſenſus illius facile haberi non poſſit.

Hic ita * explicatis ex iſto text. colligenda eſt notabilis conſuſio, ad quam illa quotidie allegari ſolet, quod propter abſentiam alterius, admittitur ad agendum in Judicio, qui alias non eſſet admittendus abſque alterius conſenſu notat Roman. conſil. 36. numero 1. Quare * quævis in regno Caſtellæ, uxor non poſſit contrahere: neque agere in Judicio abſque mariti licentia. l. 2. titul. 3. lib. 5. ordinam. Tamen ſi maritus fuerit abſens, & abſentia ſit diu duratura, poterit agere uxor ſine licentia mariti, juxta regulam hujus text. & tradit Paulus Caſtrenſ. conſ. 276. col. 2. poſt medium lib. 1. & in terminis Soares titul. de locis donas numer. 18. Tiraq. poſt l. connubiales gloſ. 8. num. 19. & Mathieſo l. 2. titul. 3. lib. 5. ordinat. gloſ. 1. à numer. 3. Alcanius Clemens tract. de patria potestate 4. effectu à num. 23. quibus addo Bald. conſil. 488. ſequens quaſtio, in principio libr. 1. & bonum textum l. final. §. ubi autem in unum. C. de bonis que liber. Similiter & in + regno Portugalliæ, in quo ſuper rebus immobilibus uxor non auditur in Judicio, ſine mariti conſenſu, & è contra, Ordinat. libr. 3. tit. 32. in principio, admittitur in antiqua impreſſione, & hodie libr. 3. titul. 47. in nova impreſſione ſine ejus conſenſu, uxor, ſi abſentia mariti diu ſit duratura, & conferunt tradita per Felinum in cap. cum omnes, num. 22. verſ. vel. poteſt dici, & cap. cum acceſſiſſet à n. 20. de conſtitut.

Ego * tamen adverte, quod is text. non videtur probare prædictam conſuſionem ita generaliter, ut ex eo colligunt Doctores. Nam loquitur in contractu facto per filium abſente patre, nam tunc proprie militat rationes in text. expreſſæ: ſi ergo patre præſente contractus factus fuiſſet: non eſſet danda filio utilis actio, etiamſi pater eſſet abſens. Placet nihilominus conſuſio generaliter accepta, nam text. fundat ſe principaliter, in abſentia patris, & quod periculum ſit in mora: quæ ratio generaliter militat ſive contractus factus ſit præſente patre, ſive eo abſente, dummodo tempore, quo filius agit, pater ſit abſens, ergo in utroque caſu admittenda eſt juxta regulam legis regula §. fin. ſupra de juris & facti ignorantia.

Quare * per conſuſionem hujus textu bene confirmatur, traditio gloſſæ finalis hic ad finem, quod licet Monachus non poſſit agere in Judicio ſine licentia Abbatis, cap. monachio ſecondo 16. q. 1. Clemens. Religioſus, de procuratoribus, cap. cum dilecta, de reſcriptis: tamen ſi degat extra monaſterium de voluntate Abbatis, poterit agere, & conveniri eo abſente, juxta regulam hujus textus: Id quod faciet ex tacito mandato Abbatis, qui dans prædictam licentiam, tacite videtur permittere, quod faciat, omnia illa quæ neceſſaria ſint, ut ipſe commode poſſit degere in loco, in quo moratur de licentia prædicti Abbatis, juxta regulam legis ſeconde ſupra de juriſdictione omnium Judicum, & ſubſcribit Bart. hic in fine, Panormitan. cap. cum dilecti de reſcriptis numer. 13. Cappella Tholoſana 88. quibus adde gloſ. 2. cap. non dicatis 12. quaſt. 1. ubi Navar. numero 98. declarat, quod cum Monachus * acquirat Monafterio, & in hoc æquiparetur ſervo: Innocent. in cap. cum lim. de privileg. Jafon. in §. actiones autem, de peculio, numero vigesimo ſecondo, Inſtitut. de action. Monachus nunquam agere poterit nomine proprio, ſed tantum nomine Monafterii, propter prædictum tacitum mandatum. Multa etiam alia inferuntur ex conſuſione hujus text. quæ cumulat Mantua, in præſente,

& Jafon. in l. cum filiusfamil. à num. 3. & ibi Decius numero ſexto, ſupra ſi certum petatur, & latius Tiraqu. poſt l. connubiales gloſ. 8. à numer. 6. Intelligendo tamen ſupra tradita procedere quando ille cujus conſenſus requiritur, eſt abſens in longinquo loco: & conſequenter abſentia diu durata eſt. Nam ſi ſit abſens in loco propinquo, & conſequenter ſperetur proximè reverſurus, expectandus eſt argumento hujus text. in principio & in ſpecie colligitur ex l. final. §. ubi autem in unum. C. de bonis, qua E. ibi notat. Paulus numer. 7. & traſit idem Paulus conſil. 298. ad principium num. 3. lib. 2. facit l. cum antiquitas §. final. C. de teſtam. & ibi notat Alexand. & latius comprobat Soares titul. de las donas num. 18.

Præterea * declarabis hanc conſuſionem procedere, quando ſi expectaretur conſenſus partis abſentis, periculum eſſet in mora, utpotè quia delictum commiſſum contra perſonam filii, remaneret impunitum: cum tamen Reipubl. interſit delicta quàmprimùm puniri, l. ita vulneratus infra ad l. Aquil. cum reis Codic. de pœnis, vel quando propter expectationem, filius fame periret, ut colligitur ex exemplis hic propoſiti: Extra + autem hos caſus filius non admittetur in Judicio, etiamſi pater abſens ſit in longinquo, niſi tanquam conjuncta perſona patris, & ejus nomine l. ſeq. & hæc in principio, ſupra de procurator. & ita Bart. in l. 1. §. ſi plures nu. 9. ſupra de exercitoria actione, Tiraquell. poſt l. connubiales gloſ. 9. num. vigesimo nono.

Uterius + ex iſto text. colligendum eſt, quod ne delictum remaneat impunitum, & ne delinquens auſugiat, & pœnam * evitet: permittitur id, quod alias non permitteretur: unde licet in civilibus à captura non ſit incipiendum, Bald. in l. ſi quis civilis in pr. C. de Episcop. & cleric. Tamen ſi ſit ſuſpectus de fuga poteſt creditor incipere à captura perſonæ debitoris, l. ait pater §. ſi debitor infra qua in fraudem credit. etiamſi debeatur in diem, vel ſub conditione l. quaſtum infra de pignori, neque * ad ſumendam informationem, utrum debitor ſit ſuſpectus de fuga, non eſt citandus prædictus debitor, ne alias inſtruatur ad fugam Bald. in l. contentanem, numer. 13. C. quomodo & quando Judex, Paul. Caſtrenſ. hic numer. 4. Jacobin. num. 3.

Ultimo * ex fine hujus textus collige cum Bald. hic numer. 3. quod ubi eſt dignitas, eſt etiam utilitas: & hac ratione dignitas debet prodeſſe, & non obdeſſe, ut etiam probat l. falſa demonſtratio §. 1. infra de conditio. & demonſtrat. quod in notabili caſu expendit Cynus in l. ſi. ex conſenſu numero 5. C. de Episcop. auditent. Paul. Caſtrenſ. conſil. 31. colum. 2. in princip. lib. 2. ad quod etiam gloſ. final. hic in principio adducit * legem filiusfamil. in principio infra, de donatio. quæ tamen potius videtur probare contrarium: cum ibi filio conſtituto de dignitate, permittatur plus donare, quod eſt nocivum, nam + donare eſt perdere, l. contra juris §. fin. ſupra de pact. Advertit Angel. hic num. 7. ad finem, Lancelot, Dec hic ad finem contendit contra Angelum, imò dictum gloſſæ vere probari d. l. filiusfamil. cum ibi filio in dignitate conſtituto, augeatur facultas donandi, ſi velit: Sed ego adverte quod is textus in fine non tractat de prædicta utilitate, nam tantum dicit, quod ea utilitas, quæ ſuadet filio ſuccurri, quando pater eſt abſens, à fortiori procedet in filio Senatore: qui cum propter dignitatem majoribus indigeat ſumptibus, major ratio eſt ſuccurrendi illi in prædictis caſibus.

Sed * ut nihil intactum remaneat, videndum nobis eſt, de ratione l. filiusfamil. la prima infra de act.

& oblig. quare ſcilicet actiones in ea expreſſe remaneant in perſona filii, neque tranſeant ex perſona filii in patrem contra regulam placet, infra de acquirend. hered. Et utique Bart. diſt. l. filiusfamil. fatetur * ingenuè, ſe ignorare rationem hujus ſpecialitatis & ſubſcribit Angel. Aretin. in §. actiones autem, r. 14. Inſtitut. de action. inquiring recurrendum eſſe ad regulam l. non omnium. ſupra de legibus. Cæterum + Angel. Peruſinus in diſt. l. filiusfamil. la prima, eam rationem ſpecialitatis aſſignat, quod in deposito, & commodato videtur agi de fide rupta, & ideo filio hæc conceduntur actiones: & pari ratione idem recipietur in omnibus contractibus, in quibus agitur de fide rupta. Sed + non placet hæc Angeli ratio: quia ea admilla, ſequeretur multas alias eſſe actiones: quæ in perſona filii reſiderent, neque in patrem tranſirent: cum tamen gloſ. fin. hic in principio, & Ang. numer. 6. & gl. in §. penales, verb. cum id. Inſtitut. de act. aſſerat, quatuor tantum actiones expreſſe in diſt. l. filiusfamil. reſidere in perſona filii, & nullas alias, quod & textus ille clariffimus, nec probat. Aliam * igitur rationem aſſignat Cummanus in diſt. l. filiusfamil. la prima, quam licet improbat Jafon. in l. filiusfamil. numero 5. ſupra ſi certum petatur, tamen defendit Alciat. ibi numer. 6. Aliam etiam aſſignat Zuſius in l. in factum la prima numer. 4. infra de actio. & oblig. ſed nulla ſatisfacit.

Unde + prima facie videbatur reſpondendum, ſpecialitatem illius textus, ita eſſe accipiendam, ut in illis caſibus filius poſſit agere nomine proprio, dummodo pater abſens ſit in longinquo: nam ſi præſens ſit proprietates illarum actionum erit patris, juxta regulam placet infra de acquirend. hered. Quod videtur conſtare ex eo, quod diſt. l. filiusfamil. la prima, inter actiones filio competentes nomine proprio: enumerat actionem injuriarum: quæ tamen * nomine proprio non competit filio, niſi quando pater eſt abſens l. ſed eſt minus §. filiusfamil. infra de injuriis. Item + enumerat interdium quod vi aut clam, quod tamen etiam filiofamil. non + competit, niſi ubi pater eſt abſens, l. denique §. 1. juncta gloſ. verb. nihilominus inf. quod vi aut clam. denique enumerat actionem depositi, quæ quidem filiofamil. competit l. Julian. 19. inf. depositi, ita demum, ſi pater abſens ſit, ut ibi tradit Oſofredus.

Sed etiam non placet hæc + conſideratio: quia 70 in terminis diſt. l. filiusfamil. la prima, proprietates earum actionum eſſet patris, & non filii non bene diceret textus, quod filiusfamil. illis poſſet uti proprio nomine: Nam quando proprietates actionum eſt patris, tunc etiam abſente patre, filius non poſſet agere nomine proprio, ſed nomine patris: tanquam ejus procurator, vel præſtita cautione de rato, ut dictum eſt. Præterea jura ſupra citata non negant proprietatem prædictarum actionum, eſſe filii, ſed tantum ſentunt, exercitium earum actionum compete. e patri, quo abſente exercitium redit ad filium, qui illarum eſt proprietarius, ut ſupra diximus. Denique licet diſt. l. filiusfamil. la prima, aperte probat, ut in illis quatuor actionibus filiusfamil. poſſit agere nomine proprio, quaſi proprietates earum ſit ipſius filii, & non patris: quamvis verum ſit patrem præſentem habere illarum exercitium, ut dictum eſt.

Ad * veram igitur rationem prædictæ ſpecialitatis advertendum eſt: quod actiones, de quibus agitur in diſt. l. filiusfamil. la prima, principaliter inducæ ſunt in factum, & propter factum, reſpiciens perſonam ipſius filii: Nam actio injuriarum concepta fuit in factum, commiſſum contra perſonam filii,

lii, item & propter factum coherens personae filii : & ideo iureconfult. in l. Papinianus in principio supra de inofficio testam. probat injuriam esse filii : quod etiam verificatur in interdico quod vi aut clam. Nam datur, quando contra denunciationem filiofamil. prohibitus per eum edificavit : nam tunc cum factum injustum, respiciat personam, & factum filii, merito filiofamil. conceditur l. deniq. §. infra quod vi aut clam : Similiter & actio depositi & commodati in factum videntur concessa, cum nullum dominium, vel possessio, ex illis transferatur : & ideo etiam praedoni, & furi competunt, l. nam esse fur supra si certum petatur l. 1. §. si prado infra depositi.

72 Ex quibus * inferendo ad veram rationem dict. l. filiofamil. la primera dicendum est ideo eas actiones esse filii, & non transire ad patrem : quia factum coherens personae ipsius filii non, transit in patrem, ea potestate legis l. qui haeredi. in principio infra de condit. & demonstrat. §. sed cum factum iustitiae. de

73 stipulatione servorum. Unde * pari ratione idem erit recipiendum, in omni actione, quae competit ad factum, & habet originem a facto coherente personae filii, & videtur textus expressus in l. factum 12. infra de actio. & obligat. dum pro regula tradit, filium exercere posse actiones in factum, quando scilicet ei proprio nomine competunt d. l. filiofamil. la primera, quasi dict. l. in factum contineat ampliacionem dict. l. filiofamil. la primera & * tacite veram rationem

74 illius insinuet, quicquid aliter intelligat glos. & Bart. d. l. in factum, & Alciat. in l. cum filius n. 6. infra si certum petatur.

Advertendo * tamen, quod licet in d. l. filiofamil. 75 la primera, dicatur, filio nomine proprio competere illas actiones, & tacite significet, eas patri non competere, id tamen est intelligendum, quod patri non competant quasi ex potestate legis in eum translatae : non tamen negat, quod pater ex propria persona eas 76 exercere possit. Quod * patet, quia actio injuriarum cujus fit mentio in dict. l. filiofamil. la primera, competit etiam patri ex propria persona, §. patitur infra de injuriis, l. sed est unus §. filiofamil. infra de injur. & in specie probat bonus text. in l. non solum §. quae iter in fine, supra de procurat. Similiter interdictionem, quod vi aut clam quod competit filio, dict. l. filiofamil. la primera, etiam competit patri nomine proprio, ut est expressum in l. denique §. 1. infra quod vi aut clam, denique actio ex deposito & commodato, quae in persona filii non fidet dict. l. filiofamil. etiam suo nomine patri competit, quia pertinet ad repetendas res, quae sunt in domino ipsius patris, l. denique §. infra quod vi aut clam l. 1. §. non solum v. si servus, infra de depositi.

Ultimo * illud restat inquirendum, usrum ea quae 77 supra tradita sunt in filiofamil. pariter etiam recipienda sint in servo? Et * cum servi etiam capaces sint eorum quae in facto consistunt: dict. l. qui haeredi. in principio infra de condit. & demonstrat. §. sed cum factum

78 asit de stipulatione servorum, videtur * idem esse recipiendum. Verius tamen est contrarium, quia servus in jure civili pro nihilo reputatur, l. inf. de iure delicti. imò habetur * pro mortuo, l. quod attinet inf. de reg. jur. & ideo est incapax comparandi in iudiciis, l. vix certis infra eodem l. servus C. de iudic. Quamvis igitur filiofamil. possit uti praedictis actionibus suo nomine, d. l. filiofamil. la primera. Tamen non idem recipietur in servo, qui suo nomine in iudicio consistere non potest. Et hinc est quod licet de injuria facta filiofamil. competat actio filio simul & patri l. non solum §. queritur in fine, supra de procuratorib. Tamen * pro injuria facta servo, nulla actio ei competit 79 suo nomine: imò neque dominio, nisi ea injuria in contumeliam domini facta sit : §. servus autem, infra

de injuriis, gl. elegans in l. item apud Labonem §. si quis sic, verbo sentire, inf. de injur.

Nec * obstat, quod servus capax eorum quae in facto consistunt §. sed cum factum iustitiae de stipulatione servorum, quia responderet, quod licet text. ille dicat quod si servus stipulatur factum, valet stipulatio, & servo competat: est tamen intelligendus: quod servus non agat ad factum in iudicio, cum ei obstat regula legis servus C. de iur. Sed potius dominus agit praedicta stipulatione, ut promissor patiatur servum ire, & agere si domini interfit, explicat glos. d. §. sed cum factum iustitiae in l. quod dicitur n. 3. ad medium, & ibi Alexan. n. 5. §. in l. infra de verb. obligat. quare dum textus in l. 1. §. non solum v. si servus infra de depositi, probat quod etiam si servus manumittatur, tamen non competit ei actio depositi, sed domino, cujus erat res deposita, tamen contrarium erit in filiofamil. cui a principio actio depositi competebat, & pro qua tanquam homo liber poterat agere in iudicio, l. filiofamil. la primera, & l. Julianus 19. infra de depositi. Unde emancipatus idem jus retinebit.

L. Haeres absens in princ. ff. de iudiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Colligit ex text. notabilem conclusionem, quod haeres ibi conveniri debet, ubi defunctus debuit.
- 2 Tradit concordantem l. Castella 32. tit. 2. part. 3.
- 3 Infert ex dicta conclusione, quod prout defunctus potuit in proprio domicilio conveniri, ita & haeres us quamvis ibid. domicilium non habeat.
- 4 Tradit etiam, quod jus fori, & domicilii defuncti transit in eius heredem.
- 5 Argumentatur contra proximas illationes, & ostendit maxime repugnare resolutionibus ibidem latis hoc numer.
- 6 Ostendit item dictam conclusionem esse contra dispositionem istius te. 1. ibi, si ibi reperitur.
- 7 Refert multos Doctores concidentes, quod forus defuncti ita demum transit in heredem si haeres ibi reperitur.
- 8 Tradit ex eisdem Doctoribus, quod si defunctus fuisse citatus, ut in loco domicilii, se defendere in causa, tunc locus fori domicilii defuncti indistincte transiit in heredem, & eodem loco tenetur defendere etiam si ibi non reperitur.
- 9 Proximam resolutionem rejicit, & verius existimat, heredem posse conveniri in loco domicilii defuncti, etiam si ibi non reperitur, prout & defunctus poterat.
- 10 Haeres & defunctus censetur esse eadem persona.
- 11 Respondet ad argumenta pro contraria parte adducta, & imprimis ad inductionem factam ex hoc text. & rejicit responsionem Albc. & aliorum, de quibus ibi.
- 12 Meliorem assignat responsionem, & ostendit text. nullam continere repugnantiam, & verum intellectum assignat.
- 13 Expendit pro proxima expositione verba hujus text.
- 14 Verbum defendendus proprie refertur ad absentem a loco, in quo iudicium agitari debet.
- 15 Verbum conveniendus proprie refertur ad praesentem in loco iudicii, in quo conveniri debet.
- 16 Retorquet text. contra magis communem opinionem.
- 17 Infert ex dicto intellectu, veram non esse resolutionem Doctorum, de qua num. 7.
- 18 Domicilium defuncti non transit ad heredem, cum factum consistat, & que in facto consistunt, ad haeres non transiunt.

- 19 Domicilium patris non transit in filium eadem ratione.
- 20 In heredem transit domicilium defuncti quoad effectum sortendi forum, & ideo in domicilio defuncti convenitur eodem modo, quod defunctus poterat.
- 21 In his, quae pertinent ad executionem obligationis contractae per defunctum, locum habet reg. legis servus §. ex his infra de verb. oblig.
- 22 Explicat l. si is qui Roma 24. infra eod. & de ejus intellectu late agit.
- 23 Insistit in declaratione dict. l. si is qui Roma, an scilicet videatur requirere, quod sit cum defuncto fuisse constituta.
- 24 Tradit verius, & receptius esse, sufficere quod defunctus ante mortem citatus fuerit ad causam.
- 25 Vera resolutio in hac materia est, quod ad defectum translatae instantiam in heredem, sufficit, defunctum fuisse citatum ad causam, sed ut transeat in alium universalem successorem, qui non haeres, non alias transiit instantia, quam si sit fuerit constituta cum defuncto.
- 26 Quomodo quando defunctus potuit conveniri in loco, etiam si in eo non reperitur eodem loco, eodem modo poterit haeres eius conveniri, secus si defunctus in eo loco non potuit conveniri.
- 27 Ostendit multum operari hoc ultimo casu quod defunctus decesserit, postquam fuerit citatus ad causam: nam cum preventa fuerit iurisdiclio coram eodem iudice, tenebitur respondere & idem iudex contra eum poterit procedere, si se eo loco non defendat.
- 28 Tradit aliam effectum, quem in hoc casu citatio operabitur, ut teneatur haeres coram eodem iudice litem inchoare.
- 29 Lis hoc casu debet tractari nomine haereditis, & non defuncti cum tamen ex necessitate eam litem fuerit persecutus, in multis succurretur, in quibus non succurretur, si voluntarie causam tractaret.
- 30 Tradit explicationem ad l. de iur. proferre §. 1. supra de receptis arbitr. & ad c. final. de arbitr. quem contra supra tradita inducit.
- 31 Respondet d. difficultati distinguendo inter iudicia, & arbitria.
- 32 Adit, quod compromissum censetur extinctum, etiam si non ex compromissu decedat, postquam jam esset conclusum in causa.
- 33 Tradit explicationem ad l. fideicommissum 50. infra eodem & difficultatem ex ea movet.
- 34 Allegat concordantes l. ut. tit. 6. part. 6. & l. 1. tit. 6. part. 6.
- 35 Respondet difficultati, ostendens diversitatem inter obligationes defuncti, & legata.
- 36 Legata sunt obligationes initium sumentes a persona haereditis.
- 37 Licet haeres adeat hereditatem in certo loco, tamen per fictionem juris videtur eam adivisse in loco, in quo major pars hereditatis est, & ideo conveniri potest.
- 38 Impugnat proximam rationem ex eo, quia fictio generaliter in his, quae in facto consistunt, locum non habet.
- 39 Apertorem rationem assignat, quod haeres ad eundem hereditatem, videtur quasi contrahere cum legatariis, solutionem illam videtur tacite conferre in locum ibi fuerit major pars hereditatis.
- 40 Ubi contrahitur in certo loco, & in alio confertur solutio non censetur contractum in loco, in quo verba contractus fuerunt prolata, sed in loco, in quo sit collata solutio. Quod etiam in quasi contractibus procedit.
- 41 Haeres in loco aditionis nullo modo conveniri poterit, cum in loco, in quo collata est solutio, videatur quasi contraxisse, & sic in loco, in quo sit major pars hereditatis.
- 42 Exceptio resolutiva ex dispositione d. l. si fideicommissus est incompetens, quasi §. de loci, l. in quo sit facta aditio nullam habeat jurisdictionem in aditorem.
- 43 Item est exceptio excludens legatarium a petitione legati quasi non possit illud petere in loco aditionis sed in loco, in quo sit major pars hereditatis n. 44.
- 44 Declarat in quo Paul. Casprens. opinio d. l. si fideicommissum §. fin. n. 3. admitti potest.
- 45 Tradit declarationem ad conclusionem delictam ex d. l. si fideicommissum ex l. sed est susceptum §. fin. infra eodem.
- 46 Testatur videtur velle, ut res praestetur in loco, in quo est tempore mortis testatoris propter quam voluntatem putatur haeres etiam conveniri in loco, in quo res legata existit.
- 47 Assignat aliam rationem ad declarationem, de qua proxime num. 45.
- 48 Impugnat praesertim primam declarationem ex leg. quo legatur §. 8. infra eodem, de cuius intellectu agit.
- 49 Tradit differentiam, quae versatur in petiti ne legati utrum petatur actione personali ex testamento, vel rei vindicatione.
- 50 Ostendit proximam resolutionem communiter receptam esse per Doctores.
- 51 Refert ex Doctoribus, quos ibi citat, quod si res petatur actione personali, siue reali, peti potest in loco, in quo res existit, est major pars hereditatis in loco non sit.
- 52 Proximam resolutionem modificat iuxta differentiam num. 49.
- 53 Declarat d. l. sed est susceptum, §. fin. tantum procedere, quando res legata petitur rei vindicatione.
- 54 Explicat etiam l. final. tit. 9. part. 6.
- 55 Tradit rationem differentiae assignatae n. 49.
- 56 Ratione rei istius videtur Reus forum sortiri.
- 57 Ostendit per praesertim declarationem nimis restringi generalitatem d. l. sed est susceptum §. fin.
- 58 Ad explicationem dictae difficultatis aliqua advertit notata digna, & primo d. l. sed est susceptum, §. fin. continuari cum §. libertis, qui aperte loquitur de legato solvendo Romae, & in eisdem terminis intelligi debet d. §. fin.
- 59 Conclusionem ex dicta continuatione colligit maxime notandam.
- 60 Rationem dictae conclusionis assignat.
- 61 Reprobat pro inane rationem.
- 62 Veriorem resolutionem assignat.
- 63 Declarat proximam resolutam num. 71. admittenda esse, si quis conveniretur actione personali pro fideicommissum, & simul ibi esset res legata.
- 64 Si quantitas in genere legata sit, debet praestari ubi petitur, quando petitio fit in loco congruo, & in quo haeres conveniri solerebatur forum.
- 65 Si quantitas sit legata tanquam certa species, tunc non fiet petitio, nec executio in illo loco, in quo res illa petitur, sed in loco, ubi res est: alias haeredi competet exceptio de qua in d. l. si fideicommissum.
- 66 Declarat, quando non obstat praedicta exceptio, nempe si haeres conveniatur in loco proprii domicilii.
- 67 Tradit ex Paul. Casprens. quod licet de exceptio in casibus, de quibus ibi, haeredi competat, non tamen quando convenitur in proprio domicilio.
- 68 Tradit secundam limitationem ad conclusionem d. l. si fideicommissum, ut non procedat, si haeres sponte sua solvat aliquid legatum in loco in quo competeat ei praedicta exceptio.
- 69 Adit contra proximam limitationem text. in l. Lucius a secunda §. testator, infra de l. 2.
- 70 Adit etiam contra eandem limitationem traditionem gloss. 3. l. 2. C. de fideicommissis, & l. non dubium, C. de testamentis.

- 71 In actibus voluntarie factis nulla fit extenſio ultra actum expreſſum. [didit. n. 78.]
- 72 Reſpondet ad ea, quæ ex dict. l. ſi fideicommiſſum tra-
- 73 Reſert concordiam Paul. Caſtr. ad illas opiniones.
- 74 Expendit pro dicta concordia l. 2. cum gloſſ. 3. C. d. fideicommiſſis, ad juncta auth. ſed cum teſtator, C. ad. l. falcidiam.
- 75 Reſolvit, quod non obſtantibus ſupra dictis verius eſt, quod qui unum legatum ſolvit in certo loco, non ob id cogetur legata alia in eodem loco ſolvere, & quidem indiſtincte.
- 76 Reorquet pro eadem opinione l. ſi fideicommiſſum §. final. infra eodem.
- 77 Limitat ultimo dict. concluſionem, dict. l. ſi fideicommiſſum, non procedere, ſi hæres promiſi ſolvere legata in certo loco, quam tunc ratione promiſſionis tenetur in eo loco ſolvere.
- 78 Incipit egere de explicatione l. quamvis §. fin. infra eodem, & advenit, quod loquitur in fideicommiſſariis, & gl. exponit, hoc eſt, de hæredibus.
- 79 Examinat prædicta verba, & gl. expoſitionem, & veram literam declarat.
- 80 Exponit, quid probetur in d. l. quamvis §. fin. ſecundum veram literam.
- 81 Adducit circa proximè dicta explicationem Fulg. d. l. ſi fideicommiſſum n. 7. infra eod.
- 82 Rejicit explicationem Fulg. de qua proximè.
- 83 Reſpondet ad l. ſi convenit ff. de jurisdict. omnium judicum & declarat, quo caſu procedat.
- 84 Declarat etiam, quo caſu loquatur d. l. quamvis §. fin.
- 85 Tradit elegantem differentiam, quam assignat Anton. in c. fin. n. 12. de foro competent.
- 86 Ponderat continuationem d. l. quamvis principio, cum §. final.
- 87 Ex dicta ponderatione colligit elegantem doctrinam, quam dicit notabilem ad declarationem l. fin. Cod. an Trebell.
- 88 Declarat hic eſſe novum caſum, in quo hæres & fideicommiſſarius conveniuntur in certo loco, etiam ſi in eo habeant domiciliū.
- 89 Colligit ex text. quod hæres eſt conveniendus in loco, in quo defunctus debuit, tanquam non obſtante quocumque privilegio ipſius hæredis.
- 90 Proximam reſolutionem impugnat ex traditis per gl. hic verb. excuſatur, & reſponſione gl. agit.
- 91 Clauſula generalis non obſtante quocumque privilegio non cenſetur relata ad privilegia in juris corpore clauſa.
- 92 Oſtendit l. 2. §. legat. ſupra eod. quam glo. inducit contra iſtum text. parum contra eam facere.
- 93 Docet d. gl. pro ſua opinione potius allegare debuiſſe l. de eomfra eodem, quæ magis in ſpecie loquitur.
- 94 Aſſert ex Paul. Caſtr. & aliis rationem, in qua prima reſolutio fundatur.
- 95 Reſtat rationes numero proximo à Doctõribus traditas & illarum fundamentis ſatiſfacit.
- 96 Veram rationem ad d. l. de eo infra eod. assignat.
- 97 Reſtat conſiderationem Lanceloti Dec. in præſenti, dum exiſtimat, expoſitionem hujus gl. ſi non fuiſſe neceſſariam.
- 98 Privilegia juris communis relata ad particulares, propria illorum dici poſſunt.
- 99 Docet, quod licet concluſio gl. & Doctõrum ſupra relata, ſit approbata in Regno Portugallie per Ord. lib. 3. tit. 1. §. 2. in puncto juris contrarium videtur verius.
- 100 Hæres in hac materia non conſideratur ex propria perſona, ſed ex perſona defuncti, quem repræſentat.
- 101 Docet, quod in hoc caſu concurrunt veritas, ſcilicet vera perſona hæredis, qui eſt conveniendus, item & ficta, quatenus repræſentat defunctum.

- 102 Ubi concurrunt veritas & fictio eodem tempore ad diverſos effectus, fictio prævalet veritati.
- 103 Adducit nem contra communem text. in l. fiſcus 6. infra de jure fiſci, quem ad id inducit.
- 104 Ex opinione adverſus communem deſenſam inferit, quod clericus ſuccedens laico, ſi pro debitis defuncti conveniatur, tenetur reſpondere coram iudice ſeculari, coram quo defunctus conveniri poterat.
- 105 Oſtendit proximam opinionem tenuiſſe aliquos antiquos. ex gloſſ. 2. in cap. clericum nullus, 11. quaſtion. 1.
- 106 Reſert dict. gloſſ. illam opinionem tanquam falſam rejicientem, & jure Canonico nullo modo poſſe procedere.
- 107 Recenſet multos Doctõres, qui prædictam opinionem tam jure civili, quam Canonico veram eſſe late comprobant. (ſe l. 57. tit. 6. part. 1.)
- 108 Prædictam opinionem num. 114. comprobat expreſſe Reſert Gregor. Lopez tenentem eam l. loqui, quando hiſ erat cæpta cum defuncto, quam tamen traditionem reprobat.
- 109 Reſert Parlador. tradentem, conditores illius legis voluiſſe favere Regibus ſecularibus, & quod ea l. tanquam repugnans libertati Eccleſiaſtica non ſit obſervanda.
- 110 Oſtendit idem ſentire Covar. præct. q. c. 8. num. 4. qui miratur, conditores legum partiarum opinionem veterum approbaſſe.
- 111 Oſtendit auctor, ſi rationes juris bene expendantur veriore eſſe opinionem veterum approbaſſe.
- 112 Dict. l. part. 1. non videtur obviare libertati Eccleſiaſtica, cum hæres non tanquam clericus, ſed tanquam repræſentans defunctum laicum conveniatur.
- 113 Enſetur auctor, receptam eſſe ſententiam à legiſtis & Canoniſtis, clericum hæredem non poſſe conveniri coram iudice ſeculari, coram quo poterat defunctus conveniri.
- 114 Clericus habet privilegium contrarium in corpore juris clauſum, ſi non haberet privilegium particulare, ut coram certo iudice conveniretur, tunc locum haberet reg. hujus text.
- 115 Proximam reſolutionem tanquam veram & magis communem ex multis Doctõribus comprobat.
- 116 Reſert ex Gondilalvo de Paz prædictam l. paritæ in praxi non ſervari.
- 117 Adducunt etiam pro hac opinione commune contra dict. l. part. 1. ex quem dicunt expreſſum c. 2. & 3. & cap. experientia 11. 9. 1.
- 118 Oſtendit ſecundum prædictos Doctõres, deſiſionem noſtri text. illorum opinioni non repugnare.
- 119 Reſert ex Francisco à Ponte, quod clericus hæres conveniatur quidem in eodem loco, in quo defunctus debuit, & tamen coram iudice Eccleſiaſtico ejusdem loci, & non coram ſeculari.
- 120 Rejicit proximam conſiderationem, & illius fundamentum impugnat.
- 121 Docet, quod ex eo, quod quis conveniendus eſt in loco, in quo defunctus debuit, ex hoc etiam coram eodem iudice conveniendus eſt.
- 122 Approbat opinionem, quam tradidit nu. 114. adverſus magis communem, & rationibus ejusdem reſpondet, & ad primum ibidem reſpondet de quo numero 125.
- 123 Ad ſecundum, de quo nu. 128. etiam reſpondet, & oſtendit, ea jura nihil pro ea opinione facere, loquuntur enim quando clericus convenitur ex propria perſona tanquam clericus.
- 124 Quando clericus convenitur ex perſona defuncti ſecularis, nullus text. juris Canonici invenitur, qui probet clericum coram Eccleſiaſtico iſſe conveniendum.

- 127 Opinio, quam defendit Auctor procedit magis ſine dubio, ſi hæres clericus conveniretur iudicio poſſeſſorio, quo defunctus conveniri poterat.
- 128 Assignat concordiam ad has opiniones.
- 129 Si clericus conveniatur à legatariis, quia ex quaſi contractu convenitur, & tanquam clericus coram Eccleſiaſtico conveniendus eſt.
- 130 Assignat inter has opiniones contrarias magis communem concordiam.
- 131 Docet hanc communem diſtinctionem probari hodie per leg. 57. tit. 6. part. 1. ſecundum emendationem literæ, factam per Gregor. Lopez. ibi verbo demanda.
- 132 Diſta diſtinctio approbatur in Regno Portugallie per Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 8.
- 133 Ponderat, quod primum membrum prædictæ diſtinctionis quamvis ſit magis communiter receptum, tamen in puncto iuris non videtur verum.
- 134 Impugnat item ſecundum membrum dictæ concordie ex traditis per Panormitanum, cap. quia V. col. final. de judiciis, quem ſequuntur multi Doctõres, quos ibid. allegat.
- 135 Assignat rationes, quibus moventur tenentes hanc ultimam opinionem cum Panormitano.
- 136 Quando mutatur forus ex perſona hæredis, ut contingit in clerico hærede: hæres non tenetur ſequi forus defuncti.
- 137 Adducit etiam pro eadem parte l. ſi conſtante §. final. infra de ſoluto matrimonio.
- 138 Tradit non obſtantibus fundamentis proximè relatis, non eſſe recedendum à prædicto membro prædictæ concordie, quod non ſolum eſt verum, ſed & receptius.
- 139 Approbat igitur magis communem opinionem, & ad rationes contrariæ opinionis reſpondet, & hic ad primam de qua n. 143.
- 140 Reſpondet ad d. l. ſi conſtante §. fin. de qua n. 146. & ad eum text. intellectum assignat.
- 141 Reſponder ſecundum ad d. l. ſi conſtante §. final.
- 142 Quando fiſcus ſuccedit in dot. propter publicationem bonorum, non tranſit iſtantia in fiſcam, & ibi ratio traditur.
- 143 Reſtat dict. l. ſi conſtante §. fin. dum dicit, non tranſire iſtantiam in fiſcam, intelligendam eſſe: quando fiſcus ſuccedit actori, ſecus ſi reo, quia tunc iſtantia cæpta cum reo in fiſcum tranſibit.
- 144 Lis cæpta dicitur cum defuncto, quando ſuit citatus ad litem, quia per citationem dicitur præventa iuris diſtinctio.
- 145 Ut iſtantia tranſeat in hæredem, ſatis eſt, quod defunctus fuerit citatus.
- 146 Tradit annotationem ad traditæ per Bald. Auth. quas actiones n. 11. C. de Sacroſ. Eccleſ. ubi differentiam conſtituit inter hos duos caſus.
- 147 Reſtat prædictam differentiam assignatam à Bald. & advenit, quod ſi quis dicit Baldum loqui in privilegio hæredi in corpore juris clauſo, tunc diſtinguendum erit ut ibi ſubdit.
- 148 Advenit materiam hujus articuli videri reduci ad terminos diſtinctionis Petri, & Cyni, auth. quas actiones n. 5. C. de Sacroſ. Eccleſ.
- 149 Quando obligatio procedit ex contractu defuncti, non privilegiati ſucceſſor privilegiatus illi ſuccedens non poterit uti privilegio ſuo.
- 150 Cum contractus ſit celebratus cum defuncto non privilegiato, iniquum eſſet propter ſucceſſorem privilegiatum ſi in aliquo fieret deterior conditio contractus.
- 151 Oſtendit item in hoc caſu locum habere reg. cap. acceſſorium de reg. jur. in 6.
- 152 Forus, qui eſt acceſſorius obligationis principalis, etiam non accipiet mutationem in perſona hæredis privilegiati.

- 152 Limitat prædicta, ſi aliquid principaliter actum ſit cum ipſo ſucceſſore univerſali, nam quoad hac privilegiatus utetur privilegio ſuo.
- 153 Declarat, in quo ſenſu accipienda ſit diſtinctio gl. in l. filiusfamil. 49. §. in hac, infra de verborum obligatione, verb. ſteſiſſe.
- 154 Regulam conſtituit, quod ſi totum negotium geſtum ſit cum defuncto non privilegiato, & nihil geſtum ſit cum ſucceſſore privilegiato, in ea re non utetur ſucceſſor privilegiatus ſuo privilegio.
- 155 Tradit reſolutionem ad eum caſum, quando ſcilicet emphyteuſis fuit accepta per minorem, & hæres minor, quia non ſolvit debitum Canonem, incidit in communem.
- 156 Si quis ſit privilegiatus non in utilitatem privatam, ſed in utilitatem publicam, obſervabitur in eo diſtinctio l. fiſcus 6. infra de jure fiſci, & ibi declarat.
- 157 Explicat in quo differat hæc ſecunda concluſio à prima, de qua n. 158.
- 158 Ad veram reſolutionem hujus articuli, & materia concludit, regulam huius text. generaliter procedere in quocumque privilegiato, etiam ſi habeat privilegium in corpore juris clauſum, modo competat principaliter ratione perſonæ.
- 159 Si defuncto ſuccedat vidua, vel pupillus, vel miles, tenebitur reſpondere coram iudice, coram quo defunctus debuit conveniri.
- 160 Privilegium in favorem partis principaliter inductum, hoc caſu nihil privilegiato procedit.
- 161 Tradit Doctõres, qui contrarium tenent, quos tamen reprobat, & ad fundamentum eorum reſpondet.
- 162 Ut facile reſponſio percipiatur, declarat, communi reſolutioni addendum eſſe, quod non ſufficiat, privilegium eſſe in jure corporis clauſum, ſed etiam, quod competat propter bonum publicum.
- 163 Docet in Regno Portugallie, quod pupillus, & vidua utentur in his terminis privilegio ſuo, etiam ſi jam eſſet conteſtata cum defuncto.
- 164 Proximè dicta ſunt ſpecialia in illis perſonis, nam extra illas etiam in illo Regno communis reſolutio procedit.
- 165 Declarat etiam, quod illud, quod ſpecialiter diſponitur in prædictis perſonis per Ordinationem l. 3. tit. 5. §. 3. limitandum eſſe, ſi ſi hæres, poſtquam erat concluſum in cauſa cum defuncto.
- 166 Privilegium fori competit Clerico propter jus publicum ac ideo reſpectu illius privilegii inducitur diſtinctio l. fiſcus 6. infra de jure fiſci.
- 167 Declarat, quomodo in hoc caſu ſi defunctus non ſuit citatus, & clericus ei ſuccedat, poſſit clericus uti privilegio ſuo.
- 168 Si iſtrumentum habeat executionem paratam, tamen illam non habebit adverſus clericum hæredem ſecularis.
- 169 Declarat, in quibus terminis dictum num. proximè recipi poſſit.
- 170 Diſtan. 178. locum non habebunt in pupillis hæredibus, vel aliacunque perſonis, quia iſtrumentum contra iſtos exequetur.
- 171 Si ſecularis erat citatus ad cauſam, clericus poſtea ei ſuccedens non utetur privilegio ſuo, quia jam erat præventa iuris diſtinctio.
- 172 Cum præventio fori præcedit ſucceſſioni clerici quoad eam, nec fiſcus, nec clericus poteſt uti privilegio ſuo.
- 173 Proponit replicationem, quod clericus quoad ea quæ contingunt ſuo tempore poteſt uti privilegio ſuo, cu dubio reſpondet.
- 174 Aſſert dictum Alexandri, quod ſi fiſcus tanquam iſtitutus ſucceſſit privato, ſi erat præventa juſiſdictione, tenebitur coram eodem iudice litem perſequi.
- 175 Limitat concluſionem huius text. non procedere quoad

- quoad res hereditaria: nam postquam hæres adivit, quoad eas utetur suo privilegio, quia incipiunt considerari tanquam proprium patrimonium hæredis adveniens.
- 176 Quando res non privilegiata pervenit ad privilegiam, amittit naturam antiquam, & efficitur res privilegiata.
- 177 proponit illam arduam questionem, si clericus instituit laicum hæredem, utrum confessio inventarii, in quo scribuntur bona defuncti, pertineat ad iudicem secularem, vel ad Ecclesiasticum?
- 178 Resolvit, confessionem prædicti inventarii pertinere ad iudicem secularem. & non ad Ecclesiasticum cum Guidone Papa, & multis Doctoribus, quos enumerat.
- 179 Proponit advertentiam ad dictum Guidonis decisionem 261. & in quo casu procedere possit, declarat.
- 180 Difficultatem movet contra dictum Guidonis, quando hæres adhuc non adivit hereditatem, tunc enim à cessante ratione confessio inventarii pertinet ad Ecclesiasticum.
- 181 Quantum hereditas est jacens, & non adita, representat defunctum.
- 182 Consequentiam syllogismi exponit, ex qua videtur deduci confessionem inventarii ad Ecclesiasticum pertinere.
- 183 Reprobatur nihilominus prædictam opinionem, & ad rationem in contrarium adductam respondet.
- 184 Respondet ad primam rationem ex traditis per Gu tierres in prædictis ad leges regni 2. parte questione 49. num. 3.
- 185 Quando laicus instituit clericum, confessio inventarii pertinet ad secularem, & ibi refert, qui contrarium tenet.
- 186 Cum bona ante additionem hereditatis representent laicum defunctum in illis, Ecclesiasticus se intromittere non potest.
- 187 Tradit auctor suam responſionem ad præsentem questionem.
- 188 Iudicibus Ecclesiasticis est inhibendum, ne se intromittant in insinuationem vel publicationem testamenti.
- 189 Reprobat Felin. qui oppositum tenet, & dicta n. 198. vera esse ostendit.
- 190 Reprobat Covarru. & Mol. Societatis Jesu, dum tenent, quod si testamentum sit clericum, possit aperiri, & insinuari coram Ecclesiastico.
- 191 Postquam testamentum fuit publicatum, & insinuatum coram seculari, executio contentorum in testamento erit mixta fori & erit locus preventionis.
- 192 Inventarium nihil aliud facit, quam declarare in specie bona, que in confuso velinquebantur heredi.
- 193 Declaratio tantum tetigit id, quod latebat.
- 194 Concludit optimo argumento inventarium, de quo agimus, pertinere ad secularem.
- 195 Adducit aliud argumentum, ex quo manifeste convincitur, dictam conventionem inventarii ad iudicem secularem pertinere.
- 196 Illi qui est iudex competens preparati, est etiam iudex competens preparantis.
- 197 Docet, quod etiam si clericus clericum instituat hæredem, adhuc inventarium facere pertinet ad secularem.
- 198 Reprobat Franciscum Marcum decisione 105. prima parte, dum tenet, quod de spoliis clericorum non possunt seculares inventarium facere, ostendit contrarium esse verius.
- 199 Ostendit, quod extra casum publicationis testamenti, & extra casum confessionis inventarii, si defunctus sit clericus, & a. huc non sit adita ejus hereditas, bona considerantur tanquam Ecclesiastica clericum.
- 200 Si bona clerici hereditate jacente vendi, vel distribui debent, competens erit Ecclesiasticus.

- 201 Ex venditione bonorum clerici, hereditate jacente gabella non debetur.
- 202 Refert Lazarte tractatu, de decima venditionis, contrariam tenentem, & ejus fundamenta adducit.
- 203 Reprobat dictum Lazarti, & ostendit, ejus opinionem veram non esse.
- 204 Adducit contra eundem l. nam, & serous S. supra de negotiis gesti., quam ad id late expendit.
- 205 Gesta cum pupillo non obligant illum, nisi quantum locupletior factus est.
- 206 Pupillus postea adiens hereditatem, retro videtur hæres à tempore mortis defuncti.
- 207 Fictio, de qua num. proximo non consideratur in tertii præjudicium, qui antepredicitam fictionem jus habebat quesitum.
- 208 Tradit, quid dicendum sit per argumentum à contrariis, si quid gestum sit cum hereditate jacente ipsius pupilli, in qua postea successit major.
- 209 Hereditas jacens representat personam defuncti, & non personam hæredis postea adveniens.
- 210 Item representat defunctum, etiam quoad privilegia, & qualitates personales.
- 211 Actus ex se personalissima est, que ob id non transit ad hæredem.
- 212 Hereditas jacens representat hæredem etiam quoad statum.
- 213 Respondet ad primam rationem Lazarti, de qua num. 212.
- 214 Respondet ad secundam rationem dicti Lazarti.
- 215 Refert ex eodem Lazarte, quod si vendantur bona expectantia ad spolia Episcoporum & sit ad Cameram Apostolicam, de illis non solvetur gabella, quantumcunque de illis fecerit inventarium secularis.
- 216 Si per contrariam non privilegiatus succedat privilegiato, nihil ei produrit privilegium defuncti.
- 217 Hæres clericum non est conveniendus coram Ecclesiastico, quia per mortem clericum cessavit privilegium, quod personale erat.
- 218 Licet jurans propter juramentum possit conveniri in foro Ecclesiastico, tamen ejus hæres in eo foro conveniri non potest, & ibi ratio late traditur.

COLLIGITUR ex isto textu notabilis conclusio, quod hæres ibi conveniri debet, ubi defunctus debuit. Concordat l. 32. tit. 2. part. 3. quam notat Roman. consil. 300. num. 2. Ancharan. conf. 244. n. 2. & ampliat Panormitan. cap. significavit, n. 4. ad finem de rescriptis. Et ex hac regula videtur inferri, quod prout defunctus potuit in proprio domicilio indistinctè conveniri §. final. infra hac lege, ita & hæres ejus ibi indistinctè conveniri potest, quamvis propriam domicilium ibidem non habeat: quod sentit Bart. l. si commissum infra eod. & expressit Arctin. post Anton. o. quia num. 14. de iudicibus: colligens ex isto textu, quod jus fori & domicilii defuncti, transit in ejus hæredem: Sed subsistendum est: quia si prædicta opinio esset vera, sequeretur, quod prout defunctus in loco proprii domicilii poterat conveniri etiam ibi non inveniretur, §. finali infra hac. Item quod prout in prædicto loco domicilii, contra absentem poterat procedi ad primum & secundum decretum, & etiam ad sententiam diffinitivam in casibus, in quibus lite non contestata, perveniri potest ad diffinitivam, ut explicat Paul. Casten. l. 2. §. legatis, num. 3. supra eod. & l. 1. n. 4. C. de jurisdictione omnium iudicum. Panormit. cap. fin. n. 4: & ibi Maria. num. 50. de foro competentis, eodem etiam modo contra hæredem absentem à loco domicilii defuncti poterit procedi. Quod tamen videtur esse contra

contra istum textum ibi (si ibi reperitur) qui clarè videtur probare, ita demum hæredem posse conveniri in loco, quo defunctus debuit, si ibi reperitur. Et idem Angel. hic post principium. Paul. num. 2. Curt. Jun. nu. 3. & 7. & Costalius, concludunt, quod locus defuncti ita demum transit in hæredem, si hæres ibi reperitur: quamvis * fereantur prædicti, quod si defunctus fuisset citatus; ut in loco domicilii se defenderet in causa, tunc * locus fori domicilii defuncti, indistinctè transiret in hæredem, ut eodem loco teneretur se defendere: etiam si ibi non reperiretur, leg. si is, qui Romæ 34. infra eod. ubi Ang. & Jacob. ita resolvunt Rom. consil. 300. n. 2. & communiter esse receptum asserit Sapia hic ante num. 1.

Sed * his non obstantibus verius existimo, hæredem posse conveniri in loco domicilii defuncti, etiam si ibi non reperitur, prout & defunctus poterat, prout pro constanti tenet Bald. reper. l. 2. col. 25. post medium, infra de iurejurando, & alii supra allegat. & satis colligitur ex generalitate hujus text. & quia * illius vera ratio quia hæres & defunctus censentur esse eadem persona, auctor. de iurejur. à moriente prædito post principium, collat. 5. tradit Arctin. cap. quia V. num. 14. de iud. & Curt. Jun. hic numer. 1. & ante eos Ancharan. conf. 144. numer. 2. quicquid involvat Sapia hic num. 1. Quæ ratio evincit, eodem modo posse conveniri hæredem, quo defunctus potuit: & consequenter, quod poterit conveniri in loco domicilii defuncti, licet ibi non reperitur: ut advertit Curt. Jun. hic num. 3. perperam huic rationi respondens.

Et t̄ probando hanc opinionem, non obstat is text. inductus, ut supra. Nam imprimis est advertendum, litteram illius, quandam in se continere repugnantiam, nam in primis verbis dicit, hæredem absentem sibi conveniendum esse, ubi defunctus debuit, & consequenter, quod poterit conveniri in loco, in quo defunctus potuit: & tamen statim subjicit, quod hæres potest conveniri in loco, in quo defunctus debuit, si modo hæres reperitur. Cui difficultati conatur respondere Alber. hic numer. 2. cui subscribit Jacobin. hic ad sum. quorum tamen responſionem, tanquam litteræ vim inferentem, improbant Lancelot. Deci. hic post princip. & Curt. Jun. numer. 7. & Sapia. ante num. 1.

Melius * igitur responderet, text. nullam continere repugnantiam: nam probat in principio, quod si hæres absens sit à loco, in quo defunctus debuit, quod in eodem loco hæres defendi debet: quod si reperitur in loco, in quo defunctus præsens conveniri debuit, & in eodem loco hæres præsens conveniri potuit: & sic in effectu vult: quod hæres tam absens quam præsens conveniendus est, in loco, in quo defunctus, si viveret, posset conveniri. & teneretur se defendere in loco, in quo defunctus debuit ut est de mente gloss. 2. & 3. in præsentis Fulg. §. sequenti num. 1. & Lancelot. Dec. hic p. l. prima ipsam, & eleganter Mentua, videndus in præsentis. Pro * qua expositione expendo verba hujus text. nam * verbum (defendendus) proprie refertur ad absentem à loco, in quo iudicium agitari debet. l. de qua re §. final. inf. eod. & l. solutio §. nam inf. de solut. verbis * autem (conveniendus) proprie refertur ad præsentem in loco iudicii, in quo conveniri debet. Nullam igitur continet repugnantiam littera hujus text. Neque * aliquid facit pro magis communi opinione, imò contra eam retorquetur: nam aperit probat, quod si hæres sit absens à loco, in quo defunctus conveniri poterat, procedetur contra eum tanquam contra

contumacem, & consequenter si absens sit à loco domicilii defuncti, ibi contra eum procedi poterit tanquam contra absentem, & contumacem: uti poterat procedi contra defunctum, ut dictum est.

Et * justa hanc interpretationem multa inferuntur contra mentem communem Doctorum: nam primò inferitur, non probat illum, quod ut hæres conveniatur in loco, in quo defunctus debuit, oportet, quod in eo loco reperitur, ut communis vult. Imò textus sentit contrarium, quod si absens ab eo loco, & in eo non reperitur, poterit contra contumacem, si ibi se non defendat, ut & procedi poterat contra defunctum absentem ab eo loco.

Secundò inferitur, quod t̄ licet domicilium de defuncti non transeat ad hæredem, quia hoc consistit in facto, & quæ in facto consistunt non transeunt ad hæredes, l. cum heredi in prin. i. fra de acquir. poss. ff. & post Baldum in specie tradit Marian. in c. final. num. 39. de foro competentis. Quæ * etiam ratione domicilium patris non transit in filium, l. assumptio §. final. in princ. & in l. libertus §. patris infra ad munitionem. Tamen * quoad effectum fortiendi forum, videtur in eum transire, & idem in domicilio defuncti convenitur eodem modo, quo defunctus poterat. Et est ratio, quia * cum hoc pertineat ad executionem obligationis contractæ per defunctum, locum habet regula legis secundæ §. ex hoc infra de verb. oblig. & est de mente Pauli n. 2. Arctin. in c. quia G. n. 14. de iud.

Tertiò inferitur explicatio ad leg. si is qui Romæ 34. infra eodem. dum probat, quod si quis Romæ suscepit iudicium, & decessit heres tenetur iudicium subire, licet aibi habeat domicilium, notat Anton. de Mab. tract. de prorogatione iurisd. num. 68. Nam est advertendum, quod licet textus ille videatur requirere, quod defunctus suscepit iudicium Romæ, ut hæres ibi conveniri possit: verius tamen est, de necessitate hoc non requiri. Quamvis enim defunctus non suscepit iudicium Romæ, imò neque ad illud suscipiendum fuerit citatus: tamen ibi conveniri & defendere se debet, ubi defunctus debuit, iuxta nostrum textum explicatum ut supra, & in terminis tradit Romanus consil. 300. numero 2. Nam rati deducta est ex authentica de iurejurando à moriente prædito in principio collation. §. id necessario evincit, ut advertit Ancharan. conf. 244. numero 2. Neque repugnat textum in dict. leg. si is qui Romæ, infra eodem, nam debet intelligi, tunc requiri iudicium fuisse susceptum per defunctum illum effectum, ut eadem instantia transeat in hæredem, & non sic necessarium, novam inchoare item.

Præterea * licet dict. l. si is qui Romæ quoad prædictam effectum videatur requirere iudicium fuisse susceptum, & sic licet fuisse contestatam per defunctum: Tamen * verius & receptius est, sufficere, quod defunctus ante mortem citatus fuerit ad causam, ut colligitur ex generalitate leg. si petitor 31. infra eodem, & resolvit Jacobinus in leg. si is qui Romæ, num. 2. infra eodem, & non in leg. cum quodam n. 8. supra de jurisdictione omnium iudicum Covarru. prædictarum quæst. cap. 8. num. 3. in fine, 1. a * ut vera resolutio sit in hac materia, quod quoad effectum transendi instantiam in hæredem, sufficit defectum fuisse citationem ad causam, sed ut transeat in alium universalem successorem, qui non sit hæres, non aliàs transibit instantia, quam si lis fuerit contestata cum defuncto leg. tam ex contrariis, infra eodem & ibi notat Ang. l. numero 4. Paul. & Jacobin. utique n. 3. Gallus lib. 1. observation. 57. num. 9. Ex * quibus colligendum est, quod quemadmodum, quando defunctus potuit conveniri in loco, etiam si

deductum ex dict. leg. si fideicommissum, infra eod. ut non procedat, si hæres sponte sua solvat aliquod legatum in loco, in quo competebat ei prædicta exceptio: nam tunc cogitur omnibus aliis legatis solvere in eodem loco, non obstanti prædicta exceptione. Et ita videtur probare text. in leg. si fideicommissum 50. §. final. infra eodem, & ibi notant Ab-ricus Paul. & Jacobin. numer. 2. Angel. in leg. 1. numer. 5. Codic. de fideicommiss. Duenhas regni. 161. num. 4. Anton. Peregrin. de fideicommiss. artic. 53. num. 4. & probat l. final. tit. 9. part. 6. & ibi notat Gregor. in verb. commensare à pagar.

87 Sed † est subsistendum, quia huic conclusioni aperte videtur repugnare text. in leg. Lucius. la segunda §. testator infra de leg. 2. ubi textus (secundum unum intellectum) probat, quod licet hæres unum legatum ante tempus solverit, non ob id cogendus est alia legata solvere ante tempus: Ergo idem dicendum est in loco cum valeat argumentum de loco ad tempus, l. vinum infra. si cert. pec. Item in contrarium urget traditio gloss. 3. leg. 2. de fideicommissis, & l. non dub. um 69. de testam. quod † hæres unum legatum inuita scilicet solverit, non ob id cogitur alia legata inuita solvere, & placet valet argumentum de re. ad locum leg. si quis ita infra de auro & argento legat. Accedat, quod in actibus voluntariè solutis nulla * sit extensio ultra actum expressum l. voluntariè C. de excusat. tutor. leg. fin. C. ne uxor pro marito, quibus rationibus à limitatione supra relata recedunt Lancelot. Dec. & Costalius l. si fideicommissum §. final. inf. eod. Jus. l. 2. num. 9. de fideicommiss. Gailhel. c. Raynat. tract. de legat. num. 176.

71 Neque † pro prædicta limitatione facit d. l. si fideicommissum §. final. infra eod. qui textus non dicit, quod si hæres solvit unum legatum in certo loco, cogatur omnia alia legata solvere in eodem loco: sed potius quod si hæres incipit legatum solvere, scilicet tradendo illius partem, cogetur in eodem loco solvere, id quod docet ad integritatem legati, ut ibi advertunt Lancelot. Dec. & Costalius, & in simili probatur l. sed & Julianus §. final. cum gl. ultima infra ad Macedon.

72 Inventio * tamen quod Paul. Castrenf. d. l. si fideicommissum §. final. infra eod. concordat opiniones hoc modo, quod si hæres solvit unum legatum, quo iure conveniri poterat, quamvis ei competere exceptio, quod alibi esset maior pars hereditatis, tunc cogetur in eodem loco omnia legata solvere, quasi prædictus foras per spontaneam solutionem fuerit fortificatus; sed si solvit in loco, in quo foras nullo modo fortiebatur, non cogetur in eodem loco aliis legatis solvere, quia licet spontanea solutio, sit modus fortificandi foras, non * est tamen modus inducendi illum de novo, quia id iure cautum non invenitur: quam concordiam uti receptam refert Anton. Peregr. de fideicommiss. art. 53. num. 3. Pro qua concordia expendi potest l. secunda cum gloss. 3. C. de fideicommiss. adjuncta auz. sed cum testator C. ad leg. falcidiam: Ex quibus colligitur, quod si unum legatum inuito solvatur licet ex testamento, non ob id cogetur alia legata inuito solvere, & tamen si legata sint iure delata, ex quibus tamen poterat deduci falcidia, si unum legatum integrum solvatur, ex aliis etiam non poterit deduci falcidia: quæ distinctio satis concordat cum distinctione Paul. Castrenf.

75 Histamen non * obstantibus verius est: quod qui unum legatum solvit in certo loco, non ob id cogetur legata alia in eodem loco solvere, & quidem indistinctè. Pro qua opinione potest res-

torqueri dicta leg. si fideicommissum §. final. infra eodem, ubi hæres cepit solvere unum legatum in loco aditionis, in quo nullo modo poterat conveniri, ut supra diximus, & tamen textus probat, quod fideicommissum, quod incepit solvere in certo loco, cogitur illud integraliter solvere, in eodem loco, aperte sentiens, quod alia diversa fideicommissa minimè tenebitur solvere in eodem loco.

Ultimò * limita conclusionem dict. leg. si fideicommissum, non procedere, si hæres promiserit solvere legata in certo loco: nam tunc actione promissionis tenebitur in * eo loco solvere, quod probat l. g. quamvis 51. §. fin. infra eodem, & ibi notant omnes, & Anton. Peregr. tract. de fideicommiss. artic. 53. nu. 4. Ant. Math. de prorog. iurisdic. n. 68. ad medium vers. & nisi hæres.

Sed † ad perfectam explicationem dict. l. quamvis §. fin. l. advertendum est, quod loquitur in fideicommissis, & gloss. ibi exponit (hoc est hereditibus) cum qua omnes transeunt, quæ tamen expositio vim litteræ infert, & ideò considerandum est, quod licet libri vulgares habeant (fideicommissum) in plurali: tamen prædictæ Florentinæ: habent verbum (fideicommissarius) in singulari, quod * & exigat ratio recti sermonis: & convincitur ex littera dict. leg. sed, est susceptus 52. infra eod. & secundum hanc veram litteram probabit dict. l. quamvis §. final. Quod si hereditas fuerit per hæredem restituta fideicommissario universali, & sic in eum transierit onus vendi legata leg. final. Cod. ad Trebellian. quod si is promittit solvere legata certo loco, ibi * ea tenebitur solvere, & eadem ratio ne hæres, qui ante restitutionem fideicommissi, eandem fecit promissionem, ibi tenebitur solvere legata particularia: quod tamen intelligebat Fulgos. in leg. si fideicommissum numero 7. infra eodem, quando locus ille, in quem fuit collata solutio legatorum, esset talis, in quo aliàs promittens fortiter forum, quia aliàs simplex consensus partium non poterit facere, competentem Judicem: qui aliàs esset incompetens leg. si convenerit supra de iurisdic. omnium iudic. Sed * non placet hæc declaratio, quia * est contra generali-tatem dict. l. quamvis §. final. infra eodem. Neque repugnat dict. leg. si convenerit, quia procedit, quando quis per actum nudum promittit, quod respondebit coram Iudice incompetenti, ut ibi declarat Bartol. num. 4. Porro * autem dict. l. quamvis, §. final. infra eodem dum loquitur, quando quis promittit solvere in certo loco, nam tunc pacto tenebitur promittens stare, neque admitretur poenitentia cap. dilecti de foro competenti, quod probat dict. l. quamvis §. final. procedere, etiam si contractu jam firmato, conventio fiat de solvendo certo loco: notat Anton. in cap. final. numero 12. post medium de foro competenti, eleganter addens, in hoc tamen esse differentiam, inter prædictos casus: quia † si ante contractum firmatum fiat conventio, de solvendo certo loco, non videbitur promissor forum fortiri ratione contractus in loco, in quo verba fuerunt prolata: sed potius in loco, in quem destinata fuit solutio, leg. contraxisse infra de action. & obligat. leg. 3. infra de bonis auctoritate Iudicis possidentia. Sed si contractu jam firmato in alium locum destinatur solutio, tunc in loco contractus & solutionis collata, poterit conveniri, subscribit Decius cap. 1. in prima lectura collat. 22. ad finem, & ibi Rip. numero 93. de Iudic. Dec. in leg. si convenerit numero 32. ad finem supra de iurisdictione omnium Iudicum, Felin. in cap. fin. num. 17. de foro competenti, Sapia. §. illud num. final. infra hac leg.

Neque

86 Neque * est omitendum, quod d. l. quamvis in principio, continuatur cum §. final. l. precedentis, in quo dictum fuerat, quod si hæres, antequam restitueret fideicommissum universale, incepit solvere unum legatum, tunc in eodem loco fideicommissarius universalis tenebitur perficere solutionem jam incepam in eo loco per hæredem, quod † est notabile ad declarationem legis final. C. ad Trebellian. quod locum habet, etiam si in eo loco fideicommissarius non habeat domicilium, est * enim is novus casus, in quo hæres, & fideicommissarius conveniuntur in certo loco, etiam si in eo non habeant domicilium, ad limitationem legis si fideicommissum 50. §. penult. infra eodem & notat. Gregorius in l. fin. tit. 9. part. 6. verb. commensare à pagar.

89 His * ita explicatis ultimò ex isto textu notandum est, quod hæres est conveniendus in loco, in quo defunctus debuit, non obstante quocunque privilegio ipsius heredis: sed adversus hoc * notabile gloss. hic verb. excusatur opponit. d. l. 2. §. lega. supra eod. ubi legatus, si hæres sit alterius, non potest conveniri pro debitis defuncti, dum duravit legatio: quamvis defunctus in eo loco, & tempore, potuit conveniri. Cui difficultati respondet prædicta gl. textum esse intelligendum de privilegio particulari heredi competenti. Nam si habeat privilegium in corpore juris clausum, eo uti poterit, non obstantibus verbis generalibus huius text. quam gloss. responsonem probant Bart. Bald. & Paul. hic & alii communiter, ut hic asserit Curt. Jun. n. 9. Franciscus à Ponte cons. 18. n. 18. Boer. l. consentaneum n. 151. C. quomodo, & quando iudex. Ant. de Math. de prorog. iurisdic. n. 68. Ex

91 * eaque colligitur, quod clausula generalis (non obstante quocunque privilegio) non censetur relata ad privilegia in juris corpore clausa: extollit Roman. cons. 498. n. 15. Sapia. hic n. 3. Covar. pract. q. c. 8. n. 4. & consequenter, quod privilegium in corpore juris clausum difficiliter revocatur Menuch. de presumptione libr. 6. presumptionem 40. numero 13.

92 Sed * circa hæc dicta gl. & Doct. in primis advertendum, quod l. 2. §. legatis supra eod. quam gl. inducit adversus istum textum, parum facit: neque enim loquitur, quando legatus tanquam hæres successit defuncto, & pro eis contractibus convenitur: & ideò * potius allegare debuisset l. de eo, infra eod. ubi legatus adivit hereditatem illius, qui cum hæredem instituerat: & tamen dum durat legatio, interim neq; à legatis, neque à creditoribus conveniri potest, & sic neque in loco aditionis, neque in alio loco conveniri potest, etiam si defunctus in eo loco, & tempore conveniri poterat: Rationem reddit Paul. Castrenf. l. non alias n. 3. infra eod. quod † in loco aditionis hæres non convenitur, sed tantum in loco, in quo fuerit maior pars hereditatis l. si fideicommissum 50. in princip. infra eod. quam tamen rationem non admittit Curt. Jun. l. 2. §. omnes n. 11. supra eod. & apud Labeonem n. 5. infra hac l. quia dict. l. de eo significat id speciale esse in legatis, quasi alii hæredes, qui legati non essent, conveniri possent in loco aditionis: sed utique ambo falluntur, quia * dict. l. de eo, infra eod. loquitur tam in creditoribus hereditariis, quam in legatis, respectu autem legatariorum certum est, legatum hæredem ademptum, non posse cum effectu conveniri in loco aditionis: sed ubi fuerit maior pars hereditatis dict. l. si fideicommissum. Sed respectu creditorum hæc ratio non militat, quia creditores non conveniunt hæredem in loco aditionis, sed in loco, in quo de-

Petri Barboſæ, Comment. de Iudiciis.

functus conveniri poterat, ut probat noster text. quia repræsentat illius personam, & idèo verius respondendum est: rationem d. l. de eo infra eod. in eo † consistere, quod legatus hæres durante legatione non potest conveniri à creditoribus & legataris, ne propter hoc impediatur utilitas publica legationis. Non igitur propter proprium privilegium legati, mutatur foras & competentia Iudicis, sed tantum differtur effectus conventionis, dum durat legatio propter prædictam rationem.

Præterea * est advertendum, quod Lancelotus Dec. hic existimat expositionem huius gl. non fuisse necessariam: nam is tex. clare loquitur de proprio privilegio heredis, ac ita tacite videtur excidere privilegium, quod ei competit ex dispositione juris communis: quod non dicitur proprium alicujus, sed potius commune omnibus, quæ tamen consideratio utilis est, quia ultra replicationem Curt. Jun. hic n. 9. ego * replico: quod privilegia juris communis relata ad particulares propria illorum dici possunt, l. penult. C. de pact.

Uterius & tertio est advertendum, * quod licet conclusio gloss. & Doctorem supra relata in regno Portugallia: sit approbata per ordinationem lib. 3. tit. 10. §. 3. veteris impressionis, & hodie lib. 3. tit. 11. §. nova impressionis, Tamen in puncto juris contrarium videtur verius, imò quod verba generalia huius tex. comprehendant etiam privilegium heredi competens ex dispositione juris communis. Et * patet, quia hæres in materia non consideratur ex propria persona, sed ex persona defuncti, quam repræsentat Curt. Jun. hic n. 1. & diximus in primibus legis. Ergo cum conveniatur tanquam repræsentans defunctum, non poterit uti proprio privilegio, etiam ex dispositione juris communis competenti, cum ejus persona non consideretur, sed potius persona defuncti: Præterea * in hoc casu concurrat veritas, scilicet vera persona heredis, qui est, conveniendus, item & ficta, quatenus repræsentat defunctum.

Succedit igitur regula, quod * ubi concurrunt veritas & fictio eodè tempore ad diversos effectus, fictio sic prævalet veritati Bar. in l. 1. §. hoc autem n. 3. infra ad Syllanum. Ruin. in l. 1. §. honor. n. 12. infra ad Trebell. Denique contra * communem videtur text. in l. fidei infra de iure fidei, nam quædo fideus convenitur pro debitis illius, cui successit, necessario convenitur pro his, quæ antecesserunt ejus successionem. Ergo respectu illorum nullam habet privilegium pro eis d. l. fidei, & sic conveniri debet in loco, in quo ille, cui successit, conveniri poterat, juxta regulam nostri text. & communis opinio contrarium, nihil adducit pro se, quod urgeat.

Ex qua * opinione adversus communem ita defensam, infertur quod clericus succedens laico, si pro debitis defuncti conveniatur, teneatur respondere coram Iudice seculari, coram quo defunctus conveniri poterat: nam cum non conveniatur ex propria persona, sed ex persona defuncti, tanquam illum repræsentans, necessaria videtur prædicta consequentia, quod * tenuisse aliquos antiquos asserit gl. 2. in c. clericum nullus 11. q. 1. Quamvis ipsa ab eorum opinione, tanquam falsa recedat, sed * in secundum opinionem illorum antiquorum, ibi ergo non fuisse iudicatum asserit Alb. hic n. 4. quilibet addat, hæc opinionem illorum antiquorum jure civili veram esse, & jure Canonico nullo modo posse procedere, tamen † prædictam opinionem tam jure civili, quam Canonico veram esse late comprobatur Menchac. de successorum creat. §. 2. à n. 70. & eam uti † verior probat

R 3

& de-

Et defendit Imol. l. si cum hominem n. 4. infra de fidei iuss. & eam, expresse probat l. 57. tit. 6. part. 1. quam tanquam iustam & iuri consonam referunt Pallas. rep. rub. §. 39. n. 8. & Soares l. post rem jud. 1. extensione ad l. regni n. 4. ad finem inf. de re jud. Aviles de Præc. c. 10. n. 66. & quamvis Greg. d. l. 57. tit. 6. par. verb. demanda, intelligat eam legem loqui, quando lis erat coepta cum defuncto, & subscribit Avend. l. 1. de exequ. mand. c. 1. n. 37. tamen generalitas verborum prædictæ legis hanc restrictionem non admittit, ut advertit, Villhalob. in arar. com. opin. sub lit. C. n. 101. & Olan. in concor. jur. sub. cad. lit. G. numer. 28. Præterea licet Parlador. rer. quotidian. l. 2. in 2. p. §. 1. n. 9. p. 177. dicat conditores * illius legis voluisse favere Regib. secularibus, & quod tamen ea lex tanquam repugnans libertati Ecclesiasticæ non sit observanda, quod & sentit Covar. præc. q. c. §. 1. n. 4. Mutatis * conditores legum paritarum, opinio veterum approbasse: tamen * si juris rationes bene expendatur, verior videtur opinio quam probavit prædicta lex partita, & cum hæres clericus non ex sua persona, sed ex persona defuncti conveniatur, ex qua etiam ratione, prædicta * lex non videtur obviare libertati Ecclesiasticæ, cum hæres non tanquam repræsentans defunctum laicum conveniatur, & satis convenit, l. 15. tit. 4. l. 5. Ordinant.

Non * tamen nego, receptam esse sententiam à legistis, & Canonistis, clericum hæredem non posse conveniri coram Iudice seculari: coram quo poterat defunctus conveniri. Ita n. concludit gl. 2. c. cler. nullus 11. q. 1. & probat Bart. hic n. 1. ex doctrina gl. hic verb. excusatur. Secundum quam hæres clericus regulariter conveniri non potest coram seculari: quia habet privilegium contrarium in corpore juris clausum. Quod si haberet privilegium particulare; ut coram certo Iudice conveniretur, tunc locum haberet regula de huius text. & communiter recipitur, ut hic asservit Jacobin. n. 8. Cur. am. n. 10. Felin. c. quia V. de jud. col. 2. & ibi Dec. n. 11. Huc tamen argumento satisfacit n. 100. & eam resolutionem tanquam veram, & magis communem probat Covar. præc. c. 8. n. 4. & dicit claram Angulcol. conf. 59. prin. lib. 3. & contrariam opinionem esse absurdam dicit Greg. l. 57. tit. 6. par. 1. verb. demanda, probat etiam Ant. de Math. de prorog. jurisd. n. 68. & Parlad. rer. quotidian. l. 2. p. 2. §. 1. n. 8. pag. 172. & And. Gail. præc. observ. l. 1. c. 37. n. 10. & Azeved. l. fin. tit. 4. l. 5. ordin. n. 6. spin. in. spec. test. & gl. 33. n. 72.

quam defendit ibidem * n. 76. ac ob id prædictam partitæ in praxi non servari asserit Gondif. Soares de pace in prax. 2. p. pag. 8. n. 41. pro hac opinione communi contra legem partitæ dictam esse textum expressum c. 2. & 3. c. experient. 11. q. 1. cui tamen fundamenta plenè satisficit à n. 124.

Neque * repugnat decisio nostri textus, quia secundum constantem probat, hæredem esse conveniendum in loco, in quo defunctus debuit, non autem probat, quod coram eodem Iudice teneatur * respondere Francisc. à Ponte conf. 18. n. 9. & ideo convenitur quidem in eodem loco, in quo defunctus debuit: & tamen coram Iudice Ecclesiastico ejusdem loci, & non coram seculari. Nam cum clericus sit exemptus ab ejus jurisdictione, coram eo non tenebitur respondere, ut post Archid. advertit Felin. hic n. 1. & Franciscus à Ponte conf. 18. n. 9. & Gondif. Soares de pace in praxi 2. tom. pag. 8. n. 41. Quæ * tamen consideratio nota non est, quia ideo hæres convenitur in loco, in quo defunctus debuit, quia repræsentat ejus personam,

ut dictum est, quæ ratio evincit etiam conveniendum esse coram eodem Iudice, quod clare significat l. si is qui Roma 34. infra eodem, probans quod * ex eo quis est conveniendus in loco, in quo defunctus debuit; ex hoc etiam coram eodem Iudice conveniendus est.

Et tenendo hanc opinionem, adversus magis communem, ejus rationibus facilè responderi potest: nam ad primam rationem quod is textus non comprehendat privilegia hæredis, in corpore juris clausa, jam ostendimus veriolem * esse contrariam opinionem n. 100. ad 2. d. cap. 2. & 3. c. experientia 11. q. 1. respondemus, quod licet Albe. hic in fine & Greg. l. 57. tit. 6. part. 1. verb. demanda ad medium dicant, prædicta jura expresse probare magis communem opinionem, quam defendimus: tamen re vera nihil pro ea faciunt, loquuntur enim, quando clericus convenitur ex propria persona: tanquam clericus: non autem loquimur, quando * convenitur ex persona defuncti secularis. In quibus terminis nullus text. juris Canonici probat, clericum coram Ecclesiastico esse conveniendum: & ideo merito aliqui tenuerunt, prædicta jura male applicari nostræ questioni ut refert gl. cap. clericum nullus 11. q. 1. Et procedet * hæc opinio magis sine dubio si hæres clericus convenitur Iudicio seculari, quo defunctus conveniri poterat, ut tradit Anton. Peregrin. de fidei commiss. artic. 48. n. 62.

Vel * pro concordia dicendum est, quod si hæres clericus conveniatur à creditorib. hæreditariis, verior sit opinio, quam defendimus adversus communem, per rationes supra relatas: si * autem conveniatur à legatariis, quia tunc convenitur ex proprio quasi contractu §. hæres inst. de obligation. qua ex quasi contractu: & sic cum conveniatur tanquam clericus conveniendus est, c. experientia 11. q. 1. & tradit in specie Aret. c. quia V. n. 14. de jud. Covar. præc. q. c. 8. n. 4. vers. 4. conclus. Ant. de Matb. de prorog. jurisd. n. 68. & notabiliter Franciscus à Ponte conf. 18. n. 16.

Ceterum quicquid sit, * non est omittendum inter has opiniones contrarias magis communiter eam assignari concordiam, quod si secularis decessit ante litem motam, Clericus hæres debet conveniri coram Ecclesiastico pro debitis defuncti, si autem secularis decessit, postquam lis mota fuerat cum eo; tunc instantia transibit in hæredem clericum, qui causam tenebitur prosequi coram Iudice seculari coram quo mota fuerit, neque obtinebit eam causam remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, juxta generalitatem l. si is qui Roma 34. infra eod. & ita concordat Angel. Paul. hic n. 4. & Costalius, & subscribit multi quos refert, & probat Cov. præc. q. c. n. 3. vers. hic ergo. & Azeved. l. fin. 4. l. 5. ordin. n. 6. Guilhel. c. Raynuius ver. b. & uorem dec. 2. n. 124. addo Aufser. tract. de potestate seculari super Ecclesiastic. reg. 2. n. 7. Alb. c. 1. de hæret. in 6. q. 13. n. 28. Petr. Angul. conf. 59. lib. 3. Menoch. de succ. creatione §. 22. n. 72. & Ant. de Matb. de prorog. jurisd. n. 68. Crot. l. nemo potest n. 84. post medium infra de leg. 1. quæ * communem distinctionem probat hodie 57. tit. 6. partit. 1. secundum emendationem litera factam per Greg. ibi verb. demanda quam probat Azeved. l. fin. tit. 4. l. 5. ord. n. 6. & eam in regno Portugaliæ clare probat ordinatio l. 2. tit. 1. §. 8. nova recop.

Sed * circa hanc magis communem concordiam ad plura est advertendum, & primò quod idem primum membrum prædictæ distinctionis, quævis sit magis communiter receptum, tamen in puncto juris non videtur verum, ut supra ostendimus. Itē quod & secundum membrum prædictæ concordie impugnatur per Panormitan. cap. quia

V. col. fin. de judic. contendens, quod etsi post causam coeptam decessat secularis, tamen adhuc clericus hæres ejus, debet conveniri coram Ecclesiastico adhuc militat ea ratio, quod clericus non potest conveniri coram Iudice seculari: & subscribit Felin. ibi col. 3. & Dec. n. 11. & ita vidisse consultum & judicatum asserit Jacobin. hic n. 7. & probat Lancelot. Dec. hic post princ. & magis videntur probare Curt. Jun. hic n. 10. Sapia n. 9. & hæc esse magis communem opinionem asserit Maranta in praxi 5. p. n. 13. pag. 265. & lucillimè comprobatur Cag. l. 2. à n. 249. C. de pact. inter emptorem, & eam esse magis communem & veriolem, & veriolem opinionem asserit Boer. dec. 69. n. 35.

Moverunt * tenentes hanc opinionem (ulti a rationem Panor. supra relata) quia quando mutatur forum ex * persona hæredis (ut contingit in clerico hærede) hæres non tenetur sequi forum defuncti, gl. c. is qui in jus, de reg. juris in 6. Quæ ratio militat etiam, quando post causam coeptam decessit secularis. Sed huic difficultati optime satisficit ex traditis n. 138. Secundo * adducunt l. si constante §. fin. infr. soluto matrim. ubi instantia coepta cum delinquente non transit in fiscum: quia habet suos Iudices speciales, ut ibi tradit Bart. & l. si cum hominem n. 1. infra de fidei iuss. Panor. c. quia V. ad finem de jud. Jacobin. hic n. 7. Paul. l. tam ex contractib. n. 4. infra eodem. Ergo idem recipiendum est, in clerico hærede, vel in Ecclesia hærede instituta: quia etiam habent suos Iudices speciales. Huic fundamento respondetur n. 139.

Sed his non obstantibus * non est recedendum à secundo membro prædictæ concordie, quod non solum est verius, sed & receptius, ut contra Marantam, & alios resolvit Vivius lib. 2. commun. opinionum opinio. 48. & hæc opinionem esse veriolem, & magis communem asserit And. Gaillus præc. observ. l. 1. obser. 37. n. 9. Menoch. de succ. creat. §. 22. n. 72. quicquid Azeved. l. fin. tit. 4. l. 5. ord. n. 6. ad finem dicat, hæc controversiam, adeo esse ambiguam, ut in ea necessaria sit decisio regia, & contra magis communem videatur inclinare.

Non * recedendo igitur à magis communi opinione legibus Hispaniæ comprobata: non obstant rationes contrarie opinionis, quia ad primam rationem deductam ex gl. c. is qui in jus, de reg. juris in 6. & ex Panor. d. c. quia V. col. ff. de judiciis: responderetur, inter hos casus manifestam esse rationem differentie, quia quando adhuc cum defuncto non erat incepta lis, ea necessario incipit, postquam clericus erat jam effectus dominus hæreditatis per additionem, & sic coram suo Iudice est conveniendus: sed quando lis jam erat coepta cum defuncto, ea lis antecedit tempus, quo clericus efficitur dominus hæreditatis per additionem, & ideo quoad eam litem non poterit uti suo privilegio, juxta regulam legis fiscus 6. inf. de jure fisci, advertit Aretin. cap. quia V. n. 15. de judic.

Non * obstat secundo d. l. si constante §. fin. infra soluto matrim. Nam in primis est advertendum, tex. illum tanquam probare, quod si dos publicata sit, in eorum expirat iudicium motum per mulieres super dote, quia jam ejus nihil interest: non tamen negat instantiam transire in fiscum, tanquam universalem dotis successorem, juxta regulam l. tam ex contractibus, inf. eod. quem intellectum probant antiqui, quos refert & sequitur Dec. c. quia V. n. 10. de judic. & probat Duren. d. l. si constante §. final.

Item * responderetur, quod d. l. si constante §. fin. colouitur, quando fiscus succedit in dote prop-

ter publicationem honorum, nam tunc non transit instantia in fiscum, quia non repræsentat personam condemnati: quamvis illius videatur universalis successor, gl. l. novatio verb. ab hæredem, inf. de novatio. aliud igitur erit, si tanquam hæres, & repræsentans personam defuncti in bonis succedat: nam tunc instantia in eum transibit: quod ita tenet post alios Alexand. d. l. si constante §. fin. n. 4. Dec. d. c. quia V. n. 10. ad finem, & asserit receptum Curt. Jun. hic n. 12. Cagnol. l. 2. n. 252. C. de pactis inter emptorem. Quinimò * & illud probat d. l. si constante §. final. quod quando si fiscus succedat in bonis, tanquam quidam universalis successor, non transit ad eum instantia, intelligendum est, quando succedit actori, ut sunt termini illius text. Nam si succedat reo, tunc illius instantia coepta cum reo, in fiscum transibit, juxta regulam legis tam ex contractibus infra eodem, & rationem differentie assignat Imol. l. si cum hominem n. 3. infra de fidei iuss. & sic opinio Panor. est omnino rejicienda: quam tamen si retineas, declarabis cum Ant. Angulosa confil. 59. lib. 3.

Et * pro complemento est advertendum, quod in hoc articulo dicitur lis coepta cum defuncto, quando sit citatus ad litem, quia per citationem dicitur præventa jurisdictione, l. si quis postea quam supra eodem, Et * ideo ut instantia transeat in hæredem, satis est quod defunctus fuerit citatus ad causam l. si petitor 31. infra eodem: & supra diximus & in terminis quoad effectum de quo supra sufficiat citatio, resolvit Covar. præc. quæst. cap. 8. n. 3. ad finem, & magis probat Andr. Gaillus præc. obs. lib. 1. obs. xv. 37. n. 9. & specificè probat ordinat. Portugaliæ l. 2. tit. 1. §. 8. nova recopilationis, quicquid Mynsinger, in d. Camera centuria 3. observ. 15. ad finem, resolvat magis receptum esse, ut in hoc proposito non dicatur coepta lis, nisi lis sit contestata: ita ut non sufficiat ratio.

Et ex * his inferitur annotatio ad tradita per Baldum aurb. quas actione n. 11. C. de Sacros. Eccles. dum facit differentiam inter obligationem jam contractam per defunctum, & inter fori competentiam, concludens: quod obligatio jam formata in persona defuncti, ex persona hæredis non variabitur, l. 2. §. ex his infra de verb. oblig. sed forus cum respiciat iudicium, & sic totus pendeat à futuro, non inspicitur persona defuncti, sed hæredis, qui conveniatur, subscribit Francisc. à Ponte conf. 18. n. 15. Soares l. post rem judicatam prima ampliatio ad l. regni n. 4. inf. de re judicata: Hæc * enim differentia confunditur per istum textum, ubi forus defuncti non mutatur ex persona hæredis privilegiati. Quod si intelligas Bald. loqui in privilegio hæredis in corpore juris clauso, tunc distinguendum erit inter causam nondum coeptam cum defuncto, vel jam coeptam juxta communem distinctionem supr. relata, neque curandum est illo modo de prædicta distinctione Baldi.

Sed ad * omnino perfectam explicationem hujus materiæ, & articuli, advertendum est, eum videri reduci ad terminos distinctionis Petri & Cyn. author. quas actiones numero 5. ad finem c. de Sacros. Ecclesia nam tractantes articulum, utrum in obligationibus contractis privilegiatus succedens non privilegiato, suo possit uti privilegio, duas principales constituunt conclusiones.

Prima est, quod quando obligatio * procedit ex contractu defuncti non privilegiati, successor privilegiatus illi succedens, non poterit uti privilegio suo l. 2. §. ex his infra de verb. oblig. & quia cum co-

149 tractus * fit celebratus cum defuncto non privilegiato, iniquum esset, ut propter successorem privilegium, in aliquo fieret deterior conditio contrahentis, cum predicto defuncto l. apud Julium S. i. infra quibus ex causis in posses. eatur, imò cum accessoria sequatur naturam principalis c. accessorium de reg. jur. in 6. consequitur, quod * & executio illius obligationis, non accipiet mutationem ex persona hæredis, cum illius accessoria sit, gl. l. 3. §. sed utrum verb. invito, supra, de minoribus gl. in rubr. C. de executio. rei judicate, Ang. consil. 180. ante finem, & probat l. Aemilius supra de minorib. tradit Bald. de præscriptionib. l. p. 6. principal. n. 31. & innotab. casu Afflicti. dec. 212. pariter, & forus, qui est accessorius obligationis * principalis, ut pro. atur in prin. Instit. de action. juncto c. forus in prin. de verb. sign. etiam non incipiet mutationem ex persona hæredis privilegiati, ut probat à ten. & supra dictum est.

152 Limitabis * tamen prædicta non procedere, si aliquid principaliter actum sit cum ipso successore universali, nam quoad hoc hæres privilegiatus utatur privilegio suo, quia cessat ratio, de qua supra, quod probat l. cum filiusfam. 49. §. in hac infra de verb. oblig. & in hoc sensu * accipienda est distinctio gl. ibi verb. stetit, quam ibi probat Bart. n. 3. dum dicunt, quod si poena conventionalis commutatur propter factum minor succedens promissori majori, non utatur privilegio suo, d. l. Aemilius supra de minoribus. Sed si propter factum, quod incidit tempore minoris privilegiati, adversus hujusmodi factum minoris restituetur: Ratio enim hujus distinctionis colligitur ex supra traditis. Nam primo casu, poena committitur ratione solius conventionis, neque aliquid gestum est cum minore privilegiato. In secundo autem casu intervenit factum minoris, propter * quod poena commissa est, & ideo minor merito adversus illud quod cum eo gestum est, restituetur, l. ait prætor 7. in prin. supr. de minor. Et hac ratione pro regula constituitur, quod si totum negotium gestum sit cum defuncto non privilegiato, & nihil gestum sit cum successore privilegiato, in ea re non utatur successor privilegiatus suo privilegio, Socin. d. §. in hac n. 6. & in notab. casu traunt gl. & Bart. l. procurator. C. de edendo. Quare * si emphyteusis sit accepta per majorem, & hæres minor, quia non solvit debitum canonum, incidit in commissum, non restituetur ex privilegio minoris ætatis: quia ex parte minoris tantum intervenit non factum, & poena principaliter committitur propter contractum celebratum cum non privilegiato. Unde prædictus successor hoc casu non utatur privilegio suo, juxta sup. tradita, & in specie ita resolvunt Bart. d. §. in hac n. 4. & Soc. n. 6. Alciat. ad finem.

155 Secunda principalis * conclusio prædictorum, in hac materia est, quod si quis sit privilegiatus, non in utilitatem privatam, sed in utilitatem publicam principaliter, observanda tunc est distinctio l. fiscus 6. infra de jure fisci, ut pro tempore antecedenti, successor non utatur privilegio suo, sed pro tempore currenti post successionem utatur privilegio suo, quamvis cum eo nihil gestum sit dict. l. si fiscus & l. cum quidam §. debitores de usur. notat Jacobin. hic ad finem Anchar. cons. 129. super primo n. 6. exornat Lamberteng. in tract. de contractibus sine solemnitate factis in fine n. 64.

Ex * quibus colliges in hoc differre secundam conclusionem istam, à prima supr. tradita, quod in prima privilegiatus non utatur privilegio, etiam quoad ea, quæ post successionem accidunt, si ni-

hil cum prædicto non privilegiato actum sit, & tamen in hac secunda quoad tempus currentis post successionem prædicto modo privilegiatus utatur privilegio suo d. l. fiscus. Item in prima conclusione privilegiatus non utatur privilegio suo, etiam si ratione obligationis præcedentis successionem, fiat executio tempore privilegiati, ut dictum est, & tamen in hac secunda conclusione diversum erit, si post successionem, executio fiat tempore privilegiati, ut colligitur ex d. l. si fiscus & l. cum quidam §. debitores supra de usuris, sentiunt Baldus d. auth. quas actiones numero 11. post medium C. de sacros. Ecclos. Angel. leg. creditores numero 6. ad finem C. de pign. rubris & in notab. casu tradit Jas. l. 2. numero 51. ff. de jure Emphyt. & d. auth. quas actiones non. 37.

Ex * quibus duabus conclusionibus, ita explicatis inferendo ad veram resolutionem hujus materię, & articuli, concludendum est, regulam hujus text. generaliter procedere in quocunque privilegiato, etiam si habeat privilegium in corpore juris clausum, modò competat principaliter ratione personæ. Nam tunc reducitur ad terminos primæ conclusionis supra appositi. Quare * si defuncto succedat, vidua vel pupillus, vel miles, tenebitur respondere coram Judice, coram quo defunctus debuit conveniri. Quia * privilegium in favore partem principaliter inductum hoc casu nihil ei proderit l. pen. C. de pactis, & in specie tradit Cynus d. auth. quas actiones numero 6. Contrarium * tamen teneri Bald. ibi n. 11. Fulgos. hic n. 1. Paul. n. 3. Jacobin. n. 4. & Ant. de Math. de prorogatione jurisdictionis n. 68. moti ea ratione: quia cum prædicti habeant privilegium in corpore juris clausum poterunt eo uti juxta communem resolutionem hujus text.

Sed facile * responderetur, communi resolutioni addendum esse, quod ut adversus obligationem cum defuncto contractam privilegiatus hæres utatur suo privilegio, non sufficit privilegium, esse in corpore juris clausum, sed etiam requiritur, quod competat propter bonum publicum: nam si propter solam personam privatam competat, non poterit eo uti, juxta proximè tradita in prima conclusione: in * regno sane Portugaliæ pupillus, & vidua, utentur in his terminis privilegio suo, etiam si filis jam esset contestata cum defuncto, contra regulam leg. qui Romæ 34. infra eodem ita enim clare disponit ordinatio lib. 3. tit. 4. §. 3. ordinationis antiquæ, & hodie lib. 3. tit. 5. §. 3. recopilationis novæ, quod tamen est speciale in illis personis: Nam * extra illas, etiam in eo Regno communis resolutio procedit, ut si lis contestata fuerit cum defuncto, hæres, quod ad illam non utatur privilegio suo, aliàs eo utetur, ut disponit Ord. lib. 2. tit. 1. §. 18. novæ recopilationis. Quinimò & illud, quod specialiter disponitur * in prædictis per Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. novæ recopil. limitandum est, non procedere, si hi fiant hæredes, postquam ei conclusum in causa cum defuncto, nam etiam prædictæ personæ hoc casu uti non poterunt suo privilegio, ut tradit Afflicti. lib. 2. consil. rubr. 19. n. 18.

Ex * secunda autem conclusione supra relata inferitur, quod cum privilegium fisci competat clerico propter jus publicum c. diligenti de foro comper. respectu illius privilegii, inducitur distinctio l. fiscus 6. infra de jure fisci, & ita expresse Cyn. auth. quas actiones n. 3. & ibi Jas. num. 39. Unde * si clericus conveniatur pro debito defuncti nonandum citari ad causam, quia causa sine conventio initium sumit tempore clerici, ac proinde quamvis

quamvis pendeat conventio illa, ab obligatione de præterito, tamen pro eo, quod contingit ipso tempore, utetur suo privilegio, ut dictum est, & teneri magis communis opinio, contra quam tamen supra tenuimus, retento autem eo quod pro x. mē dictum est ex eo confirmabitur dictum Bald. d. Auth. quas actiones n. 11. Angel. l. creditores n. 6. in fin. C. de pignor. quod * si instrumentum habeat executionem paratam, tamen illam non habebit adverius clericum hæredem secularis, Soares l. post rem judicatam prima ampliatio, ad l. regni n. 4. infra de re judic. Nam * id dictum recipi potest in Clerico, pro eo, quod fit suo tempore, ut scilicet utatur privilegio fori ob rationem, de qua supra. Unde aliud erit in pupillis hæredibus vel aliis quibuscunque personis, quia instrumentum contra istos exequetur, quia quoad istos redigimur ad terminos primæ conclusionis, de * qua supra quicquid supra allegati contrarium sentiant. Ceterum secularis erat citatus ad causam, clericus postea * ei succedens non utetur privilegio suo, quia jam erat præventa jurisdictione l. si quis postea quam supra eodem. Et * sic dicta præventio fori, semper videtur præcessisse successionem clerici, unde quoad eam nec fiscus, nec clericus potest uti privilegio suo, ut advertit Arctin. dist. cap. quia V. n. 15. ac ita distinctio supra relata vera videtur ex supra traditis.

Nec * replices, quod clericus quoad ea, quæ contingunt suo tempore, potest uti privilegio suo, ut supra diximus, quia respondeo id limitandum esse, nisi ob hoc jus quæsitum, tertio ante successionem clericus ei tolleretur, tunc enim non habebit locum traditio, de qua supra, ut probat l. cum quidam §. si debitores infra de usuris, tradit Curt. Ju. hic n. 15. Cum igitur in nostro casu, si quid ad ea, quæ suo tempore geruntur, privilegiatus possit uti suo privilegio, tolleretur jus præventionis parti quæsitum: & ideo non habet locum objectio, de qua supra, & in specie advertit Auferius tract. de potestate seculari super Ecclesiasticis 2. reg. n. 747. Denique * juxta prædicta potest admitti, quod resolvit Alexand. leg. si constante §. fin. numer. 4. infra soluto matrimonio, quod si fiscus tanquam institutus successit privato, si erat præventa jurisdictione, tenebitur coram eodem Judice litem prosequi.

Conclusionem * nihilominus hujus text. ita explicatam, limitabis non procedere, quoad res hæreditarias, nam postquam hæres adivit, quoad eas utatur suo privilegio, quia incipiunt considerari tanquam proprium patrimonium hæredis adventus §. 1. in l. de hæredum qualitate: & quia * quando res non privilegiata pervenit ad privilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res privilegiata l. per procuratorem & ibi Bart. infra de acq. hæred. c. unic. §. fin. de jure patronat lib. 6. & tradit Pan. cons. 9. n. 2. l. 1. Jason. auth. quas actiones n. 42 C. de sacros. Eccles. & in notab. casu Anchar. consil. 129. n. 6. declarando tamen, ut per Calder. cons. 7. de constit.

Et juxta hæc * venit decidenda ea ardua quæstio, si Clericus instituit Laicum hæredem, utrum confessio inventarii in quo describuntur bona defuncti, pertineat ad Judicem Ecclesiasticum, vel ad secularem: Quam quæstionem imponit, & in utrumque partem disputat Joanne Gallus in arresto Parisiensi. 212. non tamen eam determinat. Illam igitur determinat Guid. Pap. decis. 261. concludens quod confessio inventarii pertinet ad Judicem secularem, & non ad Ecclesiasticum per rationes ibi relatas, & probat idem Guid. decis. 561. ad finem, & eum simpliciter refert & sequitur Aufer-

rius de potestate seculari super Ecclesiasticis * gl. 4. fallentia 2. numero 3. ad finem Cassin. in c. suatud. Burgund. rub. 7. §. 13. verb. par. beneficio de inventario ad finem Roland. cons. 61. numero 9. Libr. 4. Franc. de Ponte cons. 18. à numero 13. Pollat. in rub. §. 39. numero 12. & Georg. Cabed. decis. Lusitana 81. quem vide Phanat. tractat. de inventar. 3. p. à numero vigesimo quarto Azeved. leg. 15. tit. 4. leg. 5. ordin. numero 9. quicquid contrariam opinionem Guid. Pap. falso tribuat Francisc. Marc. decis. 1060. n. 4. in 1. parte.

Et * nihilominus est advertendum, quod licet Guid. Papæ generaliter loquatur, tamen ejus rationes tantum concludunt, quando fit inventarium, postquam hæres adivit hæreditatem: nam cum tunc bona desierint esse defuncti, & fuerint effecta proprium patrimonium hæredis adventus, ut supra diximus, propriè in his terminis locum habet regula leg. per procuratorem, infra de acq. hæred. & alia Guid. Papæ rationes. Ceterum si hæres adhuc non adivit, videtur dicendum à cessantibus rationibus † Guidonis Papæ, quod inventarii confessio in prædictis terminis, pertineat ad Ecclesiasticum; quandiu * enim hæreditas est jacens & non adita, repræsentat defunctum leg. hæreditas 34. infra de acquir. rerum domin. §. servus autem, instituit. de hæred. instituit. bonus textus leg. d. nique §. quæsitum in fine infra quod vi, aut clam, tradit gloss. 2. cap. causa Caspensis, de verborum significatione: Ergo * si repræsentat Clericum defunctum, prout cognitio bonorum Clerici vivi, pertinebat ad Ecclesiasticum, gloss. & Doctores ca. Ecclesia de constituit. Ita etiam ad eum debet pertinere cognitio bonorum: dum jacet hæreditas, quæ defunctum repræsentat, & non hæredem, ut in specie advertit. Gutier. in prædictis ad l. regni 2. parte quæstion. 49. num. 3. Et nihilominus * ipse magis probat, etiam hoc casu confessionem inventarii pertinere ad secularem, quod etiam videtur admisisse Guilelm. c. Raynatus verb. & uxorem decis. 2. num. 132. Rebuff. 1. tom. ad l. Gallica. tit. de sentent. provisionalibus artic. 3. gloss. 3. num. 3.

Neque obstat * ratio supra adducta in contrarium, quia respondet Gutier. ubi supra, quod argumentum concluderet, si ageretur de distributione bonorum Clerici defuncti, vel eorum adjudicatione: Sed confessio inventarii tantum fit ne bona surripiantur: sed integre conserventur hæredi, qui cum Laicus sit hujusmodi conservatio ad Judicem secularem videtur pertinere. Quæ tamen responsio non tollit difficultatem: nam si antequam sit adita hæreditas, bona considerentur tanquam bona Clerici defuncti, & consequenter tanquam Ecclesiastica, vel quasi: de illis secularis nullo modo potest se intrromittere: aliàs sequentur, quod si † per contrarium Laicus restituit Clericum, quod cum utilitas pertineat ad Clericum, confessio inventarii pertinet etiam ad Ecclesiasticum, quod licet admittant Francisc. Marcus decis. 1060. numero 4. in prima parte, Phanatius de inventario 3. parte numero 24. Tamen * verum esse non potest: nam cum bona ante additionem repræsentent Laicum defunctum: in illis Ecclesiasticus se intrromittere non potest, ut advertit in terminis Carolus Molinæus in additionibus ad Arrelia Joannis Galli qu. 152.

Quare ego † respondeo, quod Judicibus Ecclesiasticis est inhibendum, ne se intrromittant in iustificatione, vel * publicatione testamentorum l. respectiva Codic. de Episcop. & Cleric. & ibi Bald. num. 1. leg. consulta de v. dia. Cod. de testament. in quibus assignatur ratio hujus prohibitionis, & tract. Guillelm. cap.

cap. Rynutius verb. uxorẽ decif. 2. à num. 128. quam
 expiatur. Manoran. cap. ſſal. num. 9. de ſuicid. com.
 inſtitutio. de t. licet Felicius ibi nu. 3. poſt alios quos
 aſſerit. eſſe receptum, quòd hodie poſſit fieri hæc
 inſtitutio, ſive publicatio teſtamentorum, coram
 Eccleſiaſtico, id tamen non eſt verum, quia imò
 receptus eſt, quòd etiam hodie coram ſeculari de-
 beat fieri prædicta publicatio, ut reſolvi. Covar. cap.
 ſi hæredes nati. 3. de teſtam. Guier. in præctico ad ll.
 regni 2. parte quæſt. 48. nu. 1. Soares de Pace in præxi
 pagin. 8. n. 42. in 2. parte & probat l. 15. tit. 4. l. 5.
 ordinamenti.

190 Quinimò * licet Covar. ubi ſupra & Molina ſo-
 cietatis Jeſu in diſputat. 150. colum. penult. ſentiant,
 quòd ſi teſtator ſit Clericus, poſſit teſtamentum a-
 periri & inſinuari coram Eccleſiaſtico, & idem pro-
 bat Guier. diſt. quæſt. 48. num. 2. Tamen id eſt con-
 tra generalem rationem jurium ſupra allegatorum:
 Publicatio igitur ſemper teſtamentum & inſinua-
 bitur coram ſeculari, ſed poſtquam fuerit publica-
 tum, & t. inſinuat. executio contentorum in teſ-
 tamento erit mixti fori, tam ad pia quam ad non
 pia, l. hæreditas in fine infra de petitiõ. hæred. gloſ.
 cap. ſi hæredes verb. ab Epifcopo de teſtament. late
 Tiracq. de privileg. pie cauſe privileg. 149. & ſic
 locus erit præventioni, ad quem modum eſt expli-
 candus Maranta in præxi 4. parte undecima, diſtinc-
 tio. iudicio. num. 6.

192 Quo * præſuppoſito, eſt advertendum: inven-
 tarium nihil aliud facere, quam declarare in ſpecie
 bona quæ in confuſo t. reliquebantur hæredi, &
 idèd cum declaratio tantum detegat, id quod late-
 bat, l. adeo §. non videtur infra de acquir. rerum dom.
 l. hæredes palam. §. ſi quid poſt infra de teſtam. debet
 conſiderari tanquam quod contentum, & inclu-
 ditur in ipſo teſtamento. Cum * igitur inventarium
 ſit declaratorium teſtamenti, & quali ejus pars, ſe-
 queretur naturam ipſius teſtamenti, & conſequen-
 ter debet conſervari, & publicari per Judicem ſe-
 cularem juxta ſupra tradita: Idem quia cum * in-
 ventarium ſit quoddam præparatorium, ad inſinua-
 tionem, & publicationem teſtamenti, ut ſciatur,
 quod bona reliquerit deſunctus, ex quibus poſſit
 fati fieri voluntati deſuncti publicatæ, incedit re-
 ſpectu, quod ille, qui eſt Judex competens t. præ-
 parari, eſt etiam Judex competens præparantis,
 l. ordinarii Cod. de rei vendicatione, & ibi notat.
 Bald. numer. 2. notat. Cepola conſil. criminal. 10. nu-
 mer. 11. His igitur rationibus indiſtinctè Eccleſia-
 ſticus non poteſt ſe ingerere circa inventarium bo-
 norum deſuncti.

197 Ex quibus * inferas, quòd etſi Clericus Cle-
 ricum inſtituat hæredem, adhuc tamen locum
 habebunt ſupra tradita, quia adhuc militat præ-
 dicta ratio, quidquid contrarium ſecure tenet
 Guier. diſt. quæſt. 48. n. 5. Qua * etiam ratione
 non eſt advertendum, quòd tradit Franciſcus
 Marcus decif. 150. in prima parte, quòd de ſpoliis
 Clericorum ſeculares non poſſunt facere inven-
 tarium, cui ſimphciter ſubſcribit Rebuf. tom. ad
 ill. Gallicæ titul. de ſenten. provisionalib. articul. 3. gl.
 3. numer. 11. Contrarium enim eſt verius e-
 ſupra traditis, & contrarium in præxi ſervari aſſerat
 Guier. diſt. quæſt. 48. n. 4. Lazarte decima venditio-
 nis. cap. 10. n. 18.

199 Item * inferatur, quòd extra cauſam publicatio-
 nis teſtamenti, & extra cauſam confectionis in-
 ventarii prædicta ratione nitentem, quòd ſi deſun-
 ctus ſit Clericus, & adhuc non ſit adita ejus hæ-
 reditas, bona conſiderabuntur tanquam Eccleſia-
 ſtica Clerici, & eiſdem utentur privilegijs, qui-
 bus vivo deſuncto utebantur t. ſi aliqua ex præ-
 dictis bonis, debeant vendi, vel diſtribui, hæ-

reditate jacente, Judex Eccleſiaſticus ad eundem
 eſt; ut ſentit Guier. diſt. quæſt. 48. num. 5. Similiter
 prout bona Clericorum erant exempta à gabellis,
 * cap. quinquam, de cenſibus in 6. l. 6. titul. 18. libr. 201
 9. ordinamenti, pariter ſi aliqua bona vendantur hæ-
 reditate jacente, erunt libera à Gabellis, & ita
 ſemper vidiffe praticari aſſerit Flores Diaz, de
 Men. variarum quæſt. libr. 2. quæſt. 21. numer. 101.
 Contrarium tamen tenet * Lazarte tractat. de deci. 202
 ma venditionis cap. 19. n. 40. & n. 48. ea ratione mo-
 tus: quia quòd bona Clerici ſint exempta à ſolntio-
 ne gabellarum: procedit, ex quodam privilegio
 perſonali, quòd cum ejus perſona extinguitur, l.
 quia tale, infra ſoluto matrimonio aliàs enim ad hære-
 dem tranſiret, quia retro deſunctum videtur re-
 præſentare, l. hæres quandoque, infra de acquirend.
 hæred. quòd tamen planè eſſet abſurdum. Certe tamen
 hæc opinio t. confunditur ex ſupra traditis, & de-
 cifiõne text. elegantis l. nam & ſervus §. 1. ſupra de
 negot. geſt. probantis, quòd licet * geſtum cum pu-
 pillo non obliget illum, niſi quatenus locupletior
 factus eſt l. ſi pupilli in principio ſupra de negot. geſt. ta-
 men * ſi negotium geſtum ſit, cum hæreditate ja-
 cente in qua pupillus ſucceſſit, inſolidam tenebitur.
 Quatenus * enim pupillus poſtea adiens retro
 videatur hæres à tempore mortis deſuncti, l. hæres
 quandoque infra de acquirend. hæred. hæc tamen ſectio
 * non conſideratur in tertii præjudicium, qui ante
 prædictam fictionem jus habebat quæſitum, ut tra-
 dit Bart. diſt. l. nam & ſervus §. 1. Paulus & Cumanus
 diſt. l. hæres, quandoque t. Decius l. omnia fere 208
 num. 2. infra de regul. jur. & per argumentum à con-
 trarijs, ſi quid geſtum ſit cum hæreditate jacente
 ipſius pupilli, in qua poſtea ſucceſſit major; non
 tenebitur hæres, niſi quatenus hæreditas jacens
 facta ſit locupletior, cum ipſum pupillum repræ-
 ſentet, ut tradunt Alber. Fulgoſ. & Paul. ad finem diſt.
 l. nam eſt ſervus §. 1.

Ex * quo textu ita explicato, colligendum eſt,
 quòd hæreditas jacens repræſentat, perſonam de-
 ſuncti, & non perſonam hæredis poſtea aduentis,
 ut probat l. ſi mihi & Titio §. 1. infra de legat. 2.
 Item quòd * repræſentat deſunctum, etiam quoad
 privilegia, & qualitates perſonales, adeò quòd li-
 cèt ætas ex ſe perſonaliffima ſit: & quæ * ob id non
 tranſit ad hæredem l. ea que, & ibi notat Paul. col-
 um. ſuad. in principio Cod. de tempor. in integr. reſtitut.
 petenda, tamen hæreditas jacens t. repræſentat de
 ſunctum: etiam quoad ætatem, ut conſtat ex ſup. tra-
 ditis, & tradit Joſon. l. 1. nu. 132. ff. de leg. 1. & in
 terminis Flores de ætate. variarum quæſt. libr. 2. cap.
 21. n. 201. quem vide.

Ex * ex his facile tolluntur rationes Lazarte: nam
 ad primum reſpondetur, quòd licet privilegium
 perſonale extingatur cum perſona, ſi veritatem
 attendamus, tamen attenda fictione repræſenta-
 tionis, non videtur extinctum: cum ipſe tanquam
 vivus repræſentetur per hæreditatem jacentem:
 quòd facit l. quod ſervus 36. §. ſin. inf. de ſtipulatione
 ſervorum.

Non * obſtat etiam ſecunda ratio quia lon-
 gè eſt diverſa ratio inter hæreditatem jacentem
 & hæredem poſtea aduentem, quia hæreditas
 jacens repræſentat deſunctum, etiam quoad pri-
 vilegia, & jura perſonalia, diſt. l. nam & ſervus
 §. 1. non ſic hæres leg. quia tale infra ſoluto ma-
 trimonio, neque eadem ſectio diſt. leg. hæres quando-
 que debet conſiderari in favorem hæredis, cum
 præjudicio tertii, cui erat jus quæſitum ante
 prædictam fictionem: quòd jus non perimitur,
 ut ſupra dictum eſt, & explicat Bartol. diſt. leg.
 nam & ſervus §. 1. ex quibus etiam aperte con-
 ſtant tradita per eundem Lazartem d. c. 19. n. 19.

& procedit ſine dubio quòd ipſe ibidem tradit nu.
 48. quòd ſi vendantur bona expectantia ad ſpolia
 115 Epifcoporum, & ſic ad Cameram t. Apoſtolicam,
 de illis non ſolvitur Gabella, quantumcumque de
 illis facere inventarium pertineat ad Judicem ſe-
 cularem, ut ſupra probavimus.

116 Ad perfectionem t. autem hujus materiæ adden-
 dum eſt, quòd ſi per contrarium non privilegiatus
 ſuccedat privilegiato, nihil ei proderit privilegium
 deſuncti, l. quia tale infra ſoluto matrimonio, tradit
 117 Bart. in diſput. incipienti Piſana Civitatis num. 7. Et *
 idèd hæres Clerici non erit conveniendus coram
 Eccleſiaſtico, quia iſtud eſt privilegium conceſſum
 perſonæ Clerici, & cum per ejus mortem ceſſet
 cauſa, propter quam fuit conceſſum, ceſſabit etiam,
 & ipſum privilegium, l. Titia Sejo §. uſuras infra de
 leg. 2. & tradit eleganter Bald. repet. l. 2. col. 25.
 poſt medium infra de jurejurando, concludens, quòd
 118 * licet jurans propter juramentum poſſit conveni-
 ri in foro Eccleſiaſtico, c. fin. de foro competenti
 in 6. Tamen ejus hæres in eo foro non conveni-
 etur, quia cum juramentum ſit perſonale, neq;
 ad hæredem tranſeat, c. veritatis de jurejurando:
 ceſſante cauſa fori Eccleſiaſtici, debet ceſſare, &
 ipſe forus: ac proinde licet hæres jurantis teneatur
 adimplere id, quòd jurans promiſit facere, vel
 dare, tamen cum juramentum ad hæredem non
 tranſeat, ratione illius non poterit conveniri in fo-
 ro Eccleſiaſtico, ut ibi latius per eum, & ſunt dic-
 tum Joann. Andr. c. fin. de ſepultur. de quo viden-
 dus eſt Auferius, de poteſtate ſeculari ſuper Eccleſiaſt.
 reg. 4. num. 6. & Jacobus de Belloviſo c. 1. §. con-
 trahentes à num. 65. de foro competenti in 6. & Cagn.
 l. ſi quis major. num. 108. C. de tranſact.

13 Aſſignat aliam reſponſionem ad dictam difficultatem,
 & intellectum dict. §. contrahentes, in principio
 late agit.

14 E. pendit pro eadem reſponſione text. in præſenti.

15 Reſert dictum Pauli Caſtr. l. 1. nu. 3. ad medium,
 infra de eo, quòd certo loco.

16 Reſert tradita à Paulo Caſtr. ubi proxime, & reſ-
 pondet ad d. §. contrahentes, ad finem, & intel-
 lectum communem illius text. aſſignat.

17 Reſert Bart. & alios, de quibus ibi, dum re-
 quirunt, quòd ad faciendam miſſionem abſens lati-
 ret, & præerea non habeat bona in territorio præ-
 dicti Judicis.

18 Adverſus abſentem, & non defendentem ſe in loco
 contractus, poteſt tantum procedi ad miſſionem bo-
 norum ex primo decreto, & non poterit procedi ad
 ſecundum decretum.

19 Item non poterit procedi adverſus eum ad ſententiam
 diſſinitivam, etiam in illis caſibus, in quibus lite non
 conſtituta poteſt procedi ad ſententiam diſſinitivam.

20 Oſtendit contra Covas, & alios proximam concluſio-
 nem veram eſſe, & pro ea adducit iſtum text.

21 Reſolvit, Judicem contractus abſentem non compa-
 rentem, & multare non poſſe.

22 Citatus non tenetur invitus non comparere in loco con-
 tractus, & ſi non compareat, non dicitur contumax,
 nec contra eum ad penam procedi poteſt.

23 Judex Eccleſiaſticus contra prædictum abſentem pro-
 cedere non poteſt ad ſententiam excommunicationis,
 cum hæc pena ad diſtinctionem perſone pertineat.

24 Reſolvit, quòd ſi Judex contractus mittat litteras
 ad citandum contrahentem extra locum contractus,
 & citatus non compareat, non poſſe procedi contra
 eum ad dictas penas, ſed tantum admiſſionem bono-
 rum intra territorium exiſtentium.

25 Reſert qui contrarium tenent.

26 Reſert ex Doctõribus num. proximo aliam doctrinam
 in fortioribus terminis in hac materia.

27 Reſert utramque doctrinam à Doctõribus traditam
 num. 25. & 26.

28 Contra abſentem à loco delicti non poteſt procedi ad
 condemnationem, vel ad diſtinctionem perſona.

29 Reſpondet ad Clementinam paſtoralis §. nos quoque,
 pro contraria parte allegata.

30 Si contrahens in loco, poſt quam lis fuit conteſtata
 cum eo, ſe abſentaverit à loco contractus, indiſtin-
 ctè adverſus eum poteſt procedi etiam ad ſententiam
 diſſinitivam.

31 Si contrahens in loco contractus, repertus in eo fuit
 citatus ad cauſam, ſi poſtea abſentet, poteſt contra
 eum procedi tanquam contra verum contumacem.

32 Abſens à loco contractus non eſt invitus compellen-
 dus, ut compareat in loco contractus ad ſe defen-
 dendum.

33 Reſert dictum Bart. hic num. 1. in fine.

34 Oſtendit traditionem Bart. & aliorum, de quibus
 numero proximo eſt contra mentem hujus text.

35 Reſert, quòd hodie in multis locis ſolet fieri remiſſio
 ad locum contractus.

36 Reſert Doctõres allegatos per Ber. Diaz. reg. 642.
 in prima ſallentia.

37 Oſtendit dictam traditionem Doctõrum manifeſtè re-
 pugnanem, cum diſpoſitione d. §. contrahentes ad
 finem.

38 Reſpondet ad dictum Bald. pro contraria parte alle-
 gato num. 36.

39 Docet in terminis l. conſentaneum C. quomodo &
 quando Judex, poſſe contumaces perſone capi, &
 ad iudicium, in quo lis fuerat conteſtata remitti.

40 Reſert d. Innocentii, c. ſi adverſarius, num. 4. de
 eo qui mittitur in poſſeſſionem & multorum, qui
 eum ſequuntur.

41 Tradit intellectum ad c. 1. §. 1. de privileg. in 6.

L. Hæres abſens 19. §. 1. ff. de Judicijs.

SUMMARI A

- 1 Colligitur ex text. quòd in loco quaſi contractus, quis
 conveniri poteſt etiam ſi ibi non habeat domicilium,
 & à fortiiori in loco contractus.
- 2 Tradit concordantem l. 32. tit. 2. p. 3.
- 3 Tradit aliam concluſionem, que ex hoc text. colligitur
 ſcilicèt, quòd fortiendum forum in loco contractus,
 ſufficiat, officium generale habere ad quid facien-
 dum in eo loco.
- 4 Declarat qui dicatur exercere argentariam remiſſivè.
- 5 Docet quòd id, quòd hic dicitur in contractu, vel quaſi
 pariter accipietur in loco delicti, vel quaſi.
- 6 Declarat, Judicem delicti poſſe privare delinquentem
 beneficio, quòd habet extra territorium ſuum, li-
 cèt executio fieri debeat per Judicem, ubi ſitum
 eſt beneficium.
- 7 Ratione contractus, vel delicti, efficitur quis ſubditus
 illius Judicis, in cujus territorio contractus fuit
 celebratus, vel delictum commiſſum.
- 8 Reſert id, quòd ſecundo loco principaliter ex hoc text.
 colligitur.
- 9 Addit c. 1. contrahentes, de foro competenti in 6.
 in duobus ſupplere iſtum textum, & primum ibi
 tradit.
- 10 Secundum ſupplet, quòd ſi citatus non compareat,
 tunc Judex loci contractus habebit illa bona poſſide-
 ri per creditores, qua ſcilicèt habet abſens in terri-
 torio ipſius Judicis.
- 11 Movet difficultatem contra dictam concluſionem, de
 qua late agit.
- 12 Reſert reſponſionem Pauli Caſtr. ad proximam dif-
 ficultatem.

- 42 Declarat dict. text. in quo casu procedat.
- 43 Quando quis contraxit in certo loco, & iudici illius loci se subicit, & præterea renuntiavit proprio foro, etiam si non reperiatur in loco contractus, ad eum remittendus est.
- 44 Refert ex Smol. & aliis communiter observari etiam in practica casibus non fieri remissionem ad locum contractus.
- 45 Advertit illud requisitum, quod Doctores tradunt in conclusione num. 43. ut contrahens iudici illius loci se subiciat, necessarium non esse.
- 46 Advertit item illud, quod communiter dicunt Doctores, remissionem esse faciendam ad locum contractus, non esse simpliciter verum, & declarat quomodo id intelligi debeat.
- 47 Ostendit in prædictis terminis in loco contractus contra absentem eod. modo procedi posse in Regno Portugallie per Ordin. lib. 3. tit. 6. §. 2. & tit. 11. §. 4.
- 48 Expendit pro eadem parte d. c. 1. §. 1. de privileg. in 6.
- 49 Concludit, in prædictis terminis non esse faciendam remissionem ad locum contractus, sed tantum reo faciendam esse monitionem, ut compareat in loco contractus, & quod illa monitio operetur, ibi declarat.
- 50 Declarat, quomodo sit explicandus Bald. dict. l. cum Archimeduram num. 6.
- 51 Proponit elegantem resolutionem in hac materia, ex qua declaratur decisio d. c. 1. §. de privileg. in 6.
- 52 Monitio tantum permessa est, quando contrahens promissit in loco contractus respondere, & præterea renuntiavit proprio foro.
- 53 Docet, prædicta admitti posse in terminis juris communis in Regno vero Portugallie contrarium disponitur ex ordinationibus, de quibus ibi.
- 54 Declarat, quomodo prædicta ordinationes procedere possint.
- 55 Revertit proximam responſionem, & rationem reprobativam ibi tradit.
- 56 Adducit pro eadem parte optimum argumentum ex l. contraxit infra de actio. & oblig.
- 57 Tradit aliam confirmationem c. cum dilecti, de foro competenti.
- 58 Concludit prædictas ordinationes Portugallie omnino discrepare à jure communi & respondet ad ea, quæ in eorum favore tradiderat num. 54.
- 59 Docet traditionem gl. 2. l. 1. supra si quis in jus vocatus, non procedere in Clerico prædicto modo se obligante, & ibi ratio traditur.
- 60 Adducit Doctores qui traditionem prædictæ gl. approbant, etiam in Clerico contrahente, & renunciante proprio foro, quorum opinionem & veriorum amplectitur.
- 61 Respondet ad fundamentum contrarie opinionis.
- 62 Declarat decisionem c. significasti, de foro competenti non habere locum, si Clericus renunciat declinatorie, & obligat se respondere coram iudice aliis competentem.
- 63 Declarat, in quibus terminis contraria opinio tantum procedere possit.
- 64 Docet, non valere prædictum pactum, si conventio Clerici debeat fieri coram iudice seculari loci contractus.
- 65 Quid in hoc casu observabitur in Regno Francia tradit remissive.
- 66 Tradit resolutionem se undi casu principalis quando scilicet in contractibus est locus remissioni.
- 67 In privatis rationibus habet locum proxima resolutio.
- 68 Adducit contra proximam resolutionem text. in prædicto & eum late expendit.
- 69 Narratur Antonium de Mach. contra istam textum expressè loquantur fuisse.
- 70 Repræbat responſionem Alberici, & Pauli hic.
- 71 Apud veteres dubitatum fuit, utrum quis ratione quasi contractus sortiretur forum?

- 72 Respondet ad argumenta pro contraria opinione adducta.
- 73 Resolvit pro ratiociniis publicis pertinentibus principaliter ad utilitatem publicam, verum esse quod admittitur debeat remitti ad locum administrationis.
- 74 Quando agitur de alio quocumque ratiocinio non est faciendum dicta remissio, sed procedendum est eo modo, quo proceditur in loco contractus.
- 75 Si administrator reperiatur in loco administrationis, in eo poterit conveniri, si vero non reperiatur, in eo procedatur modo in hac tex. e. pressio.
- 76 Docet, quod pro prædictis ratiociniis etiam in loco domicilii administrator conveniri potest.
- 77 Explicat text. in l. 2. C. ubi de ratiociniis.
- 78 Ostendit quod ut procedatur contra absentem ad missionem bonorum, necessaria sit legitima citatio.
- 79 Ex proxima resolutione deducit duas questiones, prima, que dicatur legitima citatio in hac materia, secunda cujus jussu & autoritate fieri debeat prædicta citatio.
- 80 Declarat Doctores, qui prædictas questiones tractant, & determinant.
- 81 Tradit in prædictis questionibus tex. reperiri opiniones principales.
- 82 Prima opinio est, quod prædicta citatio debeat fieri jussu, & autoritate iudicis contractus, & per eos officiales.
- 83 Secunda opinio est, quam posuit Bart. in l. 1. §. 1. n. 5. inf. de requirendis reis, & hic exponitur.
- 84 Tertia opinio, que fuit Canonistarum, ibi item refertur.
- 85 Refert hanc opinionem Canonistarum approbasse in regno Portugallie Ordin. l. 3. tit. 11. in principio.
- 86 Expendit Auctor pro magis communi opinione audent, ut nulli iudicium, §. si quis vero prebensorum, collatione 9.
- 87 Ostendit d. resolutioni non repugnare text. l. omnes §. executoribus, ver. in vero apparitor, Cod. de Episcop. & clericis.
- 88 Explicat text. in d. §. contrahentes, ibi si eorum autoritate citati.
- 89 Tradit ad dictum text. explicationem Archid. & Bellomere.
- 90 Revertit dictam explicationem, licet fatetur in se veram esse.
- 91 Explicat auctor rejectis alii expositionibus verb. dilecti §. contrahentes.
- 92 Declarat in hoc casu quid in regno Castelle sit observandum remissive.
- 93 Proponit questionem quid juris sit, quando iudex, cui diriguntur litera deprecatorie, illis nolit parere, nec citationem facere.
- 94 Refert resolutionem Bart. in hac questione.
- 95 Citatio per edictum non poterit fieri, si certus sit locus, in quo habitat absens citandus.
- 97 Assignat veram resolutionem, quod debet recurri ad superiorem iudicem, qui literis requisitoris noluit parere, ut eum cogat ad parendum.
- 98 Refert, quid sit faciendum, quando superior nollet subitum cogere, ut parcat literis de procuratoris resistive.
- 99 Agi de intellectu d. §. contrahentes.
- 100 Prima conclusio dicitur sita, secunda autem vera, & per quam iudex magis ostenditur.
- 101 In iure hæc duo equiparantur, vel occultare se ne citetur vel citatum non comparere.
- 102 Ostendit proximam equiparationem non esse veram, & ei expresse repugnare decis. d. §. contrahentes.
- 103 Iudex regulariter non potest decernere missionem in bonis sitis in alieno territorio, à qua regula non invenitur recessum, nisi quando citandus occultat se, ne citetur.

- 104 Respondet ad rationes pro contraria parte adductas, ut hic ad primam. (prohibitum per leges)
- 105 Occultans se ne citetur, facit actum generaliter
- 106 Respondet ad secundam rationem, & declarat quomodo sit explicandus Bart. l. Fulonius §. quid sit autem latitare, n. 6. inf. ex quibus causis in possess.
- 107 Colligit ex explicatione dicti §. contrahentes, quod si citatus, qui non comparet, nulla habeat bona in territorio citantis, nullo modo contra eum vel ejus bona procedendum est. (sequuntur)
- 108 Refert contrariam opinionem & auctores, qui illam
- 109 Ostendit illationem n. 207. veriorum esse.
- 110 Expendit pro dicta illatione tex. in l. Titium, & Mævium 48. §. tutores, inf. de administrat. tut. & de ratione dubitandi & de intellectu tex. late agit.
- 111 Declarat quomodo d. l. Titium & Mævium necessario sit interpretanda.
- 112 Colligit ex d. §. tutores, tria valde notanda in hac materia, & primum hic tradit.
- 113 Tradit secundum notabile, quod ex tex. colligit.
- 114 Tradit item tertium notabile, & ejus solutionem assignat.
- 115 Declarat, quomodo sit procedendum contra eum, qui latitat, ne ad eum perveniat citatio in odium dolose latitacionis
- 116 Assignat concordiam ad proximam resolutam.
- 117 Refert dictum Jacobi de Belloviso d. contrahentes, n. 79.
- 118 Declarat, quod etiam si quis latitet, & sic sit in manifesto dolo, non tamen ob id invitus erit remittendus ad locum contractus.
- 119 Incipit tractare, qualiter prædicta sint practicanda in regno Portugallie, & in regno Castelle.
- 120 Tradit, quid in hac materia dispositum sit in Regno Portugallie per ordinationem in 3. tit. 15.
- 121 Advertit, quod d. Ord. loquitur generaliter, & sic potest intelligi in utroque casu, ut ibi declarat.
- 122 Advertit etiam probari in dicta ordinatione, quod si quis se absentem post citationem, poterit contra eum procedi ad diffinitivam.
- 123 Notat quod id, quod l. Portugal. cautum est etiam in Camera imperiali de stylo observari.
- 124 Notat, quod juxta dictam ordinationem in Regno Portugallie non est in usu primum, & secundum decretum, sed tantum contra absentem, & contumacem proceditur ad diffinitivam.
- 125 Tradit decis. nostri tex. & d. §. contrahentes, in dicto Regno non practicari, & rationem reddit.
- 126 Tradit receptum, quod in causis vel locis, in quibus actor adversus Reum absentem non potest esse consultum per primum, & secundum decretum, tunc proceditur contra absentem ad diffinitivam.
- 127 Notat, quod in Regno Castelle etiam contra absentem permittitur, quod possit procedi ad primum & secundum decretum.
- 128 Item quod possit procedi ad sententiam diffinitivam, & quod sit electio actoris, quo veli uti remedio.
- 129 Refert ex Avend. idem observari in Florentia, & in Francia.
- 130 Declarat, in quo differat l. Castelle à l. Portugallie in hoc articulo.
- 131 Explicat ord. Portugallie li. 3. tit. 6. §. 2. & tit. 1. §. 1.
- 132 Movet questionem, utrum illis legibus sit locus, si tantum quis contraxerit in certo loco, & non promiserit ibi solvere, & respondet negative.
- 133 Si quis contrahat in certo loco, non ob id videtur promittere, quod in eo loco solvet.
- 134 Resolvit quid hoc casu in Regno Port. fieri debeat.
- 135 Expendit pro eadem sententia Ord. Port. lib. 3. tit. 6. §. 3. de cujus explicatione late agit.
- 136 Tradit differentiam inter clausulam generalem Petri Barboſæ, Tract. Comment. de Judiciis.

- ſpondendo, ubi actor velit, & specialem de respondendo in certo loco.
- 137 Docet, quod si contrahens non solverit in loco expresso, sed in alio diverso, locus erit indistincte arbitrariae actioni, secus in primo casu.
- 138 Confirmat proximam resolutam optimo fundamento.
- 139 Qui generaliter promissit solvere, ubi actor velit, videtur intelligere, dummodo locus ille, quem actor elegerit, sit congruus.
- 140 Locus contractus non est congruus ad eum conveniendum, si contrahens in eo non reperiatur.
- 141 Declarat ex Panor. quid dicendum, quando verba clausule generalis fuerint collata in voluntatem actoris, per verba sonantia arbitrium boni viri.
- 142 Tradit proximam declarationem veram non esse.
- 143 Docet, quod verba libera voluntatis relata a persona creditoris, resolvuntur in verba sonantia in arbitrium boni viri.
- 144 Declarat, quando nullus locus est expressus, & is sit relictus arbitrio boni viri, quem locum debeat bonus vis de declarare.
- 145 Refert illud, quod probat prædicta ordi. modo de quo supra expensa.
- 146 Expendit d. ord. tria valde notanda in hac materia.
- 147 Tradit primo prædicta procedere, & si quis renunciet proprio foro, & ibi rationem reddit.
- 148 Proponit questionem, utrum in terminis illarum ordinum licita sit penitentia, juxta decis. l. si convenierit, supra de jurisdictione omnium iudicum, & partem negativam sequitur.
- 149 Tradit tertium notabile, quod ex dictis ord. colligit.
- 150 Limitat dictam collectionem, si specificatis certis locis addatur prædicta clausula generalis.
- 151 Generalia recipiunt declarationem ab specificatis.
- 152 Argumentatur contra proximam resolutionem ex text. in l. Titium, & Mævium 48. §. tutores, infra de administratione tutorum quem ad id expendi ibidem, refert tenentes contra proximam declarationem.
- 153 Refert concordias additas opiniones, & suam assignat auctor.
- 154 Tradit quomodo procedendum sit in Regno Castelle contra Reum absentem.
- 155 Tradit ex Avendano in Regno Castelle, etiam in contractibus locum esse remissioni.
- 156 Tradit, quomodo procedatur contra debitorem qui non solvit debitum secundum legem Castell.
- 157 Repræbat proximam tradita ab Avend. & ostendit loqui in diverso.
- 158 Declarat, quod extra casum proximè relatum etiam in Regno Castelle observabitur d. §. contrahentes.
- 159 In Regno Castelle solent illi debitores carceri emancipari, qui vel non habent bona, vel non præstant cautionem de iudicio fisci, & iudicato solvendo.

Colligendum est primum ex isto textu ibi (tutela adjuncto §. tutores. Inst. de obligat. que ex quasi contractu, quod in loco quasi contractus, qui conveniri potest, etiam si ibi non habeat domicilium, & à fortiori in loco contractus conveniri poterit. Concordat l. 32. n. 2. par. 3 ubi Greg. Lopez. verb. en. aquella tierra, multas hujus conclusionis assignat, ampliationes & limitationes, de quibus agemus in §. sequenti.

Ulterius ex isto textu colligendum est, quod si quis exercet argentariam in certo loco, in eo conveniri potest: pro pertinentibus ad argentariam, ita ut ad sortiendum forum in loco contractus efficiat officium generale habere, ad quid faciendum in eo loco, ampicando per l. argentariam inf. eo. Quis t. autem dicatur exercere argentariam

tariam, colliges ex textu *l. si quis ex argentaria 4. in pri. sup. de edendo*, & explicat Præteus in *lexico juris verb. argentariam facere*. Et * quod hic dicitur in contractu, vel quasi, pariter accipitur in loco delicti, vel quasi, juxta regulam *l. omnem inf. eod.* & probatur in *l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat, & c. pñtula si & c. fin. de foro competenti*. Poteritque * Judex delicti private delinquentem beneficio, quod habet extra territorium suum, quamvis executio hujus privationis debeat fieri per Judicem loci, in cujus territorio situm est prædictum beneficium, ut probatur *d. cap. pñtula si, & ibi eleganter declarat Pan. videndum num. 7*. Et * est prædictorum ratio, quia ratione contractus vel delicti quis efficitur subditus illius Judicis, in cujus territorio contractus fuit celebratus, vel dilectum commissum, *cap. de foro competenti*, & ideo ille Judex potest procedere contra prædictorum personas tanquam contra personas sibi subditas, *cap. dilecti, de foro competenti, & ibi notat Marian. Soc. n. 23. Panor. c. fin. n. 36. eod. tit. ex quibus notabilem quæstionem determinat Paulus Castr. l. argentarium in princ. inf. eodem*.

8 Secundo * principaliter ex isto text. colligendum est, quod si is, qui contraxit in loco, ibi se non defendat, bona illius absentis, & indefensi jubentur possideri per creditores, concordat *tex. c. 1. §. 9. contrahentes, de foro competenti in 6.* quia in duobus quidem supplet istum textum, ut scilicet antequam prædicti absentis, & indefensi, bona jubeantur possideri, oportet absentem legitime citari ut compareat ad se defendendum.

10 Secundo * quod si citatus, non compareat, tunc Judex loci contractus jubebit illa bona possideri per creditores, quæ scilicet habet absens in territorio prædicti Judicis.

11 Sed * adversus hanc secundam conclusionem ita explicatam, illud videtur urgere, quod in loco contractus non cogitur quis se defendere, nisi in eo inveniatur, ut probat *d. §. contrahentes in principio, & tradit post alios Andr. Gailii practicarum observat. lib. 2. observ. 36. n. 14.* Ergo si absens citatus non compareat in loco contractus, non potest contumax reputari, juxta regulam *l. contumacia in fine infra de re judicata*. Cessante igitur contumacia, non potest adversus eum procedi ad missionem bonorum, quam difficultatem mover Paul. Castr. *l. numer. 3. ad medium inf. de eo, quod certo loco, & presus mole argumenti respondet, decisionem, d. §. contrahentes, procedere jure Canonico, & aliud esse dicendum de subtilitate juris civilis, neque tamen meminit decisionis hujus textus, qui clare probat, etiam jure civili absentem à loco contractus, & qui ibi se non defendet, pati missionem bonorum.*

12 Quare * ad prædictam difficultatem alio modo satisfaciendum est, scilicet quod axioma illud, quod quis non convenitur in loco contractus nisi ibi reperitur *dist. §. contrahentes in principio*, accipiendum esse in eo sensu, ut non possit procedi contra ejus personam, nec contra ejus bona sita extra territorium Judicis contractus, neque enim invitus trahi debet ad locum contractus, cæterum nihilominus Judex contractus, si absens citatus non compareat, ad se defendendum, Judex contractus potest eum habere pro contumace, quoad eum effectum, ut creditores mittantur in possessionem bonorum absentis, sitorum in territorio Judicis contractus: non autem quoad alios effectus, qui jure sunt predicti adversus veros contumaces, ut colligitur ex isto textu, & clarius ex *d. §. contrahentes, tradit Aret. cons. 134. numer. 1. Covar. practicarum quæst. cap. 10. numer. 4.* & est vera responsio, quic-

quid aliter respondeant Paul. Castr. *hic num. 5. ad finem & Jacobin. num. c. & Bellamera dist. §. contrahentes n. 5.* Et * est expendendum, textum istum sentire, quod Judex contractus potest mittere creditores in possessionem bonorum, quæ sita sunt in ejus territorio: & clare est expressum in *d. §. contrahentes*. & sic sentiunt, quod si absens in territorio prædicti Judicis, nulla habeat bona: contra eum minime procedi poterit ad missionem bonorum.

Unde * cavendum est à Paul. Castr. *l. 1. n. 3. ad medium inf. de eo quod certo loco, dum dicit, quod si absens in eo territorio, non habeat bona, tunc Judex contractus potest jubere, ut fiat missio in bonis, quæ habet absens extra territorium, allegat d. §. contrahentes in fine, quod etiam sentit gl. hic verb. ibi in fine & Bar. ad fidem, Vincentius l. à Divo Pio §. 1. numer. 16. inf. de re jud. & tanquam receptissimum pro constanti præsupponit Ant. de Math. de prorogatione jurisdictionis num. 69. Id * enim ex supra traditis aperte confunditur neque repugnat *d. §. contrahentes, ad finem* qui aperte loquitur, quando absens latitat, neque patitur se citari, nam tunc in poenam latitantis, conceditur Judici contractus prædicta pronuntiatio, ut advertebant Paul. *hic n. 11. Cur. Jun. n. 4.* & esse communem illius tex. intellectum asserit Covar. *pract. q. 10. n. 4. facit. l. fatiusque 19. sup. de in jus vocand.* Si ergo non latitet, sed patiatur se citari, non permittitur Judici contractus, prædictam facere pronuntiationem: sed tantum potest jubere ut fiat missio in bonis, quæ absens habet in suo territorio, ut *inf. latius dicemus.**

Pariter * etiam cavendum est, ab eo quod sentit *Bar. hic ad finem Paul. Castr. num. 8. idem Paul. l. 1. n. 3. ad medium inf. de eo quod certo loco Ant. de Math. de prorogatione jurisd. n. 70.* dum requirunt, faciendam esse missionem in bonis sitis extra territorium, oportet, quod absens latitet, & præterea non habeat bona in territorio prædicti Judicis, quasi si illa habeat, non possit fieri prædicta pronuntiatio, nam verius est, quod & si illa habeat, possit fieri prædicta pronuntiatio, dummodo non habeat bonam sufficientiam in territorio, quibus creditor tutus sit. Nam si illa habeat sufficientiam, non poterit fieri prædicta pronuntiatio, ut *inf. dicemus.*

Ulterius * ex mente hujus tex. colligendum est, quod adversus absentem, & non defendentem se in loco contractus, potest tantum procedi ad missionem bonorum ex primo decreto *leg. 3. §. fin. infra de acquir. possess.* & sic sentit, quod adversus eum non poterit procedi ad secundum decretum *l. ignorare Cod. de restit. milit.* & multo * minus poterit procedi adversus eum ad sententiam diffinitivam, & in illis, casibus, in quibus lite non contestata potest procedi ad sententiam diffinitivam, & ita Paul. Castr. *hic n. 2. ad finem, & n. 8. Curt. Jun. n. 4. & Sapia n. 14. Paul. l. 1. n. 3. ad finem infra de eo quod certo loco & l. 2. n. 4. & 6. Cod. de jurisdictione omni. jud. & l. fina. n. 2. c. ubi in rem actio. Aret. cons. 135. n. 4. & Anton. c. fin. n. 15. & ibi Panorm. n. 36. de foro competenti, & Rogerius à Mora hic n. 15.* & quamvis * de hoc dubitet Covar. *practicarum quæst. c. 10. n. 4.* & contrarium securè resolvat Ant. de Math. *de prorogatione jurisdictionis n. 69. ad finem*, tamen prima opinio verior est, pro qua induci potest is text. ibi (neque domicilium habeat) significat enim, modum procedendi, de quo in hoc textu, differre à modo procedendi adversus eum, qui abest à domicilio: quia adversus absentem à loco contractus, potest tantum procedi ad primum decretum, neque proceditur ad secundum decretum, neque ad sententiam diffinitivam, etiam in casibus, in quibus lite non contestata ad eam procedi potest, & tamen adversus absentem à domi-

domicilio ad prædicta procedi potest *§. final. infra hic leg. tradit Paul. Castr. l. 2. §. legatis, num. 3. sup. eo.*

21 Non * poterit igitur Judex contractus, absentem non comparentem multare, quasi non obedientem ejus præceptis, cum multa ad distractionem personæ videatur pertinere *l. 1. si quis jus dicenti non obtemperavit*, quia cum citatus non teneatur invitus comparere in loco contractus *dist. §. contrahentes, est non compareat, non dicitur contumax l. 3. sup. eo.* & ideo ad prædictas poenas contra eum procedi non potest, Paul. Castr. *hic n. 8. Jacobin. numer. 14. Jacobus de Belliviso dist. §. contrahentes numer. 78. & Bellamera numer. 31.* Quamvis gloss. hic verb. ibi *23 ad medium, & Fulg. numer. 2.* contrarium * sentiant, & similiter Judex Ecclesiasticus contra prædictum absentem non potest procedere ad sententiam excommunicationis, quia hæc etiam non videtur pertinere ad distractionem personæ, Anton. *dist. c. si n. 15. de foro competenti, & ibi Panor. n. 36.* & qui aliàs per indirectum compellet, & Judex contractus contrahentem invitum comparere in loco contractus contra dispositionem *d. §. contrahentes*, quicquid contrarium resolvat Anton. de Math. *de prorog. jurisd. numer. 71. ver. un le dicas.*

24 Quinimo * etsi Judex contractus mittat litteras deprecatorias ad Judicem, in cujus territorio degit contrahens, ut scilicet eum citet, quod veniat responsurus in causa contractus, & citatus non compareat, non poterit adversus eum procedi ad prædictas poenas, sed tantum ad missionem bonorum in territorio existentem, ut clare probat *d. §. contrahentes*, quicquid * hoc casu posse procedi adversus absentem ad condemnationem, & ad sententiam, quia per Judicem competentem fuit citatus teneant Antonius *dist. c. final. num. 15.* & ibi Panormitanus *nu. 36. in fine Marianus c. dilecti num. 25. in fine de foro compet. Aretin. consil. 58. numer. 4.* qui fortius concludunt, quod si delinquens prædicto modo fuerit citatus ad locum delicti, si non compareat, poterit adversus eum procedi ad distractionem personæ, & ad condemnationem, adducunt *Clem. pastoralis. §. nos quoque, de re judicat.*

26 Sed * utique dictum utrunque falsum, nam neque contra absentem à loco contractus, potest procedi prædictis modis: quia per indirectum compellere invitum comparere in loco contractus contra dispositionem *d. §. contrahentes*, ut advertit Decius *c. 1. num. 25. ver. 2. hac limit. de jud. & ibi Ripa. num. 66.* & asserit esse magis communiter receptum, & Covar. *pract. q. c. 10. numer. 3. & Folerius ad l. regni tit. de magist. jud. §. capitaneorum à nu. 119. pag. 142.*

27 & multo minus poterit procedi ad condemnationem contra absentem à loco delicti, neque enim adversus eum potest procedi ad condemnationem, vel distractionem personæ: ut tradunt Anton. *d. c. final. num. 6. & ibi Panorm. num. 10.* Neque * contrarium probat *dist. Clem. pastoralis §. nos quoque* quia tantum disponit, delinquentem posse citari extra territorium, modo supra explicato, non tamen probat, quod si delinquens citatus non compareat, possit criminaliter puniri: imò magis contrarium sentit. Nam sentit, quod non poterit puniri criminaliter, nisi in loco delicti reperitur, vel ad eum locum de more legitime sit remissus, ut expressit *d. Clementina pastoralis §. verum est, de re ultie.*

30 Illud * sane verum est, quod si contrahens in loco, postquam lis hæret contestata, cum eo se absentaverit à loco contractus, indistinctè adversus eum potest procedi, & etiam ad sententiam diffinitivam, textus est *leg. consentaneum, Cotic. quomodo & quando Judex leg. si is qui Roma 34. juncti 31 gl. final. infra eod.* Item * quod si contrahens loco

Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

contractus repertus in eo fuerit citatus ad causam, & postea se absentet, potest contra eum procedi, tanquam contra verum contumacem. Nam cum legitime citatus in loco contractus, in eo tenebatur se defendere, si non compareat, verus contumax censetur, & consequenter adversus eum poterit procedi ad omnes poenas, quæ veris contumacibus in jure inveniuntur impostæ: ut tradit in specie Innocentius *c. præterea col. 2. ad medium, de dilation. Anton. dist. c. final. numero 15. & ibi Panorm. nu. 36. de foro competenti, Aret. cons. 58. num. 4.*

Ultimò * colligendum est ex mente hujus textus, quod absens à loco contractus, non est invitus compellendus, ut compareat in loco contractus ad se defendendum, cum tantum text. permittat procedi ad bonorum possessionem intra territorium sitorum. Circa quod licet insillat gl. hic verbo, *ibi* tamen hoc hodie est indubitatum per decisionem *text. d. §. contrahentes, post principium, & notab. prosequitur Grot. de juramento confirmat. lib. 3. c. 16. n. 1. & 2.* Cavendum igitur erit à Barto. *hic num. 1. 33 in fine.* dum dicit, quod si absens non habeat bona in territorio contractus, in quibus possit fieri immissio, tunc etiam invitus est remittendus ad locum contractus, ut ibi se defendat, quod & sentit gloss. *Authent. si verò, Codic. de adulteri. Alber. hic col. 2. in principio, Socinus regul. 326. in fine Bernardus Diaz, regula 642. in 8. fallentia.* Hæc * enim ita est contra mentem hujus textus, & *dist. §. contrahentes*, qui sentiunt, indistinctè reum invitum non esse remittendum ad locum contractus, & est de mente Paul. *hic numero octavo & num. 11. Lancelotus Dec. col. 1. in fine, Rogerius à Mora num. 45. resolvit receptum Covarum. practicarum quæstion. cap. 10. num. 4. v. r. 3. Anton. de Math. in tract. de prorogatione jurisdictionis num. 69. ad finem, licet etiam hoc 35 die multis locis soleat fieri remissio ad locum contractus, ut tradit Antonius Peregrinus de fideicommissis art. 57. n. 7. ad finem.*

Similiter * cavendum est à Doctoribus relatis per 36 Bernardum Diaz *regul. 542. in 10. fallentia*, quod propter nimiam contumaciam absentis, sit locus remissioni ad locum contractus, allegant dictum Baldi per illum textum *l. consentaneum num. 8. Cod. quomodo & quando Judex* quod probat Perusinus *d. §. contrahentes num. 8. ad finem, Rom. l. iug. 283. in fine.* Idem * enim etiam confunditur ex supra traditis, 37 & magis in specie per *dist. §. contrahentes ad finem*, dum probat quod propter relationem, & sic contumaciam tantum permittitur Judici contractus discernere, ut fiat missio in bonis, quæ latitans habet extra territorium decernentis. Neque repugnat dictum Bald. *dist. l. consentaneum num. 8.* quia * lo-38 quitur in terminis illius legis, & quando lite contestata reus se absentavit: tunc enim propter illam contumaciam potest adversus eum procedi, etiam ad sententiam diffinitivam, ut etiam probat *c. prout ad finem de dolo, & contumacia*, in * quibus etiam terminis potest contumacis per-39 sona capi *dist. l. consentaneum*. & captus potest remitti ad judicium, in quo lis fuerat contestata, ut advertit Lancelotus Dec. *hic col. 2. Jason. leg. 1. nu. 2. infra de eo quod certo loco, Ripa, c. 1. n. 65. de jud. Costal. hic Covar. practicarum. n. 4. v. r. 3. Ant. de Math. de prorogatione jurisd. nu. 70. ver. 6.*

Et * pariter cavendum est à *dist. Innocent. ca. 40 si adversarius numer. 4. de eo qui mittitur in possessionem*, dum tenet, quod si quis promissit solvere in certo loco, & eo tempore promissor ibi non reperitur, tunc per Judicem competentem est remittendus ad locum promissionis, quia per dolum videtur abesse, subscribit Bald. *ca. 1. numer.*

9. de milit. vasallo qui contumax est, Jason leg. 1. infra de eo quod certo loco, & leg. si convenerit numero 42. supra de jurisdictione omnium judicum, Bernardus Diaz reg. 642. in fine, & alii quos refert, & sequitur Covarr. pract. quest. c. 10. numero 6. ver. 13. Nam & hoc dictum ex precedentibus confunditur: & maxime per dicta §. contrahentes, ad finem, ubi qui latitans ne citetur, in dolo esse censetur l. Falcinus §. quid sit autem latitare, infra quibus ex causis in possess. catur, & tamen is non remittitur ad locum contractus, sed tantum Judex contractus potest decernere missionem in bonis, quæ latitans habet extra ejus territorium.

41. Ultimo * ex prædictis inferitur intellectus ad c. 1. §. 1. de privileg. in 6. dum probat, ordinarios non posse remittere exemptos ad locum contractus, vel delicti, præsupponens, regulariter in certo loco, ad illum esse remittendos, quod * repugnat supra traditis, sed responderetur, textum tantum sentire, quod in casibus: in quibus locum habet remissio ad locum contractus, de quibus statim agemus: tamen in illis ordinariis non potest remittere exemptos: quicquid aliter respondeat Cardinal. Clemens. Pastoralis §. de niq. n. 14. de re judicata, hos autem casus speciales enumerat Perusinus. d. §. contrahentes, n. 9. Marian. ca. dilecti à n. 39. de foro competentis, Felin. c. final. n. 21. eo tit. §. l. 1. n. 2. supra de eo certo loco, Bernard. Diaz reg. 642. Ant. de Math. de prorogatione jurisdictionis n. 70. Ego autem tantum insistant circa notabiliores.

43. Primus * igitur casus est, quando quis contraxit in certo loco, & Judicis illius loci se subiecit. & præterea renunciavit proprio foro: nam tunc si non reperitur in eo loco, ad eum remittendus est, gl. 2. l. 1. supra si quis in jus vocatus, quæ communiter recipitur, ut ibi asserit Curt. Jun. n. 5. & illam probat Bart. hic n. 1. ad finem Jacobin. l. si convenerit 1. lectura n. 6. supra de jurisdictione omnium judicum Jas. l. qui certo loco, ad finem, supra de condit. indeb. Alex. cons. 89. nu. 4. lib. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 36. n. 12. & plures quos refert Covar. practicarum q. c. 10. n. 5. eam defendens, & extollit ito manus sing. 283. probat etiam Ginter. de juramento confirmatorio 3. p. c. 16. num. 4. Folorius ad ll. Regni tit. de Magistro justitie §. Capitaneorum à numero. 126. pag. 143.

44. Cæterum ¶ Imol. c. fin. nu. 8. de foro competentis, asserit communiter observari, etiam in prædictis casibus, non fieri remissionem ad locum contractus: idque esse verius asserit propter generalitatem d. §. contrahentes, idque tanquam verius magis probat Marian. d. c. dilecti, n. 39. & Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis omni. n. 70. ver. 2. limit. & alii quos refert additio Romani singular. 283. & Menbac. usufrequentium c. 25. n. 4.

45. Ad ¶ veram tamen resolutionem hujus casus advertendum est, quod licet Doctores supra relati requirant, quod ut hæc limitatio procedat, oporteat contrahentem se subiecit jurisdictione Judicis contractus, & præterea quod contrahens renunciavit proprio foro, tamen re vera primum requisitum non videtur necessarium. Nam ratio prædictæ gl. est, quod cum propter contractum in eo loco contrahens conveniri possit, si ibi reperitur, ut postea renunciatio proprii fori aliquid operetur, intelligendum est voluisse, in loco contractus conveniri posse, licet in eo non reperitur, & consequenter ad eum locum esse remittendum, ut explicat. Bal. l. cum archimecrum n. 5. C. ut in possessio. legatorum. Quæ ratio evincit id procedere, etiam si contrahens expressis verbis se non subiecit jurisdictioni

Judicis contractus, quia id ratione contractus tacite subintelligitur. Præterea * est advertendum quod licet Doctores communiter dicant, hoc casu ad locum contractus faciendam esse remissionem, tamen non videtur verum, cum repugnet generalitas d. §. contrahentes, & ideo verius dixissent, contrahentem in loco contractus hoc casu in eo conveniri posse, etiam si in eo non reperitur, ac proinde prout absens à loco domicilii nihilominus ibi conveniri potest, & contra eum possit procedi ad primum, & secundum decretum, & ad sententiam diffinitivam, in casibus in quibus lite non contestata ad eam procedi potest, §. final. & ibi notatur, infra hac leg. Sic ¶ etiam in prædictis terminis, in loco contractus contra absentem eodem modo procedi potest, & ita disponit Ordinatio lib. 3. tit. 6. §. 2. & titu. 11. §. 1. nova recopilationis, & satis colligitur ex cap. 1. §. 1. de privileg. in 6. 48. Nam * sentit, quod in delictis faciendam esse remissionem ad locum delicti, in contractibus autem quamvis exemptus teneatur comparere, non debet Judex eum remittere, sed tantum monere, ut eat ad locum contractus: in quo promiserat se defendere, ut ibi declarat Dominic. num. 9. Bald. cap. præterea, n. 6. de officio delegati Jacobus de Belloviso dist. §. contrahentes n. 14. 1. ad finem, Roger. à Mota hic nu. 44. Ergo ¶ aperte colligitur, etiam in prædictis terminis non esse faciendam remissionem ad locum contractus, sed tantum Reo faciendam esse monitionem, ut compareat in loco contractus, propter quam Judex contractus contra eum procedere poterit, eo modo, quo Judex domicilii potest procedere contra absentem à domicilio, ut supra dictum est, & ad hunc modum est explicandus Bald. d. l. cum archimedorum. nu. 6. dum dicit, quod in his terminis, si pars diversa id petat, faciendam esse remissionem ad locum contractus: si verò pars non petat, reus non obtemperet Judicis monenti, inducetur leg. 1. infra de eo quod certo loco, nam verius dixisset nunquam faciendam esse remissionem ad locum contractus, sed Judex contractus poterit eo modo procedere contra eum absentem, uti solet procedere Judex domicilii adversus absentem à domicilio, in casu scilicet de quo supra.

Præterea, * & ex mente prædictorum colligendum est, quod ubi quis contraxit in certo loco, & promisit id solvere, vel respondere, tamen non poterit in eo loco conveniri, si ibi non reperitur, nisi illud etiam concedat: quod contrahens renunciavit proprio foro, adeo quidem, ut neque Judex loci, in quo degit contrahens, absens possit, aut debeat eum movere, ut eat ad locum contractus, sed deservens, sit declarata decisione dist. c. 1. de privil. in 6. Nam que hæc monitio tantum permittitur: quando contrahens promisit in loco contractus respondere, & præterea renunciavit proprio foro, & ita expressè Jacobus de Belloviso dist. §. contrahentes, numero 141. ad finem, quod licet in terminis juris communis verum videatur, tamen in Regno Portugallie contrarium videtur disposuisse Ordine lib. 3. titu. 6. §. 2. & titu. 11. §. 1. nova recopilationis, quæ disponunt, quod si quis promisit solvere, vel respondere in certo loco, potest in eo loco conveniri, licet ibi non reperitur, & etiam si habeat privilegium non respondendi, nisi coram certo Judice, quod omnino videtur repugnare supra traditis.

Sed ¶ videtur primò responderi posse, prædictas Ordinationes procedere, quando non solum quis contraxit in certo loco, sed etiam promisit in eo solvere, & respondere, quia ratione geminatæ obligationis, poterit in eo loco conveniri, licet ibi non

non reperitur: Quæ * tamen responsio non placet, quia licet quis promittat solvere in loco contractus, tamen hoc intelligitur, si ibi reperitur, nisi simul renunciaverit proprio foro, ut supra diximus, quod ita esse de mente omnium asserit Covar. practicarum c. 10. vers. 11. Et * patet ex eo, quod ubi quis contulit solutionem in certum locum, ibi videtur contraxisse, leg. contraxisse inf. de action. & obligation. & similiter solvere, & tamen in eo loco non convenietur, nisi ibi inveniat, Bar. l. si convenerit in fine sup. de jurisdictione omnium Judicum, & ibi Decius n. 33. Pan. c. 1. n. 22. de Judic. & ibi asserit receptum * Deci. 1. lectura n. 23. vers. 3. prædicta & magis in terminis convincitur ex cap. cum dilecti, de foro comp. ubi quis contraxit in loco, & præterea ibi promisit solvere, & respondere, & tamen non convenitur in eo loco, nisi in eo inveniat, & ibi Marian. n. 16. Unde * prædictæ Ordinationes, constituentes, quod hoc casu in loco contractus possit conveniri, etiam si ibi non reperiantur, omnino videntur discrepare à jure communi, neque illud de geminata promissione aliquid facit. Nam cum contrahens ratione solius contractus possit ibi conveniri, & cogi solvere, promissio de ibi solvendo, debet recipere interpretationem à prima & principali promissione, ut scilicet ibi cogatur solvere, si ibi reperitur, & quia cum exprimitur id, quod tacite inerat, expressum nihil operabitur l. 3. infra de leg. 1. & ideo de vero intellectu earum ordinationem infra latius agemus.

Neque ¶ est omittendum, quod traditio gl. 2. l. 1. sup. si quis in jus vocatus, non procedit in Clerico prædicto modo se obligante. Nam cum is possit se submittere alterius jurisdictioni, etiam Ecclesiasticæ, sine consensu proprii Episcopi, cap. significasti, de foro comp. renunciatio proprii fori facta, sine eo consensu, non valebit, & consequenter non operabitur effectum, gl. d. l. 1. sup. si quis in jus vocatus. quod tradit Pan. c. fin. num. 37. de foro comp. & ibi Fel. n. 22. tradit idem Fel. c. 1. num. 6. de jud. & ibi Deci. num. 23. ver. 2. prædicta Jacob. hic num. 9. & defendit Covar. practica. q. c. 10. n. 5. ver. 8.

Sed ¶ subsistendum est, quia imò traditionem gl. 2. d. l. 1. etiam locum habere in Clerico contrahente, & renunciavit proprio foro, defendit Lancelotus Dec. hic col. 1. ad medium, Rogerius à Mota n. 43. Marian. d. c. dilecti nu. de foro competentis, Ripa c. 1. n. 68. de jud. quorum opinio videtur verior. Cui non obstantio contrariæ opinionis: quia Clericus potest conveniri in loco contractus: etsi non accesserit consensus Episcopi proprii, ut probat c. dilecti, de foro competentis, & ibi notat Panormit. n. 4. Alex. cons. 89. n. 1. lib. 7. Ergo in eo casu renunciatio proprii privilegii, valida debet censeri, cum in effectu importet renunciationem exceptionis declinatoriæ, si in loco contractus non reperitur: & velle quod in eo præcisè teneatur respondere, & plane decis. dist. capit. significasti, non * habet locum: si Clericus renunciavit declinatoriæ & obliget se respondere coram Judice, aliàs competentis, & ejus non declinare jurisdictionem, Panormit. consil. 25. col. 1. libro primo Ripa cap. 1. nu. 49. de Judic. Et ¶ tantum contraria opinio procedere potest, quando in veritate Clericus nullum fecit contractum in loco, & tamen tacite, vel expressim renunciat privilegio fori, sine consensu proprii Episcopi: ea enim renunciatio nihil valebit, & consequenter nullum operabitur effectum, ut tradit Domini, d. §. contrahentes n. 10.

Illud * certum est, non valere prædictum pactum si conventio Clerici debeat fieri coram Judice secundo Petri Barbofa, Comment. de Judiciis.

lari loci contractus, cum hujusmodi pactum fieri prohibet, c. si diligenti, de foro competentis, tradit Cappella Tholosana q. 126. ubi tamen additio declarat, quod in hoc observetur in regno Franciæ, quod etiam tradit Rogerius à Mota hic n. 43.

Secundus * casus principalis, de quo in contractibus, est locus remissioni, exprimitur l. 1. C. ubi de ratiociniis agi oporteat: si aliquis administravit aliqua negotia in certo loco: nam in eo loco teneatur rationem reddere, & absens ad illum est remittendus, licet in eo loco non sit reperitus, leg. 2. ubi exprimitur ratio C. ubi de ratiociniis agi oporteat, & licet gl. fin. d. l. 1. dubitet utrum pro privatis ratiociniis sit remittendus ad locum in quo administravit, tamen Paul. & Salicet ibi concludunt, etiam hoc casu locum esse remissioni: & tenent etiam Paul. & Jacobi. hic uterque n. 8. Perusinus. d. §. contrahentes n. 9. Soc. regul. 337. cons. 31. n. fin. lib. 1. & alii elati per Bernardum Diaz regu. 642. in limitatione, & asserit receptissimum Covar. practicar. c. 10. n. 4. ver. 4. & Ant. de Math. de prorogatione juris. n. 70. & probat ordinatio Portugallie l. 3. tit. 6. §. & tit. 1. §. 3. nova recopilationis.

Sed * utique subsistendum est, quia contra istam conclusionem videtur textus expressus in præsentibus: nam loquitur in tutores, & in administrante argentariam, qui tenentur rationes reddere, & obligantur ex quasi contractu, & tamen clare probat, hos non posse conveniri in loco administrationis, nisi ibi reperiantur, ut hic omnes intelliguntur, ita ut mirum sit contra istum textum expressum locutum fuisse ¶ Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis n. 70. Neque * satisfacit responsio Alber. hic in principio & Paul. num. 2. quod ut is administrator conveniatur ratione contractus ibidem gesti, non possit conveniri, nisi ibi reperiat: si autem conveniatur ratione administrationis ex quasi contractu, tunc conveniri poterunt in loco administrationis, etiam si ibi non reperiantur, non confunditur hæc responsio, per istum textum, qui etiam locutus in his terminis contrarium clare probat, & quia si quis ratione contractus non convenitur in loco, nisi ibi reperitur dist. §. contrahentes, à fortiori idem recipiendum est in quasi contractu, in quo dubitatum fuit apud veteres, utrum quis ratione illius foret forum, ut refert Jason. leg. quia certo supra de condit. indebiti ad finem, quæ ratio evincit id procedere etiam si quasi contrahens in loco administrationis nulla habeat bona: ut supra diximus, quicquid contrarium sentiat Bartol. hic n. 1. ad finem & contrarium defendat Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis nam. 70.

Et * retenta hac opinione, non obstantio adducta pro opinione contraria: quia resolvendum est, pro ratiociniis publicis, pertinentibus ¶ principaliter ad utilitatem publicam, verum esse, quod administrator debeat remitti ad locum administrationis, leg. 2. Cod. ubi ratiociniis l. fin. C. ubi de curiali, Cæterum ¶ si agatur de alio quocunque ratiocinio, non est faciendam remissio ad locum administrationis: sed potius est procedendum, eo modo quo proceditur in loco contractus, ut clare sentit is textus & l. cum proponas C. de bonis Authent. jud. ac proinde si inveniat in loco administrationis, in eo poterit conveniri, l. 1. Codic. ubi de ratiociniis agi oporteat: si autem in eo non reperiat, procedetur modo in hoc textu expresso: de quo licet dubitet gl. final. ibi tamen Fulgos. n. 1. ibidem asserit hoc communiter esse receptum, quod resolvit Imol. cons. 35. n. 3. & est de mente Domini d. §. contrahentes, n. 16. Aug. hic n. 4. & alio

76 & aliorum quos refert Bernard. Diaz reg. 642. in 4. l. i. licet verum sit, quod pro predictis ratiociniis, etiam in loco domicilii conveniri possit: juxta generalem regulam §. si. inf. hac l. tradit Paul. Cast. l. prator ait §. sed est. hoc n. 3. sup. de edendo, Soc. conf. 149. n. 4. lib. 1.

77 Et * juxta hæc venit declarandus text. l. 2. C. ubi de ratiociniis, dum probat quod si quis ratione officii conveniendus est coram certo Judice, quod finito officio coram eodem Judice conveniendus est, & notat Paul. l. 1. n. 1. C. eo tit. Crotus l. nemo potest n. 84. ad finem inf. leg. 1. & remissive Alex. l. cum quedam in fine principii sup. de jurisdictione om. jud. id enim verum erit, quando agitur de publica administratione, de qua agit dist. l. 2. aliis standum erit decisioni hujus textus.

78 Uterius, ut is textus perfecte remaneat explicatus, prædictis addendum est, quod dum probat, quod contrahens, vel quasi contrahens in certo loco, si in eo se non defendat, proceditur contra eum ad missionem bonorum. Intelligendum est, quod cum agitur de præjudicio absentis, antequam ad prædictam missionem procedatur, oportet legitime illum citari l. de unoquoque inf. de re judicata l. nam ira divus supra de adoptione & declarat Paul. hic n. 6. & est expressum in d. §. contrahentes, juxta quæ duæ insurgunt quæstiones, prima est, quæ dicatur legitima citatio in hac materia? Secunda est, cujus jussu & autoritate fieri debeat prædicta citatio?

79 Et * quidem primam quæstionem absolvit Miningerus in decisionibus camere Imperialis, Centuria prima observ. 77. Secundam autem absolvit Cardinalate disputans Clement. pastoralis §. ut illud n. 6. de re judicata, & distinctius & clarius cæteris Azevedus l. 3. tit. 3. lib. 4. ordinamenti à n. 30.

80 Et * utique in prædictis quæstionibus tres reperiuntur opiniones principales: prima est, quod prædicta citatio debeat fieri jussu, & autoritate Judicis contractus, & per ejus officiales. omnes §. executoribus, ver. verum si apparitor, C. de Episcop. & Clericis, §. l. 2. c. de off. pref. ubi urbis, per quæ jura ita concludit Bar. in extravag. ad deprimendum verb. per edictum num. 9. Et hanc esse communem opinionem legistarum asserit Aret. conf. 58. num. 4. & conf. 153. & Petrus Foler in capitulis regni tit. de magistro jud. num. 74. pag. 140.

81 Secunda principalis opinio est, quam posuit Bar. l. 1. §. 1. n. 3. inf. de requir. reis, quod si territoria distincta sint ratione jurisdictionis, & tamen omnes Judices subsint eidem superiori, potest Judex unius territorii, citare in territorio alterius verbaliter per suos officiales, quia superior communis, hoc tacite videtur permittere, allegat d. l. omnes §. executoribus, ver. verum si apparitor, & subscribit Panorm. c. fin. nu. 41. de foro competenti. Si autem subsint diversis superioribus, unus non poterit citare in territorio aliterius; sed mittere debet litteras deprecatorias ad Judices, in cujus territorio citandus habitat, ut eum faciat citari, Clement. pastoralis §. nos quoque, de re jud. & subscribit Bald. d. l. omnes §. executoribus n. 1. C. de Episcopis & Clericis, idem l. fin. nu. 5. & ibi Cast. nu. 4. Soc. n. 10. Jaf. nu. 24. asserens receptum, sup. de jurisdictione omnium Judicum Paulus hic nu. 7. Jacobin. num. 20. & plures quos refert Julius Clarus in praxi criminali §. fin. q. 31. n. 20. & Azeved. l. 3. tit. 3. lib. 4. ordin. n. 32.

82 Tertia principalis opinio fuit Canonistarum, quod si territoria distincta sint ratione jurisdictionis, & tamen omnes subsint eidem superiori, unus non potest citare in territorio alterius per suos officiales

propter regulam l. final. supra de jurisdictione omnium Judicum, sed necessario debent ut litteris deprecatoriis sive requisitoriis, ut Judex illius territorii, jubeat illum citare, & ita Innocent. & Joan. Andr. d. §. contrahentes, & hanc esse communem opinionem Canonistarum, fatetur Aret. conf. 58. n. 4. & conf. 135. n. 3. & late comprobat Felin. c. fin. col. 1. & sequenti, de foro competenti, & hanc opinionem esse usu ubique receptam asserit Covar. pract. c. 10. n. 7. Rebus. 2. tom. ad ll. Gallicas tit. de literis requisit. gl. 3. n. 11. Ant. de Math. de prorog. jurisd. n. 70. ver. nihilominus, & Azeved. l. 3. tit. 3. lib. 4. ordinam. 32. post medium, quam receptam esse opinionem, & ubique servari resolvit Julius Clarus in praxi criminali §. si. q. 31. n. 19. Et * eam expresse probat Ordinatio Portugallie lib. 3. tit. 10. in principio, in antiqua impressione, & hodie l. 3. tit. 11. in prin. novæ recopilationes, & quamvis alias opiniones Canonistarum in hoc articulo referant Dominicus d. §. contrahentes n. 12. & Marian. d. c. dilecti n. 23. de foro competenti, & pro magis communi opinione, ego expendo auth. ut nulli Judicium §. si quis vero prebensorum coll. 9. Nam * eo tempore provincie subjectæ erant uni superiori, scilicet Imperatori Romano, & tamen necessarie sunt litteræ requisitorie, ut degens in alia provincia in ea citetur.

83 Neque * repugnat text. d. l. omnes §. executoribus, ver. si vero apparitor C. de Episc. & clericis, quia loquitur in eo Judice, qui habet jurisdictionem generalem in tota provincia: nam quamvis provincia sit divisa in plura territoria ratione jurisdictionis, tamen habens generalem jurisdictionem in tota provincia: in quolibet provincie territorio, poterit citare per suos officiales, ut ubi advertit Salyc. & Felin. c. fin. col. 2. ver. salit. 2. de foro competenti. Nos autem loquimur in eo qui habet jurisdictionem restrictam ad suum territorium: is enim in alieno citare non poterit, nisi per litteras deprecatorias, ut dictum est.

84 Et * juxta hæc venit explicandus text. d. §. contrahentes, ibi [si eorum autoritate citati] in quibus verbis videtur significare, Judicem contractus sua propria auctoritate, posse jubere, ut reus citetur in alieno territorio: ut ibi post Joan. Monachum expendit Dominicus n. 12. & Marianus d. c. dilecti num. 23. de foro competenti, quod aperce repugnat supra traditis. Invenio tamen, quod Archidiaconus d. §. contrahentes col. penult. ad medium, & Bellamera n. 23. exponunt illum textum quod autoritate Judicis contractus potest citari absens, dummodo intra ejus territorium, vel provinciam inveniatur: quamvis non sit inventus in loco contractus: quam expositionem probat etiam Jacobus de Bellovisio ibi, n. 38. & n. 141. Cæterum * quamvis ea expositione vera sit in se, tamen nimis restringit generalitatem d. §. contrahentes, & ideo illa omitta, & aliis assignatis per Cardinal. Clem. pastoralis §. ut illud col. penult. in prin. de re judic. ego expono verba d. §. contrahentes, ibi [ejus auctoritate] quod autoritate Judicis contractus videtur facta citatio, quando mediantibus litteris deprecatoriis ea fit per illum, in cujus territorio citandus degit, quia jussu requisitoris censetur facta prædicta citatio l. à Divo Pio §. 1. j. de re judicata, & ita in effectu Anton. de Matth. de prorogatione jurisd. n. 70. ver. breviter. Et * quid in hoc casu in regno Castellæ sit observandum? videnda est l. 7. tit. 3. lib. 4. ordi. & ibi Azeved.

85 Sed * quid sit ille, cui diriguntur litteræ deprecatorie, illis nolit parere, neque citationem faceret Et * Bart. in extravag. ad deprimendum, verb. per edictum num. 12. Existimat, quod tunc Judex contractus

contractus potest citare absentem per edictum sub-

scribit Aret. conf. 58. numer. 4. Hypolit. singulari 203. Rebus. 2. to. ad ll. Gallicas tit. de literis requisitor. gl. 3. num. 2. Sed * non est verum: quia citatio per edictum, non potest fieri, si certus sit locus, in quo habitat absens citandus, Oldrad. conf. 43. numero 7. Fel. c. cognoscens n. 8. de constitutione. Boer. l. consentaneum 52. C. quomodo & quando Judex, & ideo verius est quod * tunc debeat recurri ad superiorem Judicem, qui litteris requisitoriis noluit parere, ut scilicet eum cogat ad parendum, argument. c. nullus de jure patronatus, & l. si tutor. pupillum infra de auctoritat. tutorum, resolvit Felin. cap. final. col. 2. ante medium de foro competenti, Anania cap. 2. num. 8. de raptoribus. Boerius decis. 29. num. 3. Hypolyt. in pract. crimin. §. oportune n. 33. Probus ad Monachum c. Inquisitores, num. 8. de heretic. in 6. Covar. pract. quest. cap. 10. num. 7. quibus adde glos. Clem. pastoralis §. nos quoque verb. de more de re judicata. Folerius in capitulis regni tit. de magistro Judicario à numer. 77. pagin. 140. Ordin. Portugallie omnia prædicta probantem lib. 2. tit. 26. §. 39. veteris impressionis, & hodie lib. 2. tit. 45. §. 5. & ord. lib. 3. tit. 42. §. 27. veteris impressionis & hodie lib. 5. tit. 119. §. fina. §. 27. Quod si superior nolit subditum cogere, ut pareat litteris deprecatoriis, qualiter sit procedendum? Explicat Bellamera d. §. contrahentes n. 82. Cardinal. d. Clement. pastor. §. ut illud n. 7. inf. de re judic. & elegantè Bonifac. in Clem. pastoral. §. nos tamen à num. 60.

86 Sed * quoniam in hac materia est tex. præcipuus d. §. contrahentes, de illius intellectu latius age-

87 mus. Domin. igitur & Perusinus ibidem in summario sentiunt, quod si citatus non compareat, & maliciose se occultet, ne citetur, potest Judex contractus facere missionem in bonis absentis, vel decernere faciendam esse per ordinarium, in aliena dioecesi: ex quorum mente inferri videtur, quod si citatus non compareat, etiam si non occultet se, ne citetur, potest Judex contractus decernere missionem in bonis sitis in alieno territorio, quod confirmat Bellamera ibi num. 34. quia si occultato ne citetur, operatur effectum, de quo in d. §. contrahentes ad finem, à fortiori idem admitteretur, quando citatus contumaciter non vult comparere, quia prima contumacia dicitur ficta: secunda autem vera, & per quam Judex magis offenditur, Bald. l. ignorare num. 5. c. de restit. m. lit. quam opinionem probat etiam Marian. c. dilecti num. 25. ad medium de foro competenti & Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis n. 69. ad finem.

88 Et * facit pro illis, quia in jure, hæc duo æ-

89 quiparantur, vel occultare se, ne citetur, vel citatum non comparere, c. quoniam frequenter §. porro ut lite non contestata. Et ibi notat Fel. col. 4. post princip. gl. 1. l. contumacia inf. de re Judic. Covar. de sponsalib. 2. p. c. 8. §. 12. num. 6. ergo utroque casu idem jus erit constituendum leg. qui neque inf. de rebus eorum.

90 Sed * his non obstantibus, contrarium est verus quia d. §. contrahentes, constituit, quod si citatum ut compareat in loco contractus, non pareat, fiet missio in bonis, quæ ille habet in territorio citantis, & tunc demum admittit decernere ut fiat missio in bonis sitis in alieno territorio, quando ille se occultat, ne citetur: Ergo cum prædictus textus inter hos casus expressam faciat differentiam, non est ab illa recedendum. Accedat tamen quod Judex regulariter non potest decernere missionem in bonis sitis in alieno territorio leg. cum unus §. penult. inf. de bon. auctor. jud. à qua regula non invenitur recessum: nisi quando citandus occultat se, ne i-

91 teratur, dist. §. contrahentes ad finem. Ergo extra hunc casum standum est regulæ generali, de qua supra, lex ab ea parte, inf. de probatio. quod ita resolvunt Jacobus de Bellovisio d. §. contrahentes, num. 51. Curt. Jun. hic num. 4. Rogerius à Mota num. 45. & nos jam supra probavimus.

92 Neque * obstant rationes adductæ pro contraria opinione, quia ad primam responderetur, quod cum citatus ad locum contractus, invitus non cogatur in eo respondere d. §. contrahentes post principium, si citatus non compareat: non potest dici contumax d. l. contumacia in fine, inf. de re judicata l. 3. supra eo, contumacia igitur in propria, illius tantum operabitur effectum, quod fiat missio in bonis sitis in territorio citantis, tex. hic, & d. §. contrahentes, & notat Paul. hic num. 8. Sed qui occultat se, ne citetur, facit actum generaliter prohibitum, per leges Clem. n. 1. de Judic. cap. quoniam frequenter §. porro, ut lite non contestata, & ideo durius adversus eum proceditur, ut est de mente Bellamera d. §. contrahentes, numer. 30. ad medium. Neque etiam obstat secunda ratio, quod latitatio, & non comparitio citati in jure æquiparantur, quia respondeo eam æquiparationem procedere, quando citatus invitatus tenetur comparere in loco, ad quem citatus est: Cum enim tunc proprie dicatur contumax, merito fit prædicta æquiparatio. Unde etiam, & in nostra materia, in casibus, in quibus citatus ad locum contractus tenetur in eo comparere, de quibus supra dictum est, etiam in nostra materia prædicta æquiparatio admittenda est: sed quando citatus invitatus non tenetur comparere, tunc non procedet prædicta æquiparatio, & ad hunc modum est explicandus Barto. Fulonius §. quo si autem latitare n. 9. inf. ex quib. causis in possess. eatur.

93 Ex * qua interpretatione ad d. §. contrahentes colligendum est, quod si citatus, qui non compareret, nulla haberet bona in territorio citantis, nullo modo contra eum, vel ejus bona procedendum est.

94 Contrariam * tamen opinionem, imò quod si citatus non habeat bona in territorio citantis, quod possit decernere Judex, ut fiat missio in bonis sitis in alieno territorio sentit gl. hic verbo ibi ad finem, & Bart. ad finem Vinc. l. à Divo Pio. §. num. 16. infra de re judicata. Sed * nostra illatio verior est, ex supra traditis, & jam supra probavimus, & adversus prædictos expendo textum l. Titium & Mævium 48. §. tutores j. de administr. tutor. Ubi * pupillo in provincia, assignati fuerunt curatores, qui res Italicæ curarent: qui Romæ invenerunt instrumenta, in quibus debitores provinciales promittebant Romæ solvere, vel ubi petitum esset, quantum fuit, utrum exactio horum debitorum pertineret ad tutores Italicos. Et respondet Jureconsultus non pertinere si ibi non haberent prædia, & sic sentit, quod si illi debitores non invenirentur in Italia, & tamen in ea haberent prædia, possent in ea conveniri, & ibi notat Bart. num. 2. & Alb. Anton. cap. 1. numer. 37. de Judic. & ibi Dec. num. 23. Alexand. l. si convenerit num. 10. & ibi Jason. n. 39. supra de jurisdictione omnium Judicum, Purpurat. l. 1. numer. 129. Cod. de Summa Trinitat. Quod tamen videtur procedere non posse. Nam licet admittentem, quod quia debitores promiserunt solvere, ubicunque esset petitum, in loco petitionis videri contraxisse, argumento l. contraxisse infra de actio. & obligatio. & tradit Bart. dist. §. tutores numer. 1. & l. si convenerit in fine, supra de jurisdictione omnium Judicum, & l. penult. numer. 2. C. de pact. & subscribit Ripa cap. 1. numer. 72. de Judic. & tamen certum est, quem in

95 96 97 98 99 100 101 102

103 104 105 106 107 108 109 110

111

112

loco contractus convenire non poſſe, niſi ibi repe-
 111 riarur, d. §. *contrabentes poſt principium*. Quare ꝑ
 tex. ille neceſſario ita videtur interpretantibus, quòd
 quia videtur promittere ſolvere in loco, in quo pe-
 titum ſit, ſi habet in territorio illius loci bona, po-
 terit Judex contra eum citatum, & ſe non defenden-
 tem, procedere ad miſſionem bonorum, juxta iſ-
 tum textum, & ita expreſſe cumanus, d. §. *tutores*,
 num. 2. *Covar. pract. q. c. 10. num. 4. poſt principium*,
 quòd ſi prædicti debitores nulla habeant bona in
 Italia, præſupponit textus quòd in Italia debitores
 nullo modo convenientur, & ibi notat Bart. *Cov-*
var. pract. c. 10. n. 6. ver. 11. Et eſt ratio, quia li-
 cèt ratione prædictæ promiſſionis, videatur ibi con-
 traxiſſe, cum tamen in Italia non reperiatur, neque
 in ea habeat bona, nullo modo contra eum procedi
 poteſt: & idèd merito præſupponit, in Italia hoc
 caſu conveniri non poſſe.

112 Unde * juxta hanc interpretationem ex d. §. *tu-*
tutores tria colligenda ſunt valde notanda in hac ma-
 teria. Prima eſt, quòd ſi quis habeat bona in ali-
 quo loco, poteſt abſens in eo conveniri. Quòd
 ſane intelligendum eſt procedere, in terminis in
 quibus loquitur d. §. *tutores*, quando ſcilicèt de-
 bitores promiſerunt ſolvere, ubicumque eſſet pe-
 titum, nam cum tunc in loco petitionis videan-
 tur contraxiſſe, procedet dicta conclusio: nam
 ſi in loco petitionis, nullo modo contraxiſſent,
 in eo loco nullo modo conveniri poſſent, ut col-
 ligitur ex mente hujus text. & de §. *contrabentes*:
 tradit Curt. Junior. l. 1. num. 9. *ſupra ſi quis in juſ*
vocat. non ierit.

113 Secundò ꝑ colligendum eſt, quòd ubi quis vide-
 tur contrahere in loco petitionis, & tamen in eo
 loco bona non habeat, ibi convenietur, ſi in eo
 loco non reperiatur, quia ibi fruſtra convenire-
 tur, cum nulla eſſent bona, in quibus poſſet
 fieri executio, gl. in rubr. C. de execut. rei jud. &
 ſic aperte probat conclusionem, quam defendi-
 mus.

114 Tertio * colligendum eſt, quòd tutores Italici
 poſſunt convenire debitores provinciales in Ita-
 lia, quando ſcilicèt prædicti debitores promiſe-
 runt ſolvere in Italia, vel ubi petatum eſſet, ſi
 in Italia prædia habent: nam cum ratione promiſ-
 ſionis generalis, videatur contrahere in loco, in
 quo petatum eſſet: ſi in eo loco habeat bona;
 poterit contra eos procedi ad miſſionem bono-
 rum, juxta formam præſcriptam in hoc §. ut cla-
 re probat d. §. *tutores*, expenſus ut ſupra, quic-
 quid contradicat Salycet, l. 1. numer. 4. C. ubi con-
 ventionitur, qui certo loco, & quòd exactum debeat re-
 ſtituere tutoribus provincialibus notat Aret. conf.
 10. n. 3. de quo videndus eſt Bald. l. ſi quis in conſcri-
 bendo, n. 3. C. de Episc. & cleric.

115 Ulterius * ex prædicta interpretatione ad d. §. *con-*
trabentes, inferendum eſt, quòd ſi latitat, ne ad
 eum perveniat citatio, etiamſi habeat bona in ter-
 ritorio citati, tamen poteſt ille etiam discernere,
 ut fiat miſſio in bonis, quæ debitor habet extra
 territorium citantis, ut magis puniatur illa dolosa
 latitatio, ita colligitur ex generalitate, d. §. *con-*
trabentes, & nos contra aliquos ſupra probavi-
 116 mus. Vel ꝑ concordia reſolvendum eſt,
 quòd cum prædicta miſſio non debeat fieri, niſi
 pro quantitate debiti, *auth. & qui jurat C. de bonis*
auth. Jud. ſi bona ſita in territorio citantis, non
 ſufficiant ad ſolutionem debiti, tunc pro eo, quòd
 deſcit, poteſt decernere, ut fiat miſſio in bonis
 ſitis extra territorium, ita Jacobus de Belloviſo dict.
 §. *contrabentes numero 79.* Colligens ex mente illius
 117 textus, quòd in hac miſſione incipiendum eſt à

bonis ſitis intra territorium, & ſi illa non ſufficiant
 poteſt decernere, ut pro eo quòd deſcit fiat in ſi-
 tixtra territorium, ut in ſimili probat l. *properan-*
dum §. ſin autem reus, & ibi notat gl. C. de Judic.
 Quare * ex d. §. *contrabentes*, ad finem inferendum eſt,
 quòd etiam ſi quis latitet, & ſic ſit in manifeſto do-
 lo, non tamen ob id invitèd reſtituendū ad lo-
 cum contractus, cum eo caſu tantum permittatur
 decerni miſſionem in bonis ſitis extra territorium,
 quicquid hoc caſu locum eſſe remiſſionis ſentiat
 Bar. hic num. 1. ad ad finem, quem merito reprobat
 Ang. hic num. 3. *Ripa c. 1. n. 66. ver. 7. de Judic. &*
ſupr. diximus.

His * ita explicatis videndum reſtat, qualiter
 prædicta ſint practicanda in regno Portugallie. Et
 in regno Caſtellæ, & utique in regno Portugallie
 diſpoſitum eſt per ord. lib. 3. tit. 14. in antiqua
 impreſſione & lib. 3. tit. 15. *novæ impreſſionis*. Quòd
 ꝑ ſi quis fuerit citatus ad reſpondendum, ſive in
 actione personali, ſive reali, & non comparuerit in
 118 Judicio, vel comparuerit, & illicentiatus recedat,
 poteſt adverſus abſentem procedi ad ſententiam dif-
 finitivam, neque poteſt actor petere, quòd mittatur
 in poſſeſſionem bonorum ex primo vel ſecundo
 decreto. Circa * quam ordinationem eſt adverten-
 dum, quòd loquitur generaliter, & ſic poteſt intel-
 ligi, ſive citatus à loco contractus illicentiatus re-
 ceſſerit, ſive citatus per literas deprecatorias, nun-
 quam comparuerit. Utroque enim caſu procedetur
 contra abſentem & contumacem, modo expreſſo in
 dicta ordinatione.

Secundum ꝑ eſt advertendum, quòd ea ordina-
 119 tio probat, quòd ſi quis ſe abſentaverit poſt cita-
 tionem, poterit contra eum procedi ad ſententiam
 diffinitivam quamvis jure civili eſſet eo caſu neceſ-
 ſarium, quòd reus poſt litem conteſtatam ſe ab-
 ſentaverit, l. *conſentaneum C. quomodo & quando Ju-*
dex, & ſup. diximus, & id quòd lege Portugallie
 cautum eſt, etiam in Camera Imperiali de ſtylo
 120 obſervari aſſerit Myſingerius in *decifione Camera Cen-*
turia 4. obſervo. 66.

Denique ꝑ eſt advertendum, quòd juxta diſpoſi-
 121 tionem illius ordinationis in regno Portugallie,
 non eſt in uſu, primum & ſecundum decretum,
 ſed tantum contra abſentem & contumacem, pro-
 ceditur ad diffinitivam. Unde ꝑ decifio noſtri tex-
 tus, & dict. §. *contrabentes* in regno Portugallie,
 non practicabuntur. Et merito, quia cum per
 primum, & ſecundum decretum in eo regno
 non poſſit eſſe conſultum actori merito ad diffini-
 tivam proceditur, juxta cap. 1. de eo qui mittitur in
 poſſeſſ. *cauſa rei ſervanda lib. 6.* Unde receptum eſt,
 quando in cauſis, vel locis in quibus actori ad-
 verſus reum abſentem non poteſt eſſe conſultum
 per primum, & ſecundum decretum, tunc pro-
 cedetur contra abſentem ad diffinitivam, *Auth. ſi*
omnes & ibi Bar. num. 2. C. ſi minor ab hered. ſe abſti-
neat tradit Bar. l. ſi finita §. Julianus num. 41. inf. de
damno infecto.

In * regno autem Caſtellæ etiam contra abſen-
 122 tem permittitur, quòd poſſit procedi ad primum
 & ſecundum decretum. Item quòd poſſit procedi
 ad ſententiam, diffinitivam, & quòd ſit in electio-
 ne actoris, quo velit uti remedio, l. 1. tit. 11. lib. 4.
 ordinationum. quòd * & ita in Florentia obſervari, aſ-
 123 ſerit Avendanus tract. *primi & ſecundi decreti 1. par-*
num. 3. ad fin. & in Francia Boer. d. l. cum conſen-
 ſum numer. 33. ad finem C. quomodo & quando Judex.
 Unde * conſtat ordinationem Caſtellæ, in hoc ar-
 130 ticulo in eo diſſerre ab ordinatione Portugallie,
 quòd lex Caſtellæ concedit actori, uti remedio pri-
 mi & ſecundi decreti, vel remedio deveniendi ad
 diffini-

diffinitivam, & lex Portugallie prorfus denegat
 remedium primi & ſecundi Decreti, & ſolum con-
 cedit remedium procedendi ad diffinitivam.

131 Et * ex his inferitur explicatio ad ordinationem
 Portugallie lib. 3. tit. 6. §. 2. & tit. 11. §. 1. *novæ*
impreſſionis. dum probant, quòd licèt quis in loco
 contractus non inveniatur, tamen citari poteſt per
 Judicem loci contractus eſſi non compareat, poterit
 contra eum procedi tanquam contra contuma-
 cem, quòd videtur repugnare ſupra traditis, ut ſu-
 pra advertimus. Sed ad veram explicationem eſt ad-
 vertendum, quòd dum illæ ordinationes diſponunt,
 quòd non repertus in loco contractus poteſt cita-
 ri extra territorium, debet intelligi per literas
 requiſitorias Judicis contractus, ut ſupra diximus.
 Quòd ſi citatus per illas non compareat, prout
 jure communi contra eum procedi poterat, ad
 miſſionem bonorum, ut probat is textus, & dict.
 §. *contrabentes*, ſic in Portugallie Regno poterit
 contra eum procedi ad ſententiam diffinitivam,
 juxta ſupra tradita. Quæ ſanè intelligenda ſunt,
 quando conſtat, quem promiſiſſe ſolvere in certo
 loco, in quibus terminis loquuntur prædictæ ordi-
 nationes & id quidem per ſcripturam publicam ut
 diſponit ordinat. lib. 3. tit. 11. §. *novæ recopi-*
lationis.

132 Unde * dubitari poteſt *utrum illis ſit locus? ſi tan-*
tum quis contraxerit in certo loco, & non promiſerit
ibi ſolvere? Et videtur dicendum illis non eſſe lo-
 cum: nam ut inquit Bart. leg. quòd ſi Ep. num. 2.
 infra de eo quòd certo loco, ſi quis contrahat in certo
 loco non ob id videtur promittere quòd in eo loco
 133 ſolveret: Cum igitur is caſus diſſerat à caſu prædic-
 134 tarum ordinationum, dicendum eſt, quòd qui ꝑ
 ſimpliciter contraxit, non poterit conveniri in lo-
 co contractus, niſi in eo reperiatur, quòd ſi reper-
 tus & citatus non compareat, vel ſe abſentet, jure
 communi procedetur contra eum modo in hoc tex-
 tu præſcripto, & in Regno Portugallie procedetur
 modo præſcripto per ordinationem lib. 3. tit. 15.
 135 *novæ recopilationis*.

Et * pro hac ſententia expendendo ordinationem
 Portugallie lib. 3. tit. 6. §. 3. *novæ recopilationis*,
 dum diſponit, quòd ſi quis promiſerit generaliter
 reſpondere, coram quocunque Judice: coram quo
 actor velit: non tamen poterit conveniri coram Ju-
 dice in cujus territorio non reperiatur. Cujus ordi-
 nationis ea ratio eſſe videtur, quòd illa clauſula
 generalis, qua promiſit reſpondere in loco, quo
 actor velit, compoſita ſit ad argumentum, illum
 operabitur effectum, ut promiſſor in omni loco
 conveniri poſſit: etiamſi aliàs ibi non fortiretur for-
 rum, dummodo tamen in eo reperiatur, ut pro-
 bat l. *Titium & Mævium 48. §. tutores inf. de admi-*
 136 *niſt. tutorum*. Ex * quibus colligitur, eam eſſe dif-
 ferentiam inter clauſulam ſpecialem de reſponden-
 do in certo loco, & inter clauſulam generalem
 de reſpondendo ubi actor voluerit: quia in primo
 caſu convenietur in loco expreſſo, etiamſi ibi non
 inveniatur, ordin. lib. 3. tit. 6. §. 2. *novæ recopi-*
 137 *lationis*. Sed in ſecundo caſu, ita demùm poterit
 conveniri in loco, in quo actor voluerit, ſi ibi re-
 peritur. Quo * ſit; ut primo caſu, ſi non ſolve-
 rit in loco expreſſo, ſed in alio diverſo, locus erit
 indiftinctè arbitrarie actioni, l. 1. infra de eo quòd
 certo loco, ſed in ſecundo caſu non erit locus arbi-
 trarie actioni, ſi alio loco ſolvat: quia tunc demùm
 promiſit ſolvere in certo loco, ſi ibi inveniatur,
 Jafon. leg. 1. ad finem ſup. de eo, quòd certo loco Marian.
 c. dilecti num. 7. & numer. 8. de foro competenti Curt.
 Jun. §. proinde num. 1. infra huc lege & confirmatur,
 quia qui promiſit reſpondere in certo loco, tacitè
 138 videtur promittere * in eo ſolvere, juxta diſpoſitio-

nem prædictarum ordinationum. Qui * autem pro-
 139 miſit generaliter ſolvere, ubi actor velit, videtur in-
 telligere, dummodo locus ille, quem actor elegerit,
 ſit congruens leg. 1. cum gl. ſup. de eo quòd certo
 loco. Si ergò non reperiatur in loco, in quem actor
 elegerit, ille locus non videtur congruus ad conve-
 niendum illum, & idèd perinde habendum eſt, ac
 ſi in eo tantummodo contraxiſſet leg. *Titium & Mæ-*
vium 48. §. tutores & ibi notat. Bart. & Albe. inf. de
adminiſtrat. bonorum, locus autem contractus, non
 eſt congruus ad eum conveniendum, ſi contrahens
 in eo non reperiatur, ut dictum eſt, & tradit Pan. c.
 1. num. 22. de judic. id intelligens, quando verba
 clauſulæ generalis fuerunt collata in liberam volun-
 tatem actoris: nam * ſi fuerunt concepta per verba
 141 ſonantia in arbitrium boni viri, non poterit conve-
 niri, niſi in loco, in quo aliàs promiſſor fortiebatur
 forum, quia vir bonus non debet arbitrari, ut ex-
 tra ea loca promiſſor conveniri poſſit, quòd & vol-
 142 luit Bart. num. 15. Quæ tamen declaratio, & dif-
 tinctio, non eſt vera, quia ea admiſſa neque prima
 conclusio procedere poſſet, quia verba liberæ vol-
 untatis, relata ad perſonam * creditoris reſolvun-
 143 tur in verba ſonantia in arbitrium boni viri, gl. *pe-*
nultim. ſup. de receptis arbitr. & in terminis advertit
 Gozadinus leg. *penult. nul. 6. & 7. Cod. de paſſis*, quia
 144 cum nullus locus certus fuerit expreſſus, ſed ſi ſit
 relictus arbitrio boni viri, vir bonus in hoc caſu
 debet arbitrari, in quocunque loco conveniri poſ-
 ſe dummodo non ſit nimis gravofus promiſſori, ut
 contra Bart. dict. l. ſi conveniret concludunt Fulg.
 145 ibi num. 11. Jafon. n. 38. Deci. num. 30. Anton. cap. 1.
 n. 37. & ibi Imol. n. 31. ad finem Ripa, nu. 72. Beruius
 n. 606. de jud. Marian. d. cap. dilecti n. 31. de foro com-
 petenti. Ergò * prædicta ordinatione lib. 3. tit. 6. §. 1.
 3. *novæ recopilationis*, ad hunc modum expenſa aper-
 tè probat, quòd ubi juris interpretatione, tantum
 quis in loco ſimpliciter videtur contraxiſſe, & non
 promiſiſſe in eo ſolvere, ita demùm poterit con-
 veniri in loco contractus, ſi in eo reperiatur ut ſu-
 pra probavimus, circa quòd videndus eſt Bald.
 leg. ſi quis in conſcribendo numer. 3. & 4. *Episcop. &*
Clerici.

Et ꝑ ulterius prædicta ordinatione expendenda eſt
 146 ad tria valde notanda in hac materia: Primò præ-
 dicta procedere, & ſi quis renunciaret proprio foro
 ad limitationem gloſſ. 2. l. ſi ſupra quis in juſ voca-
 tus, ut ſcilicèt gloſ. traditio procedat, quando quis
 147 promiſit reſpondere in certo loco, vel coram cer-
 to Judice. Nam ſi per clauſulam generalem pro-
 mittat ſolvere in quocunque loco, renunciatio pro-
 prii fori, nihil operabitur: Et eſt ratio, quia cum
 dicta clauſula generalis, impoſter, in quocunque
 loco conveniri poſſet, dummodo in eo reperiatur,
 ut dictum eſt: renunciatio proprii fori, non poteſt
 inducere, quòd in quolibet loco conveniri poſſet,
 etiam ſi ibi non reperiretur, eſſet enim inducere
 repugnantiam, in ea promiſſione, quòd jus non
 admittit, leg. ubi repugnantia infra de regul. jur.
 quicquid contrarium videatur ſentire Jafon. leg. ſi
 148 conveniret numero 40. *ſupr. de jurisdiſtione omnium*
Judicium. Utrum * aurem in terminis illarum or-
 dinationum, licita ſit poenitentia juxta decifio-
 nem legis ſi conveniret ſupra de jurisdiſtione omnium
 149 *Judicium*, reſolvendum eſt, non eſſe licitam jux-
 ta cum dilecti de foro competenti, in cujus terminis
 loquuntur prædictæ ordinationes, diximus latius l.
 1. ſupra eod. quicquid repugnet Pan. c. 1. n. 22. ad
 finem, de jud.

Tertio ꝑ & ultimo collige ex prædictis ordi-
 150 nationibus, quòd ubi quis promiſit reſpondere,
 vel ſolvere ubicunque creditor volet poterit con-
 veniri in quocunque loco, dummodo in eo repe-
 riatur:

- 150 datur: quod tamen limitandum videtur, si specificatis certis locis addatur prædicta clausula generalis: nam tunc non poterit conveniri in quocunque loco, sed tantum in locis non multum remotis ab expressis. Neque enim si post casus specificatos addatur prædicta clausula generalis, sub ea clausula comprehenduntur casus majores, & difficiliore, quim expressi, argumento cap. sedis, de rescriptis, & cap. non potest, de procurat. in 6. Et
- 151 * quia generalia recipiunt declarationem ab specificatis l. final. §. cui dulcia inf. de vino, & tritic. legat. & ita in specie declarat Panormitanus, in cap. 1. n. 22. de judic. & ibi Ripa n. 71. asserit receptum, & eandem opinionem uti communem, probat Marianus cap. delicti num. 30. de foro competenti, Felinus c. sedes colum. 5. de rescriptis Jas. l. si convenit num. 44. sup. de jurisdictione omnium judicum, & §. plus autem n. 24. luffit. de off. Anton. de Matib. de prerogatione jurisdictionis n. 63. vers. 1. casu, & ad hunc modum videtur explicandus Bald. l. si quis in conscribendo n. 3. & 4. C. de Episc. & Clericis.
- 152 Sed * subsistendum est, quia contrarium videtur probare text. l. Titium, & Mevium 48. §. tutores infra de administrac. tutor. in quo text. debitores Provinciales promiserunt solvere Romæ vel ubicunque peritum esset, & tamen textus præsupponit, promissores in quibuscunque locis Italix, etiam à Romæ remotissimis conveniri posse, si modo in illis reperiantur: per quem text. prædictam declarationem improbat Imol. cap. 1. nume. 31. de judic. & ibi ut verius magis probant Felin. n. 7. Ripa n. 71. Alex. dict. l. co-venerit, n. 12.
- 153 Quas tamen opiniones contrarias nititur ad concordiam reducere Decian. c. 1. nu. 23. de judic. & dict. l. convenit in fine. Ego autem illas concordio hoc modo: quod poterit promissor conveniri in locis valde remotis ab specificatis, dum tamen sint intra Provinciam, in qua sunt loci specificati, ut colligitur ex mente dict. l. Titium & Mevium §. tutores, adjunctis verbis Titii Livii 7. decadum 3. dicentis, ager Romanus in Italia terminatur, & sic tota Italia consideratur tanquam ager Romanus ut etiam notavimus l. 2. §. legatis sup. eod. Quod est notabile ad declarationem prædictæ ordinationis.
- 154 In * Regno autem Castellæ, ut jam diximus lire non contestata, potest procedi ad sententiam diffinitivam contra reum absentem, & nihilominus datur facultas actori, ut si magis velit possit recurrere ad primum & secundum decretum, ut constat ex l. titul. 11. lib. 4. ordinam. de quo videndus est Avendan. tract. de except. n. 12. & n. 15. & respons. 40. num. 21. asserens in * Regno Castellæ, etiam in contractibus locum esse remissioni, contra dispositionem, dict. §. contrahentes ad quod aliegat l. 1. & 2. titul. 16. lib. 8. orpinam. Et ratio est (ut ipse existimat) quia secundum II. Castellæ debitor, qui * non solvit debitum, carceri mancipatur, donec solvat, & si intra sex menses non solverit: traditur creditor, ad ei servendum leg. 4. & leg. 6. lib. 5. ordinam. Unde cum executio debeat fieri in persona debitoris, remittendus est ad locum contractus, ut prædicta in ejus persona exequatur & in simili tradit Bal. l. consentaneum, nu. 8. C. quomodo & quando Judex.
- 157 Sed tamen non placet hæc opinio, quia in primis l. 1. & 2. tit. 16. lib. 8. ordinam. loquuntur, quando debitor confugit ad locum privilegiatum. ne à creditoribus conveniri posset. Nam ad puniendam hanc malitiam jubetur inde extrahi, & remitti ad locum contractus, ut advertit Perez l. 1. tit. 17. lib. 8. ordin. verb. la denda. Extra * igitur hunc casum specialem, etiam in Regno Castellæ observabitur 159 dict. §. contrahentes. Præterea * neque est verum,

quod in Castella omnis debitor non solvens, carceri mancipetur: nam id tantum locum habet in debitor, quem constat non habere bona ad solvendum, neque præstat cautionem de judicio filii & judicato solvendo, ut advertit Soares ti. de los enplazamientos §. 1. num. 7. Et ex his remanet expedita materia hujus.

L. Hæres absens §. proinde, ff. de Judiciis.

S U M M A R I A

- 1 Proponit rationem qua motus Jureconsultus dixerit, quod si quis verum, & proprium contractum celebraverit in aliquo loco, in eo conveniri poterit.
- 2 Colligit conclusionem, quod ratione contractus aliquo loco celebrati quis sortitur forum.
- 3 Declarat conclusionem intelligendam esse de contractu largo modo sumpto quatenus significat conventionem, ex qua oritur obligatio.
- 4 Docet, etiam non esse intelligendam de contractu stricto sumpto, quatenus significat contractum ex utraque parte obligatorium.
- 5 Prædictam conclusionem tribus modis ampliat, & aliis tribus limitat.
- 6 Tradit primam ampliationem, ut scilicet procedat, etiam si contrahens habeat privilegium, ne conveniatur, nisi coram certo Judice.
- 7 Declarat ampliationem procedere, non solum obligatione principali, sed & pro secundaria, quæ inducitur ad damna & interesse propter moram.
- 8 Tradit secundam ampliationem, ut procedat etiam si contrahens mutaverit domicilium, quod habebat tempore contractus.
- 9 Intendit declarare, quomodo prædicta ampliatio intelligenda sit circa mutationem antiqui domicilii.
- 10 Per mutationem domicilii forus antiqui domicilii omnino extinguitur, non tamen extinguitur forus contractus ibi celebrati.
- 11 Tradit quomodo debeat declarari l. 2. C. de jurisdictione omnium Judicum.
- 12 Ampliat tertid, ut quemadmodum quis in loco contractus conveniri potest, ita etiam in loco distractus.
- 13 Contractus & distractus à pari procedunt.
- 14 Advertit, jura adducta pro hac ampliatione loqui quando in certo loco celebratus est, & ad ejus complementum agitur, secus si de ejus dissolutione, & ibi rationem tradit.
- 15 Licet contrahens in loco contractus inveniatur, non poterit tamen in eodem loco conveniri ad districtum, cum de re contraria contractui agatur.
- 16 Impugnat prædictam declarationem l. in contractibus §. in omni, C. de non numerata pecunia, ad quod textum inducit.
- 17 Tradit responsonem ad legem 2. C. ubi & apud quem.
- 18 Reprobatur dictam responsonem, & fundamentis satisfaci.
- 19 Inducit contradictam responsonem dictam legem 2.
- 20 Restitutio non est petenda in loco contractus, sed in domicilio rei conveniendi.
- 21 Confirmat declarationem, quam tradidit n. 14. & ad fundamenta contraria opinionis respondet.
- 22 Respondet ad dictam legem in contractibus, de qua n. 16. de cujus explicatione, & intellectu late agit.
- 23 Probat proximè resoluta ex simili diffamari. C. de ingenuis & man.
- 24 Rejicit proximam responsonem.
- 25 Veriorem responsonem assignat.
- 26 Perfecto contractu sublata est actio oriens ex eo, & in conse-

- consequentiam sublatus videtur forus, ad ejus implectum ductus.
- 27 Tradit annotationem ad tradita per Albretolios, dum præsupponunt in loco contractus, in quo facienda est traditio, agi posse de rescissione contractus propter laesionem ultra dimidiam, quod falsum esse ostendit.
 - 28 Reprobat eosdem Doctores, dum tenent, in constituenda laesione ultra dimidiam, non debere attendi locum contractus, sed locum traditionis.
 - 29 In respicientibus initium contractus, debet considerari locus contractus, & non locus traditionis.
 - 30 Assignat concordiam ad dictas opiniones.
 - 31 Si Ecclesia per restitutionem in integrum petat rescissionem contractus, debet illam petere in foro rei conventi.
 - 32 Ecclesia actrix tenetur sequi forum Rei.
 - 33 Impugnat proximam resolutionem, & tradit, Doctores contrariam opinionem tenentes, ex quibus constat magis communem esse.
 - 34 Pro hac magis communi opinione adest in Regno Portugallia concordia, facta inter Regem Sebastianum & Clerum.
 - 35 Rejicit hanc magis communem resolutionem, & primam n. 31. sequitur, & ad fundamenta magis communis respondet.
 - 36 Concordiam inter dictas opiniones assignat, proponens priorem opinionem n. 31. veram esse, limitari tamen in casu, de quo ibi.
 - 37 Quando datur enormissima laesio, dolo re ipsa æquiparatur dolo ex proposito.
 - 38 Docet, quod si quis prætentat, fuisse læsum in arbitramento, debet id petere coram Judice illius, in cuius favorem lata fuit sententia.
 - 39 Proxima resolutio in Regno Castella non observabitur in quo sententia arbitratoris habet executionem paratam.
 - 40 Idem observabitur in aliis Regnis & provinciis, in quibus prædicta sententia habuerint executionem paratam.
 - 41 Limitat primo conclusionem tex. si in loco contractus reperitur contrahens ex causa probabilis, & necessaria: ibi enim conveniri non potest, cum ei competat jus revocandi domum.
 - 42 Limitationem impugnat ex Felino per l. 2. §. legatis vers. omnes, supra eodem.
 - 43 Rejicit responsonem gl. ad dictum textum.
 - 44 Assignat concordiam ad dictas opiniones.
 - 45 Tradit secundam limitationem ad dictam conclusionem hujus text.
 - 46 Movet difficultatem contra specialem conclusionem hujus text.
 - 47 Tradit conclusionem ad dictam difficultatem ex glos. hic verbo, ut defendere, quam tamen responsonem reprobatur.
 - 48 Reprobat auctor dictam difficultatem duobus modis, & de primo modo hic agit.
 - 49 Assignat secundam responsonem.
 - 50 Declarat hunc tex. necessario intelligendum esse, quando antequam contractus haberetur pro perfecto, initium fuit prædictum pactum, & ibi clare declarat.
 - 51 Colligit ex supra dictis, quod ubi tempore celebrati contractus declaratum est, quod Reus aliquo certo loco teneretur respondere, tacite videtur conventum, quod in loco contractus non teneatur.
 - 52 Movet contra proximam resolutionem difficultatem ex Sapia. hic n. 1.
 - 53 Tradit ad dictam difficultatem responsonem ex Curtio Juniori hic n. 1.
 - 54 Reprobat prædictam responsonem.
 - 55 Inter tacitum & expressum regulariter non est constituenda differentia.
 - 56 Respondet actor prædicta difficultati.
 - 57 Si contractum sit in certo loco, & in alio destinetur solutio, non sortietur promissor forum in loco contractus, nec poterit in eo conveniri etiam si ibi reperiantur, & ibi conclusionem late probat.
 - 58 Advertit prædictam conclusionem tantum veram esse, quando questio est, in quo loco contrahens forum sortietur.
 - 59 Docet, quod, quoad omnes alios effectus, attenditur potius locus, in quo verba contractus fuerunt prolata, quam locus, in quem collata fuerit solutio.
 - 60 Adducit pro eadem communi opinione reg. l. si fundus infra de evictionibus, quem ad id expendit.
 - 61 Quando inter partes dubitatur, de qua moneta fuerit intellectum à partibus, attenditur locus contractus, & non ille, in quem collata fuit solutio.
 - 62 Ponderat etiam, quod quoad solemnitates attenditur locus contractus.
 - 63 Tradit contrariam opinionem, imo quod quoad omnes effectus debeat attendi locus, in quem collata fuit solutio, & Doctores qui illam tenent recenset, & eorum fundamenta.
 - 64 Magis communem opinionem amplectitur, & ad in contrarium adducta respondet, & in primis ad generalitatem dicta l. contraxisse.
 - 65 Fictio locum non habet, nisi in casibus, in quibus expresse invenitur inducta.
 - 66 Respondet ad l. in principio, juncta glos. verb. contractum, infra de usuris.
 - 67 Respondet ad l. exigere dotem, infra eod.
 - 68 Opponit contra dictam responsonem ex Bart. in d. l. exigere dotem, n. 1. & responsonem tradit.
 - 69 Reprobat proximam responsonem, & veriorem responsonem assignat, & distinguendo procedit.
 - 70 Si post statutum respiciat formam contractus, sive obligationem ex eo resultantem, debet inspicere locus, in quo negotium gestum est.
 - 71 Si statutum respiciat executionem sive effectum executionis, attenditur locus in quem solutio, & sic executio actus collata est.
 - 72 Docet quod in his, quæ respiciunt obligationem contrahendam, & consequenter directe, & immediate ex natura obligationis procedunt, attenditur locus contractus.
 - 73 Tradit, veram esse opinionem Bart. l. semper in stipulationibus, n. 2. inf. de regul. jur.
 - 74 Ubi questio fuerit, utrum contractus habeat solemnitates requisitas, debet attendi locus, in quo negotium gestum est, & non locus, in quem fuit collata solutio.
 - 75 Explicat Ordin. Portugallia lib. 3. tit. 59. §. 1.
 - 76 Proxime resoluta procedunt etiam in terminis juris communi.
 - 77 Gabella solvenda est in loco, in quo negotium gestum est, & non in loco, in quem confertur solutio.
 - 78 Gabella est onus contractus, & obligationis, non autem onus traditionis.
 - 79 Gabella pertinet ejus solutio ad firmitatem contractus si enim non solvatur nihil valebit contractus.
 - 80 Refert opinionem contrariam, imo gabellam esse solvendam in loco, in quem collata fuit solutio & Doctores, qui hanc opinionem tenent, & eorum fundamenta adducit.
 - 81 Reprobat proximam opinionem, & ad argumenta illius respondet.
 - 82 Respondet ad primam rationem.
 - 83 Respondet ad secundam, & ostendit, verius esse quod gabella debetur ratione contractus, licet traditio postea non intervenerit.
 - 84 Refert quid in Regno Castella circa hunc articulum fuerit observatum.

- 85 Ostendit leges Castellæ n. proximo relatas, discrepare a jure communi.
- 86 Dispositio l. Cast. inducta fuit ad evitandas fraudes, quæ fieri poterant gabellariis, in quorum districtu essent res venditæ.
- 87 Ostendit d. l. Cast. omnino voluisse, quod gabella solveretur in loco, ubi res erat tempore venditionis, etiamsi in alio loco traderetur.
- 88 Tradit quid in hoc casu in regno Port. disponatur.
- 89 Ubi lex, vel statutum habet tacitam vel expressam relationem ad executionem contractus, semper debet attendi locus, in quo debet fieri executio sive solutio.
- 90 Tradit ex Panor. quod ad solemnitatem consuecendi contractum dotalem, debet observari consuetudo loci, in quo fit contractus.
- 91 Item respicitur locus contractus, quoad respicientia initium obligationis, & quæ in eo loco consueverunt interponi in contractibus dotalibus.
- 92 Quando agitur de respicientibus executionem sive de aliis, quæ contingunt contractui jam perfecto, debet attendi statutum loci in quem fuit collata solutio sive executio.
- 93 Concludit, quod in terminis doctrinæ Bart. d. leg. exigere dotem, n. 1. merito debeat considerari locus domicilii mariti.
- 94 Tradit ultimam limitationem ad conclusionem nostram text. ut non procedat, si contrahens cum aliquo sciat eum statim recessurum esse.
- 95 Examinat, cui incumbat onus probandi, quod scilicet contractum sit cum statim recessuro.
- 96 Tradit ad resolutionem hujus conclusionis distinctionem Bart. hic n. 1.
- 97 Reprobatur dictum Alex. cons. 89. n. 1. & 2. lib. 7.
- 98 Respondet ad rationem Alex. de qua proxime.
- 99 Reprobatur etiam considerationem Lancelot. Dec. hic col. 1. ad medium.
- 100 Explicat d. Bar. hic n. 5. Angel. n. 9.
- 101 Pergula adhibetur pro loco ab omnibus lateribus aperto in quo res exponuntur venales.
- 102 Movet difficultatem contra proximam illationem.
- 103 Aget difficultatem ex text. in c. 1. §. nec etiam de foro competentium 6.
- 104 Tradit etiam pro eadem parte leg. unica, Codice de nundinis.
- 105 Supra traditam illationem probat, quia magis communiter recepta est, & ad difficultates supra moras respondet.
- 106 Respondet ad primam difficultatem de qua n. 102.
- 107 Refert ex Panor. quod si quis vivit ad nundinas, vel ad alium certum locum, ea mente ut ibi contrahat, poterit nihilominus pro contractibus ibi celebratis conveniri.
- 108 Fassetur Author, proximam conclusionem nullo modo esse admittendam, cum illi expresse repugnet in textibus.
- 109 Respondet ad d. cap. 1. de quo in secunda difficultate, n. 103.
- 110 Respondet ad legem unicam Cod. nundinis de qua n. 104.
- 111 In nundinis quis non potest conveniri pro contractibus alibi gestis, sed tantum pro gestis in nundinis, dummodo ibi pergulam habeat.
- 112 Tradit annotationem ad traditam hic per Barro. col. 2. & ibi ponit exemplum.
- 113 Refert resolutionem Pauli Castrensis circa hanc materiam.
- 114 Tradit etiam dict. Baldi in rubrica, nus. 5. C. quæ in fraude creditorum.
- 115 Quando simpliciter traditur res, videtur habita fides de pretio, si tantum contrahatur cum advena, non creditur habitam fuisse fidem de pretio.
- 116 Advertit Author, omnes Doctorum traditiones sup-

- relatas videri confundi per istum textum, & illis admittis inuiles fere illius regulæ manere.
- 117 Advertit rem gl. hic verbo domicilium in fin. communiter reprobari.
- 118 Quando quis à principio personam approbavit, non poterit ex post facto eum cogere ad præstationem cautionis.
- 119 Tradit ex Bar. quod iudex non debet procedere ad sequestrum rei, debet cogere Reum ad satis dandum quando ejus persona fuit approbata per actorem.
- 120 Debitor tanquam fugitivus capi non potest, si creditor tempore contractus sciebat ejus conditionem, neque aliquid supervenit de novo.
- 121 Amplectitur hanc opinionem, & ad rationes pro magis communi responderet, & ad primam responderet hic.
- 122 Tradit differentiam inter contrahentem cum advena non habente pergulam, vel illam habente.
- 123 Explicat rationem prædictæ differentie.
- 124 Adducit traditionem Panormitan. c. fin. n. 33. de foro competentium.
- 125 Respondet ad rationem Pan. de qua proxime.
- 126 Approbat d. traditionem Panor. & optimo fundamentum confirmat.
- 127 In judiciis necessario debet intervenire procurator & advocatus, quibus iudex debet constituere competens salarium.
- 128 Respondet ad c. 1. §. nec etiam, de foro competentium in 6. & declarat quo casu procedat.
- 129 Ostendit, quod licet sit verior opinio, quam defendit contra magis communem tamen vadit casum, in quo magis communis defendi potest.
- 130 Si quis fuerit forum sortitus in loco contractus & postea in eo reperitur tanquam advena nihilominus poterit in eo conveniri.
- 131 Tradit elegantem additionem ad proximam resolutam.
- 132 Tradit proximam additionem reprobari ab Alber. hic num. 9. & Paul. Castrensis, & eorum fundamenta adducit.
- 133 Approbat prædictam additionem, & ad rationem in contrarium adductam responderet.
- 134 Qui contulit solutionem in alium locum, duo videtur fecisse, scilicet, quod ibi videatur contrahere juris fictione, nem. quod promittit in eodem loco solvere secundum veritatem.
- 135 Expressum fecit cessare tacitum.
- 136 Aget de interpretatione text. l. qui manumittuntur, vers. sed est, supra quibus ex causis majores.
- 137 Explicat gl. hic verb. quotquot.
- 138 Examinat item aliam d. gl. traditionem circa id quod subdit, legatum, si tanquam advena contraxerit, Romæ conveniri posse.
- 139 Proximam gl. traditionem reprobat.
- 140 Examinat item dictam traditionem gl. & rationem qua movetur ad resolutionem, de qua num. 138. exprimit.
- 141 Rejicit dictam rationem.
- 142 Ostendit verius esse, ut etiam in legato observetur ist. hujus text.
- 143 Licet legatus, Romæ contraxerit privilegium legationis eo casu qui amiserit, & ibi pro contractu conveniri possit, tamen si ut advena contraxerit, non admittit privilegium.
- 144 Declarat, qua ratione legatus si contraxerit Romæ ut advena, ibi conveniri possit tanquam in communi patria, & quando habebit privilegium revocandi domum, & effectus, qui ex hoc resultabunt.
- 145 Tradit ex Castrensis, hic n. 7. quod licet habens pergulam in loco, possit in eo conveniri, non tamen ob id dicitur in eo loco habuisse domicilium, & sublata pergula in eo conveniri potest.
- 146 Refert ex eodem Cast. quod si is in loco, in quo habuit pergulam reliquit in sitorem, poterit in sitore pro domino

- domino absente conveniri, & procedatur contra eum, ac si vero domicilio abesset.
 - 147 Reprobatur proximam resolutionem, & ostendit, quo casu in sitore solam potuit obligari.
 - 148 Aget de explanatione gl. hic verbo debet, ex qua colligit, quem pluribus modis forum sortiri.
 - 149 Assumit autor ad tractandam ultimam modum sortiendi forum, scilicet ratione commissi delicti.
- L**ICET exempla specialia §. præcedentis, videantur pertinere, ad quasi contractus in certo loco celebratos, tamen quia addita sunt ea clausula generalis (vel quid aliud, ex quo obligatio oritur) ex ea insert Jureconsultus in præsentem, quod si quis verum, & proprium contractum celebraverit in aliquo loco, in eo conveniri potest, quamvis Bart. hic in principio aliter explicet: Ex hoc igitur in principio ita explicato, colligitur conclusio, quod ratione contractus aliquo loco celebrati; quis sortitur forum, concordat cap. fin. de foro compet. leg. 32. tit. 2. partit. 3. & ibi latè Gregor. verb. en quella tierra. Et intellige conclusionem de contractu largo modo sumpto: quatenus significat conventionem, ex qua oritur obligatio, ut colligitur ex §. præcedent. & leg. omnem infra eod.
- Non tamen de contractu strictè sumpto: quatenus significat contractum ex utraque parte obligatorum juxta leg. habeo §. contrahentem infra de verb. sign. ut admonet Pa. c. fin. num. 29. & ibi Felin. nu. 27. de foro comp. & prosequitur Anton. de Matth. de prorogatione jurisdictionis num. 63.
- Hanc tamen conclusionem ita explicatam tribus ampliabilis modis, & aliis tribus limitabis: & ita remanebit perfectè explicata. Prima igitur ampliatio sit, ut hæc conclusio procedat, etiamsi contrahens habeat privilegium, ne conveniatur, nisi coram certo Judice. Nam non obstante privilegio coram Judice contractus conveniri potest, c. delicti de foro compet. c. 1. de privileg. in 6. ordin. Portugallie lib. 3. tit. 6. §. 3. nova recopilationis, in qua exprimitur ratio hujus conclusionis. Quinimò non solum pro obligatione principali resistenti ex contractu, poterit eo loco contrahens conveniri, sed & pro secundaria obligatione, quæ inducitur ad damna & interesse propter moram non solventis suo tempore, ut probat dict. cap. delicti, & ibi notat Panor. num. 6. c. fin. n. 19. de foro compet. Jas. l. 1. n. 6. sup. de eo quod certo loco, Dec. l. si conveniri n. 31. sup. de jurisdictione omn. jud.
- Amplia tamen secundo ut si quis tempore contractus habeat domicilium in certo loco, & post ea illud mutavit, poterit nihilominus conveniri in loco domicilii antiqui, in quo contraxit, ut probat l. 2. C. de jur. omn. jud. & ibi notat Bar. nu. 1. Imol. c. pen. num. 5. de foro comp. Aret. c. quia l. num. 14. de jud. & cons. 135. n. 2. Est tamen advertendum, quod aut isti intelligunt, quod is qui mutavit domicilium antiquum, potest conveniri in domicilio antiquo ratione ipsius domicilii, & id est falsum: quia per mutationem domicilii forus antiqui domicilii omnino extinguitur l. cum quædam supra de jurisdic. omn. jud. aut intelligunt quod in loco domicilii antiqui potest conveniri: non ratione domicilii, sed ratione contractus in eo celebrati, & tunc verum dicunt: nam licet per mutationem domicilii, extingatur forus domicilii, non tamen extinguitur forus contractus ibi celebrati, & ad hunc modum debet declarari dict. leg. ut per Panor. c. penult. num. 8. & ibi Felin. num. 2. de foro competent. Dec. dicit. leg. cum quædam numer. 4. & ibi Curt. Junior. numer. 8. & idem Curt. Junior. §. præcedent. numer. 2. & eleganter comprobat Matianus c. fin. numer. 56. de foro competentium, quicquid impugnet, & re-

luctetur Aretin. consil. 35. numer. 2.

Amplia tamen tertio, ut quemadmodum, quis in loco contractus conveniri potest: ita etiam conveniatur in loco distractus, ut probat is textus in fine ibi distractus & l. exigere dotem infra eodem, & l. qui certo loco supra de conditio indebiti, nam contractus & distractus, à pari procedunt leg. Pomponius §. 13 præterea, & ibi notant Angel. & Alex. num. 4. infra de acquir. possess. & ita hanc ampliationem assignarunt Alber. Angel. Paul. & Jacobina. l. exigere dotem infra eodem. Curt. Jun. §. præced. nu. 1. & plures quos refert Tiraquel. post ill. connubiales. gloſ. 5. num. 8.

Sed circa hanc ampliationem advertendum est, jura adducta pro hac ampliatione loqui, quando in certo loco celebratus est distractus: tunc enim quoad concernentia ipsum distractum certum est, distractantes in eo loco forum sortiri. Sed si ponas contractum fuisse celebratum in certo loco, & tamen unam ex partibus velle agere ad illius rescissionem, & sic ad distractum, non poterit de hoc agi in loco contractus: nam cum non agatur de observantia contractus, sed magis de ejus dissolutione, non debet de hoc agi in foro contractus, sed potius actor debet sequi forum rei, cui convenit text. l. 2. Cod. ubi & apud quem & ibi notant Bald. & Paul. Aber. l. exigere dotem, infra eod. num. 2. Socin. regul. 160. & alii relati per Tiraqu. lib. 1. retract. §. 8. gl. 5. num. 1. eleganter Thesau. dec. l. Ped. 14. Gutier. in Can. q. c. 34. num. 9. & Greg. leg. 32. tit. 3. part. tit. 3. verb. en aquella tierra. Unde licet contra hunc in loco contractus inveniatur, non poterit tamen in eodem loco conveniri ad distractum, cum de re contraria contractui agatur, ut clarè sentit d. leg. 2. & ibi notat Bal. & Paul. Jason. l. qui certo loco col. 2. supra de conditio indebiti Lancel. Dec. hic in fine Curt. Jun. num. 12. Alex. cons. 100. n. 12. lib. 3. Dec. in rubr. 1. lectura col. 3. in princ. de judic. Ant. Rube. l. vinum num. 134. supra si certum petatur, Greg. l. 32. tit. 2. part. 3. verb. en aquella tierra col. 1. ad finem, & tandem magis probat Cald. leg. si curatorem verb. implorandum num. 30. ad finem Cod. de integrum restitutione.

Sed adversus prædictam declarationem nimis videtur obſtare l. in contractibus §. in omni C. de non numerata pecunia in qua confessus recepisse mutuum, potest in loco contractus oponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ ex se tendit ad rescissionem mutui eo loco accepti, & ibi notat Bal. ac ita videtur probare text. quod in loco contractus potest etiam agi ad rescissionem illius, ad quod illum text. extollit Romanus singulari 470. Felin. cap. final. num. 24. ad finem, de foro competentium, afferens id esse indubitable, si partes inveniatur in loco ipsius contractus, quod & probat Rogerius à Mora hic num. 28. Dec. l. vinum n. 11. supra si certum petatur Curt. Jun. in rubr. n. 16. C. de elendo, Covar. alios referens, & idem probans resol. lib. 1. c. 4. num. 1. ubi ex mente aliorum responderet ad d. l. 2. C. ubi & apud quem, esse intelligendam, quando partes non inveniuntur in loco contractus. Nam si in eo reperientur, admitteretur ille, qui agit ad rescissionem contractus: quod latè confirmat Caldas l. si curatorem verb. implorandum num. 30. C. de restitutione in integrum. Veram tamen responsionem assignat Author. à num. 21.

Cæterum non placet hæc responsio ad dict. leg. 2. tum quia divinat, tum etiam quia reddit illum textum indubitabilem, cum certum sit, in loco contractus quem non conveniri, etiam ad observantiam illius nisi in eo reperitur, §. 1. supra hac leg. & ca. 1. §. contrahente, de foro compet. in 6. & in terminis advertit Ant. Rube. l. vinum. n. 135. supra si certum petatur.

- 19 *petatur*. Præterea *diff. leg. 2.* dicit, quod ubi transactio perfecta est si de ea rescindenda agatur, debet fieri conventio in domicilio rei conventi, Ergo aperte sentit, quod non poterit fieri conventio, in loco contractus, ut ibi advertit Bart. colligens ex textu, quod restitutio non est petenda in loco contractus, sed in domicilio rei conveniendi, & ita etiam Fulgos. *verum §. ex facto num. 5. sup. de minoribus, Beroius c. 1. num. 162. de restit. in integrum, Bernard. Diaz. regul. 219 in secunda fallentia.*
- 21 Cum * igitur in *diff. leg. 2.* videatur text. expressus pro prædicta declaratione, nec illi bene respondeatur, non est ab illa ullo modo recedendum: quaretenta non obtinet textus pro contraria parte principaliter adductus *leg. in contractibus §. in omni Cod. de non n. pecun.* quia primò responderi potest ex doctrina Bart. *leg. si societatem §. arbitratorum num. 19. supra pro socio,* quam uti receptam probat Thesaur. *decis. Pedamo. 14. & Caldas diff. l. si curatorem, verb. implorandum numer. 30. ad finem,* quod aut rescissio contractus petitur jurisdictionis, & procedit *decis. diff. leg. 2.* quod coram Judice rei agendum est juxta regulam *leg. 2. Cod. de jurisd. omni. jud. & idem si præterea rescissio implorato officio Judicis nobili, quod vicem actionis obtinet c. fin. de offic. jud. in quibus terminis propriè loquitur *diff. leg. 2. Cod. ubi & apud quem.* Cæterum si id præterea datur exceptione proposita, & tunc proponi poterit coram Judice excipientis secundum rei naturam: nam cum actor debeat excipientem convenire coram suo Judice, nulla sit injuria actori, si exceptio etiam tendens ad rescissionem contractus, coram, Judice rei proponatur *diff. l. in contract. §. in omni.* Nam * & in simili videmus, quod in terminis *leg. diffamari Cod. de ingen. & manumiss.* cum diffamatus suslinet vicem rei, coram suo Judice, potest proponere prædictum remedium: quia actor diffamans, necessario diffamatum coram suo Judice tenebatur convenire, ut ubi *resolvit Cagn. num. 9. post Alex. conf. 103. lib. 5. & notab. Greg. leg. 45. tit. 2. part. 3. verb. aliter.**
- 24 Cæterum * quamvis prædicta responsio videatur applaudere, tamen probanda non est: quia doctrina Bart. supra relata, in qua illa fundatur, non est tuta ut ostendit Covar. *resolutionum lib. 2. c. 12. nu. 1. ad finem,* tum etiam, quia non adaptatur verbis *diff. §. in omni:* neque enim præcipit exceptionem proponi coram Judice excipientis, sed potius coram Judice loci, in quo fuit celebratus contractus
- 25 mutui: & idèo verior responsio est: quod aut contractus est perfectus ex utraque parte, & postea propter aliquam qualitatem extrinsecam, præterea rescindi, ut procedit decisio, *diff. leg. 2. C. ubi & apud quem.* Et est ratio, quia cum perfecto contractu sublata sit actio oriens ex contractu, in *princip. Inst. quibus modis tollitur obligatio,* in consequentiam sublatus videtur forus, ad ejus implementum inductus *leg. cum principalis infra de reg. jur. & in specie c. dilecti, de foro comp. & ibi Panorm. n. 6.* Sed si contractus non fuit perfectus ex utraque parte: quia cessat ratio, de qua supra adhuc durat forus contractus, & consequenter in eodem loco poterit agi de ejus rescissione, nisi contractus proficiatur à contrahentibus & in his terminis procedit *diff. §. in omni* nam exceptio non numeratæ pecuniæ, in effectu importat, contractum non fuisse impletum ex utraque parte, & idèo in loco contractus de hoc defectu agendum est, ut est de mente Alciat. *l. vinum n. 32. supra si certum petatur,* & idèo etiam de nullitate contractus in eodem loco agendum est, quia præterea dicitur, contractum non fuisse perfectum, quod colligitur ex *diff. leg. secundo Codic. ubi & apud quem, ibi perfecta, & tradit Bald. l. per scriptione nu.*

numer. 15. post medium, Codic. si contra jus.

Et † ex hac vera responsione, inferitur annotatio ad tradita per Albe. & Alex. *nu. 6. Jason. nu. 12. Dec. n. 11. l. vinum supra si certum petatur.* dum dicunt, quod si contractus gestus est in uno loco, & res tradenda est in alio, & præterea datur læsio ultra dimidiam: ad constituendam læsionem, non debet considerari locus contractus: sed locus in quo debet fieri traditio, allegant *leg. 3. §. fin. sup. de actio. & empt.* Nam dum præsupponunt: in loco, in quo facienda est traditio, agi posse de rescissione contractus propter læsionem ultra dimidiam, falsum est & contra decisionem *diff. leg. 2. Cod. ubi & apud quem,* ut in specie advertit Jas. *l. 2. num. 4. sup. de eo quod certo loco, Roland. conf. 26. num. 34. lib. 2. 28* Item * dum præsupponunt, quod in constituenda læsione ultra dimidiam, non debeat attendi locus contractus, sed locus, in quo facienda erat traditio, etiam falsum videtur ex doctrina Bart. *l. 1. nu. 20. C. de Summa Trinit. recepta,* ut ibi asserat Joan. Bapt. *num. 132. quod in recipientibus initium contractus † debet considerari locus contractus, & non locus traditionis, leg. si fundus infra de evictio.* Sed prædicta læsio respicit initium contractus: ergo quoad eam locus contractus inspiciendus est, & non locus traditionis, quod ita post alios resolvit Jason. *l. 2. num. 4. sup. de eo, qui certo loco, Marian. cap. dilecti col. final. de foro compet. Roland. conf. 100. à num. 13. lib. 3.*

Vel † pro concordia opinionum dicendum est, quod licet ad constituendum, utrum intervenerit læsio ultra dimidiam, debeat inspicere locus contractus *diff. leg. si fundus infra de evictio.* Tamen modus hoc probandi necessario debet incipere à loco traditionis, nam in eo loco debet videri, quantum illa res communiter valeat *leg. 3. §. fin. sup. de actio. empti. & promisso hoc valore tunc in loco contractus considerabitur.* Utrum juxta illud intervenerit prædicta læsio, ut est de mente Alciat. *l. vinum, n. 32. supra si certum petatur.*

Secundò * inferitur, quod si Ecclesia per restitutionem in integrum petat rescissionem contractus, debeat illam petere in foro rei conventi, *diff. l. 2. C. ubi & apud quem,* nam Ecclesia adrix tenetur * sequi forum rei, *cap. cum sit generale, de foro competenti,* quod ita tenet Covar. *resol. lib. 1. c. 4. nu. 2. & Beroius c. 1. n. 162. de restit. in integrum Caldas l. si curatorem verb. implorandum, n. 32. C. de in integ. restitutione.*

Contrarium * tamen, imò Ecclesiam posse petere hanc restitutionem, & consequenter rescissionem contractus, coram Judice Ecclesiastico, videtur probare *cap. 1. & c. constitutus, de restit. in integrum, cap. penult. de rebus Eccles. & per ea jura tenet Innoc. cap. cum sit generale, in fine de foro competenti. Roman. sing. 112. Bernard. Diaz. regul. 219. in 2. fallentia & esse magis receptam opinionem fatetur Covar. ubi supra & Ant. de Matth. de prorog. jurisd. n. 77. Gutier. in Cannicia quest. c. 24. nu. 10. & probatum est in concordatis † inter Regem Sebastianum & Clerum in 1. concordia 1. nihilominus opinionem supra relata videtur verior per sup. tradita.*

Neque * obstant jura adducta pro magis communis sententia: quia cum in illis non sit principalis quaestio de foro, sed potius de restitutione in integrum petenda quoad forum, absque divinatione possunt præsupponi termini habiles *l. qui testamento §. de testament. & sic, quod illud, quod præsupponunt prædicta jura, proc. dat tantum in terris, in quibus consuetudine obtentum est, ut Laici coram Ecclesiastico respondeant, etiam rei sint, cujus consuetudinis sit mentio, capit. si Clericus Laicum, in fine, de foro competenti.*

Vel

36 Vel * pro concordia dicendum est, regulariter verior esse primam opinionem, limitari tamen non procedere, si læsio contingat per dolum vel malitiam contrahentes: nam is tanquam malefactor Ecclesiæ, ad forum Ecclesiasticum trahi poterit, *d. c. cum sit generale, de foro competenti.* & quamvis Panorm. *ibi num. 12. & Felin. col. 2. ad finem,* intelligant, item admittendum esse in dolo re ipsa quando scilicet intervenit magna læsio *si leg. super fite Codic. de dolo leg. si quis cum aliter infra de verbor. obligatione,* non placet tamen, quia is propriè non potest dici malefactor Ecclesiæ: tantum ergo eorum dictum admitti potest: quando fuerit enormissima

37 læsio: nam tunc dolo re ipsa æquiparatur dolo ex proposito *diff. leg. si super fite Codic. de dolo, resolvit Cagnol. l. 2. à n. 98. C. de rescind. vend. & ad hunc modum intelligi potest c. pen. de rebus Ecclesie non alienandis.*

38 Ultimò † inferitur, quod si quis præterea datur læsionem in arbitrato: debet id petere coram Judice illius, in cujus favorem lata fuit sententia *diff. leg. 2. C. ubi & apud quem, & ibi tradit Bart. num. 1. ad finem, & Salyc. num. 1. eleganter explicans Fulgos. leg. verum §. ex facto num. 5. supra de minoribus, notab. Covar. resolvit. lib. 2. c. 12. num. 11. & melius præterea Thesaur. decisio Pedemontan. 14. quod tamen in Regno Castellæ non observabitur, in quo sententia arbitratoris habet executionem paratam *leg. 4. tit. 21. lib. 4. ordinam.* Nam cum tunc querela sit de ipsa sententia, recurrendum est ad superiorem arbitratoris, qui tulit sententiam. Et idem observabitur in aliis Regnis, & Provinciis, in quibus prædictæ sententiæ habuerint executionem paratam, & probat *lex. 23. ad medium tit. 4. partit. 3. & ibi Greg. verb. de aquel. & tradit Avenanus lib. 1. de exequentis mandatis, c. 1. num. 17. & Azved. l. 2. tit. 12. lib. 4. ordinam. n. 168. & est elegans doctrina Bart. l. 2. n. 2. C. ubi & apud quem.**

41 Conclusionem † hujus textus ita ampliatam limita primò, si in loco contractus reperitur contrahens ex causa tamen probabili & necessaria, tunc enim in loco contractus conveniri non potest, quia ei competit jus revocandi domum, *cap. final. de foro competenti, tenet gl. l. 2. §. legatis verb. destinati sup. eodem,* probat Paul. & Jacobin. uterque *num. 3. l. 2. §. omnes, sup. eodem, & Marian. c. final. num. 63. ad finem de foro competenti, Covarruv. practicarum quaestionum c. 5. n. 3. ad finem.*

42 Quam † tamen limitationem impugnat Felin. *ca. fin. col. antepenult. ad finem, de foro competenti per textum l. 2. §. legatis, vers. omnes supra eodem,* ubi textus clarè probat, quod si quis ex causa necessaria, & probabili, reperitur, in loco contractus, poterit ibi conveniri, nec habet jus revocandi domum, neque * satisfacit responsio gl. ibi *verbo contraxerunt,* quod textus ille procedat quando quis Romæ contraxit: & sic duplici ratione ibi fortiebatur forum: & ratione communis Patriæ, & ratione contractus. Si autem forum fortiretur ratione solius contractus, in prædictis terminis haberet jus revocandi domum. Nam hæc responsio restrinxit textus illius generalitatem, item & generalitatem *c. dilecti, de foro competenti,* & idèo verior videtur opinio Felin. quam & nos probavimus *leg. 2. §. legatis supra eodem.*

44 Pro * concordia autem videtur dicendum, quod ille, qui reperitur in loco contractus, in eo conveniri potest etiam si illic venerit ex probabili & necessaria causa: quia forus contractus fortior censetur, ut pote inductus propter factum voluntarium partis, ut advertit Curt. Jun. *diff. §. legatis, ver. omnes numer. 7.* Si autem invenitur in loco, in quo conveniri potest, quia dicitur communis Petri Barbosa, Comment. de judiciis.

Patria *leg. Roma ad municipium.* Et ibi sit ex causa probabili & necessaria, ei competit jus revocandi domum: quia cessat prædicta ratio, *cap. de foro competenti.* Et idem erit admittendum, si reperitur in loco originis propriæ, vel patriæ, quia eadem militat ratio, unde etiam hoc casu ei competit jus revocandi domum, *Paul. leg. 2. §. legatis numer. 6. & ibi Jacobin. ad finem supra eod.*

Secundò * limita conclusionem hujus textus, ni si conventum sit, quod contrahens non defendat se, in loco contractus, sed in alio loco, vel etiam, ut solveret alio loco, tunc enim non poterit conveniri, nec cogetur se defendere in loco contractus, sed in loco convento, vel in quem fuit collata solutio, ut probat is textus in principio, & l. 2. infra de bonis Authent. Judicis, & l. contraxisse infra de action. & obligat. tradit Panorm. *c. final. num. 30. de foro competenti, & ante eum Bal. leg. si quis in conscribendo, n. 4. C. de Episcopis & Clericis.*

Est * nihilominus advertendum, quod adversus 46 specialem conclusionem hujus text. ea difficultas videtur obflare, quod hoc pactum, quod contrahens, in alio loco se defenderet, in effectu importat, quod in alio loco, quam contractus conveniretur: quod quidem pactum inefficax censetur *l. si convenit, supra de jurisdictione omnium judicum.* Cui 47 difficultati responderi gl. hic verb. defenderet, quod pactum, quod alio loco, quam contractus, defendatur, impedit quidem forum, qui aliàs ratione contractus videtur contrahi, cæterum non est sufficiens ad constituendum non novum forum in loco, in quo promissit respondere, *arg. l. si convenit sup. de jurisdictione omnium judicum, subscribunt Bart. & Alber. hic n. 9. & Fulgos. n. 6. & receptam esse responsionem asserunt anceps Dec. hic col. 1. ad finem, Curt. Jun. n. 6. Sapien. n. 9. Petrus Gregor. c. 1. n. 92. ad medium, de sponsalibus.* Quæ tamen responsio non est admittenda, neque enim verisimile est, textum agentem de foro ratione contractus, proposuisse exemplum in pacto inefficaci, quod forus contractus non constitueretur.

Et * idèo prædicta difficultati ego respondeo 48 duobus modis. Primus, quod locus iste, in quo contrahens promissit respondere, subrogatur loco fori contractus *l. contraxisse infra de action. & obligat.* prout igitur sine dubio valeret pactum, quod contrahens convenitur in loco contractus, *c. dilecti, de foro competenti,* pariter, & valebit pactum, quod conveniatur in quo: unque alio subrogato loco contractus, *argumen. leg. si cum §. qui injuriarum, sup. si quis cautio.*

Secundò † respondeo, quod *diff. leg. si convenit* 49 rit, non probat pactum de respondendo in certo loco esse invalidum, sed tantum quod propter illud tanquam nudum, non est compellendus promissor in eo respondere, ut *laciis diximus l. 1. sup. eod.* Cum igitur in nostro casu pactum nudum de respondendo in certo loco cohareat contractui principali, vestitur coherencia contractus, juxta regulam *leg. jurisgentium §. Quintimò supra de pactis,* sic propter illud tanquam vestitum cogetur promissor respondere in loco expresso, & ita Speculator *titul. de compet. judicis additione n. 18. in fine abbe. hic & l. 1. nu. final. Codic. de jurisdictione omnium judicum, Alexand. d. l. si convenit n. 5.*

Et * idèo is textus necessario intelligendus est, 50 quod quando, antequam contractus haberetur pro perfecto, initium fuit prædictum pactum, *argumento leg. contractus, Codic. de fidei instrumento.* nam si perfectus jam contractus, hoc pactum iniretur, tunc non impediretur forus contractus jam perfecti, sed pactum tanquam coherens con-

tractui principali adderet novum forum, & illum accumularer præcedenti, argum. l. final. Codic. de uſuris rei iudicate, & poſt Antonium tradit Deci. leg. ſi conuenerit, n. 31. ad finem, ſupra de iuriſdictione omni. iudicum, Baptiſt. l. 1. n. 130. Cod. de Summa Trinitat. & ante eos Peruſin. cap. 1. neque etiam in fine, de foro competentis in 6.

51 Juxta quas reſponſiones colligendum eſt, ex iſto textu, quòd ubi tempore celebrati contractus declaratum eſt, quòd reus aliquo certo loco teneretur reſpondere, tacite videtur conuentum, quòd in loco contractus non teneretur reſpon-

52 dere, circa quòd tamen Sapia. hic numero primo eam mouet difficultatem, quòd hoc admiſſo, nunquam quis poſſet conueniri in loco contractus. Tatet quia ſi conuentum eſſet, ut reſponderet alio loco, non poterit conueniri in loco contractus, ut dictum eſt. Si verò nullus alius locus ſit expreſſus, ſed ſimpliciter contrahatur: tacite videtur conuentum, ut reſponderet in loco, quo petitum eſſet, leg. vinum infra, ſi certum petatur tradit Bartol. leg. quòd ſi Epheſ. num. 2. infra de eo quòd certo loco, & leg. item illa num. 7. de conſtit. pecun. Ergò etiam hoc caſu non poterit conueniri in loco

53 contractus. Et * ſuper hac difficultate reliquit cogitandum. Sed illi reſpondet Curtius Jun. hic eodem. 1. quòd hoc ſecundo caſu non fuit expreſſe conuentum, quòd contrahens reſponderet in loco, ubi petitum eſſet, ſed tantum tacite, quæ tacita conuentio non eſt ſufficiens ad impediendum forum contractus, quam reſponſionem repetit l.

54 exigere dotem, numero 4. infra eodem. Sed * non placet hæc reſponſio, quia inter tacitum & expreſſum regulariter non eſt conſtituenda differentia, leg. cum quid, ſupra ſi certum petatur. Et * ideò in ſpecie eam non admittunt Panormitan. c. fin. num. 32. ad finem & ibi Felinus num. 17. de foro competentis, l. eciam, cap. 1. in lectura 1. col. 22. ad finem de iudic. Baptiſt. leg. 1. num. 130. Cod. de Summa Trinitat.

56 Et * ideò ultra alios prædictæ difficultati ego reſpondeo, quòd in hac conuentione promitto ſolueret, ubicunque petitum ſit: ideò non excluditur locus contractus, quia illa generalis conuentio importat, ut in quocunque loco inueniatur, poſſit in eo conueniri, ac ſi in eo contraxiſſet leg. Titium & Mariam 48. §. 1. infra de adminiſtrat. tutorum, & ideò ſi inueniatur in loco contractus, in eo etiam poterit conueniri, quali concurrentibus in hoc caſu generali & ſpeciali conuentione l. g. 1. cum gl. ſupra de eo quòd certo loco, & ſic ceſſat difficultas.

57 Illud * certum eſt, quòd ſi contractum ſit in certo loco, & in alium deſtinetur ſolutio: non fortiretur promiſſor forum in loco contractus, & ideò in eo conueniri non poſſet, etiam ſi in eo reperitur, l. 3. infra de bonis Auth. iudic. poſſid. leg. quæro & ibi Bart. infra de ſolutio. Petr. Greg. c. 1. nu. 9. de ſponſalibus, & eſt recepta conſeclio ut per Marianum c. dilecti num. 9. de foro competentis, Panormit. c. final. n. 38. & ibi Felin. num. 19. eo tit. Jaſ. §. plus n. 18. Inſtit. de actiõnib. & leg. 1. num. 4. ſupra de eo quòd certo loco. Socin. reg. 159. in principio, deſendit Curtius Jun. §. apud Labconem num. infra hac l. An. de Matb. de prorogatione iuriſdictionis, nu. 64. & notab. proſequitur Baptiſta Bovius tract. de ſtatutari. urbis præſcriptione, gloſ. 19. à n. 153. quicquid contrarium tenet Lancelotus Dec. §. final. infra hac lege, & clarè id probat leg. 32. tit. 2. part. 3. & ibi notat Gregor. verb. en aquella terra, ad finem. Et ratio hujus conſeclionis eſt, quia juris interpretatione non videtur contractus celebratus in loco, in quo verba contractus fuerunt expreſſa, ſed potius in loco, in quem ſuit deſtinata ſolutio, l. contraxiſſe inf. de actiõn. & oblig.

Atque proinde ſi quis Romæ contraxerit, & in aliam locum conferatur ſolutio, non poterit Romæ conueniri ratione contractus, ſed tantum ratione communis Patriæ, ſi ibi inueniatur, ut poſt Angel. tradit Anol. leg. qui Romæ in principio num. 3. & ibi Socin. num. 1. infra de verborum obligatione, ad quem modum eſt explicandus Jaſon. l. 1. nu. 5. infra de eo quòd certo loco.

Eſt * tamen aduertendum, hanc conſeclionem tantum veram eſſe, quando quæſtio eſt, in quo loco contrahens forum fortiatur. Nam tunc verum eſt quòd eum fortiatur, non in loco, in quo verba contractus fuerunt prolata, ſed potius in loco, in quem ſuit collata ſolutio, ut probant jura ſupra allegata: ſed quoad * omnes alios effectus, attendetur potius locus in quo verba contractus fuerunt prolata, quàm locus, in quem collata fuerit ſolutio. Ita declarat Bartol. leg. 1. num. 16. Codic. de Summa Trinitat. & ibi Baptiſt. n. 130. Purpurat. n. 104. aſſerunt receptum, quòd & probat Bald. l. 1. num. 5. C. ne filius pro patre, Panormit. cap. final. nu. 30. & cap. dilecti num. 5. de foro competentis, Alexand. conf. 41. n. 4. lib. 5. Dec. diſt. l. ſi conuenerit, nu. 32. ſup. de iuriſdict. omnium iudicum, Felin. c. 1. n. 23. de ſponſalibus, & diſt. cap. final. num. 18. de foro competentis, Curtius Jun. l. exigere dotem num. 4. inf. eodem Andr. Siculus conf. 24. col. 2. libr. 3. Caſſan. conf. 7. nu. 2. & Anguſola conf. 38. num. 23. libr. 2. & alii relati per Lambertengum de contract. ſine ſolemnitate factis, gl. 2. num. 34. Pro qua communi ſententia adducitur regula leg. ſi fundus, infra de eviſtõ. ubi quoad modum cavendi de eviſtõ conſideratur locus, in quo verba contractus fuerunt prolata: & ſic probat, quòd in pertinentibus ad obligationem, & corroboracionem illius, attenditur locus, in quo negotium geſtum eſt, & conſeclenter etiam, quoad ea, quæ pertinent ad modum obligationis ferenda ſit, l. ut fundus, inf. commun. diuidend. Et eadem ratione, quando inter partes dubitatur, de qua mota fuerit intellectum à partibus, * attenditur locus contractus, & non ille, in quem ſuit collata ſolutio, Socin. conf. 247. numero 5. libr. 2. limitando tamen ut per Oldrad. conf. 168. numero 1. & Alexand. conf. 21. numero 3. libr. 2. item & limitando alio modo ut per Corn. conf. 244. à numero 18. libr. 2. Similiter * quoad ſolemnitates attenditur locus contractus, Marian. c. fin. num. 47. de foro competentis Ant. Anguſola conf. 38. num. 23. libr. 2. Lambertengus de contractibus ſine ſolemnitate factis, gloſ. 2. à num. 35.

Sed licet hæc ſit magis recepta ſententia, tamen ejus veritate merito dubitari poſſet: nam contrarium, imò quòd quoad omnes effectus debeat attendi locus, in quem ſuit collata ſolutio, tenet Alber. 2. parte ſtatutor. q. 8. n. 3. Rogerius tractat. de dote. §. 20. n. 10. & pro hac ſententia adducitur generalitas d. l. contraxiſſe. Secundò adducitur l. 1. in princip. juncta gl. verb. contractum inf. de uſuris. Tertio adducitur l. exigere dotem, adjunctis notatis ibi per Bart. n. 1. inf. eod.

Sed his non obſtantibus non eſt recedendum à magis recepta opinione, neque obſtant adducta in contrarium: nam ad primum de generalitate diſt. l. contraxiſſe, infra de actiõn. & oblig. reſpondetur, procedere ſecundum iuriſdictionem, ut ex ejus verbis clare conſtat: & ibi notat Ang. in principio, tradit gloſ. l. eum qui §. 1. verb. denegatur infra de conſtitut. pecun. Ang. §. præterea numero 31. Inſtit. de actiõne Felin. cap. final. num. 18. de foro competentis, Jaſon. §. plus nu. 15. Inſtit. de actiõ. Dec. diſt. l. ſi conuenerit n. 32. Cum * autem iuriſdictio locum non habeat, niſi in caſibus, in quibus expreſſe inuenitur inducta, l. 3. §. hæc verba inf. de negotiis geſtis, &

& hæc fictio tantum inueniatur expreſſa, quatenus pertinet ad forum conſtituendum, quoad omnia alia debet prævalere veritas, l. filio quem pater infra de liber. & poſt.

66 Non * obſtat ſecunda diſt. leg. 1. in principio juncta gloſ. verb. contractum infra de uſuris, quia reſpondetur loqui in uſuris, quæ debentur propter moram & negligentiam debitoris non ſolventis ſuo loco, & tempore, & ideo tunc attenditur locus, in quo facienda eſt ſolutio: quaſi in eo prædicta mora videatur contracta, ut ibi declarant Bal. & Fulg. in l. 1. n. 18. C. de Summa Trin.

67 Non * obſtat tertio de l. exigere dotem infra eodem, quia textus tantum probat, quòd reſtitutio dotis tacite videtur collata in domiciliu mariti, ad quòd uxor eſt transferenda: ac ita dos in eo exigenda eſt, rationem reddit Alciar: l. 1. n. 27. Cod. de Summa Trinitat. Eſt * opponas Bart. ibi n. 1. concludere, quòd quatenus pertinet ad lucrum dotis, quòd ſtatutum deſert marito propter onera matrimonii, non debere attendi locum contractus dotalis, ſed locum domiciliu mariti, in quòd tacite cenſetur collata ſolutio, & tamen hoc caſu, cum videatur agi de obligatione contrahenda, debuit potius inſpicì locus contractus dotalis leg. ſi fundus infra de eviſtõ. reſpondet Bartol. ubi ſupra, id ſpecialiter procedere favore dotis: quam ſolutionem repetit. l. 1. numero 17. C. de Summa Trinitate, & ſubſcribit Panormitan. cap. final. num. 30. de foro competentis, Alexand. conf. 100. num. 15. l. 3. And. Sicul. conf. 24. col. 2. l. 1. Affiliis dec. 226. num. 4.

Quæ * tamen ſolutio non placet, quia reſugium eſt miſerorum reſpondere, quòd illud ſit ſpeciale, & ideo melius reſpondetur ex communi Doctõrum reſolutione, quam proponit Socin. conf. 14. numero 4. libr. 4. In hac materia ita eſſe diſtinguendum: quòd aut quærimus de forma & ſolemnitate, quo actus faciendus eſt: item aut quærimus de reſpicientibus obligationem, & ipſus corroboracionem, & his caſibus debet attendi locus contractus. l. ſi fundus, infra de eviſtõ. aut vero quærimus de reſpicientibus executionem actus, & debet conſiderari locus, in quem ſuit collata ſolutio, cum & ipſa executionem actus reſpiciat, diſt. l. contraxiſſe. Juxta * quam reſolutionem dicendum eſt, quòd ſi ſtatutum reſpiciat formam contractus, ſive obligationem ex eo reſultantem, debet inſpicì locus, in quo negotium geſtum eſt, d. l. ſi fundus, tradit Pan. c. 1. n. 10. de ſponſalibus 70 Alexand. conf. 100. n. 15. libr. 3. Si * autem reſpiciat executionem, ſive effectum exactiõnis: attenditur locus, in quem ſolutio, & ſic executio actus collata eſt: Cum igitur ſtatutum, de quo agit Bar. d. l. exigere n. 1. reſpiciat executionem dotis, ut ſcilicet nota, quæ data eſt, exigi poſſit juxta regulam. fin. Cod. ſolut. matrim. ſed deducta parte, quam ſtatutum concedit marito propter onera matrimonii, merito attenditur locus domiciliu mariti, in quem tacite videtur collata dotis reſtitutio ſive exactio, & ita clare Panormitan. l. 1. n. 11. de ſponſalibus & eſt de mente Bald. l. 1. in prin. inf. de uſuris.

Ex * qua reſolutione ita comprobata inferitur primò, quòd in his, quæ reſpiciunt obligationem contrahendam, & conſeclenter directo, & immediate, ex natura obligationis procedunt, attenditur locus contractus, diſt. l. ſi fundus Bar. l. 1. numero 16. C. de Summa Trinitat. & ibi Alciar. n. 31. Purpurat. n. 104. qui aſſerunt receptum, tradit Guid. decif. 262. ex quo multas notabiles illationes facit Jaſ. d. l. 1. in prima lectura à num. 22. & Anton. de Matb. de prorogatione iuriſdictionis num. 64. Petri Barboſæ, Comment. de iudiciis.

Quartò * inferitur, quòd gabella ſolvenda eſt in loco, in quo negotium geſtum eſt, & non in loco, in quem conferitur ſolutio: quia gabella * eſt onus contractus & obligationis, & non onus traditionis, Bald. l. 1. n. 3. Codic. de contrahend. emptiõne, Decius conf. 457. à num. 1. Item * pertinet ad firmitatem contractus, quia ſi gabella non ſolvatur, nihil valebit contractus & ideo locus contractus ſuſpiciendus eſt, diſt. l. ſi fundus, & diſt. l. 2. Cod. quemadmodum teſtamenta aperiantur, qua ratione prædictam conſeclionem probavit Bald. leg. 1. n. 3. Cod. ubi conueniatur qui certo loco, & hanc eſſe communem opinionem aſſerit Felin. c. final. n. 8. de foro compet. Jaſon. §. plus n. 15. Inſtit. de actiõ Dec. l. ſi conueniuit n. 32. ſupra de iuriſdictione omnium iudicum, & conf. 457. per totum, Alexand. conſil. n. 4. l. 3. Aymon. conf. 325. n. 2. Anguſola conf. 38. n. 24. l. 2. Curtius Jun. §. apud Labconem in fine, infra hac lege Anſon. de Matb. de prorogatione n. 64. ver. unde ſtante Bertaxolus tract. clauſularum clauſula 30. gl. 12. n. 7. multos referens, & Felician. tract. de cenſibus 2. parte c. ultimo n. 12. ante fin. & videtur probare l. 31. tit. 19. lib. 9. ordinam.

Sed * cavendum eſt, quia imo gabellam eſſe ſolvendam in loco, in quem collata ſuit ſolutio tenet Bald. l. multum intereſt n. 12. Cod. ſi quis alteri vel ſibi, Salyc. ad finem & alii quos reſert Bertachinus de gabellis 6. p. n. 4. Tiraq. lib. 1. retractat. §. T 3 1. gl.

verb. ſed aduerte. Secundò * inferitur, veram eſſe opinionem Bar. 73 l. ſemper in ſtipulationibus n. 1. inf. de reg. juris, quòd verba contractus ſemper ſunt interpretanda ſecundum conſuetudinem loci, in quo fuerunt prolata, & non ſecundum conſuetudinem loci, in quem collata ſuit ſolutio. Nam cum hoc pertineat ad interpretandam obligationem, & ſubſtantiam contractus, locum habet regula d. l. ſi fundus inf. de eviſtõ. quòd eſſe receptum aſſerit Cagnol. ibi n. 6. & probat Pan. cap. fin. n. 30. de foro competentis, Marian. diſt. cap. dilecti col. final. eodem titul. And. Sicul. conſ. 24. col. lib. 3. notab. Aymon. conſ. 325. col. fin. quicquid contradicat Corneus conſ. 244. videtur col. final. lib. 2.

Tertio * inferitur, quòd ubi quæſtio fuerit utrum contractus habeat ſolemnitates requiſitas, debet attendi locus, in quo negotium geſtum eſt, & non locus, in quem ſuit collata ſolutio. Nam cum hæc quæſtio reſpiciat initium actus, & non illius executionem, locum habet regula diſt. l. ſi fundus infra de eviſtõ. & videtur texus l. 2. C. quemadmodum teſtam. aperiantur, & tradit Bart. d. l. 1. n. 14. C. de Summa Trinitate communiter receptus, ut ibi aſſerit Purpur. n. 99. & probat Alexand. conſil. 100. n. 15. libr. 3. Marian. d. c. dilecti n. 47. eo. tit. Felin. c. 1. n. 23. de ſponſalibus Guid. Papæ dec. 262. juxta quæ venit explicanda ordinatio Portugalliæ l. 3. tit. 45. §. 1. veteris impreſſionis, & hodie l. 3. tit. 59. §. 1. novæ recopilationis, dum probat, quòd contractus celebratus extra regnum, validus in regno reputatur, ſi geſtus ſit ſecundum ſtatuta loci, in quo celebratus eſt: quantumcunque ſi celebratus eſſet in regno, ſecundum leges illius invalidus cenſeretur, neque fidem faceret. Quòd & in terminis iuri cõmunis verum eſſe reſolvit Jaſon. l. ſi non ſpeciali n. 3. C. de teſtam. & l. quadam §. numulario n. 3. ſupra de edend. Aymon. conſ. 275. n. 1. & conſil. 325. colum. ſi. Nam ex ſupra traditis dicendum eſt procedere, etiam ſi ſolutio ſit collata in regnum: quòd tenet in terminis Aug. Aretin. §. præterea n. 32. ver. ponamus ergo Inſtit. de actiõ Pan. c. final. n. 3. de foro competentis. Valaſc. de emphyteuſ. q. 7. n. 14.

Quartò * inferitur, quòd gabella ſolvenda eſt in loco, in quo negotium geſtum eſt, & non in loco, in quem conferitur ſolutio: quia gabella * eſt onus contractus & obligationis, & non onus traditionis, Bald. l. 1. n. 3. Codic. de contrahend. emptiõne, Decius conf. 457. à num. 1. Item * pertinet ad firmitatem contractus, quia ſi gabella non ſolvatur, nihil valebit contractus & ideo locus contractus ſuſpiciendus eſt, diſt. l. ſi fundus, & diſt. l. 2. Cod. quemadmodum teſtamenta aperiantur, qua ratione prædictam conſeclionem probavit Bald. leg. 1. n. 3. Cod. ubi conueniatur qui certo loco, & hanc eſſe communem opinionem aſſerit Felin. c. final. n. 8. de foro compet. Jaſon. §. plus n. 15. Inſtit. de actiõ Dec. l. ſi conueniuit n. 32. ſupra de iuriſdictione omnium iudicum, & conf. 457. per totum, Alexand. conſil. n. 4. l. 3. Aymon. conf. 325. n. 2. Anguſola conf. 38. n. 24. l. 2. Curtius Jun. §. apud Labconem in fine, infra hac lege Anſon. de Matb. de prorogatione n. 64. ver. unde ſtante Bertaxolus tract. clauſularum clauſula 30. gl. 12. n. 7. multos referens, & Felician. tract. de cenſibus 2. parte c. ultimo n. 12. ante fin. & videtur probare l. 31. tit. 19. lib. 9. ordinam.

Sed * cavendum eſt, quia imo gabellam eſſe ſolvendam in loco, in quem collata ſuit ſolutio tenet Bald. l. multum intereſt n. 12. Cod. ſi quis alteri vel ſibi, Salyc. ad finem & alii quos reſert Bertachinus de gabellis 6. p. n. 4. Tiraq. lib. 1. retractat. §. T 3 1. gl.

1. gl. 2. n. 47. quibus adde Ruinum l. Gallus §. & quid si tantum, in additio. n. 34. extollit Corsetus singulari 111. & plures etiam refert Bertazolus clausula 30. gl. 12. n. 7. ad fin. Et pro hac opinione adducitur d. l. contraxisse 2. quia gabella non debetur, nisi postquam contractus fuerit omnino perfectus, quod contingit mediante traditione, ut presupponit Bald. dict. leg. multum interest, n. duodecimo & expressit idem Bald. conf. 253. licet iste, libr. quarto quem sequuntur relati per Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. 2. n. 48.

81 Sed * prima opinio sine dubio verior est, cui non obstant rationes contrariæ opinionis: nam ad primam respondetur, quod gabella est onus conventionis sive obligationis, & non onus rei tradendæ & ideo quoad illud inspiciendus est locus contractus dict. l. si fundus, ut advertit Bald. dict. l. 1. n. 3. Cod. de contrahend. emptione, late Decius conf. 457. in causa gabella à n. 1. Ad secundum respondetur verius esse, quod gabella debetur ratione contractus, estsi traditio postea non intervenit, ut late probat Lazarte de decima venditionis c. 3. à n. 2. licet repugnet relati per Bartazolum clausula 30. gl. 12. n. 8.

82 Sed * ad perfectionem istius articuli, videndum est, quid per leges Castellæ & Portugaliæ, in eo fuerit statutum, & utique in regno Castellæ l. 5. tit. 17. lib. 9. nova recopilationis, statuit, quod in rebus mobilibus, & se moventibus solvatur gabella in loco contractus, sive res vendita sit in loco contractus, sive in eo non sit, & tamen in eo tradatur, in quo probat veriolem, & magis communem opinionem supra relatam, quod si res vendita non sit in loco venditionis, sed in alio adhuc gabella solvenda est, in loco, in quo erat tempore contractus, adeo quod si vendantur res immobiles, gabella sit solvenda, in loco in quo erat tempore contractus ut disponit l. 9. tit. 17. l. 5. nova recopilatio, in quo * tamen leges illæ videntur discrepare à jure communi. Nam jure communi magis receptum est, ut gabella solvatur in loco contractus, etiam si res vendita sit in alio loco, ut tenet Bal. l. magis puto §. illud post principium, infra de rebus corum, Antonius Anguſola conf. 38. n. 2. lib. 2. Quod * tamen prædictæ leges videntur statuisse, ad evitandas fraudes: nam ad fraudandos gabellarios, in quorum districtu essent res venditæ, facile erat in alio loco facere contractum & sic prædictos privare jure suo, ut clare colligitur ex d. leg. 5. & in materia observat Joannes Baptista l. 1. n. 98. C. de Summa Trinit. & relati per Bertazol. clausula 30. gl. 12. n. 7.

83 Neque * est omittendum d. l. 5. adeo in materia gabellæ solvendæ, considerasse locum, in quo res erat tempore venditionis, quod constituerit, quod si tempore contractus convenit, quod in alio loco traderetur res diversâ ab eo, in quo erat tempore contractus, nihilominus gabella sit solvenda in loco, in quo erat tempore contractus: & non in loco collate solutionis: ita ut in loco solutionis non sit solvenda gabella, nisi simul concurrat, quod eo tempore esset in loco contractus, ut observat Lazarte de decima venditionis c. 4. n. 11. in quo etiam multum differt à dicto Baldi d. l. multum interest, n. 12. supra relato.

84 In ¶ regno autem Portugaliæ generaliter constituitur, ut ibi solvatur gabella, ubi traditio sibi solutio faciendâ sit, ut disponitur in articulis delat. ff. cas. c. 4. §. 3. & seq. & sic videtur concordare cum dicto Bald. d. l. multum interest n. 12. magis communiter reprobato, quod etiam ad evitandas fraudes contrahentium inductum videtur.

Ultimò * ex supra dictis inferretur, quod ubi lex 89 vel statutum habet tacitam, vel expressam relationem ad executionem contractus, semper debet attendi locus, in quo debet fieri executio, sive solutio, ut ex communi opinione tradit Socin. conf. 14. numer. 5. lib. 4. cui adde Florianum lib. 1. ad finem princ. infra de usur. Unde cum in specie doctrina Bart. l. exigere dotem n. 1. infra cod. agatur de respicientibus exactionem dotis datæ, meritò inspicitur domicilium mariti, in quo exactio dotis tacite videtur collata, ut supra diximus & ideo in specie Panormitan. c. 1. n. 10. ad finem de sponsalibus, resolvit, quod * quoad solemnitatem conficiendi contractum dotalem, debet observari consuetudo loci, in quo sit tractus l. 2. Cod. quemadmodum testam. aperiantur. Præterea * inspicitur locus contractus, quoad respicientia initium obligationis, & quæ in loco consueverunt interponi in contractibus dotalibus Alb. d. l. exigere dotem Af. f. l. dec. 226. n. 7. Aymon. conf. 325. n. 3. Sed ¶ si agatur de respicientibus executionem, sive de aliis, quæ contingunt contractu jam perfecto, debet attendi statutum loci, in quem fuit collata solutio, sive executio, subscribitur Anton. Natta conf. 340. n. 19. l. 2. Et * consequenter in terminis doctrinæ Bart. d. l. exigere dotem n. 1. meritò debet considerari locus domicilii mariti Panorm. cap. 1. n. 11. de sponsalibus Alex. conf. 100. n. 15. l. 3. Afflict. dec. 266. n. 7. Unde cum judicium restituendæ dotis, habeat necessariam relationem ad dotis exactionem, meritò attenditur domicilium, & consuetudo domicilii mariti Alb. 2. part. statutorum quasi. 8. n. 2. Bal. leg. 1. in principio infra de usuris.

Tertiat * & ultima limitatio ad conclusionem nostræ textus sit, quod si contrahens cum aliquo faciat, eum statim recessurum esse, non poterit eum convenire in loco contractus, quia in his terminis contrahens in loco contractus forum non forsitur. Ita clare probat is textus, & cap. 1. §. neque etiam, & ibi notat gloss. verb. respondere de foro competentis in 6. tradit Alexand. conf. 89. numer. 1. lib. 7. Capella Tholosan. quest. 103. Et ratio colligi potest ex traditis per Ancheranum conf. 45. viso diligenter ad finem, & Felin. cap. ex parte decani n. 7. de rescript. Sed videndum est, ¶ incumbat onus probandi, quod scienter contractum sit, cum statim recessuro, & Bart. hic numer. 1. ex * mente hujus text. existimat, distinguendum esse: ut si ille, cum quo contractum est, erat advena, & sic verisimiliter statim recessurus, incumbat onus probandi illi, qui cum eo contraxit, quod ignoravit eum statim recessurum: si vero ille, cum quo contractum est, habebat in eo loco tabernam sive officinam, præsumitur cum eo contrahentem, ignorasse eum statim esse recessurum, & consequenter poterit eum convenire in loco contractus: quam doctrinam probant omnes hic Socin. reg. 159. n. 3. additio Capella Tholosan. quest. 103. Marian. cap. dilecti. num. 18. de foro competentis Andr. Sicul. conf. 52. post principium lib. 2. Soares tit. delos emplazamientos §. fin. num. 36. Bernard. Diaz. reg. 146. Ant. de Matth. tract. de prorog. jurisdic. n. 65.

Ex * qua communi resolutione inferitur, cavendum esse ab Alexand. conf. 89. numer. 1. & 2. lib. 7. dum dicit, quod si reus convenitur in loco contractus: & ille excipiat, quod actor contraxit cum eo, sciens, cum statim esse recessurum, quod reo incumbet onus id probandi, quia in auctore contrahente in dubio debet præsumi ignorantia l. verius sup. de probat. Nā potius do-

debuisset, quod si ille, cum contractum sit, advena fuerit, præsumendum est, quod contractum sit cum eo, quasi statim recessuro, & consequenter non poterit ibi conveniri, nisi actor probet, quod in eo loco tempore contractus, habebat pergulam sive officinam. Nec * obstat ratio adducta in contrarium, quia ea exploditur per regulam l. qui cum alio, infra de reg. jur. & in specie advertit Ant. Natt. conf. 430. n. 19. lib. 2. qua etiam collata * corrumpit consideratio Lancelot. Dec. hic col. 1. ad medium, quod ut contrahens cum advena præsumatur id scivisse, oporteat, quod ille incederet in habitu advenæ, & non civis, arg. leg. item apud Labconem §. si quis virginem infra de injur. & c. in audientia de sentent. excommunicat. nam exploditur ex regula d. l. qui cum alio, & hic advertit Curt. Jun. n. 6. & Sapia. n. 6. & Jacobin. n. 33. & ante eos Panor. c. final. n. 33. de foro competentis.

Secundo * ex prædicta resolutione inferitur annotatio ad dictum Bart. hic n. 3. Ang. n. 9. quod si quis ivit ad nundinas, & ibi constituit pergulam, poterit conveniri pro contractibus ibi celebratis, ut probat is textus ad finem, interpretando pergulam non pro tentorio lineamentis confecto, ut hic exponit gloss. verb. pergulam, sed * potius pro loco ab omnibus à lateribus aperto, in quo res exponuntur venales, ut exponit Budæus l. si vero infra de his, qui deiecerunt pag. 92. ad finem, quem probat Spiegel. in lexico juris verb. pergula, & latius Pratejus in eodem lexico juris verb. pergula, & ante eos Calepinus in dictionario verb. pergula. Et idem erit, si ibi constituerit tabernam, ut probat is textus exponendo (tabernam) ut per Alciat. l. inde contubernales 184. n. 1. infra de verborum significatione, vel etiam in dictionario horreum, ut etiam is textus probat exponendo horreum, ut per Alciat. l. detestatio n. 48. infra de verborum significatione, vel habuerit armarium, exponendo, ut per Spiegel. in lexico juris. verb. armarium, & latius Pratejus in eodem lexico, verb. armaria.

Sed * non est omittendum, quod adversus prædictam illationem, ea videtur urgere difficultas, quod ille, qui ivit ad nundinas, constat ea menta ad illas ivisse, ut illis completis ad domum rediret: Ergo semper cum eo videtur contractum tantquam cum advena, & statim recessuro: Ergo videtur, quod non fortiaur forum ratione contractus, & ita opponit Sapia. hic n. 12. Et * augetur difficultas ex decisione tex. c. 1. §. neque etiam, de foro competentis, in 6. ubi ille, qui tractavit causam in judicio, non potest in loco judicii conveniri pro salariis advocatorum, vel procuratorum, quia ille contractus videtur factus cum advena, & statim recessuro, scilicet post litem finitam, ut ibi notavit gloss. verb. respondere; & Domin. n. 6. Perus. n. 2. Ergo licet quis ratione causæ motæ, forsitâ diu in certo loco sit moraturus & conversaturus: si tamen ea finita, sit statim recessurus, dicitur contractus initus cū advena statim recessuro: Ergo idem dicendum est in nostro casu. Urget ¶ etiâ l. unica C. de nundinis, per quam gloss. hic verb. debet in princ. tenet in nundinis quem convenire non posse.

Sed * his non obstantibus, non est recedendum à nostra illatione, quæ magis communiter recepta est. Neque obstant difficultates supra motæ. Nam * ad primam respondetur, quod si quis in nundinis habet pergulam: non præsumitur quod statim recessurus sit, ut probat is textus ad finem, & notat Perusin. dict. §. neque etiam n. 2. (suppletur, quia creditur, quod ibi moraturus, donec satis faciat contractibus ibidem celebratis, & ideo meritò pro illis conveniri potest. Quinimò quod ad nundinas

accesserit, magis auget prædictam præsumptionem. Nam * Panormitan. c. final. num. 35. de foro compet. ii, post Petrum. de Bellapertica concludit, quod si quis ivit ad nundinas, vel ad alium certum locum ea mente, ut ibi contrahat, quamvis tantquam advena contrahat, poterit nihilominus pro contractibus ibi celebratis conveniri. subscribitur Jacobin. hic num. 23. Marian. c. dilecti num. 21. de foro competentis, Socin. pag. 159. num. 5. Bernard. Diaz. reg. 146. Fateor * tamen, quod prædicta conclusio nullo modo videtur admittenda, cum illi repugnet in text. in principio ibi (à mercatore advena) nam verbum (mercator) indicat, quod ille principaliter venit ad emendum & vendendum, & tamen si tantquam advena contraxerit, non poterit in eo loco conveniri: oportet igitur, quod in eo loco saltem habeat pergulam, juxta supra tradita.

Neque * etiam obstat c. 1. neque etiam, de foro competentis in 6. quia pars, quæ debebat salarium advocato, sive procuratori, non habebat in eo loco pergulam: sed habebat in hospicio, ut à communiter contingentibus solet accidere, & ideo est locus conclusioni hujus text. Quare si expresse conventum esset, ut post finitas nundinas, quid solvatur loco nundinarum, conveniri non potest, quia incipit militare ratio d. §. nec ordinem.

Neque * etiam obstat l. unica C. de nundinis, cui conatur respondere Bar. hic n. 3. quem sequitur Sapia n. 12. Sed vera responsio est, quod in nundinis quis non convenitur pro contractibus alibi gestis, sed * pro gestis in nundinis ibi conveniri potest, si ibi habeat pergulam, ut mente gl. 2. d. l. unic. C. de nundinis, & ibi clarin. Salyc. & probat Ang. §. præced. n. 9. ad finem Strauch. de mercatur. tit. quomodo in causa mercatorum procedendum sit n. 2.

Tertio * principaliter ex resolutione supra proposita inferitur annotatio ad tradita hic per Bart. col. 2. quod si contractum sit cum advena, poterit conveniri in loco contractus, pro his, quæ secundum naturam contractus erant statim expedienda: Exemplum erit si quis emit equum certo pretio, quod statim solvit: nam potest convenire advenam, ut in loco contractus cogatur equum tradere. subscribitur Panor. c. fin. 33. de foro compet. Domin. c. 1. §. nec etiam n. 6. & ibi Perusin. n. 4. de foro compet. §. fin. num. 37. Stracha de mercatura tit. quomodo in causis mercatorum procedendum sit, num. 20. Ant. de Matth. de prorogatione jurisdictionis n. 6. vers. 5. limitatur, & hac * ratione Paul. Castr. §. præcedenti n. 5. & n. 13. resolvit, quod tunc demum cum advena, non potest eum loco contractus convenire, quando contraxit ad credentiam: aliàs credendum est voluisse, quod statim fieret traditio in eodem loco, & quod pro hoc posset eum convenire, subscribitur Jacobin. hic n. 5. & Curt. Jun. n. 2. & Stracha ubi supr.

Addo * Bald. in rubr. n. 5. C. que in fraudem creditorum tradentem, quod si contrahas cum advena statim recessuro, potest nihilominus ille conveniri in loco contractus, pro his quæ statim tradere tenebatur, ne aliàs pars contrahens remaneat recepta: subscribitur Sapia. hic n. 8. Andr. Sicul. conf. 52. n. 3. l. 2. Accedat, quod licet, quando * simpliciter traditur res, videatur habita fides de pretio gl. l. quod vendi supra de contrahend. empt. tamen si contrahatur cum advena, non creditur habitam fuisse fidem de pretio, cum pars contrahens scierit illum statim esse recessurum, quod tradunt Bald. & Paul. l. si non donationis C. de contrahend. empt. Roman. singulari 307. Perus. d. §. neque etiam n. 4. & Sapia hic

216 Sed* circa has Doctorum traditiones advertendum est, omnes videri confundi per istum textum, dum probat, regulam esse, ut si quis contrahat cum advena statim recessuro, non potest eum in loco contractus convenire, & tamen admittis Doctorum traditionibus hæc regula ita restringeretur
 217 ut fere inutilis remaneat. Præterea ¶ adverte, quod licet gl. hic verb. *domicilium in sine* teneat quod is advena mercator teneatur præstare cautionem de judicato solvendo, antequam recedat à loco, tamen reprobat à Bart. *hic num. 2.* & aliis communiter, ut *hic asserit Curt. Jun. num. 8.* ea ratione, quia cum contrahens cum eo, sciret illum esse advenam; & statim recessurum, & tamen ab initio non exigit ab ea cautionem, non potest ex post
 218 factum eum cogere ad præstationem cautionis, cujus personam à principio videtur approbasse, l. si ab arbitrio §. 1. supra qui satisd. cogantur l. si creditores, infra de privileg. cred. l. si is à quo §. fin. infra ut posses, legat. Quare concludit Bar. l. si fidejussor
 219 §. fin. numer. 1. supra qui satisd. cog. quod Judex non debet procedere ad sequestrum rei, neque debet cogere reum ad satisfaciendum: quando ejus persona fuit approbata per actorem leg. final. C. de sponsalib. & magis in specie tradit idem Bar. l. ait prætor. §. si debitorem n. infra qua in
 220 fraud. cred. quod* debitor tanquam fugitivus capi non potest, si creditor tempore contractus, sciebat ejus conditionem, neque aliquid supervenit de novo, subscribit Ang. asserens se sæpius ita praticasse l. si ab arbitrio §. 1. supra qui satisfacere cogantur, Aret. l. 2. n. 6. infra solut. matrim. quicquid contradicat Bald. in rubr. n. 5. C. que in in fraud. cred. circa quod videndus est Riminal. l. 2. col. 4. ad finem supra de jurisdictione omnium judicum.
 221 Et tenendo hanc* opinionem per supra dictas rationes contra magis communem, rationibus communis facile responderetur. Nam ad primum respondetur, quod imò contrahens cum advena, & statim recessuro, videtur habuisse fidem de pretio, & tacite contulisse solutionem in proprium domiciliū emptoris, ut clare colligitur ex isto textu, quod si forte cum eo contrahens aliter intellexit, tamē propositum in mente retentum nihil operatur, si alteri parti non sit declaratum, l. si repetendi C. de conditio. ob causam.
 222 Ex quibus colliges, *eam esse differentiam inter contrahentem cum advena, non habente pergulam, vel illam habente: nam primo casu videtur intellectum, quod solvat in loco contractus, in secundo autem videtur intellectum, ut solutio fiat in domicilio debitoris, quicquid aliter explicet Paul. hic n. 5. Et ratio differentie assignatur per Jureconsultum in presenti, quam notat gl. c. 1. §. neque etiam verb. respondere, de foro compet. in 6. * Quæ quidem ratio ita videtur explicanda: quod si contrahens cum advena, posset eum convenire in loco contractus, illud sequeretur absurdum, ut si viator, vel qui transvehabatur, vel præternavigabat (ut verbum græcum in hoc text. expressum) exponit Budæus hic, quicquid gl. hic verb. *viator* dicat legi non posse. Si igitur prædicti in aliquo loco contraherent, & cogerentur in eo respondere impedirentur ab itinere, vel navigatione incepta, quod esse durissimum dicit Jureconsultus, quod si in loco contractus constitit per aliquod tempus habens pergulam, vel armorium, cessat prædicta ratio, & ideo merito in eo convenitur.
 224 Unde* colliges, non videri veram traditionem Panor. c. fin. n. 33. de foro compet. quam probat Marian. c. dilecti n. 34. eo tit. quod si quis assump-

sit advocatum, poterit in loco judicii per advocatum conveniri pro salario, quia non est verisimile, advocatum intellexisse, quod salarium deberet petere in domicilio partis, ex hoc improbens gl. contrarium tradentem c. 1. §. neque etiam, verb. respondere, de foro compet. in 6. & subscribit Ant. de Mat. th. de prorog. jurisdic. n. 67. vers. 4. limit. hæc enim traditio videtur confundi ex supra traditis. Nam cum advocatus contraxerit cum advena, & statim recessuro, & alter sibi non cavit, inducitur regula hujus text. & videtur expressum in d. §. neque etiam. Neque* obstat ratio Panor. quia licet advocatus forsitan intellexerit id, quod considerat Panor. tamen cum id propositum parti non fuerit revelatum locum habet reg. d. si repetendi, ut advertit Marian. d. c. dilecti n. 20. de foro compet.
 Quibus* tamen non obstantibus verior videtur opinio Panor. qui cum in iudicis necessario debeat intervenire procurator, & advocatus, c. i. de offic. jud. utriusque Judex, in cujus tribunali id factum est, debet illis constituere competens salarium c. statutum §. notarium de rescript. in 6. & ibi notat Perus. Ergo salarium sibi taxatum per Judicem in ejus tribunali petere poterit. Neque* repugnat text. c. 1. §. neque etiam de foro compet. in 6. quia specialiter procedit in Archiepiscopo, qui de causis subditorum Episcoporum suffraganeorum cognoscit in loco suæ jurisdictionis: neque enim poterit cogere prædictos subditos suffraganeorum, advocatis solvere salaria, quia ei id specialiter prohibitum est in d. §. neque etiam, & ibi sentiunt Anbar. & Perus. post principium, & Speculator tit. de salariis §. sequitur n. 19. Et extra hunc casum speciale in aliis omnibus aliud erit dicendum, juxta opinionem Panor.
 Ex his igitur constat, quod hæc opinio, quæ de fensimus adversus magis communem, est verior, sed ne omnino communem opinionem deseramus, ea admitti, & defendi potest, quando advena recepit pretium rei, & habito respectu ad causam venditionis, & qualitatem personarum, verisimile sit, utraque partem intellexisse, ut res statim traderetur: Nam in his terminis proprie militat rationes communis opinionis: & ita Ang. §. præced. n. 8. Maria. d. c. dilecti n. 19. Exemplum erit, quando venditur equus præsens, & venditor accepit pretium equi, ut in specie tradit Bart. hic, & Pan. c. final. n. 33. de foro competenti.
 Uterius* ad perfectam explicationem hujus terminationis, advertendum, quod si quis fuerit forum sortitus in loco contractus, & postea in eo loco reperitur tanquam advena, & statim recessurus, nihilominus poterit in eo conveniri: juxta regulam generalem propositam in principio hujus text. & ita declarat Paul. §. præced. n. 5. vers. in text. Jacobin. n. 6. & satis probat is text. ad finem, in quo labitur Paul. l. 1. n. 10. C. de Summa Trinit. & l. 2. n. 5. C. de jurisdictione omnium jud. Jacobin. l. 2. §. legat. n. 2. supra eod. & Curt. Jun. hic. n. 4.
 Præterea* & illud addendum est, quod si solutio sit collocata in alium locum divertum à loco contractus, poterit in eo loco conveniri, quamvis ratione illius loci, tanquam advena reperitur, & statim recessurus, quia cum ibi videatur contraxisse l. contraxisse infra de alt. & obligat. militat ratio præcedentis conclusionis, & ita Bart. hic n. 1. ad finem, glof. c. 1. §. neque etiam verb. respondere, ad finem, & ibi Perus. numero 2. de foro competenti in 6. Aretin. l. cum res col. 3. in principio, infra de leg. 1. Ant. de Math. de prorogatione jurisdictionis numero 65. vers. tertia conclusio, quam* tamen conclusionem non admittit Albertum hic numer. 9. Paul. Castrenf. lib. 1. numero 3. infra

infra de eo qui certo loco. Ea ratione, quia cum partes videantur contraxisse in eo loco, in quem collata est solutio, etiam quoad eum videtur admittenda declaratio Jurconsulti expressa in hoc textu. Sed non est recedendum à magis communi traditione.
 233 Cui non obstat ratio in contrarium adducta: quia* respondetur, quod qui contulit solutionem in alium locum, duo videtur fecisse, scilicet quod ibi videatur contrahere jurisdictionem, item quod promittit in eo loco solvere, secundum veritatem, & ideo in eo loco indistincte conveniri potest. Nam si advena & statim recessurus promittit solvere in loco contractus, & ratione promissionis in eo cogetur solvere, quia expressum facit cessare tacitum, l. cum ex finio §. 1. infra de vulgari sentit Angel. §. præcedenti n. 18. Curt. Jun. hic num. 2. & prius gl. cap. 1. §. neque etiam, verb. respondere, ad medium, de foro competenti in 6. Quod procedit, sive id sit expressum, sive tacite intellectum, secundum verisimilem mentem partium Bart. hic n. 1. ad finem Marian. c. dilecti n. 19. de foro competenti.
 236 Juxta* quæ venit interpretandus textus leg. qui manumittuntur, vers. sed et si supra quibus ex causis major: dum probat, quod si quis causa Reipublicæ, eundo transit per locum contractus, non poterit in eo conveniri, notavit gl. 1. l. 2. §. legat. verb. destinati, & ibi Odofred. supra eodem. Nam speciale est in legatis, ne impediatur officium publicum legationis. Extra igitur hunc casum transiens per locum contractus convenitur, ut præsupponit is text. ad finem.
 237 Denique* juxta prædicta venit explicanda glo. hic verb. quotquot, dum concludit, quod si quis tanquam advena contraxerit, non poterit in eo loco conveniri, etsi postea in eo loco reperitur, quod verisimile est, & clarè deducitur ex isto text. & notat Angel. §. præcedenti n. 7. in fine, & ita necessario tenendum esse, dicit Mantua hic n. 24. Subdit
 238 ¶ ulterius prædicta glof. quod legatus si tanquam advena contraxit Romæ, poterit Romæ conveniri nec habebit jus revocandi domum, quod ita etiam tradit gl. l. 2. §. legat. verb. contraxerunt supra eod. & est recepta sententia, ut asserit Covar. pract. quest. c. 3. n. 3. Quæ ¶ tamen conclusio non videtur vera, neque admittenda, neque enim legatus debet esse deterioris conditionis quam privatus, advertit Curt. Jun. l. 2. §. omnes n. 9. sup. eodem, & ita contrarium in specie tenet Angel. §. præcedenti n. 8. Et ¶ est advertendum, quod prædicta glof. non dicit simpliciter, quod legatus, etsi tanquam advena contraxerit, possit nihilominus in loco contractus conveniri, sed addit, quod si tanquam advena contraxerit Romæ, & sic in loco, in quo aliàs ratione communis Patriæ poterat conveniri, tunc Romæ tanquam in communi Patria convenitur, & ita etiam glof. cap. 1. §. neque etiam, verb. respondere in fine de foro competenti in 6. & hoc propter duplex vinculum, quod hoc casu videtur concurrere, ut tradit Covarruvias pract. quest. cap. 5. nu. 3. & ante eum Marian. cap. final. num. 76. de foro competenti Mantua hic n. 24. Quæ ¶ tamen ratio non est concludens, quia cum contrahere cum advena, sit terminus imperfectus ad inducendum forum ratione contractus, propter concurrentiam alterius fori perfici non potest l. spadonem §. qui jura, infra de excusatione eorum.
 242 Et* ideo verius dicendum est, quod etiam in legato observetur distinctio hujus textus, ut si contrahatur cum legato statim recessuro non fortitur forum, ratione contractus, quod tenet Bart. hic col. 1. ad finem, quicquid Anton. de March. de prerogatione jurisdictionis num. 49. teneat, quod in legato non possit verificari, quod tanquam advena contra-

verit: Si igitur cum legato tanquam advena Romæ fuerit contractus, non poterit Romæ conveniri ratione contractus, cum hoc casu contractus non poterit forum constituere, ut advertit Angel. §. præcedenti nu. 8. Quare* licet legatus, qui Romæ contraxerit, possit Romæ conveniri, quia contrahendo in legatione, ratione illius contractus amittit privilegium legationis l. 2. §. legatis, vers. omnes supra eod. tamen quando fuerit contractus cum eo tanquam advena, non amittet privilegium suum, neque ratione talis contractus, Romæ conveniri potest. Sed* tantum Romæ convenitur tanquam in communi Patria, effectus erit, quia si ratione contractus convenitur, nihil ei prodesset privilegium, quia contrahendo in legatione illud videtur amittisse, ut dictum est. Præterea si ratione contractus conveniretur, non habet jus revocandi domum, etsi Romæ esset ex probabili & necessaria causa, ut utrumque probat l. 2. §. leg. vers. omnes supra eod. & tamen quando Romæ convenitur ea tantum ratione, quod sit communis Patria, si pro contractibus alibi gestis ante legationem Romæ conveniretur, obtinebit privilegium legati, quod si illum contractum Romæ celebravit ante legationem, habebit quidem privilegium, & præterea jus revocandi domum, quod competit omni illi, qui Romæ reperitur ex probabili, & necessaria causa d. §. legat. & c. final. de foro competenti; & in specie Marian. d. c. fin. nu. 76. ante finem de foro competenti Anton. de March. ae prorog. jurisdic. n. 49.
 Ultimo* pro coronide istius articuli non est mittendum, quod tradit Paul. Castrenf. hic num. 7. vers. ultimo nota: quod licet habens pergulam in loco, possit in eo conveniri, ut probat is textus, non tamen ob id dicitur in eo loco habuisse domiciliū, ut clarè probat is textus ad finem, ac proinde sublata pergula, non poterit absens à loco, in eo conveniri, licet aliud esset, si in eo censeretur habuisse domiciliū §. fin. infra hac l. sitamen is in loco, in quo* habuit pergulam, reliquit inquit, poterit inquit pro domino absente conveniri, & procedatur contra eum ac si à vero domicilio abesset: subscribit Curt. Jun. hic n. 3. Jacobin. n. 27. Sed* hanc postremam conclusionem impugnant Sapia. hic n. 9. Merito: quia si dominus non censetur habuisse domiciliū in prædicto loco, ut dictum est, non potest ibi conveniri, nisi in eo loco reperitur, c. 1. §. contrahentes, de foro competenti in 6. & quod reliquerit inquit, eum tantum obligabit ad contractus postea factos per inquit, non autem ad antea gestos per ipsum dominum, ut colligitur ex mente §. sequenti.
 His ¶ ita explicatis deveniendum est ad materiam, quam tractat gl. hic verb. *debebit in fine*: ex qua annotandum est, quem pluribus modis forum sortiri, quam in hoc meliorem, & pleniorum esse, quam in jure reperitur, & in omnibus communiter approbati, resolvit Curt. Jun. hic n. 11. Nos circa notabiliores modos insistemus.
 Assumo igitur ultimum modum fortiendi forum, quem ponit glof. hic verb. *debebit in fine*, scilicet in ratione commissi delicti, ut probat l. final. infra de accus. anth. qua Provincia, C. ubi de crimine agi oporteat, cap. cum contingat, & c. final. de foro competenti, de quo notab. agit Dec. tract. crimin. libr. 4. c. 17. numero 1.
 243

L. Hæres abſens §. proinde, in articulo de foro delicti.

S U M M A R I A.

- 1 Agit in primis de intellectu l. 1. Codic. ubi de crimine agi oporteat.
- 2 Deducit ex text. duo valdè notabilia, qua ibi explicat.
- 3 Primò, quòd in loco delicti quis accusari poteſt, & ſi in eo loco non reperiatur.
- 4 Secundò, quòd ſi extra locum delicti inveniatur, etiam in eo loco accuſatio poteſt.
- 5 Declarat utrumque dictum eſſe falſum, & oſtendit, delinquentem non poſſe accuſari in loco delicti, niſi in eo inveniatur, vel ad eum locum de more ſit remiſſus.
- 6 Notat, quòd ſi delinquens ſit abſens, & legitime citatus non compareat, non poſſit adverſus eum procedi ad penam corporalem, ſed tantùm ad annotationem honorum.
- 7 Docet, quomodo ſit declaranda l. 1. in prima parte C. ubi de crimine agi oporteat.
- 8 Docet etiam quomodo ſit declaranda d. l. 1. in ſecundo loco, de quo num. 4.
- 9 Colligit, ex prædictis interpretationibus, quòd pro delicto poteſt quis accuſari in loco commiſſi, item & in loco domicilii, & in loco propriæ originis, vel paternæ, ſi ibi inveniatur.
- 10 Tradit differentiam, qua verſatur inter hos foros.
- 11 Declarat d. l. 1. poſſe intelligi generaliter, ſi delinquens poſt delictum efficiatur vagabundus.
- 12 Refert Doctores contrariam opinionem tenentes in vagabundo.
- 13 Concordat opiniones ex reſolutione Avend. reſponſ. 40. num. 9.
- 14 Vagabundus quod ad noſtrum propoſitum dicitur, qui nullum certum habet domicilium.
- 15 Refert ex Aug. & aliis, vagabundum illum eſſe, qui licet certum habeat domicilium, tamen incipit vagari per mundum, nec in certo loco conſiſtit.
- 16 Domicilium duobus modis conſideratur, ſcilicet pro loco habitations propriæ, item pro domicilio originis propriæ, vel paternæ.
- 17 Declarat, quòd ſi primo modo accipiatur domicilium, procedit opinio, de qua num. 14.
- 18 Vagabundus cum nullum habeat Parochiam, poterit conſiteri illi Parocho, in cuius Parochia reperitur.
- 19 Qui propter delictum commiſſum auſugit à loco domicilii aliud Regnum, ut interim ibi ſe tueatur, non poteſt dici vagabundus.
- 20 Praxis obſervat, quòd ſolum propriè vagabundus in quolibet loco conveniri, & puniri poſſit, licet Covarruv. contrarium ſentire videatur.
- 21 Declarat, quo caſu tantùm opinio Covar. admitti poſſit.
- 22 Docet, quòd ſi domicilium ſecundo modo accipiatur, nunquam abſens poteſt dici vagabundus.
- 23 Cuilibet licet mutare domicilium habitations.
- 24 Domicilium originis paternæ, vel propriæ mutare quis non poteſt, nec admittitur, niſi Patria propria, vel paternæ paſſa ſit avatrum.
- 25 Declarat, quis propriè dicatur vagabundus.
- 26 Declarat id, quòd ſupra dixit n. 9. accipiendum eſſe ſi pars velit delinquentem accuſare in eo loco.
- 27 Tradit, quòd ſi pars leſa nolit in eis locis accuſare, Juxta illorum locorum per viam inſiſtentiæ contra prædictum tantùm procedere poterit, imò prædicta inſiſtentiæ quoad omnes effectus pro nulla reputabitur.
- 28 Tradit Doctores contrariam opinionem tenentes.
- 29 Prima opinio, de num. 27. ut verior, & receptior probatur.

- 30 Tradit in confirmationem dictæ opinionis text. l. 10. tit. 16. lib. 9. C. Theodoſiani.
- 31 Refert rationem in qua prædicta conclusio fundatur.
- 32 Inſiſtentiæ tantùm permittitur, quando Reſpublica qua jubet inquiri contra delinquentes affecta eſt aliqua injuria per delinquentem.
- 33 Movet difficultatem contra proximè reſoluta ex eo, quia ſemper intereſt Reſpublicæ ut malis hominibus purgetur.
- 34 Reſpondet ad dictam difficultatem.
- 35 Delinquentes qui in alia Provincia, & non in qua delictum commiſerunt, ſceleribus ſe abſtinent, inquirendi non ſunt, imò magis laudandi.
- 36 In confirmationem proximè reſolutionis adducit l. 1. §. poſtea ne diutius ſupra, de origin. jur.
- 37 Refert ex Bald. quòd banniti, & exules ab una Patria in alia non honorantur, in qua utiq; non cenſentur infames, & iteò ad honores admittuntur.
- 38 Declarat illud, quòd dixit ſupra, delinquentem poſſe accuſari in loco originis propriæ, vel paternæ, hodie conſuetudine generali abrogatum eſſe.
- 39 Proponit quòd l. Caſt. l. 15. tit. 1. part. 7. referens foros quos delinquens ſortitur, tantùm facit mentionem loci, in quo delictum commiſſum eſt, & domicilii delinquentis.
- 40 Refert Ord. Port. lib. 5. tit. 117. & explicat aliqua in quibus videtur diſcrepare à jure communi.
- 41 In deſenſionem d. l. Portug. advertit in delictis puniendis tribus adverſis modis procedi ſolere quos ibi tradit.
- 42 Declarat quòd querela videtur quoddam medium inter accuſationem, & inſiſtentiæ.
- 43 Declarat item que neceſſaria ſunt, ut remedium querela obtineat, & in quo aſſimilatur accuſationi.
- 44 Tradit, in quo differant accuſatio, & querela.
- 45 Declarat, quomodo in querela procedatur ad capturam.
- 46 Oſtendit, quòd in Regno Portugallie procedatur per modum inſiſtentiæ.
- 47 Declarat quòd ſi in Regno Portugallie procedatur per viam accuſationis obtinebit in eo Regno dicta l. in criminali, C. de juridiſict. omnium judicum.
- 48 Si veò procedatur per viam querelæ, tunc obtinebit locum diſpoſitio Ord. lib. 5. tit. 17. §. & declarat quomodo hæc diſpoſitio cum jure communi concordet.
- 49 Declarat Ord. procedere ſi delinquens ſit ſubditus Regni in quo delictum commiſſum eſt, ſecus ſi commiſſum ſit extra Regnum, vel Provinciam.
- 50 Statutum non poteſt tribuere juridiſictionem, adverſus non ſubditum delinquentem extra territorium.
- 51 Tradit in confirmationem elegantem reſolutionem innocent. in c. poſtulati de foro competenti.
- 52 Tradit, quòd ſi Caſtellanus occidat Luſitanum extra Regnum Caſtellanus repertus in Regno Portug. non poterit pro eo delicto accuſari in prædicto Regno.
- 53 Aſſertit à fortiori, idem eſſe recipiendum, ſi Caſtellanus alterum Caſtellanum occidat extra Regnum.
- 54 Reſpondet deciſ. Luſitanum reſolatam per Gam. deciſione 53.
- 55 Declarat, in quibus terminis tantùm deciſ. Portugallie deſenſi poteſt.
- 56 Oſtendit Gam. in deciſ. deciſ. 53. num. 1. non rectè locutum fuiſſe.
- 57 Præſtat auctor ſalvare prædictam deciſionem, & caſus, in quibus procedere poſſit, declarat.
- 58 Docet, ad quem modum debeat declarari communis traditio ſupra relata, & qua convenire debeant, contra delinquentem procedatur.
- 59 Impugnat etiam illud quòd dicitur in deciſ. deciſ. 53. quòd ſi delinquens fuerit punitus per Juxta delicti alicui in Regno accuſari, & puniri poteſt pro eodem delicto, & oſtendit contrarium verius eſſe.

60 Tradit

- 60 Tradit proximè dicta procedere, etiamſi Juxta delicti ex arbitrio ſuo mitigavit penam ordinariam delicti.
- 61 Refert Bald. & Alciat. contrarium tenentes, eorum tamen dicta reprobant.
- 62 Refert caſum, in quo dicta deciſio Luſitana 53. ſalvari poteſt.
- 63 Oſtendit dictum in dicta deciſione Luſitana 53. num. 2. non eſſe ſimpliciter verum.
- 64 Declarat, quòd quoad forum conſcientiæ, ratione delicti, quis forum nec ſortitur, ac proinde illud delictum debet conſiteri proprio Parocho, & non coram Parocho loci delicti.
- 65 In delictis ad forum delicti ſit remiſſio, ſi delinquens in ea non reperiatur.
- 66 Ubi quis delinquit, ibi puniri debet.
- 67 Incipit agere de explicatione, & materia dict. §. ſi quis veò comprehenſorum.
- 68 Proponit primam concluſionem, quando delinquens à delicti auſugiat, & Juxta loci delicti literas præcatorias, emiſit, ad delinquentem capiendum, & remittendum.
- 69 Si Juxta delicti dictas literas non dirigat ad Juxta, in cuius territorio delinquens degit, non tenetur Juxta, imò neque poteſt eum capere, & remittere.
- 70 Docet, quòd ſi hac forma non ſervata, Juxta loci in quo delinquens degit, illum capiat, tenetur incontinenti tanquam inſiſtentiæ captum, relaxare, nec ex officio poteſt illum remittere.
- 71 Refert ſecundam concluſionem, & oſtendit, quomodo Juxta ad quem literæ præcatorie diriguntur, illis obedire teneatur, etiamſi de delicto certus non ſit.
- 72 Executor non poteſt cognoscere de veritate cauſæ, cujus executio ei committitur.
- 73 Impugnat proximam concluſionem ex gloſſ. Clement. Paſtoralis §. nos quoque, verb. de more, de re judicata, & refert multos Doctores, qui contrariam opinionem tenent.
- 74 Aſſignat concordiam ad has opiniones ex Alberico loco ibi relato.
- 75 Declarat regulam, de qua egit num. 73.
- 76 Oſtendit, quòd non obſtante dicta concordia, praxis in diſtinctè admittit concluſionem, de qua num. 72.
- 77 Dictam praxim probavit in Regno Portugallie Ord. lib. 5. tit. 123. §. 6.
- 78 Si delinquens confugit ad aſylum vulgo conto, non ſit remiſſio, niſi prius promittatur cognitio, utrum ille delinquens debeat gaudere privilegio aſyli, quòd in Regno Portugallie per leges, de quibus ibi approbatur.
- 79 Refert, quid agendum, quando præſidi conſtat, aliquem deliquiſſe inter Provinciam.
- 80 Refert tertiam concluſionem, & oſtendit, ad remiſſionem faciendam, & capturam, tantùm attendi debere, utrum Juxta, qui petit, ſit competens, non conſideratur juridiſictio, ex parte remittentis.
- 81 Tradit Doctores contrariam opinionem tenentes.
- 82 Reſpondet hanc contrariam opinionem, & priorem ut veritorem approbat, & ad fundamentum contrariæ reſpondet.
- 83 Declarat cap. 1. §. denique de privilegiis, in ſexto quo caſu procedat.
- 84 Tradit quartam concluſionem principalem, quòd Juxta à quo petitur remiſſio, tenetur obedire literis præcatoriis Juxta delicti, aliàs efficitur penis, de quibus hoc num.
- 85 Probat, etiam hodie in Judiciis ſubditis ejuſdem imperio Superioris imperio locum eſſe remiſſioni in delictis, quòd Legibus Portugallie & Caſtellæ procedit, item & jure communi.
- 86 Declarat in aliquibus locis ſubditis ejuſdem imperio conſuetudine obrentum eſſe, remiſſionem non fieri.
- 87 Declarat, quibus expenſis faciendæ eſt remiſſio.
- 88 Oſtendit contra Rebuſ, remiſſionem nunquam eſſe faciendam expenſis Juxta, qui eam petit.
- 89 Tradit, quid in Regno Caſt. circa has expenſas obſervetur.
- 90 Tradit item, quid circa hoc in Regno Portugal. obſervetur.
- 91 Tradit, quid faciendum, quando Juxta, cui literæ requiſitorie directæ fuerunt, delinquentem capere non potuit, quia ad aliam Provinciam auſugiat, quòd ſcilicet contra abſentem per Juxta delicti per dicta procedatur.
- 92 Citatio per elicta delinquentem legabit, & ſi non degat in territorio citantis.
- 93 Refert, quomodo procedendum, ſi citatus non compareat intra conſtituta tempora.
- 94 Declarat, in quo conveniant in iſta materia contractus & delicta.
- 95 Declarat, ſupra dicta vera eſſe ſecundum diſpoſitionem juris communis, & tradit, quòd in Regno Portugallie Legibus circa hoc caveatur.
- 96 Explicat Ord. Portug. lib. 5. tit. 126. & oſtendit, in quo iſte ſecundus caſus diſſerat à primo.
- 97 Colligit ex dict. Ord. quòd ſi delictum ſit grave & enorme, poteſt Juxta procedendo per dicta condemnare delinquentem abſentem ad penam mortis civilis, vel naturalis.
- 98 Item, quòd ſi delictum non ſit ita grave, tunc parte leſa potente poteſt procedi adverſus delinquentem abſentem per dicta, & tamen non fiat condemnatio, niſi quoad intereſſe partis, & poterit etiam imponi penæ arbitraria.
- 99 Advertit primam concluſionem deductam ex dict. Ord. omnino diſcrepare à jure communi.
- 100 Notat ſecundam concluſionem non ita à jure communi diſcrepare.
- 101 Conſiderat, quòd præd. Ord. in prima concluſione delinquentem abſentem & contumacem non habet pro conſiſſo, ut faciunt ſtatuta Italia, ſed requirit, delictum legitime eſſe probatum.
- 102 Tradit idem diſpoſitum eſſe per legem Caſtellæ leg. 3. tit. 10. lib. 4. Ordinum concluſionem, de qua num. 69. limitat tribus modis.
- 103 Primò, ut remiſſio tantùm fiat in delictis gravibus, & pro quibus venit imponenda pena corporalis, ſecus in delictis levioribus.
- 104 Pro delictis gravioribus non ſit remiſſio, ſi pro illa agatur civiliter.
- 105 Remiſſio non ſit de tribunali Superiori ad inferius, etiam pro delictis gravibus, ſed ſemper fiet punitiõ delicti in tribunali Superiori.
- 106 Tradit ſecundam limitationem, ut ſcilicet non procedat, ſi Juxta, cui remiſſio petitur, jam ceperat de cauſa cognoscere, cum eſſet Juxta domicilii vel originis.
- 107 Impugnat hanc traditionem ex traditiõ à Covarru. præſt. cap. 11. num. 6. ad finem.
- 108 Deſendit communem opinionem, & ad rationem Covar. reſpondet.
- 109 Re integra Juxta domicilii tenetur remittere delinquentem ad forum delicti, tanquam potiorum & fortiorum, ſecus ſi Juxta domicilii, vel originis capit cognoscere de delicto.
- 110 Reſpondet ad leg. capitalium, §. famoſos, infra de pen.
- 111 Concordat opiniones ex Fulgoſ. l. 1. n. 1. C. ubi de crimine agi oporteat.
- 112 Reſicit dictam concordiam.
- 113 Refert ex Bald. quòd ſi delinquens ſit condemnatus in loco domicilii, non debet fieri remiſſio ad locum delicti.
- 114 Refert veram concordiam ad dictas opiniones.

116 Probat

- 116 Probat quod in terminis, de quibus ibi, Judex domicili, nec ante latam ſententiam, nec poſt eam latam tenebitur remiſſionem facere.
- 117 Adducit dictum Ang. tractatu de beneficiis, verb. Judex commiſit ad probandum, quod Judex domicili, qui per inquisitionem cognovit, non tenetur delinquentem remittere.
- 118 Generali conſuetudine Judex poteſt procedere contra delinquentem per inquisitionem.
- 119 Probat Judicem, qui mediante inquisitione ad ſententiam condemnatoriam pervenit, non teneri remiſſionem facere.
- 120 Examinat id, quod dictum eſt num. 117. quod tamen non eſſe verum exiſtimat.
- 121 Remedium inquisitionis conſetur remedium extraordinarium, & idem ſuperveniente accusatore ceſſat.
- 122 Tradit concordiam ad dictas opiniones, & caſus diſtinguit.
- 123 Si Judex domicili ex mero officio proceſſit, & condemnavit delinquentem, ejus ſententia, nec nocet accusatori, qui non fuit citatus, nec Reipubl. offenſa.
- 124 Docet, hoc caſu procedere poſſe opinionem Covarr. pract. cap. 11. num. 6. ad finem, ſecus ſi procedat per viam accuſationis.
- 125 Oſtendit, non eſſe ſimpliciter verum dictum Ang. de quo egimus ſupra num. 117.
- 126 Declarat, in quo caſu tantum opinio Ang. admitti poſſit.
- 127 Examinat id, quod tradidit num. 118. & tradit, maximè controverſum eſſe, utrum Judex poſſit procedere ex officio per inquisitionem, & concludit verius & receptius eſſe non poſſe?
- 128 Declarat caſum, in quo contraria opinio admitti poteſt.
- 129 Quando quis delinquit in diverſis Provinciis, Judex delicti, qui quoquomodo pervenerit, poterit cognoscere de delicto in ſuo territorio commiſſo, nec tenebitur remittere, etiamſi in alia Provincia gravius delictum commiſerit.
- 130 Declarat proximè dicta, quando utraque poena delicti poteſt effectum executioni ſortiri: nam ſi talis ſit, ut ſemel exigi poſſit, tunc poena gravius delicti proferenda eſt.
- 131 Aſſignat tertiam limitationem, ut ſcilicet tantum habeat locum in Judicibus ſubditis eidem Superiori.
- 132 Quando Judices non fuerint ſubditi eidem Superiori, conſuetudine obtentum eſt, ut omnino fiat remiſſio ad locum delicti.
- 133 In Italia cum tota diſiſa ſit in diverſa dominia, Judex unius domini non tenetur facere remiſſionem ad Judicem alterius domini.
- 134 Inter Eccleſiaticos, etiam diverſarum Provinciarum, ſemper lolus erit remiſſioni, & ibi ratio traditur.
- 135 Addit, quod etiam inter Regna fœderata non eſt locus remiſſioni.
- 136 Refert Doctores, qui contrarium tenent, quos tamen reprobat, & declarat, quo caſu eorum opinio admitti poſſit.
- 137 Reprobat Perez, loco hic allegato, dum exiſtimat, inter Regnum Caſt. & Portug. eſſe locum remiſſioni, quia ſunt Regna fœderata.
- 138 Docet inter prædicta Regna non eſſe locum remiſſioni, niſi in caſibus in l. ſæleris expreſſis.
- 139 In dictis caſibus ſtriſſimè eſt procedendum, nec ſunt extendendi etiam alios caſus diverſos, in quibus eadem videatur militare ratio.
- 140 Docet, quod in dictis caſibus expreſſis, ut fiat remiſſio, oportet delictum vere eſſe probatum, nec ſufficit probari per contumaciam.
- 141 Declarat item, quod in dicta probatione non ſufficiant indicia, vel conjectura, ſed plena requiritur
- probatio per teſtes, vel alias legitimas probationes.
- 142 Declarat, proximè reſoluta etiam hodie procedere licet Regna Port. & Caſt. hodie ſint unita.
- 143 Dicta Regna non ſunt unita acceſſori, ſed aq; principaliter, ita ut quodlibet ſuis legibus regeretur, & idèo conſiderari debent, ac ſi eſſent omnino ſeparata.
- 144 Docet, quod in hac materia remiſſionis eadem ſunt obſervanda, quæ ante unionem obſervabantur, & ita expreſſum eſt in libertatibus conceſſis Regno Portugallie.
- 145 Docet, quod in illis caſibus, in quibus non ſit remiſſio ad locum delicti, quo nihilominus læſus poterit accuſare delinquentem coram Judice Provincie, ad quem confugit.
- 146 Tradit quinque rationes in confirmationem dictæ conſuſionis.
- 147 Juri naturali repugnat, ut delictum maneat impunitum.
- 148 Conſuetudo iniqua nullo temporis curſu confirmari poteſt.
- 149 Debitor pecunie ſi fugitivus ſit, poteſt pro ea pecunia apud quemcumque Judicem conveniri.
- 150 Advertit, quod declaratio facta num. 145. non videtur iuta, nec vera, & oſtendit, quomodo communi traditioni repugnet.
- 151 Item adverſatur dicta declaratio reg. juris receptiſſima, quod quis accuſari, vel puniri non poſſit, niſi in loco domicili, vel in loco delicti.
- 152 Declarat plerique Doctores tenere, quod adverſus hos, qui ad alienam Provinciam confugerunt, Princeps illius nullam in eos habeat jurisdictionem.
- 153 Reprobat traditionem Curtii Junioris, & aliorum, de quibus num. 145.
- 154 Aſſignat concordiam ad dictas opiniones.
- 155 Tradit equiparationem inter Provinciam, ad quam delinquens confugit, & Eccleſiasticam.
- 156 Eccleſia tribuit immunitatem, & ſecuritatem, & ſalvum conductum ad eam confugientibus.
- 157 Judex poteſt verbaliter citare confugientem ad Eccleſiam, ut compareat coram eo, quatenus pertinet ad ſatisfactionem partis læſæ.
- 158 Si citatus non compareat, Judex delicti contra eum procedere poteſt tanquam contumacem, ad ſatisfactionem pecuniariam partis.
- 159 Reprobat prædictam concordiam.
- 160 Qui confugit ad Provinciam alteri domino ſubditam, tenetur eſſe publico nomine.
- 161 Reſpondet ad equiparationem, de qua egit ſupra num. 155.
- 162 Tradit rationem differentie inter Provinciam, & Eccleſiam.
- 163 Docet ſemper eſſe ſtudentum, ut ipſa publica majeſtas & libertas conſervetur.
- 164 Reſpondet ad rationes, de quibus num. 147.
- 165 Refert ex ſacra ſcriptura, designatas fuiſſe tres Civitates, ad quas delinquentes poſſent confugere, nec ibi accuſarentur, nec punirentur, & poſtea tres fuiſſe additas.
- 166 Reſpondet ad rationes, de quibus ſupra, & ad primam ultra rationem aſſignatam num. 164. aſſignat autor ſuam reſponſionem.
- 167 Exulare à Patria poenæ moleſtiſſima exiſtimabatur.
- 168 Reſpondet item, illam conſuſionem minimè procedere in Regno Hiſpania.
- 169 Oſtendit in Regno Caſt. & Portug. abſentem citatum per editum condemnari poſſe ad mortem naturalem vel civilem.
- 170 Refert etiam, quod in multis locis Italia delinquentes condemnantur, & habentur pro confeſſis.
- 171 Poſtquam quis punitur plene in loco delicti, non poteſt pro eodem delicto accuſari, vel puniri in loco, ad quem confugit.

- 172 Juris ratio non patitur, ut de eodem hominis delicto ſepius inquiratur.
- 173 Reſpondet ad ſecundam rationem, de qua numero 148.
- 174 Juri communi omnes Provincie erant ſubdite Imperio Romano.
- 175 Tradit, qui denegat remiſſionem hiſ caſibus non peccare.
- 176 Reſpondet ad tertiam rationem, de qua numero 149.
- 177 Declarat verius & receptius eſſe, poenam non deberi in delictis, niſi à tempore facta condemnationis.
- 178 Ante condemnationem ſiſcus non videtur habere aliquod jus conſiderabile in bonis delinquentis.
- 179 In delictis non tranſit poena in hæredem delinquentis, niſi poſteaquam delinquens fuerit condemnatus.
- 180 Reſpondet ad quartam rationem, de qua num. 149.
- 181 Aſſignat ſecundam reſponſionem.
- 182 Expendit pro eadem reſponſione notabilia verba Bald. l. cum quedam, num. 2. ante finem, ſupra de jurisdictione omnium iudicum.
- 183 Reſpondet ad quintam rationem, de qua eodem numero 149.
- 184 Reprobat traditionem Covarruv. practicarum quaſtionum cap. 11. numer. 10. verſ. ſed eſt ad criminis poenam.
- 185 Aſylum defendit omnes ad illum confugientes quantumcumque atrociffima delicta commiſerint.
- 186 Oſtendit rationes Covarruvia. ubi proximè in hoc caſu non concludere, & probat remiſſionem hiſ caſibus fieri non poſſe.
- 187 Declarat opinionem Covar. tantum verificari poſſe in crimine hæreſis, & in aliis ſtandum eſt regulis magis communiter receptis.
- A**D * hujus autem fori explicationem, agendum nobis eſt, de intellectu leg. 1. Cod. ubi de crimine agi oporteat, quæ prima * facie duo videntur probare, valde notanda in hac materia. Primo, quod * in loco delicti quis accuſari poteſt & ſi in eo loco non reperitur. Secundo quod * ſi extra locum delicti invenitur, etiam in eo loco accuſatio peragi poteſt: Eſt * tamen advertendum, quod utrumque dictum non eſt verum, neq; enim delinquentis poteſt accuſari in loco delicti, niſi in eo invenitur, ſed ad eum locum de more ſit remiſſus. Clement. paſtoralis §. verum eſt quidem de re judicata, adeo quod * ſi delinquens ſit abſens à loco delicti, & legitime citatus non compareat, non poſſit adverſus eum procedi ad poenam corporalem, ſed tantum ad annotationem bonorum, leg. 1. infra de requirend. rōis, & notavit gloſ. auth. ut nulli iudicium §. ſi quis vero comprehenſorum, verb. de finita, collat. 9. Panorm. cap. fin. num. 7. & numer. 10. de foro competentis, & * ad hunc modum debet declarari dict. leg. 1. in 1. parte Cod. ubi de crimine, dum ſentit, delinquentem abſentem, in loco delicti accuſari poſſe: debet enim intelligi, ut contra eum procedatur ad annotationem bonorum, non autem ad poenam corporalem, juxta ſupra tradita.
- Præterea & ſecundo, quod + videtur probare dict. leg. 1. illud eſt, quod delinquens poſſit accuſari in loco, in quo reperitur, intelligendum eſt: quando in eo loco, in quo invenitur ex alia cauſa ſortiebatur forum, vel quia in eo habebat proprium domicilium, leg. 2. Codic. ubi de crimine agi oporteat, vel quia erat locus propriæ originis, vel paternæ, quæ in illis videtur ſortiri forum, vel conveniri, & puniri poſſet pro delictis abibi commiſſis, ut tradit gloſ. leg. reſcriptorum §. intendere, verb. ad reſcripti Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.
- infra de interditiſ, & reſegat. & in terminis gloſ. ſu. dict. leg. 1. Cod. de crimine agi oporteat, & in ſimili probatur leg. 1. cum gloſ. infra de eo quod certo loco.
- Unde * ex dict. leg. 1. juxta prædictas interpretationes, colligendum eſt, quod pro delicto poteſt quis accuſari in loco delicti commiſſi. Item & in loco domicili, & præterea in loco propriæ originis, vel paternæ, ſi ibi invenitur, notat Bart. l. ſi cui §. final. num. 6. inf. de accuſat. Panorm. cap. final. num. 38. de foro competentis.
- Inter + quos tamen foros, ea eſt differentia, quod in loco delicti, vel originis propriæ, vel paternæ, non poteſt accuſari, niſi ibi reperitur, ut dictum eſt, in foro autem domicili: poteſt accuſari, & ſi ibi non invenitur, ut colligitur ex generalitate leg. 2. Cod. ubi de crimine agi oporteat, & cap. cum contingat, de foro competentis, & ibi notat Panorm. n. 6. ad finem ſentit leg. 15. ad finem tit. 1. part. 7. & n. 13. tunc procedatur contra eum per modos traditos per Panormitanum cap. fin. num. del foro competentis.
- Adde + quod & dict. leg. 1. Codic. ubi de crimine agi oporteat in 2. parte, poteſt generaliter intelligi, ut quocumque loco delinquens poſſit accuſari. ſi poſt delictum eliciatur vagabundus, & non conſtitens in certo loco: is enim quocumque loco accuſari & puniri poteſt, ex gloſ. ſu. dict. leg. 1. & gloſ. hic verb. debet in principio, & Bart. num. 4. & aſſerit receptum Curt. Jun. hic num. 10. & Mantua num. 27. probat leg. 15. ante finem titul. 1. part. 7. & ibi Gregor. verb. à ctro. Ratio colligitur ex leg. ſi in poſſeſſione, & ibi notat Bald. Cod. ubi cauſa ſtatus.
- Contrariam * tamen opinionem, imò vagabundum non poſſe accuſari in loco, in quo invenitur, ſed potius remittendum eſſe ad locum delicti, juxta generalitatem auth. nulli iudicium §. ſi quis vero comprehenſorum collat. 9. tenet Panormitan. cap. fin. numer. 21. de foro competentis, Marian. cap. p. ſtulaſti numer. 5. eo titul. & tanquam verius probat Covarruv. pract. cap. 11. numer. 7. Duenb. regul. 378. n. 4. limitat. Didacus Perez l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinament. pag. 338. col. 2.
- Pro + concordia harum opinionum, placet mihi reſolutio Avenda. reſponſ. 40. numero 9. quod ſi accuſator velit proſequi cauſam, in loco, in quo reperitur vagabundus, admitrenda eſt illius accuſatio: neque ſit locus remiſſioni ad locum delicti. Si verò pars læſa petat remiſſionem ad locum delicti, illa concedenda eſt: juxta regulam generalem. Diceretur + autem in noſtro propoſito vagabundus, qui nullum certum habet domicilium, ex gloſ. hic verb. debet in principio, quam extollit Navar. cap. placuit, numer. 79. de panit. diſtinct. 6. Sed improbat Ang. §. proced. numer. 10. In quibus, illum * eſſe vagabundum, qui licet certum habeat domicilium, tamen incipit vagari per mundum, neque in certo loco conſiſtit, quod & tenuit Bart. leg. 1. numer. 2. Codic. de Tyronib. lib. 12. & leg. 4. §. prætor ait numer. 24. infra de damno infecto, & ibi Alexand. numer. 22. & contra gloſ. hic aſſerit receptum Curt. Jun. hic nu. 10. & Anton. de Matth. de prorogacione jurisdictionis, numero 35.
- Sed + ad veram reſolutionem advertendum eſt, domicilium duobus modis conſiderari, ſcilicet pro loco habitationis propriæ, item pro domicilio originis propriæ vel paternæ: quod ſemper quis videtur retinere: quoad honores & onera, leg. penultim. ſupra de Senatoribus Bart. leg. aſſumptio §. 1. numero 1. ad finem infra ad nuntiup. & delarat Panormitan. cap. final. numero 13. & ibi Marian. numero 57. de foro competentis. Si + igitur primo modo accipias domicilium, vera +

- erit diffinitio gloſſ. *hic verb. debet*, quòd ille dicetur vagabundus, qui nullum certum & determinatum habet domicilium: facile enim contingere poteſt, quòd quis nullum proprium habeat domicilium, ſed vagetur per mundum leg. *13* *ius qui final. ad finem infra ad municipal.* ac * proinde cum nullum habeat certum Parochum, poterit conſiteri illi Parocho, in cujus Parochia reperitur. *Navar. cap. placuit à numer. 80. de penit. diſtin. 6. & tradit Decian. in pract. criminal. libr. 4. cap. 13. à num. 1.*
- 19* Et hinc * conſequitur, quòd ſi quis propter delictum commiſſum auſugiat à loco domicilii, & ad aliud Regnum conſugiat, ut interim ibi ſe teneatur, non poteſt dici vagabundus: cum habeat animum conſtituendi domicilium in Regno, ad quod conſugit, & conſequenter non habeat animum vagandi per mundum, & ſic deſiciunt requiſita ſupra relata, ut quis dicatur vagabundus. In hoc igitur, *20* qui proprie non * eſt vagabundus, non reperitur iure cautum, quòd in quolibet loco tanquam vagabundus conveniri, & puniri poſſit: quòd ita praxis obſervat, quicquid contrarium videatur ſentire Covarruv. *pract. quaſt. cap. 11. numer. 7.* Cuius opinio tantum admitti poteſt, quando * conſtituerit, recedentem à proprio domicilio, non habere animum conſtituendi domicilium in eo Regno, ad quod conſugit, ſed tranſeundi ad aliud, & ad alias Provincias, ac ita nullum certum & firmum domicilium velle habere, vel habitationem certam, nam tunc dicetur vagabundus: & ubicunque conveniri poterit, declarando ut ſupra.
- 22* Quòd * ſi domicilium ſecundo modo accipias, nunquam abſens poteſt dici vagabundus: * quia licet cuiſlibet liceat mutare domicilium habitationis leg. *cum quadam ſupra de iuriſdictione omnium iudicum.*
- 24* Amen † domicilium originis paternæ, vel propriæ mutare non poteſt, leg. *affumptio in principio infra ad municipal.* neq; amittitur, niſi Patria propria, vel paternæ paſſa ſit aratum, *Ang. §. preced. nu. 10.* Cum igitur ſemper prædictum domicilium videatur retinere, vagabundus dici non poteſt. Cum autem à communiter accidentibus domicilium primo modo accipitur, ille tantum dicetur vagabundus: *25* qui * ita à proprio domicilio recedit, ut vagetur per mundum, & in nullo certo loco firmum domicilium conſtituat, vel habitationem, ut colligitur ex *l. ejus qui §. final. ad finem, infra ad municipal.* elegantè Capola videndus *conf. 58. num. 25. Boſſus in pract. crim. tit. de foro competenti, num. 70. & tradit Sapia. hic num. 13. & ſupra diximus, & colliges ex Fulg. conſ. 149. num. 2.*
- 26* Præterea * & illud ſupra dictis addendum eſt, quòd illud, quod ſupra diximus, delinquentem accuſari poſſe in loco propriæ originis, vel paternæ accipiendum eſt, ſi pars læſa velit eum accuſare in eo loco, leg. *2. Cod. ubi de crimine agi oporteat: tradit Panor. c. final. col. ſin. num. 38. de foro compet. Signorol. 7. conſ. 128. poſt principium.* Unde * ſequitur, quòd ſi pars læſa nolit in eis locis accuſare, Judex illorum locorum per viam inquisitionis contra prædictos procedere minimè poterit: Imò prædicta inquisitione quoad omnes effectus pro nulla reputabitur, ut per elegantè rationes concludit Signorol. *conf. 128. Bald. conſ. 293. punctus in fine lib. 1. & pluribus relatis hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem reſolvit Roland. conſ. 19. num. 20. lib. 2. & Menoch. conſ. 2. num. 130. lib. 1. Theſaurus deciſ. Pedemon. 90. num. 1. ubi num. 6. ad finem aſſerit ſecundum hanc opinionem fuiſſe conſultum Scarlatinus conſ. 112. num. 4. lib. 1. criminalium.*
- 28* Cæterum * ſubſiſtendum eſt: quia contrariam

opinionem, imò prædictos Judices poſſe contra ſubditos alibi delinquentes procedere per viam inquisitionis, tenet Panormit. *cap. cum contingat, numer. 7. de foro competenti, & plurimis relatis hanc eſſe veriorem & magis receptam ſententiam aſſerit Laurentius Sylvanius conſt. 103. col. 2. ad finem, & ſequitur Covarruv. practicar. quaſtionum cap. 11. numer. 6. verſ. 6. Filius Clarus in praxi criminali. §. ſin. quaſtion. 39. numer. 4. Anchar. Regienſis libr. 3. familiar. quaſtion. q. 7. à numero 15. Vincent. à Franchis deciſ. 66. in prima parte, quibus addendus eſt Alber. Brun. conſil. 144. libr. 2. Vulpel. conſ. 46. & conſ. 157. numero 4. & Decianus notab. tractatu criminali lib. 4. cap. 6. numero 1. & 3. Follerius de conſtit. capitaneorum, n. 36. pag. 137. Gama deciſ. 53. num. 2.*

Quibus tamen † non obſtantibus, prima opinio procul dubio verior, & receptior eſt: & * pro ea eſt text. leg. 10. titul. 16. libr. 9. Codicis Theodoſiani. Et eſt * ratio hujus conſiſſionis, quia Republica domicilii delinquentis, vel propriæ originis, vel paternæ, per delictum commiſſum per ſubditum extra territorium, nullo modo fuit læſa, vel affecta aliqua injuria. Ergò eo caſu adverſus ſubditum delinquentem non poteſt procedere per viam inquisitionis: quia ea tantum permittitur: quando Republica, quæ * jubet inquiri contra delinquentes, affecta eſt aliqua injuria per delinquentem, aliàs fecerit: elegantè Bald. leg. *cum quadam numero 2. ad finem ſupra de iuriſdictione omnium iudicum, Boër. deciſ. 29.* Et * ſi reſplices, ſemper intereſſe Reipublicæ, ut malis hominibus purgetur leg. *congruit in principio ſupra de officio præſidis, ne quidem obſta impunitate prædicti delicti, in majorajprolabantur vicia delinquentes, ut in terminis conſiderat Covar. practicarumque quaſtionum cap. 11. numer. 6. verſ. 6. & Anchar. Regienſis familiarum quaſtionum libr. 3. quaſtion. 7. numero 18. Gama deciſ. 53. numero 2.* Quia * ſacile reſpondetur, hanc rationem tantum concludere quoad eos, qui intra Provinciam delinquent. Nam ſi extra * Provinciam delinquant, in Provincia autem quieret & honeſtè vivant, nulla eſt ratio, ob quam debeant inquietari, imò magis ſunt laudandi, quia in Provincia, in qua degunt, ſceleribus ſe abſtinent. Bald. leg. 2. §. deinde ex his ad finem ſupra de origin. juris, & cap. 1. §. ſi Judex num. 3. de pace tenenda Guid. Papa deciſ. 202. num. 2. Afflictiſ deciſ. 265. num. 6. Roland. conſ. 19. num. 23. lib. 1. Boër. deciſ. 29.

Et † ideò leg. 2. §. poſtea, ne diutius, ſupra de 36 origin. juris, probat quòd Hermodorus Ephesinus, qui exulabat in Italia, fuit Auctor Romanis, ut jura duodecim tabularum conſtituerent, & hac ratione ei publice ſtatuum fuiſſe dicatam in comitio, ut aſſerit Plinius leg. 34. naturalis hiſtoria cap. 51. Ex quibus collegit Bald. *diſt. leg. 2. §. deinde ex his ad finem, ſupra de origin. juris, quòd * banniti & exules ab una Patria, in 37 alia honorantur, in qua utique non cenſentur infames, & ideò ad honores admittuntur, & tradit idem Bald. leg. 1. numero 9. Codic. de Summa Trinitate, & licet Zaſius *diſt. leg. 2. numero 42. & ibi Cagnol. numero 7. negent, id ex eo text. bene colligi, quia Hermodorus injuſtè fuit expulſus ab Epheliſis, ut reſert Cicero libr. 5. Tuſcan. quaſtion.* Tamen generalitas illius textus etiam notabile Bald. videtur admittere, & quia ſivè juſte, ſivè injuſtè quis exulet à Patria, tamen verum eſt dicere, exulem à Patria, in alia Provincia honorari poſſe.*

Adde * etiam, quòd illud, quòd ſupra diximus, *38* delinquentem poſſe accuſari in loco originis propriæ,

præ, vel paternæ, hodie conſuetudine generali abrogatum eſſe, ut tenent plures quos reſert Theſaurus deciſ. Pedemontan. 90. ad finem. Et * ideò *l. 15. tit. 1. part. 7. reſerens foros, quos delinquens fortitur, tantum fecit mentionem loci, in quo delictum commiſſum eſt, & domicilii delinquentis, innuens, quòd in loco originis propriæ vel paternæ accuſari non poſſit, ut ibi notavit Greg. in gloſſ. final.*

40 Denique * addendum eſt, quòd in hac materia in regno Portugalliæ adeſt ordinat. *lib. 5. titul. 42. §. 11. in antiqua impreſſione, & hodie lib. 5. tit. 117. §. 9. novæ impreſſionis,* quæ videtur in aliquibus diſcrepare à diſpoſitis per jus civile, ſive commune in hac materia: nã diſponit, quòd Judex partis læſæ poteſt recipere ejus querelam contra eum, qui illum offendit, eſſi lædens non ſit ſubditus prædicto Judici, quòd utique videtur repugnare regulæ generali *l. in crimin. C. de iuriſdictione omnium iudicum,* ſecundum quam accuſatio fieri debuit coram Judice delinquentis, & non coram Judice partis læſæ.

41 Sed * pro deſenſione prædictæ ordinationis, advertendum eſt, in regno Portugalliæ in delictis puniendis tribus diverſis modis procedi ſolere, ſcilicet per accuſationem, vel per inquisitionem, quæ in eo regno appellatur (*devaſſa* vel per viam querelæ, quæ quoddam medium videtur * obtinere inter accuſationem, & inquisitionem: Nam *42* ut † remedium querelæ locum obtineat; oportet quòd conſtet de delicto, & de perſona delinquentis. Item quòd pars læſæ nominatim de delincente conqueratur, & in hoc aſſimilatur accuſationi, & ideò ſolet concipi eſſidem fere verbis, quibus libellum in accuſatione formari debere docet Jureconſultus *l. libellorum, infra de accuſa. 44. tit. Sed † nihilominus in eo differunt, quòd accuſatio fit in iudicio citata parte, & in ea ordinariè proceditur: querela autem proponitur coram Judice, non ſedente pro tribunali, & eſt veluti præparamentum quoddam futuræ accuſationis judicialis. Item in eo differunt, quòd * ſi per duos teſtes etiam citata parte examinatos apparuerit, veram eſſe querelam partis querelantis, delinquens debet capi, & carceri mancipari, ut diſponit ordinat. *l. 5. tit. 42. §. 9. & hodie l. 5. titul. 117. §. 6. novæ recopilat.**

46 Cujus * contrarium obſervatur in accuſatione judiciali. Quoad inquisitionem autem in regno Portugalliæ non ſolet procedi per modum inquisitionis generalis, ſed tantum per inquisitionem ſpecialem in certis & expreſſis delictis in ord. *lib. 1. titul. 44. §. 1. antiqua impreſſion. & hodie lib. 1. 47. tit. 65. §. 31. novæ impreſſionis.* Juxta * quæ dicendum eſt, quòd ſi in regno Portugalliæ procedatur per viam accuſationis obtinebit in eo regno regulæ *diſt. l. in crimin. Cod. de iuriſdictione omnium iudicum.* Si vero procedatur † per viam querelæ, tunc obtinebit locum diſpoſitio ordinationis *lib. 5. titul. 42. §. 11. veteris impreſſionis & lib. 5. tit. 117. §. 9. novæ recopilationis,* ut Judex partis læſæ poſſit procedere contra delinquentem in territorio ſuo, ita ut quòd jure communi invenitur diſpoſitum in caſu ſpeciali. *ne quid §. de his, juncta gl. verb. remittantur, infr. de incend. ruina naufrag.* quòd delinquens remittatur ad Judicem partis læſæ, ut ibi puniatur, & notat Bart. *l. 1. n. 45. C. de Summa Trinitate,* tamen id generaliter obſervabitur in regno Portugalliæ, quando proceditur per viam querelæ.

49 Advertendum * tamen eſt, quòd dum prædicta ordinatio generaliter diſponit, Judicem partis

læſæ poſſe cognoscere adverſus delinquentem, etiã ſibi non ſubditum, neceſſario intelligendum eſt: dummodo delinquens ſit ſubditus regni vel Provincie, in quo prædictum delictum commiſſum eſt: Nam tunc Judex partis læſæ de eo delicto cognoscet per viam querelæ, etiam ſi delictum non ſit commiſſum in ejus territorio particulari. Nam ſi ponas extra regnum vel Provinciam delictum fuiſſe commiſſum, per extraneum, & nullo modo ſubditum, tunc non obtinebit locum ord. *diſt. lib. 5. tit. 42. §. 11. in antiqua, & hodie lib. 5. tit. 117. §. 9. novæ impreſſionis,* quia ut tradit Bart. *l. 1. n. 45. C. de Summa Trinitate,* ſtatutum non poteſt tribuere iuriſdictionem, adverſus non ſubditum delinquentem extra territorium, juxta regulam *l. final. ſupra de iuriſdictione omnium iudicum & cap. 2. §. ſin. de conſtit. in 6. ſubſcribit Angel. §. preced. n. 15. Curtius jun. hic in fine.*

Adeo * quòd tradiderit Innocent. c. poſtulaſti, *de 51 foro competenti,* quòd ſi quis habeat poſſeſſiones in territorio alicujus civitatis, & extra territorium occidit aliquem civem illius civitatis, non poterit per Judices prædictæ civitatis puniri, neque in perſona, neque in bonis, quantumcunque ſitis in territorio prædictæ civitatis: quòd late probat Marianus *cap. ſane, numer. 6. verſ. declaratio, de foro competenti,* & tamen * valet ſtatutum, quòd *52* civitas puniat ſubditum delinquentem extra territorium: quòd facere potuit, *l. 1. Cod. ubi de crimine agit oporteat, & tradit idem Bart. diſt. l. 1. num. 45. C. de Summa Trinitate, Bald. conſil. 383. punctus in ſin. lib. 1. Ancharan. Regienſis familiarum quaſt. lib. 3. q. 7. n. 4. quem vide.*

Juxta quam * resolutionem in propoſito noſtro *53* inferendum eſt, quòd ſi Caſtellanus occidat Luſitanum, extra regnum, Caſtellanus repertus in regno Portugalliæ, non poterit pro eo delicto accuſari in prædicto regno, quia reducitur in effectum ad terminos primi membri diſtinctionis Bart. *diſt. l. 1. n. 45. de Summa Trinitate, & à fortiori 54* idem erit recipiendum, ſi Caſtellanus alium Caſtellanum occidat extra regnum: manifeſte enim tunc ceſſat diſpoſitio ord. *diſt. lib. 5. titul. 42. §. 11. & hodie lib. 5. tit. 117. §. 9. novæ impreſſionis,* quæ requirit, quòd ut Judex procedat contra delinquentem ſibi non ſubditum, oporteat, quòd ſit Judex partis læſæ, quòd requiſitum in prædictis caſibus minimè verificari poteſt.

Ex * quibus dubia videtur reddi decifio Luſitana, *55* relata per Gama *deciſ. 53.* dum tenet, quòd ſi quis Luſitanus occidat Caſtellanum extra regnum, adverſus eum in regno procedi poteſt, etiam per viam inquisitionis. Nam in his terminis falſa erit *56* conſiſſio, ob rationem proxime aſſignatam, & tantum deſendi poterit, quando Luſitanus occidit alium Luſitanum, etiam extra regnum, quia tunc in regno puniri poteſt, quia reducitur ad terminos doctrinæ Bart. *l. 1. numero 45. Cod. de Summa Trinitate, & ad terminos Ordinationis. diſt. lib. 5. tit. 42. §. 11. & lib. 5. tit. 117. §. 9. novæ impreſſionis,* quòd ita fuiſſe judicatum aſſerit Gama *deciſ. dec. 53. numero 1.* qui addit * in prædicto caſu, *57* contra ſubditum delinquentem, procedi poſſe etiam per inquisitionem, quòd tamen videtur repugnare his, quæ ſupra tradidimus, quòd adverſus ſubditum delinquentem extra territorium, procedi non poteſt per modum inquisitionis. Sed * nihilominus ſalvando prædictam decifio- *58* nem dicendum eſt, eam admitti poſſe, quando hæc ſimul concurrunt: quòd ſubditus læſit ſubditum, etiam extra regnum: nam prout tunc adverſus eum procedi poteſt, ac ſi in territorio deliquiſ-

deliquisset, ordinat. lib. 5. tit. 42. §. 11. & dist. tit. 117. §. nove impressionis, ita & in eodem casu adversus eum procedi poterit per inquisitionem, Bart. dist. l. 1. n. 48. Cod. de Summa Trinitate, Panormitan. cap. cum contingat n. 8. de foro competenti

59 Anan. c. 1. n. 2. de raptoribus. Et ad hunc * modum debet declarari communis traditio supra relata, ut non habeat locum, quando subditus deliquit extra territorium adversus alium subditum; item quando statutum disponit, ut contra eum procedatur: ac si in territorio deliquisset, ut in effectu disponit ord. dist. lib. 5. tit. 42. §. 11. & lib. 5. tit. 117. §. 9. nove impressionis: nam his duobus concurrentibus poterit adversus prædictum procedi, etiam per inquisitionem, Bart. l. 1. numero 48. & Baldus consil. 393. punctus in fine lib. 1.

60 Neque * est silentio involvendum illud, quod etiam exprimitur in prædicta decisione, quod si delinquens fuerit punitus per Judicem delicti, adhuc in Regno accusari, & puniri potest pro eodem delicto: quod tamen videtur esse contra regulam textus cap. de his de accusat. & l. senatus ff. de accusat. per quæ jura contrarium in terminis concludit Bald. l. executorem n. 25. C. de executione rei judicata, tradens, quod punitus in loco delicti non poterit pro eodem delicto iterum accusari in alio loco, etiam aliàs idoneo, quia forus delicti est principalior, subscribit Alciatus cap. 1. n. 83. ad finem de offic. ordinarii. Quod t procedit etiam Index delicti, ex arbitrio suo mitigavit poenam ordinariam delicti, ut tradit Aretin. dist. cap. de his n. 18. ad finem de accusat. Quinimò * licet Bald. & Alciat. supra relati diversum esse censeant, si pro delicto delinquens fuerit punitus in loco domicilii, quia is adhuc accusari, & puniri potest in loco delicti, cujus injuriæ non fuit satisfactum per punitionem factam in loco domicilii delinquentis, tamen non videtur verum, & contrarium acriter defendit Aretin. dist. cap. de his, n. 18. & consil. 58. n. 12.

63 Sed * nihilominus salvando id, quod continetur in prædicta decisione, est advertendum, quod ut in ea exprimitur, poena illa imposita per Judicem loco delicti, fuit nimis levis, & ideo cum non fuerit punitus condigne pro delicto, poterit pro eodem iterum puniri, juxta regulam textus cap. salicis §. per hoc, de penis in 6. secundum intellectum Ancharran. cap. ea quæ colum. 20. questione nona, de regul. juris in 6. & Panormitan. cap. de his n. 4. de accusat. conferunt latè tradita in proposito per Baptillam l. 1. n. 27. C. de Summa Trinitate.

64 Denique * est advertendum, quod dum ea decisio Lusitana §. 2. n. 2. dicit, quod punitus in absentia, propter contumaciam, non potest allegare, sed pro eodem delicto jam fuisse punitum in alio loco; non est simpliciter verum, sed recurrendum est ad doctrinam Bart. l. sepulchri n. 6. infra de sepulchro violato, de quo notab. agit Aretin. d. c. de his n. 8. de accusat. & nos retigimus l. si quis postea quam, ad finem supra eodem.

65 Denique * in hac materia illud est memorandum, quod quatenus pertinet ad forum conscientie, ratione delicti, quis forum non sortitur: ac proinde illud delictum debet confiteri proprio parochi, & non coram parochi loco delicti, gloss. cap. placuit el. 1. 16. questione prima, Imol. dist. cap. P. & G. n. 45. de offic. delegati, Roman. singul. 453. notab. Navarra. dist. cap. placuit à n. 83. de penit. distinct. 6. & rationem assignat Covar. pract. quest. capitulo 11. n. 4.

Uterius * ad complementum istius fori, illud memorandum est, quod licet in contractibus, non fiat remissio ad locum contractus: si contrahens in eo non reperitur, cap. 1. §. contrahentes de foro competenti in 6. & supra diximus, tamen ad forum delicti fit remissio, si delinquens in eo non reperitur, ut probat auth. ut nulli judicium §. si quis vero comprehensorum collat. 9. à qua desumpta est authent. si vero C. de adulter. quod & probat c. 1. §. 1. de privil. in 6. l. 1. tit. 29. partit. 7. ampliando ut per Bald. l. fin. n. decimosexto, Cod. si à non compet. judice, varias autem rationes hujus conclusionis assignant Doctores, quas referunt Jacobus de Bellovisio dist. §. contrahentes n. 111. & ibi Dominic. n. 16. Curt. Jun. hic ad finem, Heroscius l. præses provincia n. 5. supra de officio præsidis Covar. practicar. questionum cap. 11. n. 3. quibus addendus est Bellamera consil. 11. n. 5.

Sed t ea est præcipua, quod ubi quis deliquit, ibi puniri debeat, l. si cui §. final. & l. fin. inf. de accusatio. l. 3. in principio infra de re militari, auth. qua in provincia C. ubi de crimine agi oporteat, ob rationes expressas l. capitalium §. famulos inf. de penis.

Sed t quia in hac materia est textus præcipuus in dist. §. si quis vero comprehensorum, latius circa illius interpretationem insistemus. Ex d. * igitur §. si quis vero comprehensorum, prima colligitur conclusio, quod si delinquens aufugerit à loco delicti, neque in eo reperitur, tunc Judex loco delicti, debet dirigere literas precatórias ad Judicem, in cujus territorio delinquens degit, ut eum capiat, & ad se remittat. Si enim * Judex delicti has literas non dirigat, non tenetur, imò neque potest Judex loci, in quo delinquens degit, eum capere & remittere, ut tradit Bar. & alii l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat, Anan. c. 1. n. 8. de raptoribus Hypol. in pract. crim. §. oportune n. 33. Thom. Gram. decis. 26. numer. 4. Decian. tract. crimin. lib. 4. c. 19. n. 1. Covar. pract. quest. c. 11. numer. 5. vers. quanto. Et * hac forma non servata Judex loci, in quo delinquens degit, illum capiat, tenetur in continenti tanquam injuste captum relaxare, neque officio potest illum remittere, Paul. Castr. consil. 309. n. 2. l. 2. Avend. respons. 40. n. 5. Decian. ubi supra n. 2. & n. 4.

Secunda principalis conclusio ex d. §. si quis vero comprehensorum, ea est, quod ut Judex loci, in quo delinquens degit, teneatur eum capere & remittere, satis est, quod ei literæ precatórias Judicis delicti offerantur, in quibus contineatur: quod delinquens capi debeat, & remitti: tenetur enim recipiens literas prædictas, illis obedire, & capere malefactorem: absque eo, quod debeat cognitionem adhibere ad sciendum, utrum illud, quod in prædictis literis continetur sit verum. Nam cum is Judex vicem executoris fubeat, Bar. leg. fin. §. 1. infra de publicanis Jaso. l. magistratibus colum. 1. supra de jurisdic. omn. jud. Succedit * regula, quod executor non potest cognoscere de veritate causæ, cujus executio ei committitur, l. si ut proponis C. de execut. rei judicat. cap. pastoralis §. quia vero, de offic. delegati. Qua ratione hanc conclusionem probat Jaso. d. l. magistratibus post princ. & alii relati per Covar. pract. q. c. 11. n. 8.

Cæterum subsistendum est, * quia in contrarium est auctoritas gl. Clem. pastoralis §. nos quoque, verb. de more de re judicat. quæ vult, quod Judex ille, à quo petitur remissio delinquentis, debet adhibere cognitionem, utrum qui petitur remitti, revera illud

illud delictum commiserit, ne aliàs per capturam afficiatur injuriâ absque ulla justa causa, imò injustè & calumniosè & illam gloss. probat Paul. dist. leg. Magistratibus num. 2. & ibi Alex. numer. 2. Purpurat. numer. 10. supra de jurisdictione omnium judic. Aret. c. fin. numero vigesimo, de foro competenti, & ibi Felin. numer. 10. Capol. consil. crimin. 58. numer. 14. & hanc esse communem opinionem asserit Rogerius à Mora biv numer. 55. Agidius Bossius in praxi crimin. tit. de foro compet. num. 50. Rebus. 2. tom. ad ll. Gallicas tit. de literis requisit. in præfatione num. 12. & Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis, num. 71. vers. 2. fallit.

75 Invenio * tamen, quod Alber. dist. auth. qua in Provincia, num. 12. Cod. ubi de crimine agi oporteat, concordat opiniones, quod Judex delicti debeat præmittere summariam cognitionem, quod delictum sit commissum per illum, qui petitur capi, & remitti, & hanc summariam cognitionem clausam cum literis precatóriis, debet ad Judicem, à quo petitur remissio, mittere: cui informationi ipse Judex tenetur fidem adhibere: sed si non præmissa prædicta informatione, aliquem tanquam delinquentem petat remitti, tunc Judex à quo petitur remissio, non tenebitur remittere, nisi prius facta informatione illi consulerit, eum qui petitur remitti tanquam delinquentem, re vera delictum commississe, subscribit Guid. Papæ decis. 202. numer. 2. Socin. reg. 335. numero 5. Cassane. in consuetud. Burgund. rub. 12. §. unico num. 6. Avendan. libro secundo, de exq. mand. c. 7. numer. sexto, & in tractat. de except. numer. 18. Covarruv. pract. quest. c. 11. numer. 8. notab. Perez leg. 2. tit. 7. lib. 8. ordinam. pag. 340.

76 Neque * tunc obstat, quod is Judex in effectu est executor, & sic non potest cognoscere de veritate, vel justitia causæ exequendæ, quia id limitatur non procedere, si agatur de executione ex qua resulter infamia, vel injuria (prout est captura personæ) nam tunc debet superfedere in executione, donec ei constet factem summariæ de veritate delicti, gloss. dist. §. nos quoque, verb. de more in fine, facit ratio textus l. Divus Adrianus, inf. de custod. reorum.

77 Cæterum quamvis * hæc concordia videatur applauder. tamen ne secreta justitiæ facile pandantur, praxis indistinctè admittit primam opinionem supra relata, ut Judex, à quo petitur remissio, teneatur capere delinquentem, & remittere, si Judex delicti, in literis precatóriis, asserat eum graviter deliquisse in suo territorio, etiam si cum literis nulla clausa mittatur informatio delicti, ut colligitur ex generalitate dist. §. si quis vero comprehensorum, & leg. solent, infra de custodia reorum, & hanc esse communem praxim asserit Rebus. 2. tom. ad ll. Gallicas tit. de literis requisit. in præfatione numer. decimotertio, & Jul. Clar. in praxi crimin. §. fin. 78 quest. 38. numer. decimonono, in fine, & in t Regno Portugallie probat ordin. libr. 5. tit. 52. §. 6. veteris impressionis & libr. 5. tit. 123. §. 6. nove recopilationis.

79 Illud * sanè verum est, quod si delinquens confugiat ad asyllum, quod nos (conto vocamus) non fiet remissio, nisi prius præmittatur cognitio, utrum ille delinquens debeat gaudere privilegio asyli, Ord. lib. 5. tit. 52. §. 7. & hodie lib. 5. tit. 123. §. 7. nove recopilationis, & in simili disponit ordinat. libr. 2. tit. 4. §. 5. & sequenti, veteris impressionis, & hodie libr. 2. tit. 5. §. 8. nove recopilationis. Item * quod si præfidi Provincie consulerit, aliquem deliquisse intra Provinciam, absque alia requisitione debet delinquentem capere, & remittere delinquentem ad Judicem loci delicti commissi

tra Provinciam, leg. non debium infra de custodia reorum, ordin. libr. 1. tit. 39. §. 8. veteris impressionis, & hodie libr. 1. tit. 58. §. 38. nove recopilationis facit authent. defensor Civitatum §. audivit, collat. 3.

Tertia * principalis conclusio ex dist. §. si quis vero comprehensorum, ea est, quod ad faciendam capturam, & prædictam remissionem, tantum attendi debet, utrum ille, qui petit remissionem, sit Judex competens ratione delicti, & minimè attendi debet utrum ille, qui facit remissionem, habeat aliquam jurisdictionem in remittendo, quia quoad hunc effectum remittendi lex eum reddit competentem, Panorm. c. fin. numer. 16. de foro competenti. Marian. c. postulasti num. 14. eo. tit. Covar. pract. quest. 11. num. 6. & hanc opinionem praxim admisisse asserit Jul. Clarus in praxi crimin. §. fin. q. 38. n. 22.

Sed * subsistendum nihilominus est, quia contrariam opinionem, imò remissionem fieri non posse, nisi per eum, qui aliàs habebat jurisdictionem in remittendo, vel ratione originis, vel domicilii, probat Anton. c. fin. num. 10. & ibi Aret. num. 20. Felin. num. 9. de foro competenti. per textum cap. 1. §. denique de privilegiis in 6. & asserit receptum Bossius in praxi crim. tit. de foro competenti, n. 52. Decian. in tract. criminal. lib. 4. cap. 19. n. 2. & 4.

Quibus * tamen non obstantibus prima opinio procul dubio verior, & receptior est, cui minimè obstat c. 1. §. denique de privilegiis in 6. Nam procedit * in exempto à jurisdictione ordinaria, ac proinde ordinarius respectu exercendæ jurisdictionis in exemptum, non solum redditur competens, sed etiam incapax exercendæ jurisdictionem in eum, ac proinde, neque capere, neque remittere potest. Cæterum quando tantum est incompetentis, tunc capere, & remittere potest, qua quoad hunc effectum lex eum competentem reddit, ut supra dictum est, & post Galde. tradit Bossius in praxi criminal. §. final. tit. de foro competenti, num. 53.

Quarta principalis * conclusio ex dist. §. si quis vero comprehensorum, ea est, quod Judex, à quo petitur remissio, tenetur obedire literis precatóriis Judicis delicti, aliàs afficitur poenis ibi expressè, notat Boërius eleganter explicans decis. 29. num. 2. & aliàs poenas quas prædicti incurrun, enumerat Rebus. 2. tom. ad ll. Gallicas tit. de literis requisit. gl. 2. à numer. 9. & cum prædictis in Regno Portugallie concordat ordinat. libr. 2. tit. 26. §. 36. veteris impressionis, & hodie lib. 2. tit. 45. §. 5. nove recopilationis, probat etiam Lex Portugallie, & lib. 5. tit. 44. §. 27. veteris impressionis, & hodie lib. 5. tit. 119. §. fin. nove recopil. & in Regno Castell. eadem probat l. 1. tit. 29. partit. 7.

Ex * quibus juribus manifestè colligitur, quod inter Judices, qui sunt subditi ejusdem Superioris Imperio, etiam hodie locum esse remissioni in delictis, quod in Regno Portugallie probat ord. lib. 1. tit. 44. §. 39. & lib. 5. tit. 52. §. 27. veteris impressionis, & hodie lib. 5. tit. 119. §. fin. nove recopil. & in Regno Castellæ l. 1. & 2. tit. 15. libr. 8. ordinam. quod & jure communi magis receptum est, ut asserit additio Capellæ Tholos. quest. 329. Jul. Clar. in praxi crimin. §. fin. quest. 39. numer. 21. Quamvis t in aliquibus locis subditi ejusdem Imperio consuetudinem obtentum sit, remissionem non fieri, ut tradit Paul. hic numero 10. & leg. 1. numero 6. in fin. Codic. ubi de crimine agi oporteat, & consil. 309. n. lib. 2. Debet igitur * Judex in cujus territorio degit delinquens, ad literas requisitorias Judicis delicti capere delinquentem, & remittere, & siquidem ad requisitionem accusatoris, illius expensis, si verò ad requisitionem

Judicis delicti, tunc expenſis publicis illius Provincie, ad quam faciendâ eſt remiſſio, argu. l. m. in op. infra de capt. vis. tradit Bald. c. 1. §. ſi Judex num. 1. de pace tenenda, & ejus violato. Afflic. lib. 1. conſtit. rub. 4. num. 6. Greg. l. 1. tit. 29. partit. 7. verb. deve. col. final. & Heroici. leg. præſes numer. 3. ſupra de offic. præſid. quibus adde Jafon. leg. à Divo Pio §. 1. numer. 2. infra de re judic. Covarruv. præſt. c. 11. m. 11. & Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 19. num. 19.

89 Ac ita * conſtat ex commune mente, nunquam eſſe faciendam remiſſionem expenſis Judicis, qui perit remiſſionem, quicquid contrarium reſolvat Rebuf. 2. tom. ad ll. Gallicæ tit. de liberis requiſitoriis, in præſatione num. 11.

90 In * Regno autem Caſtellæ conſtitutum eſt, per l. 7. tit. 16. lib. 8. ordinam. coi. fin. quod remiſſio fiat expenſis delinquentis, eſi non habeat bona expenſis accuſatoris, quod ſi eſt etiam non habeat bona, tunc fiat expenſis publicis locis, à quo fit remiſſio, ut ibi exp. icat Perez pag. 341. In * Regno autem Portugaliæ ſemper fit remiſſio expenſis publicis loci, à quo fit remiſſio, ut præſupponit ordinat. libr. 1. tit. 48. in principio, in antiquis & libr. 1. tit. 66. §. 44. nova impreſſioni.

91 Sed * queſtionis eſt, quod ſi Judex, ad quem fuerunt directæ literæ requiſitorie, non potuit capere delinquentem, quia auſugit ad aliam Provinciam, & reſolvendum eſt, hoc caſu Judicem delicti contra abſentem procedere poſſe per edicta, ut diſponit d. §. ſi quis vero comprehenſorum, quæ * citatio eum ligabit, eſi non degat in territorio citantis, ut ex mente illius text. colligit Rebuf. 2. tom. ad ll. Gallicæ tit. de viteris requiſitoriis in præſat. nu. 25. Quod ſi * citatus per edicta, intra conſtituta tempora non compareat, diſponit d. §. ſi quis comprehenſorum, quod Judex qui citavit, debet procedere adverſus eum ſecundum ea, quæ legibus ſunt diſſinita, quod gl. ibi verb. diſſinita, interpretatur de annotatione bonorum, ſi delinquens abſens intra annum non compareat l. 1. & 2. infr. de acquir. ris. cujus meminit ordinatio Portugaliæ lib. 5. tit. 44. §. 1. nova impreſſioni, & hodie lib. 5. tit. 128. nova r. capit. Et hanc interpretationem probat Ant. Videntes c. ſua. n. 6. & ibi Panor. n. 10. de foro competentis, & ante eos gloſ. 2. authent. ſi verò Codic. de adul.

92 Ex * quibus colliges, quod licet inter contractus, & delicta in noſtro propoſito ea ſit differentia, quod in contractibus non fit remiſſio ad locum contractus: & tamen ſit remiſſio ad locum delicti, ut ſup. dictum eſt, tamen in eo conveniunt, quod ſi in delictis non fit facta remiſſio, non fiet executio in perſona delinquentis abſentis, ſed tantum annotabuntur bona, prout & in contractibus tantum poſſe fieri miſſio in bonis dict. §. contrahentes, quicquid contrarium reſolvat. Anton. de Matth. de prorogatione jurisdiſtionis num. 17.

93 Quæ * fanè vera ſunt, attenda diſpoſitione juris communis. Nam ſecundum jus Regni Portugaliæ, ſi abſens à loco delicti citetur per edicta, & delictum ſit grave, ita ut ea probatio veniat imponenda poena mortis naturalis, vel civilis, poſſe & debet Judex adverſus eum procedere condemnando ad poenam mortis civilis vel naturalis, ut diſponit ordinatio, libr. 5. tit. 44. in principio viteris impreſſionis, & libr. 5. tit. 126. nova recapitulationis tacite ſignificans, quod pro aliis delictis non ita gravibus, non poſſe adverſus citatum per edicta procedi ad poenam corporalem.

94 Quod * ita explicandum eſt, ut pro his delictis levioribus non procedat Judex ad citationem per edicta ex officio, cæterum parte offenſa petente, adverſus abſentem procedere

poterit per edicta, ordin. libr. tit. 44. §. 4. in fine, & hodie libr. 5. tit. 126. §. 3. In eo tamen erit differentia, quod hoc ſecundo caſu tantum fit condemnatio ad intereſſe partis læſæ, & in poena alia quam Judex arbitrabitur ut diſponit Ordinatio dict. §. quarto, & hodie dict. tit. 126. §. 3.

Juxta * quæ ex prædicta ordinatione libr. 5. tit. 44. in principio, & hodie libr. 5. tit. 126. in principio, duæ colliguntur conſiſiones: Prima eſt, quod ſi delictum grave & enorme, poſſe Judex procedendo per edicta condemnare delinquentem abſentem ad poenam mortis civilis vel naturalis, quod etiam probat leg. 3. tit. 10. libr. 4. ordinum Caſtellæ. Secunda * eſt, quod ſi delictum non ſit ita grave, tunc parte læſa petente poſſe procedi adverſus delinquentem abſentem per edicta, & tamen non fiet condemnatio, niſi quoad intereſſe partis, & poterit etiam imponi poena arbitraria.

Ad * quartam conſiſionem veram explicationem, advertendum eſt, quod prima illa conſiſio prædictæ ordinationis, omnino diſcrepat à diſpoſitione juris communis, ſecundum quam delinquens abſens, & citatus per edicta, non poterit condemnari ad mortem civilem vel naturalem, l. abſentem §. 1. infra de poenis, & ibi notat gloſ. Bart. l. inter accuſatorem num. 9. infra de public. judic. ſed tantum poterit procedi ad annotationem bonorum, ſi intra annum non compareat, ut dictum eſt & tradit Avendan. reſponſ. 15. à nu. 1.

Secunda * autem conſiſio prædictæ ordinationis, non ita videtur diſcrepare à jure communi: poterat enim abſens eo jure condemnari, ſi poena non egrediebatur relegationem temporalem, d. l. abſentem, §. 1.

Eſt tamen * conſiderandum, quod prædicta ordinatione in prima conſiſione, delinquentem abſentem & contumacem, non habet pro confeſſo, ut faciunt ſtatuta Italiae, teſte Bart. leg. abſentem, infra de poen. ſed requirit delictum legitime eſſe probatum, ut procedatur ad condemnationem mortis naturalis, vel civilis, quod etiam diſponit leg. 3. tit. 18. libr. 4. ordinamenti, per quod prædicta conſiſio multum juſtificatur, circa quod videndus eſt omnino Avendan. reſponſ. 15. per totum.

His * ita explicatis ad perfectiorem declarationem hujus fori ratione delicti, notandum eſt, quod principalis conſiſio deducta ex dict. §. ſi quis vero comprehenſorum, quod in delictis fiat remiſſio tribus modis, limitanda eſt. Et * prima limitatio ſit, ut remiſſio tantum fiat in delictis gravibus, & pro quibus venit imponenda poena corporalis: in aliis autem delictis levioribus, non fieri remiſſio: quia in illis videntur ceſſare rationes expreſſe dict. leg. capitalium §. famoſos, infra de poen. & ideo in illis non fiet remiſſio, Decian. tract. crimin. libr. 4. cap. 19. numer. 5. Et * eadem ratione in delictis gravibus non fiet remiſſio, ſi pro illis agatur civiliter, & non criminaliter, quod aſſertit receptum additio Capellæ Tholoſa. queſt. 329. Covarruv. præſt. queſt. c. 11. num. 7. verſ. 8. Duen. reg. 387. in 3. lim. tat. & Jul. Clar. in praxi crimin. §. ſin. queſtion. 38. num. 23. & Ant. de Matth. de prorog. jur. n. 71. verſ. conſiſio fallit, & nova ratione comprobat Foler. ad ll. Regni in prima parte in conſtitutione capitaneorum num. 90. pag. 139. & probat leg. 3. tit. 16. lib. 8. ordin. quam ad id not. Avend. tit. de exceptio. n. 17. quicquid ipſe reſponſ. 40. n. 3. contendat, faciendam eſſe remiſſionem, pro quibuſcumq; delictis etiamſi pro illis civiliter agatur propter generalitatem leg. 1. tit. 29. partit. 7. circa quod videndus eſt Pérez leg.

100

101

102

103

104

105

106

2. tit. 17. libr. 8. ordinat. pag. 337.

106 Adde * quod neque in delictis gravibus fiet remiſſio de tribunali Superiori ad inferius, ſed ſemper fiet punitio delicti in tribunali Superiori, Odrad. conſil. 124. Caſſian. in conſuetud. Burg. rub. 12. §. unico. numer. decimo-jexto, & notab. Bobr. deciſ. 29. numer. 7. & proſequitur Avendan. reſponſ. 40. num. jexto, & eſt videndus Thomas Gram. de diſſione trigefima.

107 Secunda * principalis limitatio ad regulam, de qua ſupra, ea ſit, ut ſi Judex domicili delinquentis, vel originis coepit cognoscere de delicto non tenebitur facere remiſſionem ad locum delicti, quia ipſi etiam ſunt Judices competentes ad cognoscendum de delictis per ſubditos alibi commiſſis, leg. 1. & 2. Codic. ubi de crimine agi oporteat gloſ. leg. relegatorum §. interdiceri infra de interd. & relegat. verb. de reſcripti, ac ita reſpectu illorum debet obſervari regula leg. ubi captum, infra eodem & ita Bald. leg. executorem numero vigefimotertio. Codic. de execut. rei judicat. Guid. Papæ deciſ. 202. numer. ſecundo, Roger. à Mota hic numer. 53. Henricus Boverius in ſingularibus verb. remiſſio numer. tertio, & 4. Felin. c. ſua. numer. 11. de foro competentis, Afflic. libr. 1. conſtit. rubr. 42. numer. 12. Thomas Gram. deciſ. 26. numer. 5. & Folerius ad ll. Regni tit. de Magiſtro judiciario n. 55. pag. 138. Cifas conſ. 108. n. 6. n. 11. & in 13. declarat adde Franciſcum Marcum deciſ. 331. & in 2. parte quibus addendus eſt Ancharan. cap. poſtulaſti n. 4. de foro compet. facit l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat, ibi (perſici decet.)

108 Hanc * tamen receptam traditionem impugnat Covar. præſt. queſt. c. 11. n. 6. ad finem, contendens, quod prædicti Judices tenentur facere remiſſionem ad Judicem delicti, quia adhuc militat rationes expreſſæ, d. l. capitalium §. famoſos infra de poen. quam opinionem probat etiam Ant. de Matth. de prorogatione jurisdiſt. num. 71. verſ. redeundo, & dicit receptum Anton. Gom. 3. tom. cap. 1. num. 87. quibus adde Bald. executorem, num. 23. Codic. de execut. rei judicat.

109 Sed * defendendo communem opinionem, huic rationi reſponderi poſſe: eam concludere, quando Judex domicili, vel originis adhuc non coeperat de delicto commiſſo per ſubditum cognoscere, quia tunc faciendâ eſt remiſſio ad locum delicti: quia forus delicti propter offenſam factam Reipublic. potior, & fortior cenſetur, quam quilibet alius forus, quia in alio foro tantum agitur de puniendo delicto, non quia ſit læſa Reipublic. ſed tantum ut ea purgetur malis hominibus, leg. conſtituit in principio ſupra de offic. præſid. & ita Bald. leg. executorem numer. 25. Codic. de execut. rei judicat. Anchar. cap. poſtulaſti numer. 26. de foro competentis Alciat. cap. 1. numer. 83. ad finem de offic. ordinari. Vincent. de Franch. deciſ. 37. numer. 1. in parte. Ac * ita re integra Judex domicili tenetur remittere delinquentem ad forum delicti, tanquam potior, & fortior, ut in terminis tradit Anchar. dict. cap. poſtulaſti numer. 14. & ibi Marinus numer. 14. verſ. ſi verò de foro competentis Curt. hic numer. 5. Sapia, numer. 10. & alii allegati per Julium Clarum in praxi criminali §. ſin. queſt. 38. numer. 19. Decian. in tract. crimin. libr. 4. cap. 19. numer. 7. & ſeq. quibus adde Vincau. de Franch. deciſ. 37. numer. 3. in 1. parte, quem vide. Si autem Judex domicili, vel originis, coepit cognoscere de delicto per ſubditum alibi commiſſo: tunc non tenebitur remittere, quia rationes expreſſe dict. leg. capitalium §. famoſos tanti non debent eſſe, ut propter eas recedamus à receptiſſimis juris regulis, leg. ſi quis poſtea quam

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

& leg. ubi captum, infra eodem, & ita Alexan. in additio ad Bald. authent. ſi quis litigantium, ſub litera C. C. Epifc. audiend. Folerius ad Conſtitutiones Regni tit. de Magiſtro judiciario, n. 54. pag. 138.

Vel * concordandæ ſunt opiniones, ut per Filg. leg. 1. num. 1. Codic. ubi de crimine agi oporteat, quod Judex domicili: qui prævenit, in cauſa procedat, & in ea ferat ſententiam, juxta regulam leg. ubi captum infra eodem. Cæterum ſententia executionem, non facit in loco delicti, ut ſatis faciat rationibus dict. §. famoſos, & videtur probari leg. non dubium, infra de cuſt. reorum, quod etiam ſentit gl. leg. à Divo Pio §. 1. verb. in Provinciis, infra de re judicata ubi Alexan. num. 4. & Jafon. nu. 2. ſubſcribunt, & Jacobin. hic numer. 13. ad finem, Argidius B. ſinus in praxi criminal. tit. de foro competentis numer. 48. Horoſci leg. præſes Provincie, numer. 9. ſupra de offic. præſid. Gregor. leg. 1. tit. 29. part. 7. devello colum. 3. Franciſcus Marcus deciſ. 331. in 2. parte.

Sed * non placet hæc concordia, quia ſi ſententia ritè lata eſt per Judicem competentem domicili, debet habere locum reg. l. cum reis C. de poenis, & ideo Bald. leg. executorem num. 23. Cod. de execut. rei judicata, tradit, quod ſi delinquens * ſit condemnatus in loco domicili, non debet fieri remiſſio ad locum delicti, quia remiſſio faciendâ eſt de condemnando, non autem de jam condemnato, ſubſcribit Avend. poſt alios reſponſ. 40. num. 6. verſ. 5. conſiſio, & Anton. de Matth. de prorogatione jurisdiſt. numer. 71. verſ. 5. fallit Franciſc. Marcus deciſ. 331. in 2. parte, licet faciendam eſſe remiſſionem etiam poſt latam ſententiam ſuper delicto, dicat fuiſſe judicatum, Jacobus §. 1. num. 13. ſupra hic leg. & probat Theſaurus deciſ. Pedemontan. 90. nu. 4. Greg. l. 1. tit. 29. partit. 7. gl. 2. colum. 3.

Unde * longè verius, videntur concordandæ opiniones, ut ſi Judex domicili coepit cognoscere de cauſa per viam accuſationis & tunc non eſt faciendâ remiſſio ad locum delicti, quia delinquens poſſe accuſari in loco domicili, vel originis, cap. cum contingat, in fine, & cap. ſin. de foro competent. Bart. leg. 1. numer. 47. Codic. de Summa Trinitate, Pan. conſil. 24. libr. 1. Ancharan. cap. poſtulaſti numer. 14. de foro competentis. Vincent. de Franch. dict. deciſ. 37. numer. 2. Jul. Clarus in praxi crimin. §. ſin. queſtion. 39. numer. 3. & notab. Follerius in ll. Regni in conſtitut. Capitaneorum à numer. 54. pag. 138. probat leg. 15. tit. 1. partit. 7. & ordinatio Portugaliæ libr. 1. tit. 5. §. 3. antiquæ impreſſionis, & hodie libr. 1. tit. 7. §. 3. nova recapitulationis. Si igitur læſus eligat accuſare delinquentem in loco domicili, non eſt faciendâ remiſſio ad locum delicti, quia aliâ eluſoria & inania redderentur jura probantia in loco domicili vel originis, quem accuſari poſſe, ut advertit Covar. præſt. queſt. cap. 11. n. 6. in fine, ſentit dict. l. 15. tit. 1. partit. 7. & colligitur ex ratione leg. 3. tit. 16. libr. 8. ordinam. quam ad id expendit Gregor. leg. 1. tit. 26. partit. 7. verb. devello, colum. 3. ad finem, Perez leg. 2. tit. 17. libr. 8. ordinamenti. ordinat. pag. 340. colum. 2. ad finem, de quo vide Decian. tract. criminal. libr. 4. cap. 19. numer. 14. & probant plures quos reſert Theſaur. deciſ. Pedemontan. 90. numer. 5. Quicquid contrarium ſentiat Bald. executorem numer. 23. Codic. de textu rei judicate. In * his igitur terminis Judex domicili, neque ante latam ſententiam, nec poſt eam latam, tenebitur remiſſionem facere, per ſupra tractata, quod poſt Alexand. tradit Follerius in capitulis Regni §. capitaneorum num. 55. pag. 138.

Si autem * Judex domicili coepit cognoscere

adver-

adverſus ſubditum alibi delinquentem, non per viam accuſationis, ſed per viam inquiſitionis Ang. *traſtat. de maleficiis verb. judex commiſit n. 15.* adhuc reſolvit, quòd facta præoccupacione per Judicem domicili per inquiſitionem, non tenetur remittere delinquentem ad Judicem delicti, *prout ſupra reſolvimus*, quando præoccupavit juridiſtionem, mediante accuſatione. Hoc dictum Angel. declarat n. 125. & 126. & ſubſcribit Rogerius à Mota hic n. 53. & Greg. l. 1. tit. 29. partit. 6. verb. *devel-*
1180 *col. 3.* Et * urget pro illis, quòd ex generali conſuetudine Judex poteſt procedere contra delinquentem per inquiſitionem, ita ut conſuetudo effecerit, remedium inquiſitionis, tam generale, & ordinarium, quàm remedium accuſationis, ut aſſerit Julius Clar. *in praxi criminali. §. ſin. queſt. 3. n. 6.* Ergo quemadmodum Judex domicili procedens per viam accuſationis, non tenetur remittere delinquentem, pariter & quando * procedit per viam inquiſitionis. Similiter & quando Judex domicili ferens ſententiam contra delinquentem, non tenetur remiſſionem facere ad locum delicti ut in eo fiat executio, ſed ipſe eam poterit executioni mandare, l. cum reis Codic. de executorem n. Cod. de execut. rei judicat. & ſupra probavimus. Idem etiam faciet, ſi mediante inquiſitione ad ſententiam condemnatoriam pervenit, quòd in terminis renet Rogerius à Mota hic num. 53. poſt Guidon. *decif. 202.*
120 Sed nihilominus * circa hæc dicta Doctorem, ad plura eſt advertendum. Primum, quòd præſupponunt, quòd ſi Judex proceſſit per inquiſitionem contra delinquentem, & pars læſa nolit in eo loco illum accuſare, ſed magis vellet eum accuſare in loco delicti, quòd Judex domicili non tenetur delinquentem remittere ad locum delicti, quaſi mediante inquiſitione, præveniret juridiſtionem, quòd tamen dictum non videtur tutum, neque verum. Nam per inquiſitionem non dicitur proprie præventa juridiſtio, ut probavimus l. ſi quis poſteaquam n. 13. ſupra eod. & ſic ceſſat prædictorum ratio.
121 Ceſſat etiam prædictorum ratio quia remedium inquiſitionis, generaliter permiſſum per conſuetudinem, vel ſtatutum attenda ſubſtantia adhuc cenſetur remedium extraordinarium, & ideo ſuperveniente accuſatione ceſſat, juxta regulam l. in provinciali §. 1. infra de novi operis nunciacione. & aſſerit receptum Boſſius in praxi criminali. tit. de inquiſtione, n. 17. & nos probavimus l. ſi quis poſteaquam n. 12. ſupra eodem.
122 Videntur tamen concordandæ * opiniones, quòd ſi coram Judice domicili inquirente de delicto, compareat accuſator, quia conſuetudo reddit remedium inquiſitionis, quaſi ordinarium, non ceſſabit inquiſitio, ſed ſuper accuſatione & inquiſitione pariter procedatur, ut tradit Jul. Clar. *in praxi §. ſin. queſt. 3. numero 7.* Cæterum ſi Judex domicili inquirat, & læſus accuſet delinquentem, coram Judice delicti faciendâ eſt remiſſio ad locum delicti, quia ea punſtio, quæ videtur facta per inquiſitionem, credere debet accuſationi factæ per partem læſam, juxta tradita l. ſi quis poſteaquam num. 12. ſupra eodem, nam ut eleganter tradit Averd. *reſponſ. 40. num. 6. verſ. ſicis vero.* ſi Judex domicili, ex mero officio proceſſit, & condemnavit delinquentem, ejuſ ſententia neque nocet accuſatori, qui non fuit citatus, neque tenebatur comparere coram Judice ſibi incompetenti, neque reipubl. offenſa propter delictum fuit ſatiſfactum, neque juſ illud reipubl. competens, per Judicem

domicilii potuit illi tolli. Unde * hoc caſu proce-
 det opinio Covar. *practic. q. cap. 11. numero 6. ad finem*, quòd cum Judex domicili hiſ caſibus teneretur remiſſionem facere, & ante ſententiam, & poſt ſententiam tenetur eam facere, ut etiam voluit Julius Clarus *in praxi criminali. queſt. 39. n. 4. ad finem*, licet ſi procedat per viam accuſationis, neque pendente cauſa, neque poſt ſententiam teneatur remiſſionem facere, ut ſupra probavimus & tenet Gregor. *lib. 1. titul. 29. partit. 7. gloſ. 2. col. 3.*
 Unde * dubia redditur decif. Angel. *de maleficiis, verb. commiſit numero 15.* quam retulimus. Nam cum inquiſitio facta per Judicem domicili adverſus ſubditum delinquentem, non Judicet accuſatori, neque reipubl. læſæ propter delictum non poteſt dici præventa juridiſtio in præjudicium prædictorum, & ideo adhuc locum habet accuſatio & remiſſio: & tantum opinio Angel. admitti poterit in duobus judiciis ejuſdem loci, inter quos habeat locum præventio, juxta l. 1. ſupra, de offic. conſul. nam tunc qui prius coepit inquirere, cenſebitur præveniſſe, ut tradit Guilbel. *cap. Raynuius verbo. & uxorem, Dec. 5. n. 17. Theſaur. dec. Pedemont. 90. n. 6.*
 Denique eſt * advertendum, quòd prædicta pro conſtanti tenent, quòd ſtante generali conſuetudine, Judex domicili poteſt procedere, per inquiſitionem contra ſubditum extra domicili delinquentem, quòd tamen non eſt tutum, quia licet poſſit procedere contra eum per accuſationem parte læſa inſtante, *cap. cum contingat, ad finem, de foro competentis, gloſ. l. relegatorum, §. interdiceret verbo ad reſcript. infra de interdicit. & relegat.* tamen contra eundem poſſe procedere ex officio per inquiſitionem valde controverſum eſt, ut reſerunt Julius Clarus *in praxi criminali. §. ſin. queſt. 39. n. 4. & Theſaurus dec. Pedemontan. 90. à num. 21.* Et licet multi dicant, magis receptum eſſe, quòd Judex domicili poſſit procedere adverſus ſubditum delinquentem per inquiſitionem, ut per Covar. *practicarum queſtionum c. 11. n. 6. Anchar. Regienſis lib. 3. familiar. queſtionum q. 7. numer. 3. & num. 15. & Vincent. de Fraichis decif. 66. Anton. Gama dec. 53. n. 2.* Tamen verius, & ꝑ receptius eſt contrarium, ut late ſupra probavimus, & tantum admitti poteſt contraria opinio, quando ſubditus ratione domicili, læſit alium ſubditum, nam tunc contra eum poterit procedi, & per accuſationem, & per inquiſitionem, Bart. l. 1. n. 48. C. de Summa Trinitate, & ſupra probavimus.
 Illud certum eſt, quòd deliquerit in diverſis provinciis, Judex delicti, qui quocunque modo prævenit, poterit cognoscere de delicto in ſuo territorio commiſſo, & condemnare, neque ante tenebitur remittere ad aliam Provinciam, etiam ſi in eo gravius delictum commiſerit l. ſi cui §. ſin. infra de accuſat. notat Albe. *auth. qua in provincia n. 12. C. ubi de crimine agi oporteat Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 12. §. unico n. 15. & num. 29. Probus ad Monachum c. Inquiſitores, n. 3. de haret. in 6. Boſſius in prax. tit. de foro competentis n. 54. & in notab. caſu*
130 *Gama decif. 361. n. 2.* Quòd * ſane intelligendum eſt, quando utraque poena delicti poteſt ſpectum executionis fortiri: nam ſi poena talis ſit, ut ſemel exequi poſſit: tunc poena gravioris delicti præferenda eſt, l. 1. §. final. infra nihil, novari appellacione pendente. Bart. l. 2. §. final. num. 4. inf. de cuſtod. reorum, & ad hunc modum declaranda ſunt tradita in propoſito per Maſſuetum *in praxi tit. de remiſſionib. n. 19.*

Tertio

132 Tertio * & ultimo limita conſuſionem, de qua ſupra, ſcilicet quòd in delictis ſit locus remiſſioni ad locum delicti, tantum habere locum in judiciis ſubditis eidem ſuperiori, quia in hiſ indiſtincte locus eſt remiſſioni d. *quib. ut nulli judic. §. ſi quis vero comprehenſorum, Capolla conſ. crim. 58. n. 1.* Si * enim non fuerint ſubjecti eidem ſuperiori, conſuetudine obtentum eſt, ut non fiat remiſſio ad locum delicti, & ita eſſe communem opinionem aſſerit Julius Clar. *in praxi criminali. §. final. queſt. 38. n. 2. Boer. decif. 29. n. 4.* quibus addendus eſt Bald. l. 3. in fin. ſupra de offic. præſidis, & l. 1. n. 2. in fine C. ubi de crimine agi oporteat Fulgoſ. *conſ. 149. n. 2.* Et * ideo cum Italia tota diviſa ſit in diverſa dominia, Judex unius domini, non tenetur facere remiſſionem, ad Judicem alterius domini Paul. hic n. 10. & l. 1. n. 6. C. ubi de crimine agi oporteat
 Ex quibus inferitur, quòd ſi Judices diverſarum Provinciarum ſint ſubditi eidem ſuperiori, ut ſunt Ecceſtaſtici, qui omnes ſunt ſubditi eidem ſuperiori, ſcilicet Papæ c. cuncta per mundum q. 3. inter Ecceſtaſticos diverſarum Provinciarum, locus erit remiſſioni, * quia in hiſ militat ratio auth. ut nulli judicem §. ſi quis vero comprehenſorum collat. 9. quod in ſpecie ſignificat de privileg. in 6. & Clemens paſtoralis, §. nos quoque de re judicata, quæ tamen loquitur in crimine læſæ Majeſtatis, in quo Rogerius à Mota hic n. 57. ad finem, exiſtimat ſpeciale eſſe, ut à Judice domini debeat fieri remiſſio, & quamvis Imola d. Clement. paſtoralis, n. 64. generaliter ex eo colligat, jure Canonico indiſtincte locum eſſe remiſſioni, & ſubſcribat Felin. *cap. final. n. 11. de foro competentis*, & Roger. à Mota hic n. 57.
135 Et * addendum eſt, quòd etiam inter regna foederata non eſt locus remiſſioni, ut tradit Bart. l. non dubito n. 1. infra captivis, Bald. *conſil. 195. n. 1. l. 2. Fulgoſ. conſ. 149. n. 2. Dec. l. final. n. 15. ſupra de juridiſtione omnium judicium, & eleganter Socin. conſ. 86. n. 4. lib. 4. Jul. Clar. in prax. criminali. §. final. queſt. 38. n. 10.* Quicquid * contrarium ſecure tradat Alexander. *conſil. 84. n. 12. l. 3. Jaſon. l. ubi pactum n. 18. C. de tranſact. & alii quos reſert & ſequitur Hippolit. in praxi criminali. §. oportune, n. 36. & conſ. 86. n. 10. Perez. l. 2. tit. 17. l. 8. ordinam. pag. 338. col. 1. ad finem*, in quo etiam labitur Rebuf. 2. tom. ad ll. Gallicas tit de liter. requiſitor. gloſ. 2. n. 8. ſecure præſupponens, delinquentem non poſſe morari in loco foederato, & eſſe remittendum, ſi Judex delicti id petat, quorum opinio tantum admitti poteſt, quando in lege foederis id fuerit expreſſum Bal. l. executorem n. 28. C. de executione rei jud. & infra dicemus.
137 Et * ex hiſ cavendum eſt à Perez leg. 2. titul. 17. l. 8. Ordinum. pag. 338. colum. 2. in principio, dum exiſtimat, inter Regnum Caſtellæ, & Portugallie eſſe locum remiſſioni, quia ſunt Regna foederata: nam contrarium eſt verius ex ſupra traditis, & cautius Hippolit. *in praxi criminali. §. oportune, n. 36. & conſ. 86. n. 10. Perez. l. 2. tit. 17. l. 8. ordinam. pag. 338. col. 1. ad finem*, in quo etiam labitur Rebuf. 2. tom. ad ll. Gallicas tit de liter. requiſitor. gloſ. 2. n. 8. ſecure præſupponens, delinquentem non poſſe morari in loco foederato, & eſſe remittendum, ſi Judex delicti id petat, quorum opinio tantum admitti poteſt, quando in lege foederis id fuerit expreſſum Bal. l. executorem n. 28. C. de executione rei jud. & infra dicemus.
138 Item eſt advertendum, quòd * ut in caſibus expreſſis fiat remiſſio, oportet delictum veſte eſſe probatum, nec ſufficit probari per contumaciam, in ſpecie Graus *conſ. 92. numero 25. libro 2. Gama decif. 363.* Quinimò ꝑ neque

ſufficiet probatio per indicia, vel conjecturas, ſed plena requiritur probatio per teſtes, vel alias legitimas probationes Gama dec. 363. numero 3. *faciunt in ſimili tradita per Avendan. lib. 1. de exequendis mandatis cap. 22. à numero 4. Theſaurus decif. Pedemontan. 90. in fine.*
 Denique * eſt advertendum, hæc etiam hodie procedere. Nam ꝑ licet Regnum Portu-
 gallie, & Caſtellæ hodie ſint unita, tamen non ſunt unita acceſſorie, ſed æque principaliter, ita ut quodlibet ſuis legibus regeretur, & ideo conſiderari debent, ac ſi eſſent omnino ſeparata, Bartol. *ſi convenerit §. ſi nuda ſupra de pign. actio.* Et * ideo quoad hanc materiam remiſſionis, eadem ſunt obſervanda, quæ ante unionem obſervabantur, in ſpecie Rogerius à Mota à numero 51. ad finem Avend. *reſponſ. 40. numero 7. & poſt. Caſtil. tradit. Mathienſo lib. 1. tit. 1. libr. 5. ordin. gloſ. 6.* Id quod hodie ita expreſſum eſt in libertatibus conc. ſis Regno Portugallie. Unde expreſſo ſine dubio ſtandum eſt, Dec. *traſt. lib. c. 19. n. 10. ad finem.*
 Ultimo * pro complemento prædictorum ad vertendum eſt, quòd in illis caſibus, in quibus ſupra concluſimus, hodie non eſſe locum remiſſioni ad locum delicti, id ita interpretandum eſt, quòd læſus nihilominus poterit accuſare delinquentem, qui non eſt remittendus, ſcilicet coram Judice Provincie, ad quem confugit, qui poterit eum condemnare, & punire, ut explicat Curt. Jun. *hic num. 5. Boer. decif. 29. Gramat. dec. 26. num. 3. & alii, quos reſert, & ſequitur Covar. præſt. l. 11. num. 10. Dec. traſt. crim. l. 4. c. 19. n. 18.*
 Moventur * plurimis rationibus, & primò quia aliud diceretur delictum, remaneret impunium quòd nullo temporis uſu extolli poteſt. Secundo quia ſi contrarium diceretur iniqua eſſet conſuetudo, denegans remiſſionem fieri in diverſis provinciis, & conſuetudo iniqua nullo temporis curſu confirmari poteſt, cap. final. de conſuetud. Tertio, quia dum offenſus ad ſatiſfactionem injuriæ, & læſionis, jure naturali lædens tenetur eam præſtare, ac ita debitor illius cenſetur, ac ſi eſſet debitor alicujus pecunie ex alia cauſa. Nemo autem negabit debitorem pecunie, ſi fugitivus ſit, poſſe pro ea pecunia apud quemcunque Judicem con-
 venire, l. ait prætor §. debitorum infra, qua in fraudem creditor. Ergo idem recipiendum eſt in noſtro caſu. Quarto quia princeps ſeu Judex, tenetur juſ ſuum unicuique petenti reddere. Cum autem hoc ſit munus juſtiæ à jure naturali procedens, ubi-
 que vim ſuam habet.
 Quinto & ultimo, quia delinquens, qui auſus eſt fugit à loco delicti, & etiam proprii domicili vel originis revertatur, ne in illis locis accuſetur, & puniatur. Ergo is tanquam vagabundus apud quemcunque Judicem apud quem reperitur, accuſari, & puniri poteſt: juxta l. 1. cum gloſſ. c. ubi de crimine agi oporteat. Panorm. c. final. n. 185. n. 13. de foro competentis.
 Eſt * tamen advertendum, quòd hæc declaratio, non videtur tuta, nec vera: quia ea admiſſa ſere inutilis redditur ea communis radiio, quòd à loco, alterius dominio ſubdito, non eſt faciendâ remiſſio, neque in ea delinquens accuſari, vel puniri poteſt. item adverſatur regula juris receptiſſima, quòd * quis accuſari, vel puniri non poteſt, niſi ſi in loco domicili, vel in loco delicti, ut

clarè

clare significat c. final. de foro competenti, & ibi notat Panorm. n. 13. idem probat lib. 15. tit. 3. part. 7. & ibi Greg. in glos. final. Et hanc regulam pro firma & indubitata probant Jacobus de Belloviso c. 1. §. contrahentes numero 119. de foro competenti in 6. & Capolla dicens indubitatum conf. crim. 58. n. 2. quibus adde Fulgof. conf. 149. n. 2. in princ. Et ita plerofque tenere, quos adversus hos, qui ad alienam Provinciam confugerent, Princeps illius, nullam in eos habeat jurisdictionem, vel etiam citatur in eum aliqua jurisdictione, fatetur Covar. diff. pract. quæst. cap. 11. n. 10. vers. neque me latet.

153 Ex quo etiam aperte corrumpit traditio Curtii Jun. hic. n. 5. & aliorum proxime relatorum, quod Judex, ad quem delinquens confugit, potest condemnare confugientem ad ejus Provinciam, ne aliàs delictum remaneret impunitum, quod videtur absurdum. Nam cum ille Judex nullam in eum habeat jurisdictionem, eum neque punire, neque condemnare potest. Et in terminis Fulg. conf. 149. n. 2. dicens, quod ita quotidie observatur, & idem tradit Thesaurus dec. Pedem. 90. n. 4. Hyppol. conf. 99. n. 20. ubi notat. ampliatur, adde Bald. l. 1. n. 9. C. de Summa Trinitate, dicentem, quod delinquens confugiens ad aliquam Provinciam, est tutus & securus respectu provincialium.

Vel concordari possunt opiniones, quod Judex delicti potest citare delinquentem, ut compareat ad respondendum super læsione, & satisfactione partis, Provincia alteri domino subdita respectu eorum, qui ad eum confugiunt, consideratur tanquam quædam Ecclesia. Unde prout Ecclesia tribuit immunitatem, & securitatem, & saluum conductum ad eam confugientibus c. inter alia, de immunit. Ecclesie. l. presentis C. de his qui ad Ecclesias confug. eandem etiam præstat Provincia alteri domino subdita, ad quam confugitur. Ita hanc æquiperationem, & similitudinem inter prædictos casus facit & admittit Angel. in disput. incip. renov. guerra, & eam probat Socin. l. 1. in principio n. 13. & ibi Crocus n. 5. Alciat. n. 13. Socin. 7. n. numer. 71. ff. de acquir. possess. Bossius in praxi criminali titul. de foro competenti, numero 69. Perez. l. 12. tit. 17. l. 8. ordinam. pag. 338. col. 1.

Unde prout Judex potest verbaliter citare confugientem ad Ecclesiam, ut compareat coram eo, quatenus pertinet ad satisfactionem partis læsæ, ut probat textus l. presentis §. cum autem & ibi glos. verb. conveniendos, & verb. servata C. de his qui ad Ecclesias confugiunt late Tiraq. lib. 1. retract. in fine n. 82. et si non compareat Judex delicti, contra eum procedere potest tanquam contra contumacem, d. §. cum autem, quatenus scilicet pertinet ad satisfactionem pecuniariam partis, inter alia, & ibi glos. verb. puniendus, de immunit. Ecclesiarum, & ibi Panorm. n. 3. cujus doctrinam extollit Valasc. conf. 81. n. 4.

159 Quæ tamen concordia non placet, quia qui confugit ad Provinciam alteri dominio subditam, tutus est publico nomine, l. postliminium §. post liminium, infra de captiv. & postlimin. reversis, & propter separationem, & autoritatem jurisdictionum sive principatum, ibidem non debet inquietari, neque accusari, neque puniri, ut quotidie perfpicimus observari, ut in terminis asserit Fulg. conf. 149. n. 2.

161 Neque obstat similitudo supra facta inter confugientem ad Ecclesiam, & ad Provinciam alteri dominio subiectam, quia ea similitudo procedit

quoad liberandum confugientem a poena sanguinis. Nam quoad alia favorabilius est confugium ad Provinciam alteri domino subditam, quam confugium ad Ecclesiam ex supra traditis, & est ratio differentie, quia d. c. inter alia, tantum liberat confugientem ad Ecclesiam a poena sanguinis, & quoad alia jubet eum legitime punire, & ibi notat gl. verb. puniendus, sed confugiens ad Provinciam alterius dominio subditam, absolute nomine publico tutus est, ut supra diximus, & semper studendum est, ut ipsa publica majestas, & libertas conservetur, Fulg. d. conf. 149. n. 2. ante medium.

Neque per hoc potest dici, quod secundum hæc prædictum delictum remanebit impunitum, quod videtur absurdum, & contra publicam utilitatem, ut consideravi n. 147. Nam respondetur, quod licet hoc ex accidenti evenire possit, tamen ad hoc directo non tendit intentio statuentium, & ideo non debet esse in consideratione l. si quis neg. causam, supra si certum petatur, in simili Alex. conf. 2. n. 17. ad finem l. 1. Statuentes enim, magis intenderunt observare, id quod generali consuetudine receptum videntur, ut in terminis advertit Capolla conf. 58. n. 6. & faciunt bene tradita in simili per Calder. conf. 4. de consuet. probatam a relatis per Ripan. l. ex facio §. si quis rogatus el. 1. n. 20. & melius n. 50. infra ad Trebellianum, & eleganter Falcozus tract. de nobis & spuris cap. 54. n. 10.

Et hac ratione in sacra scriptura legitur, designatas fuisse tres civitates, ad quas delinquentes possent confugere, neque ibi accusarentur, vel punirentur, ut habetur Deuter. c. 4. & c. 19. quibus aliæ tres postea fuerunt additæ ut Josue cap. 20. neque considerantur ob hoc delicta posse manere impunita, & quodammodo incitari homines ad facilius delinquendum, propter rationes supra assignatas.

Et retenta hac opinione, tanquam veriori, & magis usu recepta, non obstant rationes Covar. contraria opinione allatæ, quas supra retulimus: nam ad primam rationem, quod sic delictum remaneret impunitum, quod ratio, & juri naturali repugnat, quod tamè ex se est immutabile §. penult. Instit. de jure naturali. Nam ultra responsionem proxime assignatam, ego respondeo, quod delictum non remanet impunitum cum delinquens cogatur exulare a patria, quæ poena molestissima existimabatur, l. aut facta §. eventus, infra de pen. ubi Budæus tradit id dici latam fugam à Marcello l. auxilium, infra de interdicitis, & relegatis, & ex diff. §. eventus notat. conclusionem collegit Salyc. l. is qui cum telo n. 6. in fine, C. de Sicar. & Felin. tract. quomodo conatus puniatur, ante finem, & notat etiam Baldus l. sed et si severior n. 7. C. ex quibus causis infamia irrogatur, & conferunt verba Ciceronis in oratione pro Cecina col. fin. cum homines, vincla, necis ignominiaque vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram in exilium.

Item respondetur hanc conclusionem, minime concludere aut procedere in regno Hispanie: nam licet jure communi absens non possit condemnari ad mortem naturalem vel civilem, l. 1. ff. de acquir. reit. l. absentem ff. de penis, tamen in regno Castellæ absentem citatum per edicta condemnari posse ad mortem naturalem vel civilem disponit l. 3. tit. 10. l. 4. ordinamenti, de qua notabiliter agit Avend. respons. 10. & idem in regno Portugallie disponit, ordinat. l. 5. tit. 44. & hodie l. 5. tit. 126. nova recopilat. & etiã in multis locis Italie delinquentes absentes condemnantur, & habentur pro confessis: ut tradit Bart. l. absentem infra de pen. In his ergo regnis & Provinciis etiam non fiat remissio, neque

neque inquietentur delinquentes, non potest dici delictum remanere impunitum, cum in loco delicti, plenè puniatur, & sic retorquetur argumentum contra Covar. & sequaces. Si autem puniret plenè in loco delicti, non potest pro eodem delicto accusari, vel puniri in loco, ad quem confugit l. Sena. ff. de accusat. & cap. de his de accusat. & ibi notat. Aret. n. 18. & conf. 58. n. 2. & quia juris rationes, non patiuntur, ut de ejusdem hominis delicto, scilicet inquiratur l. licet §. final. supra nauta cappon. & Babularii, propter rationem expressam c. ut si Clerici §. de adulteris, & in fine de Judicis.

171 Non obstat secunda ratio, quia admissa contraria opinio, quam defendimus, consuetudo denegans his casibus remissionem, dicitur iniqua, quæ per nullum tempus induci, vel pericribi potest, v. ff. de consuetud. quia respondetur, in hac ratione præsupponi consuetudinem, denegantem remissionem, in Provinciis diversis dominiis subiectis, esse inductivam contra jus commune: quod tamen profus est falsum: quia imò est consuetudo declarativa, in his casibus, scilicet non esse faciendam remissionem, quia cessavit causa propter quam jure communi disponebatur remissionem fieri, nam jure communi omnes Provincie erant subditæ Imperio Romano l. deprecatio ff. ad leg. Rhodiam de jactu, & ideo merito fiebat remissio. Sed postquam Imperium Romanum destructum est, & Provincie incoeperunt applicari diversis dominis, cessavit ea ratio: & supervenit nova impediens remissionem fieri propter rationem, de qua supra, & ideo hodie illi locus esse non potest, juxta doctrinam gl. l. 1. infra de legitimis tutoribus & tradit in specie Bald. l. 1. n. 2. C. ubi de crimine agi oporteat, Fulg. conf. 149. n. 2. Capol. conf. 58. n. 5. & pulchrè Bellamera conf. 11. n. 1. & sic aperte corrumpit prædicta secunda ratio, & consequenter neque his casibus peccabit, qui denegat remissionem, quicquid contrarium dixerit Imol. Clement. pastoralis, n. 65. de re jud.

176 Neque obstat tertia ratio, quia delinquens est debitor satisfactionis illi, quem læsit, ergo pro eo debito ubicunque conveniri poterit: quia respondeatur, quod licet gl. l. rescriptum verb. hypothecæ supra de pact. Bart. l. fin. in fin. infra de injur. Alber. l. post contractum, numer. 2. infra de donat. existimaverint, poenam delicti deberi à die commissi delicti, tamen verius, & receptius est, non deberi poenam nisi à tempore factæ condemnationis l. si qua poena 142. inf. de verb. signif. ita ante condemnationem fideus nullum videatur habere jus considerabile in bonis delinquentis, Bart. l. post contractum n. 16. & ibi Paul. de monte Pico n. 13. & n. 87. infra de donat. & late probat Alex. l. rescript. à n. 8. supra de pact. Tellus l. tauri 1794. n. 47. Et hac ratione in delictis poena non transit in hæreses delinquentis, nisi postquam delinquens fuerit condemnatus l. ex judiciorum, infra de accusat. l. si poen. 20. infra de penis. Ergo ante condemnationem, nihil etiam debetur parti læsæ, & sic cessat argumentum.

180 Non obstat quarta ratio, quod Princeps cuilibet petenti renetur jus reddere: quia respondetur id procedere, quoad subditos, vel quoad eos, in quos habet jurisdictionem, & planè nullam habet jurisdictionem in eos, qui neque ratione domicilii, vel delicti ei subiciuntur ut colligitur ex c. fin. de foro comp. & ibi Panorm. n. 13. & l. 15. tit. 1. part. 7. tradit Jacob. de Belloviso c. 1. §. contrahentes n. 119. de foro comp. in 6. Fulg. d. notat. conf. 149. n. 2. in princ. Et ita hac ratione plerofque tenere, quod adversus hos nulla utatur jurisdictione Princeps ad cujus Regnum confugit: fatetur Covar. pract. q. c. 11. n. 10. vers. neque me latet, ut supra diximus. Item respondetur, quod quando Princeps ex justa causa constituit, quod

Provincia sua esset quoddam asyllum confugientibus ad eam, & securitatem præstaret tanquam Ecclesia solet præstare, ut supra dictum est, non tenetur contra proprias leges, & cautiones conquerentibus jus administrare, sed debet eos remittere ad Judicem delicti, quia contra absentes per edicta procedere possunt, ut supra dictum est. Et ad hoc expendit notabilia verba Bald. l. cum quadam, n. 2. ante finem, supra de Jurisdic. omn. Judicum, quod maleficcium consideratur, non solum respectu partium, sed etiam & respectu Reipubl. & ideo delinquens non potest accusari, ubi non offendit, subscribit Cagnol. l. 2. num. 76. supra de orig. jur. & urget doctrina Bart. recepta l. 1. n. 45. C. de Summa Trinitate, quam supra retulimus n. 57.

Non obstat quinta, & ultima ratio, quod si tanquam vagabundus ubicunque conveniri potest, quia respondetur negando; hunc tanquam vagabundum esse considerandum: Cum enim certam, & constantem habitationem habeat, in loco ad quem confugit, nullo modo vagabundus dici potest, per ea quæ supra tradidimus de vagabundo, & in terminis Capol. conf. crimin. 58. n. 25.

Ex quibus ita defensis & explicatis rejiciendum etiam venit, quod tradit Covar. pract. quæst. c. 11. num. 16. vers. sed est ad criminis poenam, dum tradit, quod et si ad poenam criminis agatur, quæ non pertinet ad satisfactionem offensis, saltem eam, quam jure naturali offendens debet offerre, tum considerandum est, an tale sit crimen hoc, de quo agitur, ut inter sit ejus Reipubl. universalis non relinquatur impunito, neque enim (secundum eum) id admittetur in quibuscunque criminibus, etiam atrocibus, sed tantum in illis, quæ adeo atrocia sunt, ut eorum impunitas propter scandalum grave, & exemplum insigne, vel suspicionem illud repetendum, & denique toti orbi universali, detrimendum sit alaturum: nam de tali scelere potest cognoscere Judex, ad quem talis delinquens confugit. Nam hæc opinio jure non probatur, & contra illam urget, quod hæc Respublica, ad quem delinquens confugit, censetur esse quoddam asyllum, ut supra diximus, asyllum autem defendit ad illum confugientes, quantumcunque atrocissima delicta commiserit l. 2. Cod. de his qui ad Eccles. confugiunt, c. inter alia de immunit. Eccl. Præterea rationes Covar. non evincunt, Judicem aliàs incompetentem de hoc delicto cognoscere posse, quia id jure non probatur: sed magis evincunt faciendam esse remissionem propter qualitatem delicti, juxta rationes leg. capitalium §. famosus infra de pen. Quod tamen vix obtinebitur, quia in hujusmodi remissionibus nulla fit extensio etiam ad casus, in quibus major ratio esse videatur, ut supra probavimus. Denique vix reperietur delictum, in quo corrumpantur qualitates per Covar. consideratæ: nisi in crimine hæresis, per quod tota Respubl. Christiana læditur, leg. 4. in princ. Codic. de hæret. Unde in omnibus aliis standum est regulis magis communiter receptis in hac materia.

L. Hæres absens §. proinde, in artic. de foro rei sitæ, ff. de Judicis,

S U M M A R I A

- 1 Si quis conveniatur ratione rei, quam possidet, poterit conveniri coram Judice loci, in quo res sita est, etiam si alias ibi forum non sortiatur.
- 2 Rei vindicatio, per quam Actor rem petit, tanquam suam

- 3 Tradit conclusionem procedere, etiam in re mobili, vel se moventi, dummodo sint in loco saltem ad tempus, neque debeant ab eo statim recedere.
- 4 Declarat etiam conclusionem procedere, etiam in re mobili, vel se moventi, dummodo sint in loco saltem ad tempus, neque debeant ab eo statim recedere.
- 5 Declarat, quomodo debeat intelligi proxima resolutio.
- 6 Si reus, qui rem mobilem possidet suspectus sit de fuga, & non possideat bona immobilia, cogetur cautionem præstare, vel res sequestrabitur.
- 7 Si reus non sit suspectus, tunc saltem cogetur cautionem præstare de re exhibenda, & non baratanda.
- 8 Inferet etiam conclusionem procedere in actione personali in rem scripta.
- 9 In actione personali in rem scripta militat eadem ratio, quæ in mere reali.
- 10 Propter vim vel turbationem factam circa possessionem rei, convenitur turbator in loco, in quo res erat.
- 11 Quando agitur de mera actione personali, movenda est actio in domicilio rei.
- 12 In hac materia semper inspicienda sunt verba Legis, ut sciatur, si est actio personalis, vel realis.
- 13 Tradit quid in hoc articulo Legibus Portugallie dispositum sit.
- 14 Dispositio Legum Portugallie circa hunc articulum satis convenit cum dispositione juris communis.
- 15 Movet difficultatem ex d. ord. quem ratione rei sitæ conveniri posse, etiam si ibi non reperitur, sed contrarium resolvit, & jure comprobatur.
- 16 Forus ratione rei sitæ & ratione contractus æquiparantur.
- 17 Probat, quod si legitime citatus in foro rei sitæ, non compareat, procedatur adversus eum ad primum decretum.
- 18 Declarat prædictum forum ratione rei sitæ Legibus Portugallie non durare ultra annum, in quo discrepat à jure communi.
- 19 Advertit, quod circa hunc forum quilibet Judex illius loci non reputabitur competens, sed tantum ille, qui attendit qualitate rei & personæ competens sit.
- 20 Declarat, quomodo sit intelligendum, quod in loco contractus quis conveniri possit si ibi reperitur, scilicet coram quo Judice sit conveniendus.
- 21 Si Clericus possideat rem, & conveniatur ratione rei sitæ, coram Ecclesiastico est conveniendus.
- 22 Declarat quomodo sit explicanda ord. Portug. lib. 3. tit. 10. §. penult. veteris impressionis, & hodie explicatum est lib. 3. tit. 1. §. 6.
- 23 Tradit, Clericum conventum per conventionem, etiam si conveniatur inter annum, & diem, ex quo rem illam possidere cepit conveniendum esse coram Judice Ecclesiastico, secus si intra annum & diem per interdictum unde vi.
- 24 Spoliatus qui omisso interdico unde vi, recurrit ad rei vendicationem, non habet privilegia spoliatis concessa.

Succedit * alius forus, cujus etiam meminit gl. hic scilicet forus ratione rei sitæ: nam si quis conveniatur ratione rei, quam possidet, poterit conveniri coram Judice loci, in quo res sita est, etiam aliàs ibi forum non fortiat. l. fin. C. ubi in rem actio, cap. sane & c. fi. de foro comp. l. 3. tit. 2. part. 3. notab. Baptista l. 1. n. 176. C. de Summa Trinitate. Et est ratio quia * rei vendicatio, per quam actor rem petit tanquam suam, rem ipsam principaliter respicit, §. omnium Instit. de action. & quodammodo ipsi rei videtur coherere leg. fin. Codic. de præscrip.

longi temp. leg. non aliàs §. final. infra eodem, & ideo reus etiam defendere reperitur in loco, in quo sita est.

Ex t. qua ratione inferitur, hanc conclusionem procedere etiam si reus habeat privilegium, ne teneatur respondere, nisi coram certo Judice: nam non abstante privilegio tenebitur rem defendere, ubi sita est, propter rationem, de qua supra, quod probat c. 1. de privileg. in 6. ordin. lib. 1. tit. 8. §. 8. & lib. 3. tit. 5. §. final. novæ recopilationis.

Inferitur t. etiam, id non solum procedere in re immobili, sed etiam in re mobili, vel se moventi, dummodo sint in loco saltem ad tempus, neque debeant ab eo statim recedere, quia adhuc militat prædicta ratio, & videtur probare textus l. non aliàs §. final. per locum ab speciali infra eodem. * Ideo autem dixi, quod res mobiles debent esse in certo loco, saltem ad tempus: quia si per transitum ibi interveniatur, ut pote quia possessor eas secum ferens, transit per locum nullo certo tempore ibi mansurus, non poterit conveniri ratione rei: quia ratione rei non videtur in eo forum fortari, argument. leg. si debitor supra de pignor. Non ergo ratione rei poterit in eo loco conveniri, sed tantum si suspectus sit, quia * non possidet immobilia in Patria, cogetur cautionem præstare de judicio sibi coram Judice competenti, leg. sciendum in principio supra qui satisd. cog. vel res sequestrabitur leg. si fidejus. §. final. eodem tit. quod * si non sit suspectus, ut quia possidet immobilia in Patria, tunc saltem cogetur cautionem præstare de exhibenda, & non baratanda, ut post alios resolvit Marian. in c. sanè numero 4. de foro competenti, Rogerius à Mota hic numero 116. Boer. decif. 217. numero 4. quibus addit Jason leg. si fidejus. fin. numer. 1. supra qui satisdare cog. Anton. de Matth. de prorogatione jurisdictionis numer. 75. & hanc esse communem resolutionem in hoc articulo, asserit Lancelot. Dec. l. non aliàs §. 1. ad finem infra eod.

Inferitur * etiam ex prædictis, idem esse recipiendum in actione personali in rem scripta de qua agit leg. 3. §. est autem supra ad exhibend. nam hæc etiam rem sequitur, & illi videtur coherere: glos. leg. 3. §. si prius verb. in personam infra de aqua pluvia arcend. & sic in ea militat eadem ratio, quæ in mere reali, quod ita receptum esse per Doctores constat ex traditis per Tiracquel. libr. 1. retract. §. 8. glos. 5. numero 9. & Anton. de Matth. de prorog. jurisdic. nu. 75. Et * hac etiam ratione propter vim, vel turbationem factam circa possessionem rei, conveniatur turbator in loco, in quo res erat: quia occasione rei agitur, leg. 1. C. ubi de possess. agi oporteat, & ibi Bald. tradit Marian. c. sanè n. 4. de foro competenti Dec. cons. 694. 13.

Cæterum t. si mera actione personali agatur ad rem, ut scilicet actori tradatur, non est facienda conventio in loco, in quo res tradenda existit, sed movenda est actio in domicilio rei, quia actio personalis non coheret rei, neque illum sequitur leg. final. §. final. supra de contrahend. empt. & in specie tradit glos. leg. forma §. si verò leg. verb. infra de censibus Bart. Paul. & Fulg. leg. final. Cod. ubi in rem actio. Panorm. c. fin. num. 43. de foro competenti Marian. cap. sanè numer. 6. eodem tit. Unde * in hac materia semper inspicienda sunt verba Legis: nam si principaliter concipiatur in rem, tanquam actio in rem scripta poterit moveri in loco, in quo res sita est, & aliud erit si in personam sint concepta, ut eleganter tradit Baptista leg. 1. num. 175. Cod. de Summa Trinitate.

In * Regno autem Portugallie circa hunc fororum ratione rei sitæ Ord. lib. 3. tit. 10. §. antepenult. veteris copilationis, & hodie lib. 3. tit. 11. §. 5. novæ recopila-

tionis, probat etiam ord. lib. 3. tit. 30. in fine, veteris impressionis, & hodie lib. 3. tit. 45. §. 10. novæ recopilationis, disponit, quod quis potest conveniri in loco, ubi res sita est, etiam si alibi habeat domicilium, ita ut in electione actoris sit, vel reum convenire in proprio domicilio, vel in loco rei sitæ, quod satis convenit, cum dispositione juris communis: Nam contra Hostiens. ita * communiter esse receptum solvit Marian. cap. sane numero 11. de foro competenti, Anton. de Matth. de prorogatione jurisdictionis num. 75. Item * ex generalitate prædictæ ordinationis, videtur colligi, quem in loco rei sitæ conveniri posse, etiam si non reperitur, quod tamen admittendum non est, quia generalitas prædictæ Ordinationis, ita accipienda est, ut reus possit quidem conveniri in loco rei sitæ, etiam si alibi habeat domicilium, ut etiam probat l. fin. C. ubi in rem actio. Quod tamen est intelligendum, si ibi reperitur, ut expressum declarat Paul. ibi num. 2. Et merito, quia t. forus ratione rei sitæ, & ratione contractus æquiparantur, ut tradit Panormitan. cap. final. num. 44. ad finem, de foro competenti, Marian. Socin. cap. sane numer. 12. eod. tit. & probat Ord. lib. 1. tit. 8. §. veteris impressionis, & novæ lib. 1. tit. 8. §. 8. Sed in loco contractus, quis non convenitur, nisi ibi reperitur, c. 1. §. contrahentes, de foro competenti in 6. Ergo idem debet recipi in foro ratione rei sitæ.

Quod t. legitime citatus in foro rei sitæ, non compareat, procedatur adversus eum ad primum decretum juxta ea, quæ circa forum contractus tradidimus §. 1. infra hac l.

Præterea t. novè disponit prædicta ordinatio, quod is forus non durat ultra annum & diem, connumeratum à tempore, quo reus cepit prædictam rem possidere: nam eo tempore elapso, in Regno Portugallie, non convenitur amplius possessor in loco rei sitæ, etiam si ibi reperitur. Sed necessario conveniendus est in proprio domicilio, in quo ea ordinatio discrepat à jure communi, quod durabat forus ratione rei sitæ, quamdiu durabat rei vendicatio, per quam res peti poterat, ut colligitur ex mente l. final. C. ubi in rem actio.

Postremò * circa hunc forum notabis, quod non quilibet Judex illius loci reputetur competens, sed tantum ille, qui attendit qualitate rei, & personæ, competens sit: argum. legis plenum sequitur, supra de usu & habit. Nam * & in loco contractus licet quilibet conveniri possit, si ibi reperitur, tamen non intelligitur, quod coram quocumque Judice loci contractus conveniri possit, sed tantum coram illo, qui attendit qualitate contractus competens esse censeatur, ut sentit gl. l. 1. supra si quis in jus vocatus non ierit, quam extollit Fulg. §. 1. num. 6. supra hac lege Berouin c. 1. num. 180. de jud. Si * igitur Clericus possideat rem, & conveniatur ratione rei sitæ debet conveniri coram Judice Ecclesiastico illius loci, ut resolvit Maria. c. sane num. 10. & n. 12. de foro compet. & Ant. de Matth. prorogat. jurisdictionis num. 75. vers. similiter: juxta quæ est explicanda Ord. lib. 3. tit. 10. §. penult. veteris impressionis, dum disponit, quod Clericus ratione rei sitæ, debet conveniri coram Judice sui fori, intellige tu Ecclesiastico, juxta supra dicta, quod hodie explicarum ita est lib. 3. tit. 11. §. 6. ac ita ex mente prædictæ Ordinationis ita explicatæ, colliges, quod t. Clericus conventus per rei vendicationem, coram Judice Ecclesiastico conveniendus est: etiam si conveniatur intra annum, & diem, ex quo rem illam possidere cepit, quamvis Clericus conventus intra annum, & diem per interdico unde vi coram seculari Judice vi cogatur respondere Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. novæ

Petri Barbofæ, Comment. de Judiciis.

copilat. Et est ratio, quia * etiam spoliatus si omisso interdico unde vi, recurrit ad rei vendicationem, non habet privilegia spoliatis concessa l. is qui destitavit, supra de vendicatione, resolvit Jason. l. naturaliter §. nihil commune, num. 120. infra de acquirend. poss. ff. Ripa. cap. cum Ecclesia n. 16. de causa possessionis.

L. Hares absens §. proinde, in hoc art. de foro ratione originis ff. de Judiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Ratione propria originis quis sortitur forum, ita ut in ea conveniri possit.
- 2 Tradit ad hanc conclusionem declarationem Afflicti, de cis. 384.
- 3 Refert contrariam opinionem, imò filium ratione propria natiuitatis effici civem originarium civitatis, in qua natus est.
- 4 Filius necessario sequitur originem paternam, & tamen domicilium patris ad eum non transit.
- 5 Respondet ad tradita ex Afflicti. n. 2.
- 6 Cum ergo sit immutabilis, quantumcumque mutetur domicilium, semper quis remanet obnoxius oncribus originis.
- 7 Tradit, quod si quis mutet domicilium, & illud transferat in aliud Regnum, tamen ratione originis semper remanet subditus primo Regi, etsi illum offendat, incurrit crimen læsæ majestatis.
- 8 Respondet ad legem filios, C. de municip. & orig. lib. 10. de qua num. 2.
- 9 Examinat illum questionem, si parentes habeant domicilium in certo loco, & transientes per alium, mulier in eo peperit, utrum filius natus censeatur originarius loci, in quo natus est, an vero loci, in quo parentes habeant domicilium & ad quem properabant.
- 10 Refert opinionem Bart. in hac parte.
- 11 Secundum juris censuram non censeatur quis esse in loco, in quo consistit corporaliter, sed in quem fertur destinatione animi.
- 12 Refert opinionem contrariam Bart.
- 13 Refert hunc articulum valde controversum esse apud Doctores.
- 14 Tradit concordiam ad has opiniones ex Ripa hic allegato.
- 15 Reprobatur prædictam concordiam.
- 16 Refert aliam concordiam ex Marsario.
- 17 Reprobatur dictam concordiam.
- 18 Declarat aliqua notatu digna ad veram concordiam harum opinionum necessaria, & ostendit, in quo casu militet ratio d. l. nil infra, de captivis.
- 19 Declarat casum, in quo inspicere debet locus, in quo quis natus est.
- 20 Refert sequelam, quam absurdam dicit.
- 21 Refert casum, in quibus secundum opinionem procedat.
- 22 Declarat veram concordiam ad dictas opiniones, & casus, in quibus utraque procedat.
- 23 Declarat in quibus terminis verum erit id, quod præsupponit d. l. filios.
- 24 Filius non solum sortitur forum in loco proprio originis, sed etiam in loco originis paternæ.
- 25 Exemplificat dictam conclusionem, & quomodo procedat, declarat.
- 26 Quilibet se potest liberare à foro domicilii, non vero à foro originis.
- 27 Refert ex Sylvano cons. 1. num. 91. quod quis sortitur forum ratione originis paternæ & avitæ, non autem ulteriorum ascendentium.

28 *Forum ratione originis avita non sortietur nepos, nisi vivo avo sit conceptus.*
 29 *Tradit ex Barr. quod ut proxima conclusio procedat oportet, quod nepos sit in potestate avi.*
 30 *Reprobat Barr. declarationem, & adversus eam expendit text. in l. libertus §. in adoptiva, supra ad municip.*
 31 *Adoptio non mutat originem naturalem.*
 32 *Si pater, & avus ex diversis civitatibus originem ducant, tunc nepos paternam, & avitam sequetur originem, dummodo constet nepotem vivo avo fuisse conceptum.*
 33 *Si pater & filius ejusdem dignitatis, & pater amittat dignitatem, nepos retinebit avitam, si verò sint diversæ, augetur paterna, tanquam magis mediata.*
 34 *Licet quis non possit renunciare propriæ origini in præjudicium civitatis, in qua natus est; Tamen quoad proprium præjudicium illi renunciare potest.*
 35 *Notat supra dicta jure communireceptissima consuetudine, tamen obvenit esse, quod in foro originis propriæ vel paternæ, forum quis non sortietur, nec ibi conveniri possit.*
 36 *Notat etiam, quod si expropria origine vel paterna resultent contrariæ qualitates, præponderabat qualitas procedens ex origine paterna.*
 37 *Declarat conclusionem numero 24. de jure communis procedere, si conventus in illis locis reperitur, alias fecus.*
 38 *Declarat, in quo casu possit admitti opinio Marian. loco ibi relato.*
 39 *Mulier nuptæ in propria patria munera injungi non possunt.*
 40 *Refert quod ita uxor per matrimonium transit in domicilium mariti, ut in effectu forum propriæ originis videatur amisisse.*
 41 *Contrarium tamen verius existimat & probat mulierem nubendo non amittere propriam originem.*
 42 *Respondet ad l. fin. §. item rescripserunt, infra ad municip.*
 43 *Advertit, quod in hac materia in Hispania aliqua fuisse innotata contra dispositionem juris communis, & tradit differentiam inter cives, & incolas.*
 44 *Cives dicuntur, qui in civitate nascuntur, vel aliis modis in jus civitatis adveniunt.*
 45 *Incola dicitur, qui in civitate habet domicilium, etsi forte non constet de animo constituendi domicilium, ille præsumitur ex habitatione decem annorum.*
 46 *Quando fit mentio de civibus, non comprehenduntur incolæ, qui propriæ civis non sunt, ex ratione, de qua proxime.*
 47 *In Regno Hispaniæ non admittitur prædicta differentia, sed appellatione civium comprehenduntur etiam incolæ.*
 48 *In Regno autem Portugalliæ idem etiam observatur.*
 49 *Docet observationem in Hispaniæ in hac materia non omnino abhorreere à dispositione juris communis & late sumpto vocabulo cives incolas comprehendere.*
 50 *Regulariter nisi detur diversa ratio, de jure communi dispositum in civibus comprehendit incolas.*
 51 *Quando fit mentio de Venetiis, vel Florentinis simpliciter in dubio de quibus intelligitur ibidem tradit.*
 52 *Declarat, quod quoad privilegia civibus concessa non continentur incolæ, nisi specialiter fuerint allegati in cives.*
 53 *In Regno Portugalliæ ad consequenda hæc civium privilegia sufficit habitatio cum domicilio per spatium quatuor annorum.*
 54 *Quando quis efficitur civis per electionem civitatis, vel per dispositionem statuti, gaudet omnibus privilegiis civibus concessis.*

55 *Qui est civis quoad privilegia, censetur civis etiam quoad onera, nisi limitative eliciantur in cives.*
 56 *Explicat l. 19. tit. 3. lib. 1. ordinam. & contra eam argumentatur.*
 57 *Defendit dict. l. ordinamenti, & distinguendo casus procedit.*
 58 *Refert differentiam, quæ versatur, quando privilegium reperitur simpliciter concessum civibus, & quando conceduntur civibus originariis.*
 59 *Declarat casum, in quo videtur limitanda dict. l. ordinamenti, scilicet si quis impetret privilegium naturalitatis.*
 60 *Refert Gregorium Lopez contrarium tenentem, & alios Doctores.*
 61 *Quando fit adæquatio duorum intelligitur quoad ea, quæ competunt jure communi.*
 62 *Defendit priorem opinionem num. 59. & ostendit, quod quando quis impetrat literas naturalitatis in nomine debet considerari tanquam civis naturalis, & originarius, ac si in veritate talis esset.*
 63 *Respondet ad l. 14. tit. 3. lib. 1. ordinam.*
 64 *Respondet ad doctrinam Barr. pro contraria parte allegati num. 60.*
 65 *Quando concessio per Principem fit per verba universalitatis, de omnibus videtur intellectum.*
 66 *Respondet ad l. filius C. bon. proscript. & ibi elegantem distinctionem assignat.*
 67 *Officia, & beneficia ex dispositione juris communis, tantum naturalibus sive originariis conferri debent.*
 68 *Literæ naturalitatis hoc casu intelligendæ sunt veriam de his officiis & beneficiis quæ ratione prædictæ consuetudinis, sive statuti originariis competunt.*
 69 *Declarat, quomodo debeant intelligi literæ naturalitatis, quæ sæpius exteris per Principes conceduntur.*
 70 *Sub clausula quod quis habeat, quod habuit alius, non comprehenduntur ea, quæ alius habuit ex speciali privilegio.*
 71 *Sub clausula, quod quis censeatur originarius, vel residens, omnia ei competunt, quæ quocunque modo originariis, sive residentibus competunt.*
 72 *Expendit pro complemento materiæ l. 19. tit. 3. libr. 1. ord. juxta quam idem dispositum in Regno Portugalliæ per Ord. lib. 2. tit. 55.*
 73 *Quod hic disponitur in Regno Castellæ, idem in Regno Portugalliæ recipiendum est.*
 74 *Quoad alia privilegia sufficit in Regno Castellæ constituere domicilium.*
 75 *In Regno Portugalliæ sufficit contrahere domicilium in Regno, & habitare in eo per quatuor annos.*
 76 *Ut filii censeantur originarii satis est, quod pater sit originarius Regni, vel saltem in eo habuerit domicilium per decennium.*
 77 *Constituere domicilium in aliqua provincia, & in ea habitare per quocunque tempus, nihil prodest patri ad naturalitatem consequendam, filius tamen proderit.*
 78 *Ad constituendum domicilium sufficit constare de animo constituendi vere, vel præsumptivæ, scilicet per habitationem decennii.*
 79 *In Regno Castellæ, & Portugalliæ, non sufficit constare, parentes habuisse animum constituendi domicilium, ut filii censeantur naturales, nisi accedat habitatio decennalis.*
 80 *Docet, quod in hac materia a minimè consideratur origo materna, quod jure civili etiam est constitutum.*
 81 *In Francia natus ex matre Franca, & marito extero, censetur naturalis Franciæ.*
 82 *Quando pater Castellanus transiit in aliam provinciam animo constituendi in ea domicilium, filius natus in ea non censetur naturalis Castellæ, quantumcumque pater originarius Castellæ ad eam postea redeat.*

83 *Jure communi filius natus in alia Provincia, censetur originarius provincie, à qua pater originem ducit.*
 84 *Contrarium tamen in Regno Castellæ observabitur, saltem quoad effectum, ne ille filius gaudeat privilegiis naturalibus concessis.*
 85 *In Regno Aragoniæ si pater postea revertatur ad Regnum recuperat filius naturalitatem paternam.*
 86 *Quod in Regno Aragoniæ traditum est hodie in Portugalliæ observabitur.*
 87 *Jure communi Hispanus, qui domicilium suum in Franciam transfert non ob id desinit esse Hispanus, licet patriam suam deseruerit.*
 88 *Qui ut enim proxime domicilium transfert in eo nabit filius, ut non censetur Castellani, nec gaudebit privilegiis naturalibus concessis, etiam si ad antiquam patriam revertatur.*
 89 *Docet proximam resolutionem ante eam l. contitiam valde controversam fuisse in Hispania.*
 90 *Si Hispanus non animo mutandi domicilium iverit in aliam provinciam, vel causa negotiandi, vel propter Regis seroitium, & ibi filium susceperit, is filius censetur originarius Cast.*
 91 *Docet, idem statutum esse in Regno Aragonia.*
 92 *Prædictæ leges videntur approbare eam opinionem, quod filius censetur natus in loco, in quo pater domicilium habet, etiam si per casum in alio loco nascatur, contra quam supra resolutum est.*
 93 *Considerat in præsentem duas esse questiones diversas Prima qualiter in filio considerandus sit habitus respectu ad originem paternam: Secunda qualiter habito respectu ad propriam nativitatem.*
 94 *Proponit primæ questionis resolutionem.*
 95 *Secundam questionem determinat.*
 96 *Si pater domicilium, qui tamen sit intra Regnum observabitur dispositio juris communis*
 97 *Lex 9. tit. 3. l. 1. ordinam. solum recedit à jure communi, quando pater, qui mutavit domicilium filium suscipit extra Regnum, & contrarium erit si intra Regnum.*
 98 *Refert pro eadem parte d. Domini c. 1. §. 1. nu. 4. de usur. in 6. quem probat Ord. Port. lib. 2. tit. 55.*
 99 *Tradit elegantem limitationem ad d. l. ordinamenti, ut non procedat, quando quis natus erat tempore, quo pater mutavit domicilium.*
 100 *Si filius sit natus extra Regnum, & tamen antequam pater in eo constitueret domicilium, cum tunc censeatur secundum originem paternam, factum patris postea superveniens filio præjudicare non potest.*
 101 *Refert contrariam opinionem tenentes, & eorum fundamenta.*
 102 *Refert opinionem nu. 99. & 100. in utroque casu veriore esse, & ad argumenta contraria respondet.*
 103 *Respondet ad primam rationem, permutationem domicilii in quemcunque locum non amitti propriam originem, qui tamen amittet jura civitatis suæ originis, quando eam periclitantem deseruit, & pro jure non juvit.*
 104 *Qui mutavit domicilium in aliud Regnum, sibi præjudicat, quoad ei utilia: nam quoad sibi inutilia & onerosa antiquam originem videtur retinuisse.*
 105 *Factum sive delictum patris regulariter filius non præjudicat in provenientibus à genere.*
 106 *Respondet ad l. privilegio C. de decurion. lib. 10.*
 107 *Mutatio domicilii extra Regnum non est actus per quem propria originis videtur quis rennuciare.*
 108 *Declarat regulam vulgarem, originem propriam vel paternam esse immutabilem, non esse generaliter intelligendam quoad omnes effectus, sed tanquam Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.*

109 *Originarius qui in alium locum tranſtulit domicilium non ligabitur regulariter ſtatutis loci originis.*
 110 *Originarii licet domicilium transferant, non censentur forenses sive alienigenæ respectu civitatis, cui absunt.*
 111 *Forensis & alienigena ille dicitur, qui omnino subest alterius jurisdictioni sive dominio.*
 112 *In materia pœnali sive odiosa sub appellatione forensium sive alienigenarum non comprehenduntur prædicti originarii.*
 113 *Docet ex supra dictis declarari Ordin. libr. 2. tit. 13. §. 1.*
 114 *Proxime dicta magis sine dubio procedunt, si in loco originis originarius, qui tranſtulit domicilium, habeat bona.*
 115 *Declarat, in quibus civibus debeat intelligi dispositio simpliciter loquens de civibus alicujus civitatis.*
 116 *Originarii extra locum originis habitantes, non obtinebunt ea privilegia, quæ obtinent veri originarii ibi habitantes.*

His ita expeditis sequitur ultimus forus propriæ originis: nam ratione illius videtur quis fortiori forum ita, ut in ea conveniri possit l. incola 29. junctæ glo. pe. infra ad municip. l. 1. C. de munic. & orig. l. 10. c. pen. de temp. ord. l. 6. tradit glo. hic debet & passim ad. quod tamen intelligebat Aff. decif. 384. quando * filius natus est in loco, in quo parentes habebant domicilium, quia aliis non censetur originarius loci, in quo natus est, allegat auctoritatem gl. l. assumpt. §. filius verb. domicilium ad fin. infra ad municip. & videtur tex. l. filios C. de municipiis, & origina. lib. 10. ubi Bart. & Platea n. 2. & Cujat. idem probant.

Contrariam* tamen opinionem, imò filium ratione propriæ nativitatis, efficit civem originarium civitatis, in qua natus est, tenet Cuman. l. cetera §. sed est paraverit nu. 2. inf. deleg. 1. & conf. 177. n. 3. Gram. vot. 10. à n. 14. & ante eos Bald. conf. 294. ista causa ad medium libr. 4. per generalitatem legis cives C. de incol. lib. 10. Et quia filius necessario sequitur originem paternam, & tamen † domicilium patris ad eum non transit l. assumpt. §. 1. infr. ad municip. Ergo à fortiori propriam originem obtinebit, etsi parentes ibi domicilium non habeant: Neque obstant adducta in contrarium, nam * ad primum de auctoritate gl. l. assumpt. §. 1. infra ad municip. respondetur, quod ea tantum dicit, quod si filius mutet domicilium, non potest obligari ad onera, in loco originis propriæ, vel paternæ: quod tamen est falsum, ut ibi tradit Bart. col. 2. Nam cum hujusmodi origo sit immutabilis, l. assumptio in princ. infra ad municip. l. origin. C. de munic. & orig. l. 10. Quantumcumque † mutet domicilium, semper remanet obnoxius oneribus originis, ut est expressum l. final. C. de munic. & orig. l. 10. & l. 3. in princ. infra de munerib. & honorib. tradit Alexand. conf. 157. num. 13. lib. 2. Dec. l. cum quedam num. 5. supra de jurisdictione omnium judicium, ad d. * quod licet quis mutet domicilium, & illum tranſferat in aliud Regnum, tamen ratione originis, semper remanet subditus primo Regi, & ideo si illum offendat, incurrit crimen læsæ Majestatis, ut clare præsupponit Clement. pastoralis §. rursus de re judicata, probat Aegidius Bossius tract. de crimine læsæ Majestatis à num. 95. & pro constanti Gigas, eodem tractatu quest. 68. nu. 2. pag. 121. Jul. Clar. eod. tractat. num. 6. & eleganter

eleganter Greg. *l. 5. tit. 24. part. 4. verb. ſon quatro, ad ſinem.*

8 Non obſtat ſecundo de lege filios C. de municipibus, & originar. lib. 10. quia textus ille principaliter agit, quam originem filius ſequatur? & determinat ſequi paternam, & non maternam, notat Bart. in d. l. aſſumptio §. 1. col. 2. ad medium, infra ad municipal. Marzarius conf. 43. n. 10. Neque obſtat quod dicitur l. filios, videtur probare, quod licet filius naſcatur in loco, à quo mater originem duxit, tamen non tenebitur ibi ſubire onera, quia reſpondet gl. ibi quam probat Bart. n. 4. Quod non tenebitur in eo loco ſubire onera, ex ea ratione, quod mater ex illo originem ducit, non tamen negat, ea teneri ſubire ratione propriæ natiuitatis in eoloco, ut eſt expreſſum l. origine C. de municip. & orig. lib. 10. Neque replices quod d. l. filios, dicit, quod filius in eo loco non tenetur ſubire onera, niſi in eodem habeat domicilium, quia reſpondetur textum illum tantum agere, utrum filius ratione originis maternæ teneatur onera ſubire? Et determinat non teneri: niſi in eodem loco habeat domicilium: nam tunc ratione domicilii, tanquam incola tenebitur in eo loco onera ſubire: Quod ſi ulterius quæras utrum ratione propriæ originis teneatur onera ſubire? Dicemus hanc quæſtionem non tractari in d. l. filios, ac proinde ſupplendam eſſe ex aliis iuribus, quod tenebitur illa ſubire, ut eſt expreſſum l. origine, C. de municip. & originar. lib. 10.

9 Et ex his inferitur reſolutio ad eam dubiam quæſtionem, ſi parentes habeant domicilium in certo loco & tranſeunt per alium, mulier in eo peperit, utrum filius natus cenſeatur originarius loci, in quo natus eſt, an vero originarius loci, in quo parentes habebant domicilium, & ad quem properabant? Et in quæſtione Bart. dicitur l. filios, exiſtimat, non cenſeri originarium loci, in quo natus eſt, ſed potius loci, in quo parentes habebant domicilium, ita interpretatur illum textum, & allegat rationem l. 1. de poſtliminio reuerſis: Et tamen ſecundum juris cenſuram, non cenſetur quis eſſe in loco, in quo conſiſtit corporaliter, ſed in quem fertur deſtinatione animi, l. nihil infra de captiuis, bonus text. l. huiusmodi §. legatum, infra de leg. 1. & tradit Alber. 4. parte ſtatuto quaſt. 28. & facit, quod Bald. l. 1. col. 2. verſ. ſed pone, ſupra de ſtatu hominum, & ita in ſpecie prædictam Bart. opinionem ſequitur Platea d. l. filios num. 2. de reſcript. ubi Felin. numer. 19. alibi reſcriptum, & Andr. Sicutius conf. 52. num. 1. lib. 2. Thomas Grammaticus deciſ. 107. à num. 111. Boer. deciſ. 13. à num. 52. Rebuf. l. 2. col. 7. infra de verborum ſignificatione, & ſecundum iſtam opinionem conſuluit Jalon. conf. 77. col. 2. lib. 3. & hanc eſſe magis communem opinionem aſſerit Lancel. Dec. hic ad ſinem, & agnoſcit Ripa. tractatu de p. ſte titu. de privoil. contractuum tempore peſtis num. 183. Rebuf. de privileg. ſcholarum privoil. 65. & illam confirmat Aſſiſt. deciſ. 384. Navar. conf. 41. num. 1. Sub. rub. de præben. & alii quos refert Maſcard. de probat. 3. part. conſul. 1141. n. 1. Hypolit. Riminald. conf. 363. n. 254. lib. 4.

12 Contrariam tamen ſententiam, imo quoad filium dicatur originarius loci, in quo natus eſt, attempta magis veritate, quam deſtinatione parentum poſt Cuman. & Paul. probat Alexand. dicitur l. huiusmodi §. legatum num. 4. infra de leg. 1. ubi Jaf. num. 14. dicit reſcriptum Gram. conf. 5. num. 3. & voto crim. 10. num. 14. Marzarius conf. 43. à num. 5. & pro conſtanti tenet Paul. Caſtrenſ. l. prætor ait in principio numer. 5. ſupra de edend. & dicit verius Alex. in additio. ad Bart. l. Marcius §. legis Juliae infra de adulter. in ſultima additioe, & defendit Cag. in proom. ff. veteris col. ſeu. Crocus l. ſi is qui à num. 104. infra de uſucap. &

alii plures, quos refert Maſcard. de probat. 3. parte conſul. 1141. n. 6. Et per Alexand. Raudenſem in appendice 1. parte à n. 5. & ſic conſtat hunc articulum valde controverſæ meminir Boer. deciſ. 13. à num. 52. & etiam Gregor. l. 2. tit. 24. part. 4. gl. ſinal. col. pen. ad ſinem, & ſequenti, ubi eleganter eam tractat.

Invenio tamen, quod has opiniones concordat Ripa. tractatu de peſte tit. de privoil. contractuum, num. 183. quod ſi filius conceptus in loco, in quo parentes habebant domicilium, quamvis in alio naſcatur, vera ſit prima opinio ſupra relata, argum. l. qui in utero ſupra de ſtatu hominum, aliàs locum habebit contraria opinio, ſubſcribit Hypolit. Riminal. conf. 363. num. 255. lib. 4.

Sed tamen non placet hæc concordia, quia eſt contra mentem tenentium contrariam opinionem, qui loquentes de matre, quæ properans ad domicilium, caſu peperit in alio loco, præſupponunt eam in loco domicilii concepſiſſe, & nihilominus filium cenſeri originarium loci, in quo natus eſt.

Unde tamen ſecundo loco invenio, quod opiniones concordat Marzarius conſul. 43. num. 9. quod ſi filius cenſebitur originarius loci, in quo natus eſt, & nihilominus etiam cenſebitur originarius loci, in quo pater habebat domicilium, quia nihil impedit, quem ratione propriæ originis cenſeri originarium loci, in quo natus eſt, & præterea cenſeri originarium loci, à quo pater originem trahit, quæ concordia eſt etiam de mente Rebuf. de privoil. ſcholarum privileg. 65. & ante eos Bald. conf. 294. iſta cauſa, ad medium lib. 4. facit quod Imol. conſul. 35. num. 2.

Sed tamen etiam non placet hæc concordia, quia quæſtio Doctorem eſt, utrum filius cenſeatur originarius loci, à quo pater originem trahit, quia hoc eſt indubitatum: ſed eſt quæſtio, utrum filius cenſeatur originarius loci, in quo pater habet domicilium? quamvis in alio loco ſit natus?

Et tamen pro nova concordia harum opinionum advertendum eſt, rationes tenentium primam opinionem tantum evincere, quod maritus cum uxore prægnante redibat ad proprium domicilium, & in itinere uxor caſu enixa eſt: quaſi tunc cenſeatur filius originarius loci, in quo parentes habebant domicilium, & ad quem properabant: tunc enim proprie militat ratio deducta ex d. l. nihil infra, de captiuis: Unde tamen ſi ponas maritum cum uxore prægnante non redire ad domicilium, imo ex domicilio cum ea migrare in alium locum ex quacunque cauſa, in his terminis ceſſat prædicta ratio: & ideo tunc videtur inſpiciendus locus, in quo ſecundum veritatem filius natus eſt juxta regulam generalem leg. 1. infra ad municip. & leg. civis C. de incol. lib. 10. l. 20. tit. 1. part. 1. Aliàs ſequeretur, quod ſi quis haberet animum recedendi in certum locum, & ibi conſtituendi domicilium propter deſtinationem patris cenſeretur filius natus in loco, in quo pater nunquam domicilium conſtituit, quod abſurdum eſſe dicit Cuman. l. cætera §. ſed ſi paravit n. 2. infra de leg. 1. Ripa tit. de peſte tit. de privoil. contract. n. 183. facit l. domicilium infra ad municip. Et tamen in his terminis procedet opinio, cui etiam locus erit, ſi parentes tranſiverunt in aliam Provinciam negotia aliqua geſſuri, & in ea uxor peperit: maniſteſtius enim tunc filius cenſebitur originarius loci, in quo revera natus eſt cum eſſet ratio, de qua ſupra, & ſic inducenda ſit regula generalis l. civis C. de incol. lib. 10. & l. municip. 226. infra de verb. ſignificat. & faciunt tradita per Sylvan. conf.

conf. 1. à n. 96. quicquid contrarium præſupponat Jalon conf. 77. col. 2. lib. 3.

22 Concordabuntur igitur prædictæ opiniones, quod regulariter verior ſit ſecunda opinio: limite- tur tamen, ſi Parentes ad Patriam, vel proprium domicilium properantes, uxor caſu in aliquo loco itineris enixa ſit: tunc enim propter animi deſtinationem, cum opere ſubſecuto, ſcilicet quod properabant revera ad domicilium, cenſebitur filius originarius loci domicilii, ad quem illi properabant, & in his terminis admittetur prima opinio: & in his etiam terminis verum erit, quod præſupponit d. l. filios C. de municip. & orig. l. 10. quod filius non ſubjicitur oneribus originis maternæ, etiam ſi natus ſit. Nam id verum erit in prædictis terminis, & ibi expreſſe tradit Bart. num. 4. Nam extra hos terminos aliud erit, juxta ſupra tradita.

24 Præcedentibus autem adſendum eſt, filium non ſolum ſortiri forum in loco propriæ originis, ſed etiam in loco propriæ originis paternæ l. aſſumptio §. filius infra ad municipal. Panormitan. cap. ſignificat. l. 1. n. 7. de parochiis, Felin. cap. poſulati n. 1. ad ſinem, de foro compet. & Anton. de Matb. de prorogat. juridi. n. 27. & ita Doctores in hac materia alternative ſolent loqui, quod filius ſortietur forum, in loco propriæ originis, vel paternæ, gl. i. l. 1. infra ad municip. Speculator tit. de compet. iudicis adio. §. 1. n. 33. Bart. l. aſſumptio. 1. n. 2. ad ſinem infra ad municip. Paul. l. 2. n. 5. C. de iuri. diſtione omnium Judicum, quibus adde gloſ. cap. 1. verb. alienigenas, de uſur. in 6. gloſ. cap. ſtatutum §. ſi vero verb. unum dietam, ad medium, de reſcriptis in 6.

25 Si igitur paterratione propriæ originis, ſit civis alicujus civitatis, & poſtea domicilium mutavit in alium locum, in quo natus ſit ſibi filius ratione propriæ originis, in eo loco ſortietur forum, & præterea illum quoque videtur ſortiri in ea civitate in qua pater natus eſt, l. civis C. de incolis lib. 10. ad- juncta l. filios C. de municip. & originar. eod. libr. 10. ob- ſervat. Dominic. cap. 3. n. 10. & ibi Peruſin. n. 3. de temp. Ord. lib. 6. Bald. conf. 294. cauſa ad medium l. 4.

26 Nam quamvis quilibet poſſit ſe liberare à foro domicilii, mutando iplum domicilium, l. cum quædam ſupra de iuriſt. omnium Judicum, non tamen poteſt liberare à foro originis, qui cenſetur immutabilis l. aſſumptio. in principio, infra ad municip. & l. originarius C. de municip. & originar. lib. 10. notab. Alex. conf. 34. n. 3. lib. 5. ad quod non ſatis advertit Dec. conf. 352. n. 4. neque Berouſ conf. 173. n. 43. lib. 1. neque Hypolit. Riminald. conf. 363. n. 97. & à n. 245. lib. 4. niſi eos ſalves ut ſtatim dicemus.

Addit Sylvanus conf. 1. numer. 91. quod quis ſortietur forum ratione originis paternæ, & etiam avitæ, non autem ulteriorem aſcendentium: cni addendum eſt, quod neque ratione originis avitæ forum ſortietur, niſi vivo avo ſit conceptus l. libertus §. in adoptiva infra ad municip. tradit Cynus l. 2. n. 2. & ibi Bald. num. 4. Salyet. num. 6. in ſu. C. de iuriſdictione omnium Judicum, Bart. l. filios numer. 1. & ibi Platea numer. 2. C. de municip. & orig. lib. 10. Marian. in rub. num. 15. ad ſinem, de foro competenti. Nam ſi mortuo avo conceptus ſit, non ſortietur forum ratione originis avitæ, Felin. cap. poſtulaſti, n. 1. ad ſinem, de foro competenti, Alexan. conf. 16. n. 9. lib. 5. Quinimo Bart. l. aſſumptio §. 1. in fine infra ad municip. concludit, quod ut quis ſortietur forum ratione originis avitæ, non ſolum requiritur, quod vivo avo conceptus ſit, ſed etiam quod ſit in ejus poteſtate & ſubſcribit Greg. l. 32. titu. 2. part. 3. verb. natural. Baptiſta in anti. mui. legum juris civilis, & regni, in litera F. num. 33.

Petri Barboſæ, Comment. de judiciis.

Sed non placet hæc Bart. declaratio, & ad ver- ſus eam expendo textum l. libertus §. in adoptiva, infra ad municip. ubi nepos ſequitur originem avi naturalis, quantumcumque ſit natus in adoptiva familia; quo caſu certum eſt non naſci in poteſtate avi naturalis, penul. Inſt. quibus mod. jus patria poteſt. ſol- vitur: Ergo ea tantum ratione, ſequitur originem avitam, quia eſt conceptus eo vivo, & quia adoptio non mutat originem naturalem l. ord. §. ſin. infra ad municip. ac ita vera eſt reſolutio in hac materia: quod ſi pater, & avus ſunt oriundi ex eadem civitate, parum intereſt, quod conſideretur origo paterna, ſive avita, ut advertit Aſſiſt. d. l. ſi libertus, §. in adoptiva; Si vero ex diverſis civita- tibus originem ducant, tunc nepos, & paternam, & avitam ſequitur originem d. l. libertus §. in adop- tiva, dummodo conſulterit, nepotem vivo avo fuiſſe conceptum. Alex. conf. 16. n. 9. lib. 5. & ſu- pra dictum eſt. Et verum eſt, quamvis Ant. de Math. de prorogatione iuriſdictionis num. 27. verſ. in quibus, dicat, quod in prædicto caſu magis ſequitur ori- ginem avitam, quam paternam, & ante eum Do- minic. cap. is qui num. 8. de ſepultur. in 6. Ulteriorem vero aſcendentium originem non ſequitur juxta rationem, quam aſſignat gloſ. l. aſſumptio. §. filius infra ad municip. & gloſ. l. filios C. de municip. & ori- gin. lib. 10. Adde quod ſi pater, & filius ſint ejaſ- dem dignitatis, ſi pater amittat dignitatem, nepos retinebit avitam l. emancipatum §. final. ſupra de ſenatoribus: ſi vero ſint diverſæ dignitatis, atten- detur paterna tanquam magis immediata, l. exem- plo, & ibi Platea poſt principium C. de decurion. lib. 10. qui * textus etiam probat, quod licet quis non poſſit renunciare propriæ origini in præjudi- cium civitatis, in qua natus eſt, l. aſſumptio. in prin- cipio infra ad municip. Tamen quoad proprium præ- judicium illi renunciare poteſt, ut notat Bart. & Platea d. l. exemplo Aſſiſt. deciſ. 384. num. 10. Boer. deciſ. 13. n. 44. notab. Greg. l. 5. tit. 24. part. 4. verb. conſuetudo ad ſinem.

His ita explicatis ad complementum articuli, 35 quatuor annotanda ſunt. Primum eſt, quod licet ſupra reſoluta receptiſſima ſint jurecommuni, tamen conſuetudine obtentum, quod in foro originis propriæ, vel paternæ, forum quis non ſortietur, neque ibi conveniri poſſit, ut aſſerit Theſaurus deciſ. Pedemontanſ. 90. ad ſinem, & videtur probare l. 15. tit. 1. part. 7. & ibi expendit Gregor. in gloſ. ſu. & ſupra diximus.

Secundum addendum, quod ſi ex propria ori- gine, & paterna, reſultant contrariæ qualitates præ- ponderabit qualitas procedens ex origine paterna, l. cum ſatis in principio C. de agricol. & cenſit. libr. 11. tradit Bart. notabil. exemplificans l. 1. n. 4. infra ad municip. & conſul. 172. à num. 6. & notab. Bald. con- ſul. 294. iſta cauſa libr. 4. Imol. conſul. 5. num. 7. Anton. Nata conſul. 105. lib. 1. Boer. deciſ. 13. nu. 49. quibus adde tradita per Ancharan. conſul. 37. contra à num. 5. quem ſequitur Gregor. dicitur l. 5. titu. 24. part. 4. verb. conſuetudo col. 1. ad ſinem, Decius conſul. 352. num. 4. Adde etiam tradita per Ruinum conſul. 120. num. 8. lib. 4. & Socin. in rub. nu. 31. infra ſoluto matrimonio, & Boſſium in pra. i criminali tit. de foro competenti numero 34. ad ſinem.

Tertium addendum eſt, quod retenta diſpoſi- tione juris communis, quod quis ſortietur forum in loco originis propriæ vel paternæ, id tantum in- telligendum eſt, ſi in illis reperiat, aliàs ſecus, Bart. l. aſſumptio §. filius n. 2. ad ſinem, infra ad mu- nicip. Panormit. cap. ſignificavit num. 6. de parochiis Paul. l. 2. num. 6. C. de iuriſdictione omnium Judicum Aſſiſt.

38 Afflic. decif. 384. nu. 6. Alex. conf. 157. num. 13. lib. 2. & aſſerit receptum Dec. l. cum quadam n. 5. ſupra de jurisdic. omnium judicum Felin. cap. final. n. 23. de foro competenti Bern. Diaz in pract. crim. Canonica. cap. 8. & probat l. 32. tit. 2. part. 3. quicquid Marian. in rub. n. 15. ad finem, dum de foro competenti dicat, quem ꝑ conveniri poſſe in loco propriæ originis, quamvis ibi non inveniatur. Cuius opinio tantum admitti poteſt, quoad honores, & onera, quæ etiam in abſentes conferuntur, ut poſt Spec. tradit Aret. l. fin. n. 1. ad finem, C. de Judic.

39 Illud* certum eſt, quod mulieri nuptæ, in propria Patria munera injungi non poſſunt l. fin. §. item reſcripſerunt infra ad municipales, quia per * matrimonium ita uxor tranſit in domicilium mariti, ut in effectu forum propriæ originis videatur amiſſiſſe, ut ibi tradit Bart. n. 4. & l. cum quadam in principio, & ibi Dec. num. 6. ſupra de jurisdic. omnium judicum Bald. l. 2. in fine C. de jurisdic. omnium judicum Marian. in rub. num. 13. & c. fin. n. 52. ad finem de foro competenti, & alii relati per Duenb. reg. 377.

41 Sed* verius eſt contrarium, neque enim mulier nubendo poteſt amittere propriam originem, l. aſſumptio in principio infra ad municip. l. origine, & ibi Bart. C. de municip. & origina. lib. 10. Neque* contrarium probat d. l. fin. §. item reſcripſerunt quia tantum probat, liberari mulierem à muneribus propriæ originis, quando propter illa avo caretur à ſervito mariti, aliis autem oneribus remanebit obnoxia, eleganter Paul. Caſtrenſ. conſil. 80. n. 3. lib. 2. & in hoc eandem reſidet Bart. d. §. item reſcripſerunt, n. 5. Alexand. conſ. 100. n. 1. lib. 3. Dec. l. 1. C. unde vir. & uxor & l. 2. num. 92. infra de regulis jur. & conſil. 213. num. 2. Marzari conſ. 43. nu. 11. Grego. l. 32. tit. 2. part. 3. verb. de caſamienzo Anton. de Math. de prorogat. jurisdic. num. 27. ad medium.

43 Quartò* & ultimò addendum eſt, circa hanc materiam propriæ originis, vel paternæ, in Hiſpania aliqua fuiſſe innovata contra diſpoſitionem juris communis: nam prima attenda diſpoſitione juris communis, differentia eſt inter cives, & incolas: nam* cives dicuntur, qui in civitate naſcuntur, vel aliis modis in jus civitatis adſciſcuntur l. cives C. de incol. lib. 10. Incola* autem dicitur, qui in civitate haberet domicilium, eſſi forte non conſtit de animo conſtituendi domicilium, ille præſumetur ex habitatione decem annorum l. 2. C. de incol. lib. 10. Boer. decif. 260. nu. 9. & notab. Greg. d. l. 2. tit. 24. part. 4. verb. diez annos & colligitur hæc differentia ex l. cives C. de incolis lib. 10. & ibi notavit gloſ. 1. & l. cives C. de appella. & ibi Bald. n. 4. tradit Bart. l. 1. n. 1. infra ad municip. & alii quos reſert Boer. decif. 260. n. 3. & notab. Gregor. l. 2. tit. 24. part. 4. in gloſ. final. col. 2. ante medium

46 Sylvan. conſ. 1. num. 90. Et* hac ratione quando fit mentio de civibus non comprehenduntur incolæ, qui proprie cives non ſunt, gloſ. l. 1. infra de tutoribus & curator. datis ab his, eleganter Aretinus conſ. 77. à n. 2. & latius Sylvanus conſ. 1. à n. 98.

47 Quod* in notabili caſu exemplificat Bald. l. cives n. 4. C. de appellat. Et tamen in Regno Hiſpaniæ non admittitur prædicta differentia, ſed appellatione civium comprehenduntur etiam incolæ, ut probat l. 32. tit. 2. part. 3. & l. 2. tit. 24. part. 4. & ibi notat Greg. col. 2. poſt principium, & in* Regno Portugalliæ probat ord. lib. 1. tit. 21. lib. 2. veteris impreſſionis, & hodie lib. 2. tit. 56. novæ recopilationis. Quod quidem* non omnino abhorret à diſpoſitione juris communis: nam quod appellatione civium veniant etiam incolæ, jure communi, ſaltem late

ſumpto vocabulo, tenet gloſ. cap. ſtatutum S. cum vero, verb. ejusdem, de reſcript. in 6. & ibi notat Dominic. num. 10. Alex. conſ. 16. n. 10. lib. 5. Imol. conſ. 35. n. 11. Vincent. in rub. n. 37. ſupra ſoluto matrim. ac proinde* regulariter, niſi detur diverſa ratio, diſpoſitum in civib. & incolas comprehendit, ut probat Soc. conſ. 129. n. 3. lib. 1. Baptiſta l. 1. n. 169. C. de Summa Trinit.

51 Quinimo ꝑ ſi fiat mentio de Venetis vel Florentinis ſimpliciter, in dubio intelligetur de originariis habitibus ibi domicilium, vel etiam de non originariis, habitibus tamen ibi domicilium, non autem de originariis non habitibus ibi domicilium ut colligitur ex gloſſa dict. cap. ſtatutum S. cum vero verb. unam in fine de reſcript. in 6. tract. Ant. conſ. 21. Viſo num. 3. Anchar. conſ. 417. iſta ſententia eleganter Socin. in rub. n. 27. inf. ſoluto matrim. Avendan. lib. 1. de exequendis mandatis cap. 4. n. 25. Circa quod vide, quæ in eleganti caſu tradit Grammaticus conſ. civil. 5.

52 Illud* autem certum eſt, quod quoad privilegia civibus conceſſa, non continebuntur incolæ, niſi ſpecialiter fuerint allec. in cives, ut colligitur ex l. cives C. de incol. lib. 10. ibi (allec.) & l. 1. poſt principium infra ad municip. tradit Boer. decif. 260. num. 17. & num. 27. Sed* in Regno Portugalliæ ad conſequenda hæc civium privilegia, ſufficit habitatio cum domicilio per ſpatium quatuor annorum, ut conſtat ex ordinatione lib. 2. tit. 21. veteris impreſſionis, & hodie lib. 2. tit. 56. novæ recopilationis. Quo ꝑ caſu quando quis efficitur civis, per allectionem civitatis, vel etiam per diſpoſitionem ſtatuti, gaudet is omnibus privilegiis civibus conceſſis, ut tradit Bart. l. ſi maritus S. legis Juliane. 1. infra de adulter. Bald. l. cum in adoptivis S. quæ in filio n. 1. C. de adoptio. Roman. conſ. 62. Florentina n. 9. & plures citati per Niconic. in rub. n. 93. infra ſoluto matrim. quicquid poſt Bald. videatur contradicere Alexand. conſ. 160. n. 2. lib. 5.

55 Cum* autem quoad privilegia cenſeatur cives etiam quoad onera, cives cenſeantur, ut colligitur ex l. 1. infra ad municip. tradit Bologn. auth. habita n. 186. C. ne filius pro patre, quamvis ſi limitative alliciuntur in cives, quoad privilegia, tunc non teneantur ad onera Roman. conſ. 92. n. 5.

56 Ex* quibus inferitur explicatio dict. l. 19. tit. 3. lib. 1. ordinam. in qua diſponitur, quod privilegia naturalibus conceſſa, non communicantur his, qui ratione domicilii, vel alias conſiderantur tanquam cives, quod primâ facie videtur procedere non poſſe, quia prædicti cenſentur naturales l. 2. tit. 24. part. 4. Ergo debet gaudere privilegiis naturalibus conceſſis, & quia cum prædicti conſtituantur cives ex diſpoſitione l. 32. tit. 2. part. 3. privilegii civibus conceſſis debent gaudere, juxta ſupra tradita.

57 Sed defendendo* diſpoſitionem prædictæ legis ordinamenti, advertendum eſt, quod aut privilegium reperitur ſimpliciter conceſſum* civibus, & locum habebunt adducta in contrarium, aut vero conceduntur civibus originariis, & quia tunc non conſideratur qualitas cujus ſimpliciter, ſed ſimul qualitas originis, utique hi, qui non ratione originis, ſunt cives, quoad ea privilegia non conſiderantur tanquam cives, ſed potius tanquam alienigenæ: gloſ. cap. 1. §. 1. verb. alienigenas, de uſuris in 6. & ibi Dominic. & Perus. num. 3. & ideo meritò non gaudent privilegiis, civibus originariis conceſſis ut advertit Cælianus in memorab. verb. ſtatuto cavetur in multis, Andr. Gallus pract. obſervat. lib. 2. obſerv. 36. numer. 9. Videtur tamen ꝑ limitanda prædicta l. ordinamenti, niſi quis impetret privilegium

privilegium naturalitatis ſive originis, quia tunc etiam prædictis privilegiis utetur, juxta doctrinam Bart. l. ſi maritus S. legis Julia num. 1. infra de adulter. quam ſupra retulimus.

60 Contrarium* tamen tenent Greg. l. 2. tit. 24. part. 4. gl. fin. poſt principium, & Pelæz de majoratu l. parte queſt. 51. num. 28. & adducunt pro hac opinione l. 14. tit. 3. lib. 5. ordina. & potuerunt etiam adducere opinionem Bald. ita determinantem l. in urbe in fine ſupra de ſtatu hominum, & doctrinam Bart. dict. §. legis Julia numer. 1. concludens quod ſi quis acquirat privilegium, ut in omnibus tractetur ut civis, debet intelligi de his, quæ jure civitatis competunt, ſecus ſi competant ex ſpeciali conceſſione Principis. Nam de his non intelligitur prædictum privilegium, argumento l. Codicillus S. fin. infra de legat. 2. ſubſcribit Socin. Jun. l. 1. numer. 30. infra de leg. 1. Boer. alios reſerens decif. 260. num. 55. facit etiam l. ſi filius Cod. de bonis proſcriptorum & quod ibi notant, Cynus, & Angel. & confirmat Ruin. l. Gallus S. ſi e. us num. 115. infra de liber. & poſthum. Unde ꝑ in ſpecie inferit Crotus l. 1. num. 9. inf. de leg. 1. quod quando fit adæquatio duorum intelligitur quoad ea, quæ competunt jure communi, non autem ex jure ſpeciali, & exornat Deci. conſ. col. 1.

62 Sed his* non obſtantibus verior eſt prima opinio, quia quando quis impetrat literas naturalitatis, in omnibus debet conſiderari tanquam civis naturalis, & originarius, ac ſi in veritate talis eſſet, Bart. dict. §. legis Julia poſt principium, Salcedo ad practicam criminalem Bernard. Diaz. cap. 54. à numer. 14. Imol. conſ. 35. num. 11. notab. Cælianus. Cota in memorab. verb. civem eſſe, & verbo ſtatuto cavetur in multis. Ergo debent habere omnia privilegia, quæ veris naturalibus competunt, l. liberis C. de collat. l. cum ex oratione S. final. infra de excuſat. tutorum, & notab. Deci. conſ. 128. num. 1. Hypollitus conſ. 127. à num. 2. Boerius decif. 130. num. 20. & in ſpecie ita concludit Rebuf. 2. tom. ad ll. Gallias tit. de liter. naturalit. gloſ. 2. num. 2. & num. 14. & tract. de pacif. poſſeſſ. n. 267. Boer. decif. à num. 18. Et terminis colligitur ex traditis per Paul. Caſtrenſ. conſil. 21. col. fin. lib. 1. & melius per Baptiſtam l. omnes populi num. 236. ſupra de juſtitia & jure, recentia autem hac opinione, non obſtabunt in contrarium adducta.

63 Nam ad ꝑ primam d. l. 14. tit. 3. lib. 1. ordinam. reſpondetur, prædictam l. magis ſentire ſub literis naturalitatis beneficiorum conceſſionem contineri, non valere, tamen niſi literæ naturalitatis, concedantur cum ſolemnitate ibi expreſſa, quod etiam colligitur ex l. 16. & l. 20. tit. 3. ordinamenti. Non ꝑ obſtat ſecundò de doctrina Bart. dict. §. legis Julia, num. 1. quia reſpondetur procedere, in allec. in civem per civitatem, ut notat Roman. ſingul. 976. & Boerius decif. 260. num. 18. hæc enim allec. intelligitur modo, quem Bar. exprimit, nos loquimur in privilegio naturalitatis conceſſo per Principem, cujus beneficiam late accipitur l. final. ſupra de conſtit. Priac. Et* ideo cum conceſſio fit facta per verba univerſalia, de omnibus videtur intellectum l. Julianum infr. d. l. 3. & quæ Dec. conſ. 128. à n. 1. Non ꝑ obſtat terciò de l. ſi filius C. de bonis proſcripto. quia reſpondeo, quod aut tu intelligis literas naturalitatis, fuiſſe impetratas ab eo, qui in ea terra jam domicilium habebat, & quia hi gaudent illis, quæ jure communi civibus competunt, ut ſupra probavimus, ut privilegium aliquid operetur debet intelligi de his, quæ originariis competunt, etiam ex privilegio, argum. l. 1. finem infra ad municip. & cap. ſi Papa, de privileg. in 6. aut intelligis impetratas ab eo, qui civis illius terræ adhuc

non erat: & dicendum eſt literas ꝑ debere intelligi, etiam de officiis, & beneficiis, quia hæc ex diſpoſitione juris communis tantum naturalibus, ſive originariis conferri debent, l. cum Ecclieſiis C. de Episc. & cler. gl. fin. cap. ſi proponente de reſcriptis, & ibi Panorm. num. 3. quod jus corroboratum fuit per ſtatutum illius terræ: quo caſu ceſſat ratio, de qua ſupra.

68 Et ꝑ literæ ſunt intelligendæ, etiam de his, quæ ratione prædictæ conſuetudinis, ſive ſtatuti originariis competunt, Ancha. c. final. in fine & ibi Perus. num. 7. de conſuetud. in 6. & in ſpecie colligitur ex Paul. conſ. 21. col. fin. lib. 1. & in ſimili ita reſpondit Dec. conſ. 128. n. S. Quamvis igitur ea, quæ ratione conſuetudinis, vel ſtatuti, novæ conceduntur civibus originariis concompetant civibus, alio modo allec. Bald. in l. in urbe in fine ſupra de ſtatu hominum: tamen ſi allec. impetret literas naturalitatis, etiam illis gaudebunt, ut conſtat ex ſupra dictis. Item ꝑ literæ naturalitatis, ſæpius exteris per Principes conceduntur, ut poſſint obtinere officia, & beneficia, quæ ſolis naturalibus concedi debent: Ergo ſi conceſſio fiat per verba univerſalia, etiam quoad hæc debent cenſeri relata: Nam jura ſpecialia, quæ facile aliis conceduntur, de illis etiam intelligitur conceſſio, Aymon. l. 1. n. 102. infra d. l. 1. Denique* quamvis ſub clauſula (quod quis habeat, quæ habuit alius) non comprehendantur ea, quæ aliàs habuit ex ſpeciali privilegio: Cyn. & Angel. l. ſi filius C. de bonis proſcriptis. tamen* ſub clauſula quis cenſeatur originarius vel reſidens, omnia ei competunt, quæ quocumque modo originariis, ſive reſidentibus competunt, Joan. Andr. cap. fin. col. 2. de conſuetud. in 6. & ibi Domin. n. 7. Aret. l. Gallus S. quod ſi e. col. 4. poſt medium ver. prima concl. Dec. conſ. 258. n. 6. ad finem.

72 Ultimo* in hac materia originis expendenda eſt l. 19. tit. 3. lib. 1. ordinam. quæ etiam in Portugalliæ hodie obſervanda eſt ex ordinatione lib. 2. tit. 55. novæ recopilationis, ita ut omnia, quæ hic traduntur obſervanda in Regno Caſtellæ, pariter hodie in Regno Portugalliæ obſervanda ſint, de qua notab. agit* Salcedo ad practicam criminalem Bernard. Diaz. cap. 54. à num. 23. Ex qua lege Caſtellæ primò collige, quod ſi exteris ducat in uxorem mulierem Caſtellanam, & etiam in Caſtella contrahat domicilium, & in Caſtella habitet per decennium, non ob id gaudere poteſt privilegiis ordinariis conceſſis, quamvis quoad alia privilegia, civibus ſimpliciter conceſſa, ut eis exteris utatur, ſatis ſit ducere in uxorem, mulierem originariam, ſive naturalem Regni animo conſtituendi in eo domicilium: ut diſponit Ordinatio Portugalliæ lib. 2. tit. 21. antiquæ impreſſionis & lib. 2. tit. 56. novæ recopilationis, & colligitur ex l. ſi in patria, C. de incolis lib. 10. & ea traditis per Cagnol. l. cum quadam, numero 4. ſupra de jurisdic. omnium judicum. Item* quamvis quoad alia privilegia ſufficiat in Caſtella conſtituere domicilium l. 32. tit. 2. part. 3. Avendan. lib. 1. de exequendis mandatis cap. 3. n. 5. verb. naturalis autem dicitur, & in Regno* Portugalliæ ſufficiat contrahere domicilium in Regno, & habitare in eo per quatuor annos, Ordinam. lib. 2. tit. 25. §. 1. & hodie lib. 2. tit. 56. novæ recopilationis.

74 Secundò* collige ex prædicta ordinatione 19. tit. 3. lib. 1. ordinatio. quod ut filii cenſeantur originarii, ſive naturales ſatis eſt, quod pater ſit originarius Regni, vel ſaltem in eo habuerit domicilium, & in eo habitaverit per decennium. Unde ꝑ inferitur, quod licet conſtituere domicilium in aliqua Provincia, & in ea habitare ꝑ quodcumque tem-

pus, nihil proferat patri ad naturalitatem consequendam, ut proxime diximus: tamen proderit filiis in Regno natis, ut censentur naturales, sive originarii.

78 Inferatur etiam, quod licet ad constituendum domicilium sufficiat constare de animo constituendi domicilium verè, vel præsumptivè, scilicet per habitationem decennii, l. 2. cum glos. C. de incolis lib. 10. notabil. Gregor. lib. 32. tit. 2. partit. 3. verb. di. z. annos, tamen quoad hoc, ut filii censentur originarii, non sufficit constare, parentes habuisse animam constituendi domicilium in Castella, nisi ulterius accedat habitatio decennalis. Et idem in Regno Portugallie ex ordinatione lib. 2. tit. 55. nova recopilationis. Et si expende, quod ea lex, dum tantum considerat originem paternam, aperte sentit, in hoc proposito minime esse considerandam originem matrem, quod etiam jure civili erat constitutum, l. exemplo C. de decurio. lib. 10. l. filios C. de municip. & origin. lib. 10. Boer. decis. numer. 9. Quamvis in Francia natus ex matre Franca, & marito extero, censetur naturalis Francie, ut tradit Rebusf. 2. tom. ad h. Gallicar. tit. de literis naturalitatis, glof. 1. num. 3.

82 Tertiò collige ex prædicta lege à contrario sensu, quod si Castellanus transtulit in aliam Provinciam, animo constituendi in ea domicilium, filius natus in ea Provincia, non censetur originarius, sive naturalis Castellæ, quantumcumque pater fuerit originarius, & naturalis Regni Castellæ, & ad illud postea redeat. Unde inferatur, quod licet jure communi filius natus in alia Provincia, censetur nihilominus originarius, sive naturalis Provincie, à qua pater originem ducit, Jafon. conf. 77. ad finem lib. 3. Sylvan. conf. 1. num. 91. & numer. 101. Catalan. in memorabilib. verbo statut. cavetur in multis ad finem, & notab. Greg. l. 5. tit. 24. partit. 4. verb. son quatro colum. 1. Tamen contrarium observabitur in Regno Castellæ, saltem quoad eum effectum, ne ille filius gaudeat privilegiis originarii sive naturalibus concessis: & faciunt ea, quæ in simili tradit Gailus practic. observat. lib. 2. observat. 36. num. 9. In Regno autem Aragonie si pater postea revertatur ad Regnum, recuperat filius naturalitatem paternam; ut constat ex foro unico sub rubro actus curia, super filius regnum lib. 1. fororum pag. 14. circa quod vide Alexand. conf. 34. à n. m. 2. lib. 5. & idem hodie in Regno Portugallie lib. 2. tit. 55. nova recopilationis, ut supra diximus.

87 Inferatur etiam, quod quamvis attentato jure communi, si Hispanus transferat domicilium suum in Franciam, non ob id desinit esse Hispanus, quantumcumque Patriam suam deseruerit, l. penult. supra de senatorib. l. fin. C. de municip. & origin. lib. 10. l. 2. in principio, infra de muner. & hon. & tradit Anchar. conf. 37. n. 7. Ale. aut. conf. 100. num. 1. lib. 3. Crotus l. si is qui num. 99. infra de usur. & elegant. Greg. l. 5. tit. 24. part. 4. verb. son quatro col. 1. quicquid contrarium sentiat glof. l. in adoptione la primera C. de adoptio. Bald. auth. habita n. 13. C. ne filius pro patre, tamen in hoc nocebit filiis, ut non censentur Castellani, neque gaudeant privilegiis originarii concessis, etiam si ad antiquam Patriam revertantur: Quod quidam ante eam legem conditam valde controversum erat in Hispania, ut refert Burgos de pace l. Tauri 3. à num. 176. ubi tanquam veriorum probat eam opinionem, quam nunc clarissime prædicta ordinatio secuta est, & ejusdem controversie meminuit Greg. l. 2. tit. 24. partit. 4. in gl. fin. col. final. Et idem in Regno Portugallie hodie observandum est ex dispositione Ordinationis lib. 2. tit. 55. nova recopilat. ut supra diximus.

Quartò * ex prædicta l. ordinamenti, in sensu directo colligendum est, quod si Hispanus non animo mutandi domicilium, iverit in aliam Provinciam, vel causa negociandi, vel propter Regis servitium, & ibi filium susceperit: is filius censetur originarius & naturalis Castellæ, quod ante eam legem conditam ita fuisse judicatum asserit Greg. l. 2. tit. 24. part. 4. glof. 5. fin. col. 2. ad finem, Salcedus ad practicam Bern. Diaz. cap. 53. n. 27. ad finem & numero 32. idem statutum est in Regno Aragonie in foro unico sub rub. actus Curiarum super filiis regum lib. 1. for. Unde prædictæ II. videtur probare eam opinionem, quam supra retulimus, quod filius censetur natus in loco, in quo pater domicilium habet, etiam si per casum in alio loco nascatur. Sed quia contrarium esse verius & receptius supra ostendimus, considerandum est, in nostro proposito * duas esse quæstiones diversas, Prima est, qualiter is filius considerandus sit habito respectu ad originem paternam. Secunda est, qualiter considerandus sit habito respectu ad propriam originem, & nativitatem.

Et in prima quæstione, procedit prædicta ordinatio, ut licet in prædictis terminis nascatur extra Regnum, tamen propter originem paternam consideretur, ac si esset originarius ejusdem Provincie, à qua pater originem ducit: non autem considerabitur, ac si ortus esset in loco, in quo pater in ea Provincia domicilium habebat, ut in simili probatur l. assumptio §. filius in principio infra ad municip.

Quoad * secundam quæstionem quando agitur de propria origine filii, non habito respectu ad originem paternam, tunc censetur natus in loco, in quo revera natus est: declarando, ut supra diximus: Unde pariter, si pater mutet domicilium ad alium locum, qui tamen sit intra Regnum, observabitur dispositio juris communis, ut ratione propriæ originis censetur originarius loci, in quo natus est, & habito respectu ad originem paternam censetur etiam originarius loci, à quo pater originem ducit, juxta l. assumptio in principio infra ad municip. & l. origine C. de municip. & originarii lib. 10. Jaf. conf. 77. ad finem, lib. 3. & in notab. casu Thomas Gram. decis. 103. num. 113. Nam l. 9. tit. 3. lib. 1. ordinat. recedit à jure communi, quando pater, qui mutavit domicilium, & filium suscepit intra Regnum, locus erit dispositioni juris communis, & in specie est decisio Dominici. cap. 1. §. 4. de usur. in 6. quod non censetur alienigena ille, qui ortus est in diverso loco ab eo, in quo pater domicilium habebat, quando utraque terra est immediate sub eodem dominio, quamvis separata sint jurisdictiones, & subscribit Rogerius à Mora §. 1. hujus l. n. 109. & idem in Portugallia ex dispositione ordinationis lib. 2. tit. 55. nova recopilationis.

Quintò * limitanda videtur prædicta l. ordinamenti, ut non procedat: si pater mutaverit domicilium in aliud Regnum, postquam jam filium susceperat. Nam is filius nihilominus originarius Castellæ censetur: cui factum patris in his terminis non potuit præjudicare, neque quoad propriam originem, neque quoad paternam, arg. l. emancipat. §. fin. supra de Senator. & in simili tradit Platea l. privilegio numer. 2. C. de decurio lib. 10. Et pari ratione si filius sit natus extra Regnum, & tamen antequam pater in eo constitueret domicilium, nam cum tunc ceteri debeant secundum originem paternam, ut significat d. l. ordinamenti, factum patris postea superveniens, filio præjudicare non potuit.

Contrarium * tamen nihilominus in utroque ca-

su tenuit Azevedus dict. l. 19. tit. 3. lib. 1. ordinam. n. 3. & 4. & Salcedus ad practicam criminalem Bernard. Diaz. cap. 54. n. 27. ad finem quem vide. Motus ea ratione, quia pater qui mutavit domicilium extra Regnum, non censetur Hispanus, glof. l. si in adoptionem la primera C. de adopt. Bald. auth. habita n. 13. C. ne filius pro patre. Ergo pariter filius in prædictis casibus, non est censendus Hispanus, allegat etiam l. privilegio C. de decur. lib. 10. Ex quò Bart. & Platea ibi colligunt, quod licet quis non possit renunciare privilegio originis, in præjudicium civitatis, à qua originem ducit l. assumptio in principio ff. ad municip. tamen quoad præjudicium illi renunciare potest Afflictus decis. 384. nu. 10. Boer. decis. 13. nu. 44. Gregor. l. 5. tit. 24. partit. 4. verb. son quatro colum. 2. & supra diximus. Sed si nostra opinio utroque casu verior est per supra traditam rationem.

Non obstant * rationes Azevedo, nam ad primam respondetur verius, & receptius esse, per mutationem domicilii in quemcumque locum, non amittere quem propriam originem, vel paternam l. 3. in principio infra de muner. & honoribus l. penultim. de Senatorib. l. final. C. de municip. & origin. lib. 10. tradit Anchar. conf. 37. numer. 7. & alii supra allegati. Tantum enim amittit jura civitatis suæ originis, quando eam perlicitantem deseruerit, & non jure pro viribus, Bald. l. 2. in fine C. de infantibus expositis, Jafon. l. 1. §. hujus studii num. 15. supra de justitia & jure, Boer. decis. 260. num. 34. Hypolit. Riminal. confil. 363. num. 250. lib. 4. Et factis * patet ex eo, quod qui mutavit domicilium in aliud Regnum, sibi præjudicat quoad sibi utilia, nam quoad sibi inutilia, & onerosa, antiquam originem videtur retinisse. Alexand. ad Bart. l. eius §. Celsus infra ad municip. notab. Bossius in tract. crimin. l. se majestat. num. 94. & Gregor. l. 5. tit. 24. partit. 1054. glof. son quatro col. 2. Et * regulariter factum sive delictum patris, filiis non præjudicat in provenientibus à genere, l. 3. infra de interdictione & relegatis.

Non tamen obstat secundò de l. privilegio C. de decurio lib. 10. quia respondetur, quod * mutatio domicilii extra Regnum, non est actus, per quem propriæ origini, quis videatur renunciasse, ut constat ex l. infra de muner. & honor. l. penult. supra de Senatoribus. Neque repugat textus dict. l. privilegio, quia procedit, quando sit actus omnino contrarius origini, quo casu in eo tantum casu particulari videtur sibi præjudicasse, ut tradit Platea à num. 1. argum. l. voluntaria C. de excusatione tutorum, faciunt quæ in simili tradit Panorm. conf. 62. n. 17. lib. 2. quæ pariter procedunt in Regno Portugallie ex dispositione ordinario, lib. 2. tit. 55. nova recopilationis.

Ultimò * in hac materia illud memorandum & memoria tenendum est, quod illud, quod vulgo dicitur, originem propriam, vel paternam esse immutabilem, l. assumptio in principio infra de municip. non est generaliter intelligendum, quoad omnes effectus, sed tantum quoad certos, qui jure inveniuntur expressi ut tradit Navar. conf. 4. de constit. numer. 4. Andr. Gailus pract. observat. lib. 2. observat. 36. n. 7. Ex quo * inferatur, quod originarius, qui in alium locum transtulit domicilium, non ligabitur regulariter statutis loci originis. Nam prout non subjacet jurisdictioni illius l. final. supra de jurisdictione omnium Judicum, neque etiam ligabitur illius statutis juxta receptam doctrinam Bart. l. exigere decem infra eodem numer. 1. quod ita in eleganti casu concludit Navar. videndus dict. confil. 4. de constit. & Gailus practic. observat. 36. numer. 7. quæ notabilia sunt ad

ord. lib. 2. tit. 55. nova recopilationis. Inferatur * etiam, quod cum originarii etiam transferendo domicilium, retineant forum originis, quoad onera, & honores, juxta communes traditiones, non censentur forenses, sive alienigenæ respectu civitatis originis, cum ei subint saltem quoad prædicta, & forensis & alienigena ille dicatur qui omnino * subest alterius jurisdictioni five dominio l. 1. C. de emancipatione liberorum, cap. si clericus laicum de foro competentis, Alexand. conf. 34. num. 5. lib. 1.

Et ideo in materia pœnali, sive odiosa sub appellatione forensium, sive alienigenarum, non comprehenduntur prædicti originarii, qui quoad prædicta adhuc subsunt propriæ origini, vel paternæ, Paul. Castr. conf. 89. postet nu. 3. lib. 2. & tradit glo. cap. 1. verb. alienigenas, de usuris in 6. cap. cum nullus de tempor. ordinat. lib. 6. Gailus practica observ. lib. 2. observ. 36. num. 7. Decius conf. 352. post principium, & conf. 661. nu. 6. Berouis conf. 173. n. 43. lib. 1. quem ibi vide à n. 30. quæ sunt notabilia * ad declarationem l. 1. tit. 12. lib. 4. extravagantium quæ hodie est lib. 2. tit. 13. §. 1. nova recopilationis. Et si maxime prædicta procedunt si in loco originis adhuc originarius, qui transtulit domicilium, habeat bona, ut per Socin. in rub. n. 33. infra soluto matrimonio, & idem in Regno Portugallie ex ord. lib. tit. 55. nova recopilationis, ut supra diximus.

Illud sane * verum est, quod dispositio loquens simpliciter de civibus alicujus civitatis, non verificabitur in originariis, qui in ea civitate non habent domicilium, sed in originariis, qui in ea habent domicilium, vel in ea alia ratione degunt, juxta traditionem gl. cap. statutum §. cum vero unam dietam ad medium, de rescript. in 6. & eleganter comprobatur Bald. in rub. à num. 2. C. si à non compet. Judice, & in eleganti casu tradit Navar. videndus conf. 4. de constitut. Menocius de præsumpt lib. 6. præsumpt. 42. à num. 7. Hippolitus Riminald. confil. 363. nu. 245. lib. 4. Et ideo prædicti originarii, extra locum originis habitantes, non obtinebunt ea privilegia, quæ obtinent veri originarii, ibi habitantes, ut tradit Alexand. in additio. ad Bart. l. ejus §. Celsus, infra ad municip. Bossius in practica criminali tractatu de crimine læsæ majestat. num. 64. quem vide, Et hæc factis in hac materia.

L. Hæres absens §. apud Labeonem ff. de Judiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Colligit, quod non solum quis convenitur in loco, in quo contraxit, sed etiam in loco, in quo institutor per eum constitutus contraxit.
- 2 Contractus per institorem factus perinde habetur, ac si ipse dominus in dicto loco contraxisset.
- 3 Generale est, nil interesse quid fieri per propriam personam, vel procuratorem ejus nomine contrahentem.
- 4 Alienatio facta per minorem valet, si juramento sit confirmata.
- 5 Alieno facta per procuratorem minoris, cui potestas fuit concessa ad curandum, etiam valet.
- 6 Mercator, qui certo loco mensam habebat, teneatur ibi se defendere, nec auditur, si alleget extra locum mensam habere libros rationum, qui cogendus est suis sumptibus.

- ſumptibus, & periculo ad locum menſæ offerre, & idem dicendum eſt, ſi per inſtitorem contraxit.
- 7 Ampliat concluſionem, ut non ſolum dominus menſæ teneatur in eo loco defendere, ſed ab ipſa menſa poſſit conveniri ad ſolutionem debitorum.
- 8 Menſa mercatorum tanquam quoddam corpus fictum & univerſale debitis ſolvendis videtur obnoxium.
- 9 Reſpondet ad ſolutionem ampliacionem.
- 10 Docet, Doctores communiter intelligere dominum menſæ poſſe conveniri in loco, in quo menſam habet dummodo ibi reperiat.
- 11 Reſpondet ad l. cum prator §. menſa inf. deleg. 2.
- 12 Ampliat ſecundò text. procedere non ſolum, in inſtitore, ſed etiam in negotio geſto per particularem procuratorem.
- 13 Refert Dec. contrarium tenentem.
- 14 Ampliacionem ut verior probat, & reſpondet ad l. cum qui, Cod. ſi certum petatur, pro contraria parte allegata.
- 15 Indubio, qui contrahit cum procuratore contemplatione domini, & eius nomine contrahere videtur.
- 16 Tradit, quòd ſi dominus conſtituens procuratorem, erat Provincialis, & ſic abſens illum conſtituit, tamen pro contractibus illius inſtitoris convenietur dominus, & non inſtitor.
- 17 Reſpondet dictura Paul. Caſtrenſ. l. 1. §. exercitorem n. 4. infra de exercitor. actione.
- 18 Docet ex hac doctrina ampliari celebrem deciſ. text. l. fin. inf. de inſitoria actione.
- 19 Actione activa inſitorum domino quaruntur ex prædictorum perſona abſque alia ceſſione.
- 20 Mandans non convenitur in loco, in quo mandatum dedit, ſed in loco, in quo mandatum executioni mandatur.
- 21 Mandans delictum committi non accuſabitur, niſi in loco, in quo delictum commiſſum fuit.
- 22 Mandans delictum committi, remittendus eſt ad locum, in quo delictum executum fuit, quia ibi dicitur perfectum delictum.
- 23 Mandans delictum committi non poterit accuſari in loco, in quo mandatum dedit.
- 24 Refert contrariam opinionem, & eius fundamenta.
- 25 In delictis attenditur initium, & non finis.
- 26 Priorem opinionem, ut verior probat, & optimo fundamento confirmat.
- 27 Reſpondet ad rationes in contrarium adductas.
- 28 Quando executio delicti habet ſe ad inchoationem per modum continuationis, tunc attenditur inchoatio.
- 29 Declarat in quibus terminis procedat traditio gl. l. unica, C. ubi de poſſeſſione agi oporteat.
- 30 Propter mandatum quis non punitur, niſi ratione illius delictum ſit commiſſum & executum.
- 31 Subſequito delicto tenetur mandans immediatè propter delictum commiſſum, & mediate propter mandatum.
- 32 Inſinuat de materia huius text. tractare notabiles quaſtiones Doctorem, quos ibi tradit.

EX hoc * text. cum Bald. Paul. & Jacobin. hic num. 1. colligendum eſt, quòd non ſolum quis convenitur in loco, in quo contraxit, ſed etiam in loco, in quo inſitor per eum conſtitutus * contraxit, quia contractus per inſtitorem factus, perinde habetur, ac ſi ipſe dominus in dicto loco contraxiſſet: extollit Roman. ſingular. 240. Cremens ſingulari 77. Boer. deciſ. 114. in principio, & Stracha de mercatura tit. quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit, numer. 21. Generale enim eſt, niſi intereſſe, quid fieret per propriam perſonam ꝛ vel per procuratorem eius nomine contrahentem cap. qui per alium, de regul. jur. in 6. l. 1. §. deſicitur,

infra de vi armata, cap. mulieris §. final. de ſententia excommunicat. Unde * prout valet alienatio facta per minorem, ſi juramento ſit confirmata, authent. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus venditionem, ita * etiam, & valet facta per procuratorem minoris, cui poteſtas conceſſa fuit jurandi in animam minoris, gloſ. 1. in fine cap. 1. §. item Sacramenta de pace jur. firmand. recepta, ut per Socin. conſ. 239. n. 5. lib. 2. Similiter * prout mercator, qui certo loco menſam habebat: tenetur ibi ſe defendere, neque auditur, ſi alleget extra locum menſæ, habere libros rationum, ſed cogendus eſt ſuis ſumptibus, & periculis afferre illos, ad locum menſæ, l. prator ait 9. fin. ſupra de edendo, & ibi gloſ. & Paul. l. argentarium in principio infra eodem, Stracha de mercatur. titul. quemadmodum in cauſis mercatorum procedendum ſit n. 19. idem etiam obſervabitur, ſi per ſe non contraxit, ſed per inſtitorem, Roger. à Mota §. 1. n. 47. ſupra hac l.

Ampliabis autem concluſionem * huius textus, ut non ſolum dominus menſæ teneatur in eo loco ſe defendere, ſed & ipſa menſa poteſt * conveniri ad ſolutionem debitorum quia ipſa menſa, tanquam quoddam corpus fictum, & univerſale, debitis ſolvendis videtur obnoxium, l. cum pater §. menſa infra de leg. 2. & ita Bald. conſil. 74. quandoq. queritur, ad finem lib. 5. quod & ſentit Paul. §. 1. num. 7. verſ. uſtimo quero ſupra hac l. & ſubſcribit Stracha ubi ſupra num. 22.

Sed * non placet hæc ampliatio, quia eſt contra mentem huius textus, qui ſignificat, dominum menſæ eſſe conveniendum, non autem ipſam menſam. Item ꝛ Doctores communiter intelligunt dominum menſæ poſſe conveniri in loco, in quo menſam habet, dummodo ibi reperiat, Paul. & Jacobin. hic n. 1. Cremens, ſingulari 77. Boer. deciſ. 114. in principio, quæ declaratio inutilis redderetur, ſi eſſet verum, menſam ipſam convenire poſſe: cum ea ſemper in loco præſens ſit, & reperiat. Neque obſtat l. cum pater §. menſa infra de leg. 2. Neq; enim probat menſam conveniri, ſed potius quòd ſuccedens in ea: tanquam ſucceſſor univerſalis, tenetur ſolvere debita, ratione menſæ contracta, & in ea fiet executio, & in ſubſidium in aliis bonis debitoris, ut explicat Paul. l. hic queritur §. poteſt autem num. 5. infra de peculio.

Amplia * ſecundò ut iſt textus non ſolum procedat in inſtitore, qui proponitur negotiationi univerſali, juxta notat l. ſi inſtitorem, ſupra ſi certum petatur. Sed etiam in negotio geſto, per particularem procuratorem, quia eadem militat ratio. Et ita pro conſtanti tenent Paul. & Jacobin. hic Cremens ſingular. 77. Contrarium tamen * tenet Dec. conſ. 510. num. 5. ad finem, reſolvens textum iſtum non procedere, in procuratore particulari, per textum l. cum qui C. ſi certum petatur. Sed noſtra * ampliatio verior eſt, pro qua eſt textus l. Julianus §. ſi procurator ſupra de action. empt. Neque obſtat d. l. cum qui Codic. ſi certum petatur, quia procedit, quando contrahens contraxit cum procuratore, contemplatione * perſonæ illius, & non contemplatione domini, Sed in dubio videbitur contraxiſſe cum procuratore contemplatione domini, & eius nomine, & ideo meritò dominus pro eo contractu conveniri poteſt, Alciat. de præſumptio. regul. 2. præſumptio. 24.

Uterius eſt expendendus iſt * textus, dum probat, quòd ſi dominus conſtituens iſtum procuratorem erat Provincialis, & ſic abſens illum conſtituit, tamen pro contractibus illius inſtitoris, convenietur dominus, & non inſtitor. Unde * videtur textus contra Paul. Caſtrenſ. l. 1. §. exercitorem numer.

num. 4. infra de exercitoria actio. dum exiſtimat, inſtitorem conſtitutum per abſentem, obligari pro contractibus per ſe celebratis: nam contrarium ſentit iſt textus expenſus, ut ſupra, & advertit Decius c. 510. in fine, & ad hunc ꝛ modum debet ampliari celeberrima deciſio tex. l. final. infra de inſt. act. quam extollit Angel. l. eandem n. 4. inf. de duob. reis & eleganter explicat idem Angelus l. ſi ſe non obtulit in principio num. 4. inf. de rejudic.

Tertiò amplia concluſionem huius textus, ut prout dominus ex prædictorum perſona obligatur, & conveniri poteſt: ita ꝛ etiam, & actiones activæ domino quaerentur ex prædictorum perſona, abſque alia ceſſione, quod videtur probare textus l. Julianus §. ſi procurator ſupra de actio. empti tradit Capella Tholoſan. queſt. 152. ubi Auſterius in additione allegat notat. diſtinctionem Bald. l. cum per eos C. ſi quis alieri, vel ſibi, quem vide.

Præterea ꝛ ex iſto textu, cum Alber. hic colligendum eſt, quòd quis non convenitur in loco, in quo mandatum dedit, ſed in loco, in quo mandatum executioni mandatur: nam dominus erat in Provincia, cum inſtitorem conſtituit, & tamen ratione mandati in Provincia convenitur, ſed Romæ, ubi inſitor ex eius mandato negotium geſſit. Ex quo inferit idem Alber. quòd ſi quis mandavit delictum ꝛ committi in alio loco, non accuſabitur ubi mandavit ſed in loco, in quo delictum commiſſum fuit, & ſic in quo mandatum habuit executionem, ſubſcribit Lancelotus Dec. hic & Jacobin. num. 3. Stracha. de mercat. tit. quomodo in cauſa mercatorum procedendum ſit, num. 28. & plures relati per Duenh. regul. 78. num. 3. & elegans doctrina Bart. l. ſi ut proponitur num. 2. infra de ſidejuſſor. & ideo ꝛ mandans delictum committi, à loco in quo mandavit, remittendus eſt ad locum, in quo delictum executum fuit, quia in eo proprie dicitur perfectum delictum, & in ſpecie tradit Guid. Papæ deciſ. 104. Avend. reſponſ. 40. n. 5. ad finem, Ant. de Math. de prorogatione jurisdictionis num. 72. verſ. 3. procedit. Ex ꝛ quorum omnium mente colligitur, quòd non poterit accuſari in loco, in quo mandatum dedit, cum ibi non dicatur delictum commiſſe & expreſſit Lancelot. Dec. hic, & reſolvit receptum Julius Clar. in praxi criminali. §. fin. queſt. 38. num. 6.

Contrariam tamen ꝛ opinionem, imò quòd in loco, in quo mandatum dedit, poſſit etiam accuſari, ex mente gloſſ. deducit Paul. Caſtr. l. unica C. ubi de poſſeſſione agi oporteat, & ſubſcribit C. J. hic num. 3. per l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat ibi (inchoatio.) Et facit pro illis, quia ꝛ in delictis attenditur initium, & non finis l. qui cum major §. ſed minor infra de bon. liberr. l. quod ait lex §. quod ait infra, de adult. proſequitur Hypolit. in l. unica a num. 112. C. de rapta virginum.

Non ꝛ eſt tamen recedendum à prima ſententia: prout enim ſi quis contrahit in uno loco, & executio in alio fieri debet, non ſortitur forum in loco, in quo verba contractus proferuntur, ſed in loco, in quo debet fieri executio l. 3. infra de bonis auth. judicis poſſidend. l. contraxiſſe infra de actio. & obligatio. Ergo idem recipiendum eſt in delictis l. omnem cum gloſſ. infra eodem, & ita in delictis in loco mandati quem accuſari non poſſe, tenet Panormitan. cap. final. num. 27. de foro compet. & ibi Felin. numero decimo quinto, Marian. cap. poſtulaſti nu. 5. eodem titul. quibus adde Bald. videndum l. final. numero decimoſeptimo Codic. ſi à non compet. juſtice.

Neque ꝛ obſtant rationes adductæ in contrarium, quia locum habent, quando ꝛ executio delicti habeat ſe ad inchoationem, per modum continuationis: tunc

enim verum eſt attendi inchoationem diſt. l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat, ut eleganter declarat Bart. l. quod ait lex §. 1. numero 1. infra de adult. & exempla proponit Panormit. c. final. numero 25. & ibi Felin. numero 6. & latius numero 16. de foro competenti, idem Felin. cap. 1. numero 13. de præſumptio. & Antonius de Math. de prorogatione jurisdictionis numero 72. verſ. ſed ubi, Julius Clarus in praxi criminali. §. final. queſt. 38. numero 9. in quibus etiam ꝛ terminis procedit traditio gloſ. l. unica C. ubi de poſſeſſ. agi oporteat, ex qua Paul. ibi male collegit concluſionem generalem, de qua ſupra. Cæterum regulariter executio mandati non habet ſe ad inchoationem per modum continuationis: ut de ſe patet, & ideo non ſubſiſtit ꝛ argumentum, & maxime quia propter mandatum, quis non punitur, niſi ratione illius delictum ſit commiſſum, & executum l. ſi quis uxori §. neque verbo infra de furis, ſubſecuto autem delicto ꝛ tenetur mandans immediate propter delictum commiſſum, & mediate propter mandatum Bart. l. ut proponitur numero 2. infra de ſidejuſſor. & l. non ſolum §. mandato numero 9. infra de injuriis, & Julius Clarus in praxi criminali. §. final. queſt. 89. num. 3. quibus adde Guid. deciſion. 104. Ergo cum mandatum non ſit cauſa immediata punitionis, non debet attendi, quando agitur principaliter de puniendo delicto commiſſo, juxta regul. l. ſocium qui §. 1. infra pro ſocio & doctrin. gloſ. cap. de cætero, de homicid. & in materia huius text. vide notabilem quaſtionem tractat. per ꝛ Baptiſtam l. 1. numero 128. C. de Summa Trinitate, quam refert Stracha. de mercatura titul. quomodo in cauſis mercato. procedendum ſit, numero 26.

L. Hæres abſens §. final.
ff. de Judiciis.
S U M M A R I A.

- 1 Colligit ex text. duo notabilia.
- 2 Agi de primo notabili, & concluſionem in eo proponit.
- 3 Agi de ſecundo notabili, & eius concluſionem refert.
- 4 Querit de ratione dubitandi huius text. & eam tradit.
- 5 Tradit rationem dubitandi, quod attinet ad primam concluſionem.
- 6 Filius contractus, qui videtur induci ex collatione ſolutionis in alium locum, non debet obumbrare veterari negotii geſti.
- 7 Tradit in confirmacionem argumentum de legato ſpecie in certo loco præſtando.
- 8 Refert per prædictas rationes contrariam concluſionem primæ, de qua numero ſecundo tenuiſſe Lancelot. Dec. & alios, quos ibi refert.
- 9 Tradit rationem dubitandi ad ſecundam concluſionem, de qua num. 3.
- 10 Qui promittit aliqua certo loco ſolvere, tacite videtur velle, quod in ullo alio conveniatur pro prædicta ſolutione.
- 11 Docet contrarium illis concluſionibus determinare Jureconſultum in præſenti, & ad rationes dubitandi reſpondet.
- 12 Reſpondet ad primam rationem, & oſtendit verius, & receptius eſſe contrarium.
- 13 Reſpondet ad rationes Lancelot. Decii, de quibus num. 8.
- 14 In delictis puniendis non conſideratur mens partium, ſed juris diſpoſitio.
- 15 In contractibus mens partium principaliter conſideratur,

ratur, quæ collata ſolutione in alium locum, videtur fuiſſe, ut in loco contractus non foretretur contrahens forum.

16 Reſpondet ad ſecundam rationem, & oſtendit d. l. contraxiſſe, ultra fictionem multum habere veritatis.

17 Reſpondet ad tertiam rationem.

18 Actio arbitraria quæ competit, ſi in alio loco ſolvatur, habet locum tam in favorem debitoris, quam creditoris.

19 Reſpondet ad ultimam rationem, & oſtendit illud argumentum de ſolutione legati, multum diſſerre ad noſtram concluſionem. (nem)

20 Reſellitur ratio dubitandi circa ſecundam concluſionem.

21 Examinat quaſtionem, utrum qui promiſit in certo loco ſolvere, poſſit conveniri in quocunq; loco reperitur, habito reſpectu ad intereſſe partium.

22 Reſert jura & Doctores, qui partem affirmativam tenent.

23 Oſtendit verius & receptius eſſe contrarium.

24 Reſpondet ad rationem dubitandi ſupra ſalutam, quam late ampliatur.

25 Declarat ad explicacionem Imol. l. de qua, nu. proximo, addendum eſſe procedere, quando contrahens convenitur in loco domicilii.

26 Licet debitor fuerit in mora ſolvendi in loco convento, ſi tamen cogatur in alio loco ſolvere, non obſtante mora habebitur reſpectus ad intereſſe.

27 Utrum in creditore moroſo debeat haberi reſpectus ad ejus intereſſe, ſi in alio loco debeat fieri ſolutio, explicat remiſſive.

28 Actio arbitraria, in qua venit intereſſe, tunc locus eſt, quando exprimitur certus locus, in quo debeat fieri ſolutio, ſecus ſi ſimpliciter contrahatur.

29 Quando contrahitur in certo loco, & non exprimitur, quid in eo fiat ſolutio, tacite videtur permiſſum, ut ſolvatur in quocunq; loco congruo, in quo reperitur.

30 Docet in caſu hujus text, locum eſſe arbitraria, & contrahentem conveniri poſſe in domicilio, & in loco originis propria, vel paterna, ſi ibi reperitur.

31 Incipit tractare de foro domicilii.

32 Domicilium eſt præcipua cauſa jurisdictionis.

33 Domicilium eſt proprius, & naturalis forus.

34 Domicilium eſt fortius & potentius altero cujuſcunque foro.

35 Valida eſt conſequentia, Habet quis domicilium in certo loco, ergo ibi forum ſortitur.

36 In domicilio quilibet conveniri poſſe pro contractibus alibi geſtis.

37 In domicilio quis conveniri poſſe, etiam ſi ibi non reperitur: quomodo contrarium ſit in aliis quibuſcunque foris.

38 In foro domicilii proceditur adverſus abſentem ad omnimodam executionem, & condemnationem.

39 In aliis foris non dicitur quis ſimpliciter ſubditus, ſed tantum cenſetur ſubditus quoad effectum, ut in illis conveniatur, ſi ibi reperitur.

40 Ratione domicilii quis dicitur ſimpliciter ſubditus, & ſi fiat mentio de ſubdito ſimpliciter, intelligitur de ſubdito ratione domicilii.

41 Forus domicilii tanquam fortior, & magis naturalis, præfertur foro originis, & alii cuicunque.

42 Habens domicilium in loco ad onera civitatis, in ſolidum tenetur, non ſic ſi tantum habeat bona in eolo, is enim magis tanquam forenſis conſiderabitur.

43 Argumentatur contra proximam reſolutionem ex foro originis, quod fortior videtur.

44 Concordiam ad dictas opiniones aſſignat.

45 Ad effectum, ut quis conveniatur, docet, fortiorem eſſe forum domicilii.

46 Ubi ſi mentio de domicilio, intelligitur de domicilio

habitationis, & non originis, quomodo domicilium etiam originis dicitur.

47 Si fiat mentio de Florentinis, intelligitur de illis, qui tales ſunt ratione habitationis, non vero originis.

48 Si fiat mentio de his, qui ſunt in diaceſi, intelligitur de his, qui ibi ſunt ratione habitationis, & non originis.

49 In his, in quibus perſona eſt in conſideratione, ſemper magis inſpicitur domicilium reſpectu incolatus quam ratione originis, niſi ſubjecta materia aliud ſuadeat.

50 Aſſignat aliam rationem prærogative domicilii.

51 Reſert traditionem Pauli, quod licet in contractibus non ſit locus remiſſionis, tamen Jdex domicilii poteſt petere, ut abſens ad ſe remittatur, & ejus reſolutionis ratio traditur.

52 Reſert dictam Pauli traditionem, & oſtendit procedere non poſſe. (traditam.)

53 Reſpondet ad rationem Pauli prædicta reſolutione

54 Reſpondet ad legem, conſentaneam, Codic. quomodo & quando Jdex, & ad id text. expendit, & de ejus intellectu agit.

55 Quando lis non eſt conteſtata, non transfertur poſſeſſio, niſi per annum.

56 Declarat, quid tantum colligendum ſit ex dict. l. conſentaneum.

57 Declarat etiam, quomodo debeat intelligi illud quod tradit Bald. propter nimiam conſumaciam rei, etiam in contractibus debitorem capi poſſe & remitti.

58 Debitor etiam nimium contumax pro debito capi non poteſt, ſi bona habeat, antequam in bonis fiat executio.

59 Colligit, quod in veris terminis legis, conſentaneum, cum agatur de rei vendicatione, nunquam proceditur ad capturam perſonæ.

60 Colligit etiam, quod licet vulgo exiſtiment Doctores in dict. l. conſentaneum, poni tria remedia diverſa adverſus contumacem, verius eſt duo tantum proponi. (taneum.)

61 Exponit, quomodo legenda ſit litera dict. l. conſentaneum.

62 Pro conſtanti præſupponit, quod quis poſſit habere domicilium in duobus diverſis locis.

63 Præſupponit etiam, quod in his terminis illud domicilium, quod eſt principalis, debet eſſe in conſideratione.

64 Quibus præſuppoſitis excitat quaſtionem, ſi quis habeat domicilium in loco originis, in quo raro habitet & habeat domicilium, in quo frequentius habitet, quodnam iſtorum domiciliorum cenſetur principalis.

65 Reſert Doctores, qui tenent, domicilium originis cenſeri principalis.

66 Reſert Doctores, qui domicilium, in quo quis frequentius habitat cenſent principalis, ac ob id præferendum.

67 Tradit concordiam ad dictas opiniones.

68 Hoc caſu concurrunt duo vincula, ſcilicet domicilium, & origo, & ideo veniunt præferenda.

69 Tradit elegantem reſolutionem in hac materia, quando pater retinuit domicilium in loco originis, & aliud accumulavit, in quo ſit natus filius.

70 Reſert pro eadem parte elegantem traditionem Panormitan. cap. dilectus n. 6. de reſcrip.

71 Forus domicilii ſimpliciter voluntate mutari poteſt, & extingui: quilibet enim illud ad libitum mutare poteſt: quo mutato in loco antiqui domicilii amplius conveniri non poteſt.

72 Impugnat proximam reſolutionem ex l. domicilium, infra ad municipalem.

73 Reſert Bart. concordiam ad has opiniones.

74 Impugnat dictam concordiam, dum Doctores præſupponunt, quod ſola voluntate domicilium conſtitui poteſt, quod verum non eſt.

75 Prout

75 Prout ad mutationem domicilii factum eſt neceſſarium, ita & illud neceſſarium videtur ad conſtituendum domicilium.

76 Reſpondet ad ea, quæ contra Bart. tradita ſunt à n. 73.

77 Sola poſſeſſio domus, vel ſola habitatio arguit, domicilium eſſe conſtitutum, nec faciat quem ſubditum cenſeri.

78 Habenti bona in territorio non poſſunt imponi onera tanquam ſubdito, nec is tenetur præſtare juramentum fidelitatis.

79 Qui declarat domum poſſidere, vel in loco habitare animo conſtituendi domicilium, illud cenſetur conſtitutum, etiamſi alibi haberet majorem partem fortunarum.

80 Declarat, quo caſu Bart. dixerit, domicilium conſtitui ſola voluntate, & quomodo id intelligi debeat.

81 Declarat, quid dicendum, quando non conſtat de prædicti animi declaratione, & tamen quis tranſtulit familiam in loco habitationis.

82 Declarat item, quomodo revocatio domicilii probetur.

83 Adducit declarationem materia eleganter traditam per Aretinum conſ. 135. num. 1.

84 Declarat, quod ſupra dicta procedunt in dubio, ſecus ſi quis expreſſe declaraverit ſe velle domicilium transferre in alium locum, etiamſi in prima habitatione reliquerit familiam, & bona.

85 E-preſſum facit ceſſare tacitum.

86 Colligit concluſionem contra id, quod verba Doctorem videntur ſonare, ſcilicet ſola voluntate mutatum cenſeri domicilium.

87 Adducit in probationem concluſionis text. l. ejus qui §. final. in principio, infra ad municipal. de cujus intellectu late agit.

88 Declarat quomodo ſit explicandus Bart. l. prædia §. 1. in fine infra de fundo inſtructo.

89 Notat etiam ex prædicta reſolutione explicari Ordin. Portugall. lib. 2. titul. 56. §. 1.

90 Declarat etiam tradita per Marianum cap. final. nu. 25. de foro competent. ubi querens, quæ ſint neceſſaria ad conſtituendum domicilium, duas reſert opiniones.

91 Reſert primam opinionem ex dicto Mariano.

92 Reſert ſecundam opinionem ex eodem.

93 Tradit ex dicto Mariano, quod ad conſtituendum domicilium requiratur animus, & factum ſignificativum conſtitutionis domicilii.

94 Reſert primam reſolutionem, & oſtendit, verius eſſe ſolum animum conſtituere domicilium, quod late probat.

95 Addit quod is animus debet eſſe fixus, & firmus permanendi in eo loco, niſi cauſa ſuperveniat de novo, propter quam animus mutet.

96 Docet, quod ſi quis fuerit in loco propter aliquod negotium eo animo, ut eo finito redeat ad antiquum domicilium, non ob id in eo loco cenſetur conſtituiſſe domicilium.

97 Reſert in confirmationem elegantem reſtitutionem Paul. Caſtr. conſ. 395. ad finem lib. 2.

98 Si Jdex temporalis ſit in loco cum bonis, & familia, non dicitur tamen in eo conſtituiſſe domicilium.

99 Si Caſtellanus moratur in caſtro cum uxore, & familia, etiam ultra decennium, non dicitur in caſtro conſtituiſſe domicilium.

100 Quando conſtat, quem non habere animum perpetuum manendi in loco, nullo unquam tempore videtur in eo conſtituere domicilium.

101 Impugnat dictam reſolutionem Alciati. ex Menoch. & juribus, de quibus ibi.

102 Deſendit opinionem Alciati, & ad rationes in contrarium adductas reſpondet.

103 Explicat l. Civis, Codic. de incolis, lib. 10. & de ejus intellectu agit.

104 Tradit intellectum ad l. 2. C. de incolis lib. 10.

105 Scholaris qui perſeveraverit in ſtudio ultra tempus conſuetum, in dubio præſumitur id feciſſe animo conſtituendi domicilium in loco ſtudii.

106 Quando conſtituerit, ſcholarem non habuiſſe animum perpetuo ibi manendi, ſed finito ſtudio rediret in Patriam, nullo tempore cenſetur in loco ſtudii domicilium conſtituere.

107 Reſert traditionem Pariſ. conſil. 12. à num. 20. libr. 3.

108 Reſert caſum, in quo ſalvari poſſit traditio Pariſi, & aliorum.

109 Inducit ad probationem proximæ reſolutionis text. in diſt. l. 2. Cod. de incolis, lib. 10.

110 Præſumptio inſurgens ex habitatione decennali, tanquam fortior, excludit aliam præſumptionem contrariam, quæ colligitur ex qualitate perſonæ.

111 Tradit intellectum ad l. 2. Codic. ubi Senatores, vel clariffimi.

112 Tradit ex Panormitano, quem poſſe conveniri in loco affiduæ converſationis, etiam pro contractibus alibi geſtis.

113 Reſert contrariam opinionem.

114 Sola habitatio in loco non inducit domicilium, neque ſubjectionem.

115 Inducit etiam pro hac opinione §. proinde ſupra hac lege.

116 Opinionem contrariam n. 112. probat, & ad argumenta opinionis, de qua num. 111. reſpondet.

117 Reſpondet ad l. 2. C. ubi Senatores, vel clariffimi.

118 Agit de una litera dict. l. Civis.

119 Agit de altera litera dict. l. Civis.

120 Declarat, quod ſecundum hanc literam ſecundam probetur in dict. l. ſecunda.

121 Reſert, quid ſecundum hanc ſecundam literam colligat ex hoc text. Marian.

122 Docet, quod ex eo, quod quis habet majorem partem bonorum in loco, cenſetur ibi domicilium conſtituiſſe.

123 Item declarat, quod hæc conjectura non ſufficiat, ſi in alio loco habitet, niſi in loco, ubi majorem partem bonorum habet, affiduè converſetur.

124 Ex proximis illationibus declarat dict. l. 2. quo caſu procedat.

125 Reſpondet ad leg. 2. Codic. ubi de crimine agi oportet.

126 Reſpondet ad cap. quod Clericis, ſed foro competent.

127 Reſert reſponſionem, & replica ſatisfacit.

128 Ex hac opinione ita deſenſa tradit verum eſſe dictum Cyn. l. 2. C. ubi Senatores, vel clariffimi.

129 Inſert etiam ad dictum Bart. in §. proinde in fine, ſupra hac l. quod verum eſſe probat.

130 Affidua converſatio excludit ignorantiam forenſis, ut non poſſit excuſari à penis ſtatutorum.

131 Affidua converſatio illud etiam operabitur, quod licet officialis temporalis non prohibeat mutuum accipere à non ſubditis, illud etiam non poterit accipere à non ſubditis, qui ibi diu converſantur, quantumcunque domicilium in Provincia non habeant.

EX iſto ¶ textu duo notabilia colligenda ſunt; 1 Primum ¶ eſt, quod ſi quis contraxit in Provincia, & in alium locum conſulit ſolutionem, pro eo contractu non poterit in Provincia conveniri, ſed tantum in loco in quem collata eſt ſolutio. 2 Secunda eſt, quod ¶ etſi conſulit ſolutionem in Italiam, poterit nihilominus conveniri in loco proprii domicilii, quod in Provincia habebat. De utraque concluſione agemus. 3 Et ¶ antequam id aggrediamur, non eſt o-mittendum, quod Curt. Junior. §. præced. num. 41. querit, quæ fuerit ratio dubitandi in hoc textu: Et nihil concludens adducit: ſed facile reſpondetur, quod

- quod * in prima conclusione ratio dubitandi processit ex eo, quod si quis contraxit in Provincia, & in alium locum contulit solutionem, poterit nihilominus pro contractu in Provincia conveniri, ut videtur colligi ex leg. unica cum gloss. Codic. ubi de possessione agi oporteat, quia si factus contractus, qui videtur induci ex collatione solutionis in alium locum, leg. contraxisse infra de action. & obligatio. non debet obumbrare veritatem negotii gestii, argumen. leg. in rebus 30. Cod. de jure dotium, & l. filio quem pater infra de liber. & possib. eo maxime, quia destinatio solutionis, fit in favorem Creditoris: quia ejus intererat solutionem recipere in loco expresso. Quod igitur in favorem inducitur, non debet in odium retorqueri, leg. quod favore, Codic. de legibus.
- Denique si testator legavit speciem prestandam in certo loco, hæres in eo loco conveniri potest, & præterea in loco, in quo fuerit major pars hæreditatis leg. quod legatur infra eodem, quia & ibi videtur quasi contrahere cum legatariis, §. hæres instituitur. de obligat. que ex quasi contractu. Ergo idem videbatur dicendum in nostro casu, & quod magis est, per * prædictas rationes contrariam conclusionem primæ conclusioni hujus text. constituit, & probavit Lancelot. Dec. hic, cujus rationes ante eum expressit Salycet. leg. unica numer. 4. Codic. ubi conveniatur qui certo loco, quod etiam videtur censisse gloss. leg. cum qui §. Julianus supra, de constitut. pecun.
- Quatenus * autem pertinet ad secundam conclusionem, ratio dubitandi ex * eo insurgit: qui promittit aliquo certo loco solvere, tacite videtur velle, quod in nullo alio conveniatur pro prædicta solutione, juxta regulam leg. cum prætor supra eodem, & agnoscit Jureconsult. leg. infra de eo quod certo loco. Ergo nec in loco proprii domicilii, pro ea solutione conveniri poterit.
- Contrarium si nihilominus determinat Jureconsult. in hoc §. utroque casu, imò quod, qui contraxit in Provincia, & in alium locum contulit solutionem, ratione contractus non poterit conveniri in Provincia, ut hic notat gloss. Paul. & Jacobin. & quod nihilominus pro eo poterit conveniri, in loco proprii domicilii, quod habebat in Provincia.
- Et ad rationes dubitandi * supra relatas facile responderetur: Nam ad primam responderetur verius, & receptius esse, quod ille, qui contrahit in certo loco, & in alium destinavit solutionem, non potest conveniri in loco contractus, sed tantum in loco destinata solutionis, ut clarè præsupponit istextus & leg. 3. infra de bonis, auth. judic. possid. leg. quæro, & ibi Bart. numer. 2. infra de solutio. & probat gloss. Paul. & Jacobin. hic gloss. 1. leg. 1. supra de eo qui certo loco, & ibi Jason. numer. 4. & latè probavimus §. proinde supra hac leg.
- Neque * rationes Lancelot. Decian, aliquid obstant: nam prima dict. leg. unica cum gloss. Codic. ubi de possessione agi oporteat, refellitur ex eo, qui * procedit in delictis, in quibus puniendis non consideratur mens partium, sed juris dispositio: ac proinde in loco delicti quis punitur, quantumcumque res cujus respectu & contemplatione commissum est delictum, sit sita in alia Provincia. Nos autem * agimus de contractibus in quibus mens partium principaliter consideratur, quæ collata solutione in alium locum, videtur fuisse: ut in loco contractus non fortiretur contrahens forum, ut est expressum l. 3. infra de bonis, auth. judic. & l. contraxisse, infra de actio & obligat.
- Neque etiam obstat * secunda ratio, quia decisio dict. leg. contraxisse, licet aliquid fictionis videatur continere, multum tamen veritatis habet,

scilicet voluntatem partium volentium, non posse agi de solutione, nisi in loco in quem fuit destinata solutio, & ideò hæc fictio plurimum etiam veritatis videtur obtinere, scilicet voluntatem partium tacite volentium, non posse agi de solutione, nisi in loco, in quem fuit destinata solutio, & ideò hæc fictio multam mixturam veritatis habens prævalet, ut advertit Bald. leg. multum interese numer. 12. Codic. si quis alteri, Rotinus leg. Galus §. & quid si tantum in additio. numer. 34. Et est vera responsio, quicquid aliter respondeat Salycet. leg. unica numero quarto, Codic. ubi conveniatur qui certo loco.

Non tamen obstat tertia ratio, quia non est verum, quod conferre solutionem in certum locum, semper fiat in favorem Creditoris: Nam potest etiam fieri in favorem Debitoris, qui in loco facilius * solvere poterit, & ideò actio arbitraria, quæ competit, si in alio loco solvatur, habet locum tam in favorem Creditoris, quam Debitoris, l. 2. infra de eo qui certo loco.

Non tamen obstat etiam ultima ratio: Nam rejectis responsionibus Curtii Jun. §. præcedent. numer. 5. clarè responderetur, quod quasi contractus hæredis ad eum, principaliter inducitur per Legem, quæ ut ultimæ voluntates faciliorem executionem habeant, inducit alternativè, ut hæres pro legatis conveniretur, vel in loco, in quo esset major pars hæreditatis, leg. unica Cod. ubi fideicommissi, peti debeat leg. si fideicommissum in principio infra eodem, vel in loco declarato per testatorem, tacite, vel expressim. Nos autem loquimur, quando partes declarant virtualiter, ut de solutione tantum ageretur in loco, in quem fuit collata solutio, & ita in effectu Salyc. l. unica numer. 4. Cod. ubi conveniatur, qui certo loco. Et hæc de ratione dubitandi, & dicendi circa primam conclusionem hujus textus.

Ad tamen rationem dubitandi circa secundam conclusionem hujus textus responderetur, quod refellitur ex eo, quia licet attentio rigore, debitor non possit conveniri pro solutione, nisi in loco convento: tamen quia ex hoc sequeretur inconveniens, quod debitor non facile consequi possit debitum: quia debitor sive voluntariè, sive ex necessitate, nunquam accederet ad locum conventum, inductum fuit, ut alio loco conveniri posset, habito tamen respectu ad interesse partium, quia coacti sunt in alio loco solvere, vel recipere solutionem l. 1. infra de eo quod certo loco c. unico de plus petit. & ibi Panor. numer. 4.

Controversum tamen est, utrum qui promittit certo loco solvere, possit conveniri in quocunque loco reperitur, habito respectu ad prædictum interesse? & videbatur dicendum, posse tamen per generalitatem l. 1. 2. infra de eo quod certo loco, & leg. unico. Cod. ubi conveniatur qui certo loco, & leg. cum qui infra eod. per quæ jura ita tenet Bart. in l. 1. numer. 2. infra eodem qui certo loco, cujus opinionem esse magis receptam asserit Curtius Jun. §. præced. numer. 5. ad finem Navar. in manual. cap. 17. numer. 42.

Sed longè * verius, & receptius est contrarium, imò qui non possit conveniri, nisi in loco congruo, ut efficaciter probat istextus: sentit enim posse conveniri in loco convento, vel in loco domicilii, quasi in alio loco, tanquam non congruo, possit conveniri, quod ita per istum textum tenet gloss. final. dict. lege. 1. infra de eo qui certo loco, ubi Jason numer. 7. resolvit ita esse receptum, & illam defendit, & melius Salycetus leg. unica numer. 2. Codic. ubi conveniatur qui certo loco, & hanc esse veriorem, & receptiorem opinionem, asserit Panormitan. cap. 1. numer. 5. de plus petit. Imol. cap. P. & G. numer. 11. de officio delegat.

- ti, Marian. cap. dilecti numer. 10. de foro competentium.
- Juxta tamen quæ ad rationem dubitandi supra relata formaliter responderetur, quod licet contrahens in alio loco, nullo alio loco attentio rigore conveniri posset, & consequenter neque in loco domicilii: tamen propter evitandum inconveniens, de quo supra, inductum fuit, ut etiam in loco domicilii conveniri posset, & pariter in alio loco congruo, scilicet originis propriæ, vel paternæ dummodo ad interesse partium * respectus habeatur, ut explicat Imol. dict. cap. P. & G. numer. 11. cui tamen addendum est, illius declarationem procedere, quando contrahens conveniretur in loco domicilii, ut in eo solvat: nam tunc cum cogatur solvere extra locum conventum, habebitur respectus ad interesse: sed si conveniatur in loco domicilii, ut contrahens condemnatur ad solvendum in loco convento, nulla est ratio, ob quam ad interesse, debeat fieri condemnatio, ut advertit Panormitan. cap. unico numer. 4. ad finem de plus petit. Et ad hunc tamen modum potest intelligi istextus: nullam enim facit mentionem de interesse rei conventi in loco domicilii. Et tenendis mente: quod licet debitor fuerit in mora solvendi in loco convento, si tamen cogatur in alio loco solvere, non obstante mora, habebitur respectus ad ejus interesse, ut tradit Salycet. leg. unica numer. 5. Codic. ubi conveniatur qui certo loco, Imol. dict. cap. P. & G. numer. 13. Et utrum tamen etiam in creditore moroso, debeat haberi respectus ad ejus interesse? si in alio loco fiat solutio? explicat Bart. l. 3. §. nunc. de officio n. 1. infra de eo qui certo loco, Marian. cap. dilecti numer. 13. de foro competentium.
- Neque * est præmittendum, quod actioni arbitrariæ, in qua venit interesse, tunc locus est, quando exprimitur certus locus in quo debeat fieri solutio. Nam si quis simpliciter contrahat in certo loco, & cogatur in alio solvere, non est locus arbitrariæ, & consequenter non habebitur ratio interesse. Nam quando * contrahitur in certo loco, & non exprimitur, quod in eo fiat solutio, tacite videtur permissum, ut solvat in quocunque loco congruo in quo reperitur leg. vinum infra sceruum petatur. Cum igitur videatur solvisse in loco convento, cessat arbitrariæ, & sic consideratio interesse, Bart. leg. quod si Ephesi numer. 2. infra de eo qui certo loco, Marian. cap. dilecti numer. 7. de foro competentium.
- Ex quibus inferitur, quod cum in casu hujus * text. permissum sit in Italia solvere, si contrahens cogatur in domicilio solvere, locus erit arbitrariæ. Item quod non solum in domicilio conveniri potest: sed etiam in loco originis propriæ, vel paternæ, si ibi reperitur, quo casu etiam locus erit arbitrariæ, gloss. final. communiter recepta l. 1. infra de eo qui certo loco, quoniam * autem Jureconsult. in hoc §. tractat. de foro domicilii, de quo adhuc non egimus, aliquæ circa hunc forum perstringemus.
- Et tamen in primis est præmittendum, quod domicilium est præceptiva causa jurisdictionis passivæ, Bald. in rub. in principio, Cod. si à non competentis judic. & est * proprius, & naturalis forus, Baptif. l. 1. numer. 128. Codic. de Summa Trinitate Nat. consil. 4. numer. 1. lib. 1. Exornat Felin. cap. dilectus el. 2. numer. 13. de rescript. Andr. Gaill. practicarum observat. lib. 2. observat. 36. numer. 15. Paris. consil. 12. numer. 14. lib. 3. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 9. gloss. 2. numer. 27. & Sylvan. consil. 25. n. 14. Et hac * etiam ratione forus domicilii tanquam fortior, & magis naturalis præfertur foro originis, & alio cuicunque, ut sentit gloss. cap. statutum §. 1. verb. unam ad medium, de rescript. in 6. Deci. consil. 352. numer. 2. Roland. de lucro dotis quest. 2. numer. 16. Denique ex eadem * ratione habens domicilium in loco, tanquam simpliciter, & propriè subditus, tenetur ad onera Civitatis in solidum: non sic si tantum habeat bona in eo loco, quia is magis tanquam forensis considerabitur, ut post Guil. Papæ tradit Roger. à Motu §. 1. numer. 111. supra hac lege.
- Huic * tamen receptæ resolutioni, nimis videtur obviare, quoniam forus originis fortiolem esse, ac ob id foro domicilii præferri, probat leg. libertus §. præscript. infra ad municip. notat gloss. leg. Cives Codic. de incolis lib. 10. & gloss. fin. leg. 1. Codic. de municip. & originariis, lib. 10. Sed * pro concordia dicendum est, quod aut agitur de honoribus decernendis, vel oneribus injungendis, & præfertur forus originis, quia naturalis est, & mutari non potest, leg. assumptio in principio infra ad munic. leg. originis Codic. de municipibus & originariis, lib. 10. Sed * quoad omnes alios effectus fortior censetur forus domicilii: unde quoad effectum, ut quis conveniatur, fortior censetur forus domicilii, quia ratione illius, conveniendus est magis subditus. Baptif. leg. 1. numer. 128. Codic. de Summa Trinitate. Et hac * etiam ratione, ubi fit mentio domicili, intelligitur de domicilio habitationis. & non originis, gl. cap. statutum §. cum verò verb. unam post medium, de rescriptis in 6. Alexand. consil. 100. numer. 1.

eo quilibet * conveniri potest, etiam pro contractibus alibi gestis, Panormit. cap. fin. numer. 38. & ibi Marian. numer. 8. & numer. 45. Felin. numer. 23. de foro competentium. Item * & in eo conveniri potest, etiam si ibi non reperitur, quamvis contrarium sit in aliis quibuscunque foris, ut colligitur ex generalitate hujus text. & sentit §. 1. supra hac leg. tradit Paul. Castrensis in principio hujus leg. numer. 1. & leg. 2. §. legatarius numer. 3. supra eodem, & l. 1. numer. 3. infra de eo, qui certo loco, & in l. 2. numer. 4. & 6. Cod. de jurisdictione omn. judic. & l. final. n. 2. C. ubi in rem actio Panormit. cap. fin. numer. 41. & ibi Maria. numer. 50. de foro competentium, Imol. consil. 35. n. 14. Aret. consil. 135. n. 1. & notabiliter Paul. Castrensis, consil. 413. colum. penult. post medium lib. 2. & Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 16. numer. 4.

Unde inferitur, quod licet adversus absentes ab aliis foris, tantum procedi possit ad primum decretum. in bonis quæ ibi possident §. 1. supra hac leg. Item & ad secundum decretum, & ad diffinitivam sententiam, in casibus in quibus lite non contestata ad illam procedi potest, quos enumerat gloss. 1. cap. quoniam frequenter, ut licet contestata, tamen in * foro domicilii proceditur adversus absentem ad omnimodam executionem & condemnationem, & ita declarant supra allegati, quorum omnium ratio est, quia in aliis foris non dicitur quis simpliciter subditus, sed tantum censetur subditus quoad effectum, ut in illis conveniatur, si ibi reperitur, Bald. leg. final. numer. 3. Codic. si à non competent. Judice, sed ratione * domicilii, quis dicitur simpliciter, & plene subditus, & ideò, si fiat mentio de subdito simpliciter, intelligatur de subdito ratione domicilii, qui propriè, & plene dicitur subditus, gloss. Clement. 1. verb. subditus de foro competentium, Baptif. l. 1. numer. 128. C. de Summa Trinitate Nat. consil. 4. numer. 1. lib. 1. Exornat Felin. cap. dilectus el. 2. numer. 13. de rescript. Andr. Gaill. practicarum observat. lib. 2. observat. 36. numer. 15. Paris. consil. 12. numer. 14. lib. 3. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 9. gloss. 2. numer. 27. & Sylvan. consil. 25. n. 14. Et hac * etiam ratione forus domicilii tanquam fortior, & magis naturalis præfertur foro originis, & alio cuicunque, ut sentit gloss. cap. statutum §. 1. verb. unam ad medium, de rescript. in 6. Deci. consil. 352. numer. 2. Roland. de lucro dotis quest. 2. numer. 16. Denique ex eadem * ratione habens domicilium in loco, tanquam simpliciter, & propriè subditus, tenetur ad onera Civitatis in solidum: non sic si tantum habeat bona in eo loco, quia is magis tanquam forensis considerabitur, ut post Guil. Papæ tradit Roger. à Motu §. 1. numer. 111. supra hac lege.

Huic * tamen receptæ resolutioni, nimis videtur obviare, quoniam forus originis fortiolem esse, ac ob id foro domicilii præferri, probat leg. libertus §. præscript. infra ad municip. notat gloss. leg. Cives Codic. de incolis lib. 10. & gloss. fin. leg. 1. Codic. de municip. & originariis, lib. 10. Sed * pro concordia dicendum est, quod aut agitur de honoribus decernendis, vel oneribus injungendis, & præfertur forus originis, quia naturalis est, & mutari non potest, leg. assumptio in principio infra ad munic. leg. originis Codic. de municipibus & originariis, lib. 10. Sed * quoad omnes alios effectus fortior censetur forus domicilii: unde quoad effectum, ut quis conveniatur, fortior censetur forus domicilii, quia ratione illius, conveniendus est magis subditus. Baptif. leg. 1. numer. 128. Codic. de Summa Trinitate. Et hac * etiam ratione, ubi fit mentio domicili, intelligitur de domicilio habitationis. & non originis, gl. cap. statutum §. cum verò verb. unam post medium, de rescriptis in 6. Alexand. consil. 100. numer. 1.

numer. 8. & numer. 13. ad finem libr. 3. quamvis domicilium etiam originis dicatur, ut per Gallum practicum observat. libr. 2. cap. 36. nu. 2. Et * pari ratione si fiat mentio de Florentinis, intelligitur de his, qui tales sunt ratione habitationis, non autem ratione originis, ut post Aur. & Anchar. tradit Dec. consil. 352. num. 2. Roland. de lucro dotis quest. Roger. à Mora §. 1. nu. 121. ad finem supra hac leg. And. Gail. in pract. observ. lib. 2. observ. 36. num. 9. Adenoch. de presumpt. libr. 6. presumpt. 42. à numer. 9. Similiter * si fiat mentio de his, qui sunt in Diocesi, intelligitur de his, qui ibi sunt ratione habitationis, & non ratione originis, ut tradit Felin. cap. fin. nu. 23. de for. competenti, Tiraquell. libr. 1. infra cap. 9. gl. 2. numer. 21. Quinimò generalius dicit Alexan. 48 conf. 16. numer. 3. libr. 1. quod * in his, in quibus persona est in consideratione, semper magis inspicitur domicilium respectu incolarum, quam ratione originis, nisi subjecta materia aliud suadeat, quod, & post Bald. tradit Marian. dict. c. fin. num. 23. de for. competenti Dec. cons. 351. num. 4. Roland. de lucro dotis, quest. 22. nu. 24.

Cum igitur ex prædictis constet, forum domicilii esse fortiores, saltem quoad effectum conveniendi, merito quoad hunc effectum ei tribuenda est prærogativa ultra ceteros foros, ut diximus. 49 Potest etiam assignari alia ratio prædictæ prærogativæ: nam cum abiens à domicilio, semper in eo reliquat familiam, juris interpretatione perinde habetur, ac si in eo præfens esset, gl. 1. §. 1. verb. maneat, infra de liber. agnoscend. & ibi Bart. n. 7. Aret. leg. final. à num. 1. C. de judic. & idèò tanquam adversus præsentem & contumacem, merito procedi potest, per modos supra velatos Addit Paul. §. 1. num. 50 9. supra hac leg. quod * licet in contractibus non sit locus remissioni cap. 1. §. contrabentes, de foro competenti in 6. tamen Judex domicilii potest petere, ut abiens ad se remittatur, quod prout invitum non extrahitur à proprio domicilio, ita etiam non debet ei grave ceteri, si remittatur ad proprium domicilium, & quia prout, si revera esset in proprio domicilio, Judex posset eum reluctantem capere, & cogere, ut libello contra se dato, respondeat præcisè, & formaliter leg. consentaneum C. quomodo, & quando Judex, & tradit idem Paul. leg. quicquid, num. 2. infra eod. & ibi Jacobinus num. 5. ita etiam si abiens sit, potest Judex domicilii petere, ut capiatur, & ad se remittatur.

51 Sed † non placet hæc Pauli traditio, quia nimis restringit generalitatem dict. §. contrabentes: Item Doctores communiter non dicunt, adversus absentem à loco domicilii procedi posse ad capturam personæ, sed potius recurrendum esse ad remedia juris, quæ enumerat Panorm. c. fin. num. 41. & ibi 52 Marian. num. 50. de foro competenti. Neque * obstat Paul. Castrenf. ratio, quia falso in ea præsupponitur, quem cogi posse præcisè respondere libello, etsi non obediat, ejus personam capi posse: nam imò adversus eum tantum procedi potest ad primum decretum, & ad multam pecuniariam, ut tradit gl. auth. qui semel verb. locum ad medium, Codic. quomodo & quando Judex, & ibi notat Bart. num. 19. Panormitan. cap. penult. num. 27. ad finem de juramento calumnia, Imol. leg. finita §. plures num. 20. infra de damno infecto Jason. leg. inter stipulantem §. 1. num. 3. infra de verb. oblig. Crev. Jun. leg. cum quadam nu. 16. supra de jurisdic. omnium judicium.

53 Nec † contrarium probat text. d. l. consentaneum quia in primis est advertendum, textum illum loqui in eo convento, per rei vendicationem: cum in fine dicat, propter contumaciam rei transferendam esse possessionem in actorem, sola contumacia reservata causa proprietatis: item loquitur quan-

do reus se absentat post litem contestatam: quod ex eo constat, quod text ille concedit licentiam Judici perveniendi ad sententiam diffinitivam, quod ei non permitteretur, si lis non fuisset contestata: item quia disponit possessionem statim transferri in actorem, quod non esset verum, si lis non fuisset contestata, quia * quando lis non est contestata, non transfertur possessio, nisi post annum, l. si quis emptionis §. penult. C. de perscript. 30. annorum, & ita terminis Bart. d. l. consentaneum, n. 5. & Paul. n. 1. & ita illum textum interpretantur, & esse receptum intellectum asserit Boer. & ibi n. 1. & Alex. l. si prius numero 15. infra de novi oper. nunciat.

Unde * ex d. l. consentaneum, illud tantum colligendum est, quod si reus conventus per rei vendicationem, post litem contestatam se absentat, potest Judex causæ, petere à Judice, in cujus jurisdictione degit contumax, ut eum capiat, & ad se remittat declarando, ut per Cuman. cons. 157. n. 3.

Et * ad hunc modum est intelligendum, quod 56 ex d. l. consentaneum colligit Bald. ibi n. 8. quod propter nimiam contumaciam rei etiam in contractibus debitor capi potest & extollit Roman. sing. 383. Perus. cap. 1. §. contrabentes n. 9. ad finem de foro competenti in 6. & alii relati per Bernard. Diaz. regal. 642. in 10. limitatio. Nam hoc necessario intelligendum, quando hæc nimia contumacia incurritur post litem contestatam, prout Bald. loquitur, & advertit Boer. dict. leg. consentaneum num. 21. Jason l. 1. num. 2. infra de eo qui certo loco Ripa cap. 1. n. 66. de judic. diximus latius §. 1. supra hac lege.

Quinimò † verius videtur, quod etiam in his 57 terminis, debitor nimium contumax, capi non possit: cum regula sit in causa civili, quem capi non posse, antequam fiat executio in bonis debitoris, l. 1. qui bonis cedere possunt, gl. recepta l. 3. §. tutor. verb. in vinculis infra de suspectis tutoribus Covar. resol. lib. 2. c. 1. n. 2. probat Ord. Portugallie lib. 4. tit. 52. in princ. in veteri impressione, & hodie lib. 4. tit. 76. nova recopilationis. Nam si debitor habeat bona, etiam propter nimiam contumaciam rei, ejus persona capi non potest, nisi prius fiat executio in bonis, & illa non sufficiat ad solutionem, ut in specie declarat Cuman. cons. 157. n. 3. Rip. l. oblig. generali, n. 25. supra de pignor.

Unde * ego colligo, quod in veris terminis d. l. consentaneum, cum agatur de rei vendicatione, & sic semper adsit res, in qua possit fieri executio, nunquam poterit procedi ad capturam personæ, ut ibi advertit Boer. n. 21. Colligo etiam, quod † 59 licet vulgo Doctores existant in d. l. consentaneum, poni tria remedia diversa adversus contumacem, ut ibi explicat Boer. n. 18. Michael. Ucurrus l. si finita §. Julianus n. 201. infra de damno infecto. Adenoch. lib. 1. de arbit. q. 74. n. 35. Tamen ex prædictis verius est, in eo textu tantum duo proponi remedia, ut aperte constat ex c. prout, de dolo & contum. in quo refertur decisio d. l. consentaneum, & tantum duorum remedium sit mentio. Unde verius est, quod * dum in littera d. l. consentaneum habetur (vel 60 ad cogendum eum (illud vel) sit expungendum: nam & ratio recte constructionis id videtur exigere, quasi textus dicat: quod ut contumax cogatur venire ad iudicium oportet quod vel privatur possessione, & illa transferatur in actorem, & sic perveniatur ad sententiam diffinitivam, & sic dict. leg. consentaneum minimè probat quod ex ea colligunt Doctores supra allegati: unde cessat difficultas.

Sed

61 Sed * ad complementum materiæ, & illud venit inquirendum. Præsupposito, quod quis possit habere domicilium in duobus diversis locis l. assumptio §. 1. vers. jurisprudentibus, infra ad municip. l. Labeo. & l. ejus qui §. Celsus eod. tit. c. 2. de sepulch. in 6. & prosequitur Dec. tracta. crim. l. 4. c. 16. n. 10. & n. 22. & c. 17. n. 16. & n. 21. & notab. Alciat. l. pupillus 239. & incola n. 3. ff. de verb. signif.

62 Præsupposito * etiam, quod hoc casu illud domicilium, quod est principalis, debet esse in consideratione, & prævalere, arg. l. queritur, supra de statu hominum, Ruin. cons. 58. n. 8. l. 3. questio 63 nis est; si * quis habeat domicilium in loco originis, in quo raro habet, & habeat domicilium in alio loco, in quo frequentius habet, quodnam 64 * istorum domiciliorum censetur principalis? & Alb. l. 1. n. 25. C. de Summa Trinit. Roman. cons. 39. in fine existimant. domicilium originis ceteri principalis, juxta regulam l. libertus §. perscript. inf. ad municip. & traditionem gl. final. l. 1. C. de municip. & origin. l. 10.

65 Contrarium tamen, imò * quod domicilium, in quo quis frequentius habitat, censetur, principalis, ac ob id sit præferendum consulit Alexan. cons. 100. à n. 8. l. 3. & esse magis receptum asserit Roland. de lucro dotis q. 22. n. 25.

66 Pro * concordia dicendum est, quod si quis transfuit domicilium à loco originis, ita ut prædictam domicilium originis, tantum videatur retinere, quo ad honores, juxta l. penult. supra de Senatoribus, verior sit opinio Alex. per ejus rationes. Si autem domicilium originis non mutavit, sed ei aliud commutavit 67 juxta jura supra citata, verior sit opinio Alberti, quia hoc * casu concurrunt duo vincula, scilicet domicilium & origo, & ideo veniunt præferenda, arg. auth. itaque C. commun. de success. & in specie Oldrad. cons. 169. n. 2. Quamvis igitur in alio domicilio plus habitet, tamen hoc casu domicilium originis debet ceteri principalis, per rationem, de qua supra, & in specie Alciat. respons. 55. n. 13. ad finem. Quare 68 * si pater retinuit domicilium in loco originis, & alibi accumulaverit, in quo sit natus filius, qui ibidem etiam constituit proprium domicilium, quia tunc etiam in filio concurrat consideratio duplicis vinculi, scilicet propriæ originis, & domicilii, si illud etiam concurrat, quod in hoc secundo domicilio frequentius habitet, istud esset præferendum domicilio originis paternæ, Roger. à Mora §. 1. n. 111. ad finem supra hac l. Qua † etiam ratione Panormit. c. dilectus el. 2. n. 6. de rescript. concludit, quod si agatur de re sita in loco domicilii, minus principalis, in ea re attendatur statutum illius domicilii minus principalis propter duplex vinculum concurrentem, scilicet domicilii, & rei sitæ, subscribit Dec. cons. 284. n. 2. quicquid contrarium tenuerint Ruin. cons. 58. n. 11. l. 3. Alciat. respons. 55. n. 3. qui tamen videndi sint,

70 Præterea * & illud addendum est, in hac materia, quod licet is forus domicilii censetur fortior & potentior, tamen simplici voluntate mutari potest & extingui: quilibet enim potest mutare domicilium ad libitum quo mutato in loco antiqui domicilii amplius conveniri non potest, l. cum quadam supra de jurisdictione omnium judicium l. libertus §. atris infra ad municip. c. penult. de foro competenti Ord. Portug. lib. 3. tit. 11. §. final. nova recopilationis, tradit Gail. pract. observat. lib. 2. observat. 36. Menoch. de presumpt. l. 6. presumpt. 42. ad finem.

71 Huic * tamen declarationi videtur obstat l. domicilium infra ad munic. quæ videtur probare sola Petri Barboſæ Comment. de Judiciis.

contestatione sive declaratione voluntatis, domicilium non mutari, sed requiri mutationem re & facti, notavit gloss. l. origine Codic. de mancip. & origina. libr. 10. gloss. l. de jure verb. ad munera infra ad 72 municip. & ibi Bart. n. 2. ita * concordat opiniones 73 quod aut * domicilium fuit constitutum simplici voluntate, & tunc etiam nuda voluntate mutari potest, l. nihil tam naturale infra de reg. jur. aut fuit constitutum, per importationem honorum juxta l. cives C. de incolis lib. 10. & l. 2. ubi Senatores vel clarissimi, & * tunc ad mutationem domicilii, contratio facta opus est, hoc est, ut ex eo loco transferat bona importata in alium locum, quod etiam tradit Bart. l. assumptio. §. penult. & l. domicilium infra ad municip. & probat Aret. cons. 135. numero 1.

Cæterum * circa hanc concordiam advertendum est, quod Bart. præsupponit sola voluntate domicilium constitui posse, quod & præsupponit Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 86. n. 13. quod tamen verum non videtur, imò prout ad mutationem domicilii, factum est necessarium, ita etiam & illud videtur necessarium ad constituendum domicilium, quia contrarium eadem est disciplina quod tenet gloss. l. cives verb. larem C. de incol. lib. 10. gl. l. non utique 4. infra ad municip. Bart. l. placet eodem tit. Sylvan. cons. 25. n. 15. Dec. tract. crim. lib. 4. c. 16. n. 8. Sed respondendum est Bart. quidem sentire, quod licet * sola possessio domus, & consequenter neque sola habitatio, arguat domicilium esse constitutum, neque faciat, quem subditum ceteri, l. libertus §. sola infra ad municip. l. cum neque C. de incol. l. 10. Et ideo * habenti bona 77 in territorio, non possunt imponi onera tanquam subdito, l. rescript. §. fina. infra de mun. & honorib. Paul. Cast. cons. 89. n. 2. l. 1. Roger. à Mora §. 1. n. 111. supra hac lege, ac ob id neque is tanquam subditus, teneatur præstare juramentum fidelitatis 78 Aymon cons. 201. si tamen * is declaraverit domum possidere, vel in loco habitare animo constituendi domicilium, illud censebitur constitutum etiam si alibi haberet majorem partem fortunarum, quod sentit gl. d. l. cives verb. larem verb. lex. Cornelia §. si tamen n. 1. infra de injuriis. Panor. c. fin. ad finem, de paroch. & eleganter Ant. de Math. de prerog. jurisdictionis. n. 8. Menoch. libr. 2. de arbitr. cas. 86. n. 6. Alciat. l. pupill. tit. 49. §. inc. n. 2. in fine ff. de verb. signif. Hoc † igitur casu dicit Bart. domicilium 79 constitui sola voluntate, non quidem sentiens, nullum esse necessarium: nam semper illud saltem factum intervenire debet, quod in loco habitet, vel domum conducat: Cæterum quia declaratio voluntatis est præcipua causa ob quam in his terminis domicilium videatur constitutum, ideo dicit Bart. sola voluntate mutari, intellige tu, si in alio loco habitaverit, & eandem declarationem voluntatis fecerit: nam tunc quamvis, domicilium retineat in primo loco, tamen propter secutam habitationem in alio, cum prædicta declaratione, censebitur domicilium mutatum: ut explicat Marian. c. fin. n. 54. de foro competenti, Menoch. d. lib. 2. arbitr. casu 86. à numero 2. & in his terminis procedet generalitas leg. ejus qui §. fin. in princ. infra ad munic. & quod tradit Oldrad. cons. 169. num. 3. ad finem.

Quod * si non constet de prædicta animi declaratione, & tamen quis transfuit familiam in locum habitationis, & majorem partem honorum, præsumitur in eo loco habitationis constituisse domicilium, l. cives C. de incol. l. 10. l. 2. C. ubi Senato.

vel clarissimi. Felin. c. dilectus filius el. 2. n. 12. vers. secundus casus, de rescript. Ruin. conf. 61. n. 12. lib. 5.

31 Tiraq. l. 1. retract. §. 36. gl. 3. num. 7. & tunc ad revocationem domicilii per contrarium etiam requiritur, quod bona ex eo loco auferat, & in alium locum transferat, ut tenent supra allegati.

32 Ex quorum mente collegit Aret. conf. 153. n. 1. quod ut quis hoc casu dicatur mutasse domicilium, non sufficit constare, quod alio loco conduxit domum, & in ea habitavit, vel etiam quod aliquam partem bonorum transfudit in domum conductam, quia in dubio magis creditur in duobus locis domicilium constituisse, l. ejus qui §. instr. ad munic. nisi in domo conducta majorem partem bonorum cum familia constituerit, quia tunc presumetur domicilium mutasse, & transfudisse, Ruin. conf. 61. n. 22. lib. 5. Alciat. respons. 719. n. 3. & est de mente Bart. l. de jure in prin. infra ad munic. & facit bene text. c. postulasti, de foro com-

33 petenti. Quæ * utique procedunt in dubio: nam si quis expresse declaraverit, se velle domicilium transferre in alium locum, censetur mutatum, etiam si in prima habitatione reliquerit familiam & bona, quia * expressum facit cessare tacitum, l. cum ex filio §. infra de vulgati, & in terminis tradit Ant. de Math. de prorogatione jurisdictionis, numero 28.

34 Quinimò * contra id, quod verba Doctorum videntur sonare, constituenda videtur conclusio: sola voluntate mutatum censeri domicilium, ut colligitur ex generalitate l. cum quadam supra de jurisd. omni. jud. & * in specie videtur probare text. l. ejus qui §. final. in prin. infra ad munic. quia dum probat ad mutationem domicilii facto opus esse, debet intelligi in eo sensu, ut si quis consistens in habitatione antiqua, solo animo velit mutare domicilium id non possit nisi ab eo loco saltem recedat, ut in simili probatur l. si quis vi §. differentia infra de acq. possess. sed si ab eo loco recedat, animo mutandi domicilium, illud censetur mutatum etiam si adhuc in alio loco domicilium non constituerit l. ejus qui §. final. infra ad munic. & ad hunc * modum est explicandus Bart. l. prædica §. 1. in fine infra de fundo instruet. dum dicit, quod non creditur is mutasse domicilium quia priori loco retinet familiam & bona, sed tunc demum, quando transfudit familiam & bona in alium locum: quod etiam sentit Bart. l. assumpto. §. penult. & l. de jure in prin. infra ad munic. Nam ei addendum est, quod si clare constiterit de animo mutandi domicilium, prædicta non sunt necessaria, ut * constet ex supra traditis, quæ notabilia sunt ad explicationem ordinationis Portugallicæ l. 2. tit. 21. §. 1. veteris impressionis, & hodie lib. 2. tit. 5. §. 1. nova recopilationis.

35 Item * & juxta prædicta, veniunt explicanda tradita per Marian. c. final. n. 25. de foro competenti, nam querens, quæ sint necessaria ad constituendum domicilium? duas refert opiniones. Prima est, quod * sufficit solus animus ad constituendum domicilium, ut videtur probare l. nihil & l. ejus qui §. 1. ad munic. & l. privit. C. de decur. lib. 10. sent. Domin. c. penult. n. 11. de tempor. ord. l. 6. Parnorm. c. final. de paroch. Anton. de Math. de prorog. jurisd. dist. n. 28. Refert * præterea Marian. (ubi supra) secundam opinionem, quod ultra animum requiritur etiam factum hoc est, habitatio in eo loco, l. domicilium infra ad munic. & hanc secundam opinionem sentit gl. civis verb. lar. m. C. de incol. l. 10. Bar. l. placet infra ad munic. Sylvan. conf. 25. n. 15. Ipse autem Marian. d. c. final. n. 28. & n. 54. Resolvit, quod * requiratur animus, & etiam factum

significativum constitutionis domicilii, ita ut quod quamvis solum factum ex se, non inducat domicilii constitutionem, juxta l. libertus §. sola infra ad munic. tamen per illud, accedente animo censetur constitutum domicilium, prout autem solum factum non constituit domicilium, ut dictum est, ita etiam & solus animus absque facto, domicilium non constituit, arg. l. licet C. de acquir. possess. subscript Menoch. lib. 2. de arbit. casu 86. n. 2. facit quod Paul. l. 1. ad finem C. ubi de crimine & Sabyc. l. 2. n. 8. C. de jurisd. omnium judicum.

Sed * ex supra traditis verius resolvendum est, 93 solum animum constituere domicilium, ut probat l. non utique 4. infra ad munic. in quo probatur, filium familias habere domicilium separatum a patre, qui tamen isto jure nulla habebat bona, quæ ibi possit constituere l. placet infra de acquir. hered. Ergo solus animus sufficiens ad constituendum domicilium, quicquid cavilletur gl. d. l. non utique Neque parum facit, quod licet quis transferat familiam, & fortunas in aliquem locum, & tamen declaret, non id facere animo constituendi domicilium, non censetur constitutum domicilium, Bart. l. lex Cornelia §. si tamen n. 1. infra de injur. & agnoscit Marian. d. c. final. n. 25. de foro competenti, Becr. l. consentaneum, n. 107. C. quomodo & quando judex. Ergo per argumentum à contrariis, quando quis declaraverit se habere animum constituendi domicilium in loco, is solus animus sufficit ad constituendum domicilium; quam opinionem, & nos tanquam veriore comprobavimus supra.

Addendo * tamen, quod is animus constituendi domicilium debet esse fixus, & firmus permanendi in eo loco, nisi causa superveniat de novo, 94 propter quam animum mutet, ut colligitur ex l. civis, C. de incolis lib. 10. tradit Bal. conf. 393. punctus, n. 2. lib. 1. & Salic. l. 2. n. 8. de jurisdictione omnium judicum, & est receptissima traditio, ut asserit Paris. conf. 12. n. 17. l. 3. Sylvan. conf. 1. n. 94. Alciat. l. pupill. 249. §. incola à num. 1. ff. de verb. signis.

Ex quo * inferitur, quod si quis fuerit in loco 95 propter aliquod negotium, eo animo, ut illo finito redeat ad antiquum domicilium, quod quantumcunque in loco, in quo negotiatur, habeat familiam, & majorem partem bonorum, non ob id in eo loco censetur constituisse domicilium, ut resolvit Sylvan. conf. 1. n. 95. cui adde Paul. Castri. conf. 395. ad finem l. 2. resolvendum, quod * licet 96 quis dicatur habere domicilium in loco, in quo habet majorem partem bonorum l. civis C. de incol. l. 10. Tamen si constet, eum non habere animum perpetuo manendi in prædicto loco, sed finito negotio redeundi ad antiquum non censetur in loco: in quo negotiatur, constituisse domicilium l. nihil infra ad munic. tradit Roger. à Mota §. 1. n. 109. supra hac lege hoc inferens, quod si Judex 97 temporalis sit in loco cum bonis, & familia, tamen non dicitur in eo constituisse domicilium, quia non habet animum ibi perpetuo manendi, sed recedendi finito officio. Et idem tradit Beronius conf. 60. n. 27. l. 2. Quæ etiam ratione Alciat. conf. 55. n. 9. concludit, quod * Castellanus moratur 98 in castro cum uxore, & etiam ultra decennium familia, non dicitur in castro constituisse domicilium, quia * finito officio habet animum recedendi, & 99 quando constat, quem non habere animum perpetuo manendi in loco, nullo unquam tempore videtur in eo constituere domicilium, Bart. l. lex Cornelia, §. si tamen n. 1. & ibi Aug. 7. infra de injur. & in notabili casu tradit Beronius conf. 60. à n. 21. l. 2.

Cæte.

100 Cæterum * de hac Alciat. opinione dubitat Menoch. lib. 3. de arbit. cas. 86. n. 28. quia cum Castellanus in castro transfuderit bona sua & familiam, debet ibi videri domicilium constituere l. civis C. de incol. l. 10. & quia cum in castro existens uxorem duxerit, maxima est præsumptio quod ibi domicilium voluerit constituere, per tradita per eundem Alciat. respons. 719. n. 5. Quæ tamen rationes fragiles sunt & parum urgent, adversus Alciat. Nam ad primum respondetur procedere, quando sumus in dubio. Sed quando constat, quem manere in castro ad tempus ratione officii, ita finito officio Judex debeat recedere nunquam censetur domicilium constituere, per supra tradita, & sentit Bald. conf. 393. punctus n. 2. lib. 1. Pan. c. fin. ad finem de paroch. vel saltem non habuisse animum revocandi antiquum domicilium, in quibus proprie terminis Alciat. loquitur & conferunt tradita per Aretin. conf. 135. n. 1. & per eundem Alciat. l. detestatio §. fin. n. 1. infra de verb. significacione, & respons. 55. n. 9.

101 Ex quibus inferitur explicatio, ad l. civis C. de incol. l. 10. dum probat, quod si quis constituit larrem, & familiam in certo loco, præsumitur ibi constituisse domicilium, & notat Felin. c. delictus el. 1. n. 11. de rescript. Ruin. conf. 61. n. 22. lib. 5. late Tiraq. l. 1. retract. §. 36. gl. 3. n. 7. & ante omnes Bart. l. de jure n. 2. infra ad munic. Nam id intelligendum est verum esse, quando sumus in dubio. Cæterum si constet ratione officii temporalis, quem existere in loco cum familia & bonis, non videtur ibi constituere domicilium, deducta conjectura ex qualitate personæ, quod sentit Bald. conf. 393. punctus n. 2. l. 1. Salic. l. 2. n. 9. C. de jurisd. omnium judicum, & jam diximus.

102 Item * ex prædictis inferitur intellectus ad l. 2. C. de incolis, l. 10. ubi scholaris in loco studii non censetur habere domicilium, nisi ibi habitet per decennium: nam tunc præsumitur domicilium ibi voluisse constituere, extollit Panorm. conf. 62. 103 n. 10. l. 2. Sylvan. conf. 25. n. 3. Quod tamen ita accipiendum est, ut procedat in dubio, quasi perseverando in studio ultra tempus consuetum, præsumatur id fecisse animo constituendi domicilium in loco studii, ut explicat Menoch. lib. 2. de arbit. cas. 86. n. 17. Greg. l. 32. tit. 2. part. 3. verb. diez.

104 annos. Nam si constaret, quod * non haberet animum perpetuo ibi manendi, sed potius quod finito studio rediret in patriam, nullo tempore censetur in loco studii, velle domicilium constituere, l. verum, & ibi Bal. C. de incol. lib. 10. Bar. l. lex. Cornel. §. si tamen n. 1. infra de injur. & ibi Ang. n. 7. Ant. de Butrio in proemio decretal. n. 33. Marian. c. fin. n. 25. ad finem de foro competenti Alex. l. cum filius n. 3. infra si cert. pet. & alii relati per Menoch. l. 2. de arbit. cas. 86. n. 22. quibus adde Paul. §. 1. n. 12. supra de hac lege, post Aug. n. 7. & ibi Sap. n. 9. Rogerius à Mota n. 37. Bolog. auth. habita n. 188. C. ne filius pro patre, & eleganter Ant. de Math. de prorog. jurisd. n. 28. & Alciat. respons. 105 Ex quibus dubia redduntur tradita per Parisium conf. 12. à n. 20. l. 3. quod si Genueus causa mercaturæ, transivit in Hispaniam, & in eam transfudit majorem partem bonorum, quod transacto decennio censetur ibi domicilium constituisse per d. l. 2. C. de incol. l. 10. quod & tradit Gozad. conf. 49. n. 23. Id enim videtur confundi ex supra traditis. Nam cum in Hispania resideat ad tempus causa negotiationis, non potest videri, domicilium in ea constituisse, ut advertit idem Paris. conf. 34. n.

22. l. 3. Valasc. consult. 175. n. 25. nisi * salvando 106 prædictos, dicas, quod licet Genueus à principio in Hispaniam transferit animo morandi in ea ad tempus, tamen propter illam diuturnam moram postea subsecutam per decennium, censetur mutasse prius propositum & velle in Hispania domicilium constituere.

Quod efficaciter videtur probare text. d. l. 2. C. 107 de incolis l. 10. Nam & ibi scholaris non censetur venisse ad studium animo perpetuo ibi manendi, sed potius ad tempus, donec duraverit tempus studii, Bolog. d. auth. habita n. 188. & tamen transacto decennio censetur mutasse voluntatem, & in loco studii domicilium constituere, ut intelligunt Aret. & Felin. ad medium c. quod clericis de foro competenti, & sic * præsumptio insurgens ex habitatione decennali, tanquam fortior excludit aliam præsumptionem contrariam, quæ colligitur ex qualitate personæ, ut advertit Alciat. respons. 719. n. 3. Si ergo ex protestatione habitantis per decennium constet de contraria voluntate, non habebit locum decisio d. l. 2. C. de incolis l. 10. & ita Azeved. l. 19. tit. 3. l. 1. ordinamenti n. 2. vel etiam de hoc constaret per alias fortiores præsumptiones, Felin. c. dilectus el. 2. n. 12. vers. 5. limita de rescriptis, de quibus eleganter agit Menoch. de arbit. l. 2. cas. 86. à n. 24. Ant. de Math. de prorog. jurisd. n. 28.

Ultimò * ex supra traditis inferitur intellectus ad 109 l. 2. C. ubi Senato. vel clarissimi, qui textus videtur probare, quem conveniri posse in loco, in quo assidue conversatur, quamvis in eo non habeat domicilium, & ibi notat Bart. Fulgos. Salic. & Paul. Castrenf. idem videntur probare text. l. 2. C. ubi de crimine agi oporteat adjuncta gl. final. & ibi notat Bart. ad idem videtur textus c. quod clericis ibi (commemorantibus) de foro competenti, ex quo Panor. ibi n. 5. collegit, quem * posse conveniri 110 in loco assidue conversationis, etiam pro contractibus alibi gestis, quia aliàs assidue conversatio nihil tere operaretur subscribit Felin. c. dilectus el. 2. n. 12. de rescript. Curt. Jun. §. proinde n. 12. supra hac l. Aviles de prætoribus c. verb. tales n. 5. pag. 181. Menoch. de arbit. l. 2. casu 86. à n. 19. & ita esse receptum asserit Paul. Castrenf. l. 1. ad finem C. ubi de crimine agi oporteat, exempla proponens, & Pan. c. quod clericis n. 5. de competenti.

Contrariam * tamen opinionem, imò quem 111 conveniri non posse, in loco assidue conversationis, nisi aliàs in eo domicilium habeat, videtur probare text. l. 2. C. de incolis l. 10. & quia sola 112 habitatio in loco, non inducit domicilium neque subjectionem l. libertus §. sola infra ad munic. Ergo à fortiori, neq; prædicta inducet assidue conversatio in loco: l. verum est, C. de incolis lib. 10. Inducitur * etiam pro hac opinione §. proinde supra hac lege, 113 ubi mercator, qui assidue conversatur in loco, non potest in eo loco conveniri, nisi pro contractibus ibi gestis. Et ita hanc sententiam contrariam tanquam veriore probat Cyn. l. 2. C. ubi Senatores, vel clarissimi, Bald. l. 1. numero 7. C. ubi de crimine agi oporteat, Perus. cap. 1. §. neque etiam post principium. de foro competenti in 6. Ang. l. conf. 27. numero 2. Alex. conf. 155. numero 2. lib. 7. & notab. conf. 216. à n. 4. lib. 6. Ruin. conf. 61. numero 21. l. 5. Marian. cap. fin. numero 26. & 45. de foro competenti, Navar. cap. placite n. 90. & n. 99. de par. distinct. 6. Et hanc esse magis communem opinionem asserit Aret. cap. quod clericis, n. 4. de foro competenti, Ant. de Math. de prorog. jurisd. n. 28. Qua

- 115 Qua * retenta opinione minimè obftabant, quæ pro contraria opinione adducuntur: Nam primò, non obftat text. leg. 2. Codic. ubi Senat. vel clariffimi,
- 116 quia * refpondetur, quòd litera illius textus dupliciter habetur. Quidnam enim libri habent alternativam (aut ubi majorem partem bonorum poffidet) aut ubi affidue converfatur) quam litteram * tanquam in fe vezam admittit Bart. ibi & eam in antiquiffimo libro reperiri afferit Menoch. libr. 2. de arbitra. casu 86. numer. 12. & nume. 19. & fecundùm hanc
- 118 litteram videtur probare opinionem. Sed * omnes alii libri non habent alternativam, fed copulativam ad hunc modum (aut ubi majorem bonorum partem poffidet, & affidue converfatur) ut afferit Marian. c. fin. numer. 26. de for. competenti, & Alexandr. conf. 216. lib. 6. numer. 15. & * fecundùm hanc litteram fecundam magis communem probat opinionem Cyn. fupra relatam, quòd non fufficiat, quem diu converfari in loco, ut conveniri poffit, nifi in eo quoque habeat majorem partem bonorum. Quin
- 120 imò * fecundùm hanc litteram Marian. c. fin. num. 26. poff. medium, de for. competenti ex eo textu collegat, quòd ut fi quis fortiatum forum in loco, non fufficit in eo habere majorem partem bonorum, nifi etiam in eo affidue converfetur, fed quia hæc collectio eft contra mentem leg. Civis Codic. incol. 121 lib. 10. dicendum eft, quòd * ex eo, quòd quis habeat majorem partem bonorum in loco cenfetur ibi domicilium conftituiffe, dift. leg. Civis Bald. conf. 393. punitus numer. 2. lib. 1. Salyc. leg. 2. num. 8. Cod. de ju. fidiit. omnium judic. Alciat. leg. detest. §. fin. num.
- 122 1. infra de verb. fig. Cæterum * fi in alio loco habitet, non videtur in loco, in quo eft major pars bonorum domicilium conftituere, nifi in eo affidue converfetur: Nam quando quis in alio loco habitet, & in alio affidue converfetur, habens ibi majorem partem bonorum, vel petendo in eo honores, magis in eo loco cenfetur habere domicilium, quam in loco nudæ habitationis, ut probat leg. ejus
- 123 qui §. 1. inf. ad municip. & juxta hæc venit explicanda littera dift. leg. 2. Cod. ubi Senatores vel clariffimi, quòd in Provincia Senator conveniri poffit in loco, in quo larem conftituit, quia tunc conftat ibi domicilium habere, vel fi de hoc non conftet, ubi habeat majorem partem bonorum, & affidue converfatur, quia præfumat tunc domicilium ibi conftituiffe quantumcumque in alio diverfo loco habeat habitationem, ut colligitur ex fupra traditis.
- 124 Non * obftat fecundò dift. leg. 2. Cod. de crimine agi oporteat, nam admiffa interpretatione gl. fin. ibi, quòd quis poffit accusari in loco, in quo degit: hoc eft affidue converfatur, quòd debet fuppleri ex leg. 2. Cod. ubi Senatores vel clariffimi, dummodo in eo loco fimul habeat majorem partem bonorum, neque enim eft novum unam legem per aliam declarari l. non eft novum fupra de legibus.
- 125 Non * obftat tertio de c. quad Clericis de for. competenti, quia dum præponit commorantes Parif. ibi effe conveniendos, debet intelligi pro contractibus Parifis gefsis. Neque * obftat, quòd fecundùm hanc interpretationem affidua converfatio nihil ferè operaretur: nam refpondetur idem operari, quòd in §. proinde fupra hac lege, operaretur, mercatorem habentem perquam, poffe in eo conveniri. pro contractibus ibidem gefsis, quafi tunc videatur contractum cum eo, qui flatim non fit recessurus: nam hanc eandem præfumptionem inducet affidua converfatio in loco, & eft de mente Paul. leg. ad finem Coac. ubi de crimine agi oporteat.
- 127 Ex * hac opinione ita defenfa, inferitur verum effe dictam Cyn. leg. 2. Codic. ubi Senatores vel clariffimi, quòd fi quis diu converfetur in loco, per

spatium decem annorum, poterit ibi conveniri, quia propter tam prolixum tempus creditur ibi domicilium conftituiffe leg. 2. Codic. de incolis lib. 10. Subfcribit Angel. conf. 27. numer. 2. & alii fupra citati. Hoc enim dictum fatis admitti poffet, quia in prædicto cafu non convenitur ratione affidue converfationis, fed potius ratione domicilii præfumpti propter converfationem decennalem, dift. leg. Codic. de incol. libr. 10. Ac ita locum habet regula hujus §.

Similiter * inferri poffet verum effe dictum Bart. 128 §. proinde, in fine, fupra hac leg. quòd fcholaris pro contractibus alibi gefsis, non convenitur in loco ftudii, quamvis ibi affidue converfetur, nifi per decem annos ibi converfetur, dift. leg. 2. Codic. de incolis lib. 10. Subfcribit Marian. cap. final. numer. 45. de for. competenti, Roger. à Mota §. 1. numer. 114. ad finem fupra hac lege Bologn. auth. habita numeri 211. Codic. ne filius pro patre, Alexandr. conf. 216. numer. 14. libr. 6. & alii relati per Horatium Lucium de privileg. fcholarum privileg. 9. ad finem, & Rebuf. eodem tract. privileg. 126. quicquid contrarium fentiat leg. 1. in fine Codic. ubi de crimine agi oporteat, & Fulgof. quicquid Paul. Cafrenf. ibi quoad noftrum propositum, diftinguat inter mercatores & fcholares.

Ultimò * inferitur, quòd licet fola affidua converfatio non operetur, quòd quis in eo loco, forum fortiatum, & confequenter, quòd in eo poffit conveniri, ut dictum eft, operabitur tamen, quòd licet forenfis regulariter non puniatur pœnis ftatorum, quia illa creditur ignoraffe leg. fi al. infra de decret. ab ordine faciendis, tamen fi affidue ibi converfetur, puniatur per ftatuta, quia creditur illorum habuiffe notitiam Bart. leg. 1. numer. 21. Codic. de Summa Trinitate, & ibi Jafon. 2. lectura numer. 67. Alexandr. conf. 165. numer. 3. lib. 6. Hyppol. final. numer. 79. fupra de jurisdictione omnium judicium. Item * operabitur, quòd licet officialis temporalis non prohibeatur mutuum accipere à non fubditis, gloff. final. leg. principalibus, infra fi cert. pet. tamen illud non poterit accipere à non fubditis, qui ibi diu converfantur, quantumcumque in Provincia non habeant domicilium, leg. quisquis, junct. gloff. Codic. fi certum petatur, quia propter corrumpeudas Il. creditur illud mutuum accepiffe, Alexandr. leg. principalibus num. 4. verfi. 4. limita, & ibi Alciat. numer. 2. infra fi cert. pet. Aviles de prætoribus, cap. 2. verb. tales pag. 81. Et hæc fatis in hac materia.

Cæterum quia materiis in hac lege tractatis germana eft, & contigua materia leg. exigere dotem 97. infra eod. illius legis fubjiciemus interpretationem, ut fic materia ex omni parte remaneat perfecta & absoluta.

Leg. exigere Dotem 65. ff. de Judiciis.

S U M M A R I A

- 1 Afferit ex Albe. hanc legem utilem, & pulchram esse.
- 2 Colligit ex ea, quòd licet quis recipiat dotem in domicilio uxoris tamen non poffit conveniri, nifi in proprio domicilio ipsius mariti.
- 3 Tradit concordantem leg. 24. tit. 11. part. 4.
- 4 Movet difficultatem contra conclusionem ex eo, quòd in loco contractus quilibet conveniri poffit.
- 5 Contractus dotis ex utraque parte obligatorius, ut fcilicet uxori dotem præftet, maritus folutio matrimonio illam uxori reftituat.

- 6 Corroborat difficultatem ex reg. leg. vinum infra si certum petatur.
- 7 Declarat diftam regulam, ut fi contrahens in loco contractus inveniat, poffit cogi ad folverendum.
- 8 Agit de ratione decidendi, & Bart. rationem assignat, qua communis est.
- 9 Reprobat prædictum intellectum proximè assignatum.
- 10 Tradit ad dictum text. intellectum Angel. ibi n. 1.
- 11 Reprobat prædictum intellectum, & fundamentis pro eo relatis fatisfacit.
- 12 Verum intellectum ad hunc textum assignat.
- 13 Mulier nubendo tranfit in domicilium mariti, ita ut neque in loco antiqui domicilii, vel originis, poffit conveniri, vel ad onera obligari.
- 14 Ubi contrahitur in uno loco, & tacite, vel exprefse confertur folutio in alium locum, non poffit is conveniri, nifi in loco, in quem fuit collata folutio.
- 15 Oſtendit, non effe conjungendam hanc refponſionem, cum Angeli, de qua fupra refponſ. cum intellectus Angeli, & ejus ratio non fit vera, ea autem que assignatur à num. 12. fit veriffima.
- 16 Expendit pro vero intellectu text. in præfenti.
- 17 Declarat, quomòd in isto textu contineatur jus speciale, & partim jus commune fivè generale.
- 18 Declarat non procedere, fi conventum effet, ut exactio dotis fieret in loco, in quo instrumentum dotale confectum est.
- 19 Reprobat traditionem Baptiſte leg. 1. num. 15. & 118. C. de Summa Trinitate.
- 20 Declarat, in quo fpecialitas dotis in hoc textu conſtat.
- 21 Reprobat Bald. opinionem circa hunc articulum quam tradit in hac lege ad finem.
- 22 Refpondet ad rationes Bald. & fequacium.
- 23 Refert confiderationem Cagnol. hic num. 23. quam latè expendit.
- 24 Corroborat prædictam confiderationem eleganti ratione.
- 25 Refert ex Bart. & aliis, quòd refpectu lucri dotis, femper debet haberi refpectus ad domicilium mariti.
- 26 Impugnat prædictam confiderationem, & oſtendit, procedere non poffe in terminis hujus text.
- 27 Refponder ad ea, qua ex Bart. tradita funt num. 25.
- 28 Assignat concordantiam ad diftas opiniones.
- 29 Declarat, quomòd fit explicandum, quòd tradit Baptiſte l. 1. num. 117. C. de Summa Trinitate.
- 30 Si maritus tranſeat in domicilium uxoris fponſe, utpote, quia elegit degere in Patria uxoris, non habeat locum decifio hujus text.
- 31 Exemplificat proximam illationem in Luſitana, qua contraxit cum Caſtellano, & conventum est, quòd eam non tranſferret in Hifpaniam.
- 32 Examinat relata per Cabedum decif. Luſitana 165. num. 2.
- 33 Declarat, quòd in prædicta decifione agebatur de milite Caſtellano, qui merebat ftipendia in Luſtania.
- 34 Miles cenfetur habere domicilium in loco, in quo ftipendia meret etiamſi ibi non habeat familiam, neq; majorem partem bonorum.
- 35 Ille qui habet domicilium in aliquo Regno, utitur Legibus privilegiis, & beneficiis conceſſis fubditis illius Regni, etiamſi aliàs forenfis fit.
- 36 Habens domicilium in aliquo Regno vel Civitate, dicitur effe fubditus illius Regni, vel Provinciæ, in qua habet domicilium.
- 37 Tradit in confirmationem tradita per Purpuratum l. 1. num. 142. Cod. de Summa Trinitate, & Cagnol. hic num. 6.
- 38 Miles non folum fortitur domicilium in loco, in quo meret, fed etiam cenfetur civis prædicti loci.
- 39 Forenfis qui aliqua ratione efficitur civis, gaudet omnibus beneficiis & prærogativis veris Civibus conceſſis.

- 40 Approbat dift. decif. Luſitanam, de qua num 32. & eam defendit.
- 41 Extremis contrahens matrimonium in Luſtania, efficitur incola, & vicinus illius Regni.
- 42 Declarat proximam refolutionem, quòd ex fole contractu matrimonii, maritus non confequitur naturalitatem, fivè incolatam, & vicinium in Regno, niſi ulterius in eo conſtituat domicilium, & onera ſubeat.
- 43 Leges Portugallie fuerunt condita pro vaſallis, & fubditis, & in eorum favorem.
- 44 Difte Leges nil pertinent ad Forenfes, & non fubditos, qui tacite videntur excluſi à prædictarum legum difpofitione.
- 45 Refert notabiliter tradita in hac materia per Parifium conf. 34. ftatutum à num. 14. lib. 1.
- 46 Forenfes & non fubditi, non gaudent beneficio ftatorum conditorum pro fubditis, & in eorum favorem.
- 47 Res per fe confiderantur, nec in eis poteft formari jurisdictio, fed tantum attenditur perfona, earum dominus.
- 48 Proximè difta maxime procedunt in ftatutis conceſſibus privilegium, vel favorem fubditis, nam non extenduntur ad forenfes, qui non funt fubditi jurisdictio ftatuentium.
- 49 Forenfis non ligatur prædictis ftatutis in fui præjudicium & pariter non debet uti ftatutis tendentibus in ejus favorem.
- 50 Propoſit consequentiam, & bene judicatum fuiſſe in decif. Luſitana 165. demonſtrat.
- 51 Refpondet ad rationes in contrarium adductas, & ad primam, de qua num. 34. tres assignat refponſiones.
- 52 Primam refponſionem assignat, & de ea latè agit.
- 53 Municeps ille dicitur, qui cum naturalibus ſubit onera & munera.
- 54 Concludit cum Bart. quòd favores præſtiti per Leges originales ſolum illos comprehendunt, qui ſubeunt onera, & munera.
- 55 Habitatione in bis terminis illud tantum operatur, ut poffit in eo conveniri tanquam domicilium habens, fed quoad alia tanquam forenfis confiderabitur.
- 56 Assignat fecundam refponſionem, & oſtendit, quo pacto quis continere debeat domicilium, ut beneficio ftatorum fruatur.
- 57 Probat militem de quo in d. decif. Luſitana, nunquam habuiſſe domicilium manendi in domicilio uxoris.
- 58 Quando conſtat, aliquem non habere animum, perpetuo manendi in loco, nunquam ulli tempore videtur in eo conſtituiſſe domicilium.
- 59 Probat etiam refponſionem arg. Judicis temporalis.
- 60 Probat item argumento officii ſecretarii.
- 61 Assignat tertiam refponſionem, & oſtendit domicilium, de quo fit mentio in dift. l. municeps §. final. non effe proprium, & verum, fed potius improprum & fictum.
- 62 Declarat quid fit proprium & verum domicilium.
- 63 Oſtendit in milite deſſe omnia illa, qua neceſſaria funt ad conſtituendum domicilium.
- 64 Quando fit mentio de domicilio, intelligitur de proprio vero & non de ficto.
- 65 Jura, qua loquuntur in milite, & dicunt habere domicilium, ubi merem ftipendium, loquuntur modo extraordinario, quòd ad jura loquentia ad domicilio ordinario applicari non poffunt.
- 66 Refpondet ad aliam objectionem de qua num. 38. & oſtendit diftam regulam, de qua ibi, reſtringendam effe ad ea, qua Civibus competunt fecundum jus commune, vel faltem præter jus commune, non utem quoad ea, qua conceduntur fubditi contra jus commune, & fic in privilegio & jure ſpeciali.
- 67 Adducit pro eadem parte doctriam Bart. l. fi maritus §. legis Julie, num. 1. ff. de adulter.
- 68 Tradit Ord. Portugall. lib. 4. tit. 46. effe contra jus commune & juris difpofitionem.

- 69 Impugnat limitationem, de qua num. 30. ex d. Bald. l. cum quedam post principium, supra de jurisdictione communi judicium.
- 70 Assignat resolutionem ad illam contrarietatem ex Dec. in d. l. cum quedam n. 9.
- 71 Declarat d. Bald. de quo proxime.
- 72 Maritus quoad jus attinet, censetur caput uxoris, atque ita magis videtur, quod ipse tradit domicilium uxoris, quam & e contra.
- 73 Rejicit proximam concordiam, & ostendit, esse extra terminos nostrae questionis.
- 74 Expendit iterum dictum Baldi, & qui in eo continentur declarat.
- 75 Resolvit, quod si maritus ita transfret in domicilium uxoris, quod nihilominus retineret proprium domicilium, non confusum in domicilio uxoris, tunc exactio dotis censetur collata in principalius domicilium.
- 76 Declarat quid dicendum, quando domicilia per omnia sint aequalia, & ibi exemplificat.
- 77 Resolvit, quod si dubium occurrat, an maritus habeat animum transferendi se in domicilium uxoris, vel eam transferendi ad suum domicilium, & postea fecerit id declarabitur.
- 78 Tradit rationem, cur, si agatur de petitione dotis promissa marito, & non soluta, debeat eam petere in loco contractus sive promissionis.
- 79 Refert Campesum contrarium tradentem.
- 80 Reprobatur dictum Campesii, eique respondet.
- 81 In omnibus respicientibus ipsum contractum matrimonii non autem dotis restitutionem, juxta regulam attendendus est locus, in quo contractus celebratur.
- 82 Si contractus mutui, vel alius similis casus fuit factus inter conjuges, observabitur locus contractus.
- 83 Eam, de dotali contractu quod conjux sit transitura domicilium mariti, rationem, in aliis contractibus non militare asserit.
- 84 Probat etiam non procedere, si dos sit restituenda extraneo, quia tempore restitutionis de ea restituenda cavet.
- 85 Item nec patri, si pater respulatur sibi dotem restitui soluto matrimonio.
- 86 Patet non procedat in matre dotante filiam, & stipulant in dotem sibi restitui soluto matrimonio.
- 87 Infert annotationem ad tradita per Fungos. num. 8.
- 88 In contractibus consideratur locus, in quo verba contractus prolata fuerunt, & non locus, in quem fuit collata solutio.
- 89 Tradit speciale esse in dote, ut non inspiciatur locus, in quo celebratus est contractus, sed in quem tacite vel expresse dotis exactio fuit collata.
- 90 Declarat auctor in quo sensu hanc specialitatem agnoscat.
- 91 Prosequitur declarationem praedictae specialitatis, & elegantem resolutionem assignat.
- 92 Movet difficultatem contra proximam resolutionem ex eo, quia videtur repugnare communi resolutioni supra relatam.
- 93 Amplectitur pro responsione difficultatis resolutionem, quam in hac materia proponit Soc. conf. 14. num. 5. lib. 4. quam hic exponit.
- 94 Expendit pro hac resolutione l. si fundus, infra de evictionibus.
- 95 Declarat, in quo loco peti possit lucrum dotis, de quo agit Bart. hic num. 1.
- 96 Ostendit in hoc text. nihil speciale contineri in dote, quod repugnet regulae l. si fundus infra de evict.
- 97 Sed potius casus est: omnino diversus.
- 98 Ideo si in loco contractus adsit statutum, quod ex pacto nudo detur actio, competit actio attentio statuto loci contractus.
- 99 Similiter, cum gabella solutio respiciat validitatem contractus ea solvenda erit in loco contractus.
- 110 Refert, quod qualiter verba contractus accipienda sint, locus contractus inspiciendus sit.
- 101 Et quoad respicientia corroborationem contractus inspiciatur locus ipsius contractus.
- 102 Ideo si statutum loci contractus obliget contrahentes prestare fidejussores, illos contrahentes tenebunt dare inspecto loco contractus.
- 103 Si agatur de respicientibus executionem contractus loco, in quem collata fuit solutio, pariter & quoad eam subjicietur statutis ejusdem loci.
- 104 Contractus, quoad respicientia formam & solemnitatem instrumenti dotalis, & pariter quoad respicientia substantiam obligationis.
- 105 Ad decisionem textus nostri infert, quod in contractu dotali inspiciatur locus.
- 106 Reddit differentiam inter locum in quem collata fuit executio, & locum contractus, rationem.
- 107 Unde jure retentionis, sive exceptionis non restituet eam partem dotis, quam praedicta statuta ei concedant propter supportata onera matrimonii.
- 108 Si expressum sit, quod restitutio fieret secundum statuta domicilii uxoris, non habebunt locum praedicta.
- 109 Refert dictum Bald. leg. 1. num. 5. C. ne filius pro patre, de quo dubitandum sensu.
- 110 In judiciis, & modo procedendi non attenditur locus contractus, sed potius locus iudicii.
- 111 Judicium & sententia assumunt initium in loco iudicii, ac ideo quoad ea attenditur locus, in quo exercentur.
- 112 In executione facienda observetur consuetudo loci, in quo fit.
- 113 Quando agitur de his, quae pertinent ad decisionem causae principalis, non attenditur locus iudicii, sed locus contractus.
- 114 Si statutum loci contractus respicit illius executionem, tunc non attenditur locus contractus, sed locus in quo petitur executio.
- 115 Refert in hac materia elegans dictum Angel. leg. si fundus num. 1. infra de evict.
- 116 Si fundus concedatur Italo in Germania, debet concessio feudi regulari secundum consuetudinem Germaniae.
- 117 Quando aliquid praestatur, debet praestari secundum consuetudinem loci, quo facienda est executio.
- 118 Testamentum factum Paduae, & insinatum Perusii, meretur executionem secundum statuta Perusii.
- 119 Declarat, quomodo procedat dictum Bald. de quo supra num. 108.
- 120 Tradit elegantem explanationem ad doctrinam Bart. hic num. 1. dum tenet, quod quando agitur de lucro dotis, debet attendi domicilium mariti, & locus contractus: quod dictum communiter recipitur.
- 121 Refert additionem supra dictorum Doctorum, qui addunt, id speciale est in dote, & quod in aliis contractibus magis locum habet decij. l. si fundus infra de evict.
- 122 Reprobat proximam additionem Doctorum.
- 123 Refert elegantem resolutionem Bald. in hac materia c. 1. §. final. n. 1. ad finem de invest. de re alien.
- 124 Tradit valere consequentiam in hac materia: quis sortitur forum in aliquo loco, ergo subjicietur statutis ejusdem loci.
- 125 Refert, qui contrarium tenent, imò non valere dictam consequentiam.
- 126 Assignat concordiam ad dictas opiniones, & declarat quo casu utraque procedat.
- 127 Assignat aliquas ampliationes ad doctrinam Bart. de qua supra ex Doctoribus ibi relatis, & ibi ea assignatur, ut procedat dicta doctrina, etiam si contractus dotis celebretur in loco, in quo non consistat domicilium mariti, neque uxoris.

- 128 Ampliat secundò principaliter procedere, etiam si maritus mutaverit prius domicilium, & illud transferit in locum, in quo non adsit statutum lucranda dotis.
- 129 Tradit, quod in hac materia attendendum est domicilium mariti, quod habebat tempore contractus dotalis, licet postea domicilium mutaverit.
- 130 Refert Salic. & alios contrarium tenentes.
- 131 Assignat concordiam ad dictas opiniones.
- 132 Tradit concordare cum proximò concordia leg. 24. tit. 11. part. 4.
- 133 Respondet ad rationes Salic. & ibi ad primam respondet.
- 134 Impleturum conditionis trahitur retro ad initium obligationis.
- 135 Respondet ad leg. si uxor, supra eodem, & ostendit eodem textum duas continere difficultates, & primam hic tradit.
- 136 Proponit secundam difficultatem.
- 137 Tradit responsionem Angel. ad primam difficultatem.
- 138 Rejicit dictam responsionem Ang. & veram assignat.
- 139 Tradit responsionem ad secundam difficultatem, & tradit intellectum Salic. ad illum text.
- 140 Rejicit praedictum intellectum Salic. & veriore responsionem assignat.
- 141 Tradit in presenti q. locum esse arbitrariae & habebitur respectus ad interesse mariti alibi solvens.
- 142 Declarat, quod si maritus in loco propriae originis uxorem duxit, & in alio habeat domicilium habitationis: dos subjacebit statutis loci habitationis.
- 143 Quando fit mentio de domicilio, simpliciter intelligitur de domicilio habitationis.
- 144 Refert contrariam opinionem, imò attendendum esse locum originis.
- 145 Tradit concordiam ad dictas opiniones, & quo casu procedant declarat.
- 146 Declarat, quod si uxor tempore conventionis ignorabat statutum domicilii mariti, quod ei debebat certam partem dotis, non habebit hoc casu maritus lucrum dotis in prejudicium uxoris non consentientis.
- 147 Refert contrariam opinionem, quam ut veriore sequitur.
- 148 Respondet ad rationes contrariae opinionis, & suam responsionem assignat Auzor.
- 149 Ad quod inductum est per legem, etiam in ignorantibus partibus locum obtinet.
- 150 Declarat casum in quo admitti possit opinio, de qua num. 146.
- 151 Assignat secundam limitationem ad hunc text. & de ea late agit.
- 152 Statutum non extendit vires suas ad res sitas extra territorium statuentium.
- 153 Refert Bald. & alios contrariam opinionem contra limitationem tenentes.
- 154 Pro concordia opinionem tradit differentiam, qua versatur, quando statuta disponunt circa personas, vel circa res.
- 155 Refert, cum subditi semper tales manent, neque quoad personas subditorum jurisdictionem statuentium circumscriptur territorio, valere statutum circa eos aliquod disponens etiam extra territorium degentes, dummodo de illis expressa fiat mentio.
- 156 Si tantum de subditis fiat mentio generalia non videtur intellectum de his, qui extra territorium degunt.
- 157 Statuentes solum quoad res sitas intra territorium statuere possunt.
- 158 Licet verba statuti sint generalia, vel universalis, non tamen comprehendunt res sitas extra territorium.
- 159 Licet statutum expressum faciat mentionem de rebus sitis extra territorium, tamen propter defectum jurisdictionis statuentium, minimè continebuntur sub eo.
- 160 Tradit esse receptum in hac materia, quod si conjuges habeant bona in diversis Regnis, bona sita in uno Regno regulabuntur secundum Leges illius Regni, & sita in alio Regno secundum illius Leges regulabuntur, quasi sint diversarum personarum.
- 161 Proxima conclusio procedit, sive verba statuti sint concepta in rem, sive in personam.
- 162 Infert explanationem ad decisionem Lusitanam supra relatam, & elegantem rationem assignat.
- 163 Tradit limitationem Bart. ad supra tradita.
- 164 Tradit effectus, qui resultare possent ex limitatione Bart.
- 165 Refert contrariam opinionem, imò si illud statutum sit favorabile, non comprehendat bona alibi sita extra territorium statuentium.
- 166 Adducit concordiam ad dictas opiniones, & distinguendo procedit, & communiter esse concordiam asserit.
- 167 Refert casum, in quo exemplo tradito à Bartolo de quo num. 163, maritus libere possit legare uxori, quicquid velit.
- 168 Declarat, quod pari ratione maritus poterit legare etiam bona existentia intra territorium statuentium.
- 169 Declarat etiam, statuta odiosa non comprehendere bona existentia extra territorium.
- 170 Tradit, quae dicantur in proposito statuta favorabilia, vel odiosa remissive.
- 171 Limitat ultimam conclusionem, si tantum sponsalia de futuro contracta sint inter illos conjuges.
- 172 Sponsa de futuro ante matrimonium non transit in domicilium mariti.
- 173 Tradit, si interim decedat sponsa, non fore locum lucro dotis delato per statutum.
- 174 Docet si contracta sint sponsalia de presentia, & tamen sponsa adhuc non sit ducta in domum mariti, nec per eum cognita, tamen censetur mutasse domicilium.
- 175 Addit, ut locus sit statuto de lucranda dote, non requiri, quod uxor sit traducta in domum viri, sed satis esse, habere maritum potestatem eam traducendi quando velit.
- 176 Ad consequendum praedictum lucrum dotis satis est, quod mulier sit ducta per verba de presenti, licet non sit cognita.
- 177 Refert, ubi prohibitio donandi facta inter conjuges, verificatur in sponsa ducta per verba de presenti.
- 178 Statutum prohibens maritum legare uxori, verificatur etiam in muliere ducta per verba de presenti.
- 179 Probat, quod statutum deferens lucrum dotis, tantum locum habet in matrimonio vero, non autem in putativo.
- 180 Examinat intellectum, quem glof. 1. hic assignat ad hunc textum.
- 181 Forum quis non sortitur in loco, in quo contractus redigitur in scriptis, sed tantum in loco, in quo conventio facta fuit inter Partes.
- 182 Proximam resolutionem impugnat elegantem rationem.
- 183 Defendit resolutionem, & ad rationem in contrarium adductam respondet.
- 184 Quando conventio jubetur scribi, non videtur de novo celebrari, sed commemoratur quasi jam celebrata, & ad ejus faciliorem probationem jubetur scribi.
- 185 Declarat proximam resolutionem, ut tantum procedat quando instrumentum est solius confessionis celebrati jam contractus.
- 186 Si scriptura requiritur pro substantia contractus Partes sortientur forum in loco, in quo fit scriptura.

HANC Legem utilem, & pulchram, & contra quam quilibet facile responderet, asserit Albertus, hic in principio. Et ex ea colligen-

- 2 colligendum est, quod licet quis recipiat dotem in domicilio uxoris, tamen non potest conveniri ad dotis restitutionem, nisi in proprio domicilio ipsius mariti. Concordat *l. 24. tit. 11. part. 4.* Contra quam tamen * conclusionem urget, quod in loco contractus quilibet conveniri potest, *leg. hares absens 41. supra eodem c. 1. §. contrahentes, de foro compet. in 6.* Ergo maritus debuit conveniri in loco, in quo dotem ab uxore accepit: Est enim * contractus dotis ex utraque parte * obligatorius, ut scilicet uxor dotem præstet, & maritus soluto matrimonio illam uxori restituat *leg. si duo Patroni §. Julian. infra de iurejurando leg. unica §. Et ut plenius Cod. de rei uxorie act.* Et augetur difficultas, quia licet * quando quis simpliciter contrahit, & nihil dixit de solutione facienda, non videatur promittere solvere in loco contractus, sed in loco, in quo fuerit petendum, *leg. vinum infra si certum petatur, & ibi notat Alexan. numer. 7. post Bart. leg. quod si Ephesi numer. 2. de eo qui certo loco.* Id tamen ita accipiendum est, ut * si nihilominus in loco contractus invenitur, possit cogi ad solvendum, *c. dilecti; de foro competentis, vel etiam in alio loco idoneo, in quo ex alia causa forum fortiatur leg. 1. cum glos. final. infra de eo qui certo loco, & tamen is textus probat, quod in loco, in quo contractus dotis fuerit celebratus; non possit cogi maritus ad dotis restitutionem, etiam si in eo loco invenitur.*
- 8 Ratio * autem dubitandi in obscuro est, nam Bart. Bald. & Angel. hic dicunt, speciale esse in dote, ut maritus in loco data dotis, & sic in loco contractus non possit conveniri ad dotis restitutionem, & ita etiam Bart. *leg. 1. numer. 17. Codic. de Summa Trinitate, & ibi Jason. 1. lectura. numer. 24. & 2. lect. numer. 60. & Baptif. numer. 114.* & hunc esse communem intellectum, asserit Felin. *c. 1. numer. 24. de sponsal. Bald. novellus de dote 9. part. speciali 18. Socin. conf. 14. numer. 5. libr. 4. Cassan. conf. 7. numer. 3. & uti veriore probat Afflic. decis. 226. numer. 9.* & hunc esse communem omnium intellectum, multis relatis, resolvit Covarruv. *de sponsal. 2. p. cap. 7. in princip. numer. 6. Matienſo l. 2. titul. 9. libr. 5. ordinam. glos. 1. numer. 69. & numer. 71. quibus adde Bald. leg. voluntas numer. 1. C. de fideicommiss. Riminald. conf. 30. n. 23. lib. 1. & n. 20. Alciat. respons. 55. à n. 5.*
- 9 Qui * tamen communis intellectus, nullo modo admitendus est; quia hæc dotis specialitas nulla probabilis ratione nititur, cum hoc non melior, sed longe deterior redderetur dotis conditio: quia uxor non posset convenire maritum in loco contractus dotis, quod tamen datis eisdem terminis, aliis omnibus conceditur, & ita adversus communem intellectum arguit Campes. *de dote 5. part. quest. 20. relinquens cogitandum, & hac eadem ratione à prædicto communi intellectu recesserunt Curt. Junior. hic numer. 3. Cagnol. numer. 2. & 6. Ant. rub. l. vinum. 136. infra si cert. pet. Robert. leg. 1. sentent. c. 4. Vass. consultat. 175. n. 5.*
- 10 Quamobrem * Angel. hic numer. 1. alium assignat intellectum, contendens, in hoc textu nullum speciale dotis continere, ideo enim in eo maritus non convenitur ad dotis restitutionem in loco contractus, quia uxor dando dotem videtur cum marito contrahere tanquam cum advena, & statim recessuro, & ideo merito in loco contractus non convenitur juxta regulam *leg. hares absens §. proinde supra eodem quem Angeli intellectum probant Paul. hic numer. 1. Jacobin. post princip. Curt. Jun. numer. 3. Cagnol. numer. 2. Felin. c. 1. numer. 24. de sponsalib. Dec. conf. 284. numer. 8. Anton. Gom. leg. Tauri 50. numer. 75. Roland. de lucro dotis quest. 12. numer. 3. quibus addendi sunt Cumanus conf. 110. numer. 3. An-*

dr. Sicul. conf. 4. col. 1. lib. 2. Curt. Jun. conf. 129. n. 5. & ante omnes fuit intellectus Jacob. de Raven. quem retulit Alber. hic nu. 3. & probant alii multi, quos refert & sequitur Valas. consultat. 175. à n. 7.

Sed † & hunc intellectum Angel. improbat Fulg. hic numer. 30 Constantinus Roger. de dote §. 20. nu. 6. Et merito quia is textus videtur constituit differentiam inter contractum dotis, & alios contractus, ut ex eo colligitur, ibi (*neque enim id genus contractus est*) & tamen juxta prædictum intellectum, inter contractum dotis, & alios contractus, nulla esset differentia, quia regula dicit. §. proinde, pariter in omnibus contractibus locum obtinet: Præterea divinare est, quod si in specie hujus text. maritus statim esset recessurus: potuit enim in domicilio uxoris longam moram trahere, quo casu certum est, quod quilibet in loco contractus conveniri potest, ut sentit dicit. §. proinde, & c. quod Clericis, de foro competentis, & ideo rejecto etiam prædicto intellectu, & alio novo Roberti lib. 1. sentent. cap. cap.

Verus † intellectus hujus textus est, quod mulier nubendo transit in domicilium mariti ita † ut † neque in loco antiqui domicilii, ver. originis possit conveniri: vel ad onera obligari *leg. final. §. item rescripserunt el. 2. infra ad municip. & ibi Bart. numer. 4. Bald. in rubr. col. 1. post principium infra solut. matrimonio Maria. cap. final. numer. 52. ad finem de foro competentis, Deci. leg. cum quadam num. 6. supra de jurisdictione omnium judicum, quibus adde Bald. leg. si uxorem, post principium, Cod. de conditio. insertis & leg. voluntas na. 7. Cod. de fideicommiss. declarando ut per Deci. leg. 1. numer. 2. Codic. unde vir. & uxor, & consil. 223. numer. 4. Unde licet non fuerit expressum, tamen tacite videtur conventum, & in domicilio mariti fieret dotis restitutio, & exactio, ad quod uxor ipsa transibat, & planè certum est, quod † ubi contrahitur in uno loco, & tacite vel expressum conferitur solutio in alium locum, non potest is conveniri in loco contractus, sed in loco, in quem fuit collata solutio *leg. 3. infra de bonis auth. Judicis possidendis, ex ratione legis contraxisse, infra de act. & oblig. quem intellectum præsentit glos. 2. hic in 2. intellectu, dum dicit, quod ideo restitutio dotis, petenda est in domicilio mariti, quia tacite in illud videtur collata, & sic in effectu in domicilio mariti videtur contraxisse allegat dicit. leg. contraxisse, quem intellectum probarunt antiqui, quos retulit Alber. hic nu. 3. & eundem eleganter comprobant Fulgos. hic numer. 7. & eundem admittunt Paul. hic numer. 1. Jacobin. post principium Curt. Jun. numer. 3. Cagnol. nu. 2. probat etiam Bald. c. 1. §. final. num. 1. de invest. de re aliena facta, Cuman. conf. 26. numer. 1. & conf. 72. numer. 1. Salic. l. 1. num. 6. Cod. de Summa Trinit. & ibi Baptif. numer. 114. Andr. Sicul. in rub. de consuetud. n. 50. Crotus leg. omnes Populi nu. 256. supra de justitia & jure Anton. Rub. leg. vinum n. 136. infra si cert. pet. Roland. de lucro dotis q. 12. n. 4. & 6. & alii relati per Matienſo leg. 2. titul. 9. lib. 5. ordin. glos. 1. numer. 68. adde Dec. conf. 19. col. final. ad medium Alex. conf. 100. nu. 9. lib. 3. & in effectu probat Valas. consultat. 175. numer. 7.**

Et * est advertendum, quod licet Doctores supra allegati, hanc responsionem conjungant cum responsione Angeli supra rejecta, tamen omnino distincta quedam sunt: quia intellectus Angeli, & ejus ratio non est vera, ut supra ostendimus. Et hæc † secunda verissima est, quam clarè insinuat is textus, dum dicit, ideo inspicendum esse domicilium mariti ad dotis restitutionem, quia in hoc genere contractus non oportet spectare locum in quo instrumentum, dotis confectum est: sed domicilium mariti, in quod scilicet uxor secundum natura-

turam matrimonii est transfura, & sic sentit specialitatem dotis in hoc consistere quod uxor tacite censetur conferre dotis exactioem in domicilium mariti, in quod ipsa (*juxta juris dispositionem*) erat transfura: & in quo etiam verisimiliter debeat dissolvi matrimonium, & consequenter agi de dotis restitutione, ut hic advertit Fulg. numer. 7. Cuman. conf. 72. numer. 1.

17 Juxta † quæ dicendum est, partim in isto textu contineri jus speciale, & partim jus commune sive generale. Speciale quidem: quia propter naturam matrimonii videtur tacite collata restitutio dotis in domicilium mariti: quia presumptione præhabita jus generale est, quod maritus non conveniatur in loco contractus, sed in loco, in quem videtur collata solutio, *acta l. contraxisse infra de act. & oblig. & est de mente Panormit. in c. 1. ad finem, de sponsal. & ibi Felin. n. 24. Marian. cap. dilecti col. penult. ad finem de foro competentis. Afflic. decis. 226. à n. 6. Dec. conf. 284. nu. 8. Alciat. l. 1. nu. 20. C. de Summa Trinitate, & ibi Baptif. numer. 114. Roger. de dote §. 20. numer. 7. Lariot. tract. de jure, & ejus speciebus, 5. Roland. de lucro doti. quest. 12. numer. 6. Quod & sentit Bart. hic, dum dicit, speciale esse in dote, quod maritus videatur promittere, quod restituet dotem in proprio domicilio, nam ex hoc sequetur, secundum regulam generalem, non posse conveniri in loco contractus, sed in loco domicilii, in quem tacite videtur collata dotis restitutio.*

18 Ex † quo intellectu ita explicato, & defenso infertur, quod si conventum esset, ut dotis exactio, & restitutio fieret in loco, in quo instrumentum dotale confectum est, non procederet is textus. quia expressum facit cessare tacitum, *l. cum ex filio §. 1. infra de vulgari, & ita Anton. c. 1. de sponsalibus, & ibi Felin. n. 30. Dec. conf. 284. col. fin. ad medium, & conf. 402. numer. 2. Curt. Jun. hic numer. 16. & Cagnol. numer. 22. Matienſo l. 2. tit. 9. lib. 5. ordin. glos. 1. n. 67. quibus adde Bal. conf. 31. statuto. n. 1. lib. 3. expresse dicentem decisionem hujus text. non habere locum, quando alius locus expressus est, in quo fieret dotis restitutio, quod & tenet Albe. 2. parte statutorum q. 8. in fine, Campes. de dote 5. parte. q. 20. numer. 2. in fine Andre. Sicul. conf. 4. col. 3. ad medium. libr. 2. & Crotus l. omnes populi numer. 261. supra de justitia, & jure, & pro illis est text. cap. 1. de sponsalibus, & l. hares absens §. proinde in princip. supra eodem. Unde merito Purpurat. l. 1. numer. 129. C. de Summa Trinitate, resolvit tex. non procedere, si dotis restitutio promissa est expressum in loco contractus, vel in loco, in quo uxor habet domicilium, quia in claris non est locus conjecturis.*

19 Cavendum † igitur erit à Baptif. l. 1. n. 115. & n. 118. C. de Summa Trinitate, asserente de mente Doctorum communiter esse; textum istum procedere speciali favore dotis, ita ut semper in loco domicilii mariti agendum sit de dotis restitutione: quantumcumque sit expressum, quod in loco contractus debeat agi de dotis restitutione, vel in loco, in quo uxor haberet domicilium. Idem enim confunditur ex supra traditis, & ideo Purpuratus ibi n. 129. contra Baptif. asserit, imo hanc ipsius declarationem esse contra mentem Doctorum. Nam licet dicant, textum istum procedere speciali favore dotis, tamen specialitas dotis in hoc consistit: quod * tacite videatur collata restitutio loci in domicilium mariti. Cum igitur expressum faciat cessare tacitum, si in contractu sit expressum contrarium, cessat prædicta presumptio, & consequenter dispositio hujus text. Ex † quibus pa-

10 Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

riter etiam videtur corruiere opinio Bald. hic ad finem, quod si maritus dotem promittat restituere in loco contractus, vel domicilii, vel ubicunque locorum, adhuc stabitur decisioni hujus textus, quia propter prædictam generalitatem, non videtur renunciatum dispositioni hujus textus, & consequenter non videtur renunciare maritus lucro dotis, quod secundum statutum proprii domicilii poterat obtinere: *subscribit Baptif. dicit. l. numer. 115. & defendit Purpurat. ibid. n. 129. & multis allegatis hanc esse communem opinionem asserit Rol. de lucro dotis q. 19. n. 2. Carolian. in memorabilib. verb. statuto præill. g. & Cagnol. hic n. 23.*

22 Cæterum † advertendum est, quod & id videtur confundi ex supra traditis. Cum enim dotis restitutio expressum in loco contractus, etiam promissa sit, nulla est ratio, ob quam magis debeat attendi domicilium mariti, quam locus contractus expressi, arg. l. Titium & Mevium §. 1. infra de administrat. tut. & cum in hoc casu propter expressum cesset ratio hujus text. debet etiam cessare ejus dispositio, ut hic advertit Curt. Jun. numer. 17. Neque † videtur satisfacere consideratio Ruin. conf. 58. n. 7. libr. 3. & Cagnol. hic numer. 23. quod in prædictis terminis cessat quidem ea presumptio, quod tacite videtur collata restitutio dotis in domicilium mariti, cum pariter fuerit expresse facta relatio ad locum contractus, & quod nihilominus lucrum dotis debet deferri marito, secundum statutum proprii domicilii, quia cum hoc lucrum à principio contractus dotalis videatur delatum, non debet videri renunciante: quia verba expressa necessario id non improtant. Pro qua consideratione * illud videtur facere, quia licet cesset tacite collata in domicilium mariti, tamen adhuc videtur militare ea ratio quam is textus in fine assignat, quod uxor transit in domicilium mariti, propter quam solam rationem Bart. hic numer. 4. communiter receptus * respectu lucri dotis concludit, quod respectu lucri dotis semper debeat haberi respectus ad domicilium mariti. ut advertit Bapt. l. 1. n. 119. C. de Summa Trinitate Roland. de lucro dotis q. 19. n. 6. late Socin. Jun. conf. 14. à n. 2. lib. 1.

26 Sed * non placet hæc consideratio, quia Jureconsultus hic in fine tantum expendit, quod tacite videtur collata dotis exactio in domicilium mariti, ut supra diximus. Cum igitur expressum faciat cessare tacitum, si expresse dictum sit, quod etiam in loco contractus fiet restitutio, cessat prædicta conjectura, & consequenter dispositio hujus text. arg. l. hares absens §. proinde in princ. supra eod. Neque est verum, quod Bart. hic numer. 1. contrarium sentiat. Loquitur * enim juxta terminos hujus text. quando ex eo, quod mulier transit in domicilium mariti, colligitur presumptio, quod tacite videatur collata exactio in domicilium mariti. Si igitur de contrario constet, magis sentit locum contractus esse attendendum, & non domicilii ipsius mariti, circa quod videndus est Corneus conf. 70. à n. 8. lib. 2.

28 Poterunt nihilominus * concordari opiniones, quod cum stante prædicta generali promissione, videatur promissum, quod solvet in loco idoneo, in quo fuerit inventus l. Titium & Mevium §. 1. infra de administratione tutorum, attendetur locus, quo maritus invenitur, & convenitur ad dotis restitutionem, & secundum statuta illius loci, in quem tacite videtur in his terminis collata exactio dotis, considerabitur, utrum sit locus lucro dotis, nec ne. Juxta * quod est explicandum id quod tradit Baptif. l. 1. numer. 17. C. de Summa

Z Trinitate,

Trinitate, quod si maritus alternatione promisit dotem restituere, vel in proprio domicilio, vel in loco contractus, adhuc procedet decisio hujus text. Ex enim proxime traditis, verius dicendum est, quod in electione uxoris erit, in quo loco agat, l. 3. infra de eo quod certo loco, & sic attenditur statutum loci quem elegit uxor ad repetendam dotem: facit in simili l. quod si fundus infra de fundo dotali.

Secundò principaliter ex supra dictis infertur, quod cum fundamentum decisionis hujus text. in eo consistat, quod ex eo, quod mulier sit transfutura in domiciliu mariti, in illud videtur collata dotis exactio, à cessante ratione, si maritus sponte transiit in domiciliu uxoris, utpote quia in patria uxoris elegit degere cum familia perpetuò, non habebit locum decisio hujus textus: sed potius considerabitur locus domicili uxoris, in quem voluit maritus transire, & ita Bald. l. final. num. 4. C. si à non compet. iudice, extollit Jacobin. hic num. 2. Curt. Jun. num. 10. Cagnol. numer. 13. Clemens sing. 66. Falon. l. 1. lecti. numero vigesimo septimo & 2. lectura numer. 62. C. de Summa Trinitate Dec. consil. 284. numer. 8. Casan. consil. 7. numer. 6. & asserit receptum Roger. à Mota l. bares absens §. 1. num. 113. supra eodem, Roland. de lucro dotis quest. 16. num. 2. Crotus l. omnes populi numer. 259. supra de iustitia & jure Covar. de sponsalibus 2. parte cap. 7. in principio num. 7. in fine Tiragu. in ll. connub. glos. 2. à numer. 45. Unde si Castellanus contraxit cum Lusitana; & conventum est, quod eam non transferret in Hispaniam satis clare constat, quod maritus perpetuò se transfuit in domiciliu uxoris & consequenter locus erit nostræ illationi, Valasc. consultat. 175. à num. 25, qui ibidem numero decimoquarto, fortius addit, quod si uxor traxit maritum à proprio domicilio in uxoris domiciliu satis etiam verificabitur nostra illatio, ex quibus

* dubia videtur reddi decisio Lusitana relata per Cabedum decis. 165. à numero 2. Nam cum Hispanus contraxisset matrimonium cum Lusitana Ulisipponensi, & cum ea degeret, mortua uxore conclusum fuit, non esse attendenda statuta Lusitanæ, sed potius statuta Regni Castellæ, in quo ipse habebat domiciliu, juxta supra tradita, & tere in terminis observat Riminaldus Senior consil. 30. num. 11. & num. 23. lib. 1. & Joannes Baptist. Plorus consil. 17. num. 15.

Hæc enim * decisio videtur confundi ex supra traditis, & quia in prædicta decisione agebatur de milite Castellano, qui * merebat stipendia in Lusitania: nam is censetur habere domiciliu in loco, in quo stipendia meret, l. municeps 23. §. final. ff. ad municipalem, etiam si non habeat familiam, neque majorem partem bonorum, ut ibi per glos. final. communiter receptam, & idem probat l. 2. tit. 24. partit. 4. notat Paul. Castrens. l. magisteria C. de jurisdictione omnium Judicum, Cardinal. capit. final. col. 2. post principium, de parochiis Felin. cap. dilectus o. 2. numer. 2. de rescriptis, & Matienço l. 1. titul. 4. libr. 5. ordinam. glos. 5. numer. 9. Si ergo habet domiciliu in loco, in quo meret stipendia, necessario consequitur, quod cum domiciliu videatur habere in Regno Portugallie, utetur legibus & consuetudinibus prædicti Regni: nam * ille, qui habet domiciliu in aliquo Regno, utitur privilegiis, & beneficiis concessis subditis illius Regni, etiam si alias forensis sit l. provinciales 188. ff. de verborum significatione, & merito quia * habens domiciliu in aliquo Regno, vel civitate dicitur esse civis, & subditus illius Regni, vel Provincie, in qua habet do-

miciliu, glos. cap. statutum §. cum vero verb. ejusdem de rescriptis in 6. prosequitur Deci. consil. 550. à n. 7. Ergo prædictus miles ratione domiciliu poterit uti privilegiis competentibus veris Portugalen-sibus.

Et in nostris terminis est decisio * Purpurati l. 1. 37. n. 142. C. de Summa Trinitate, & Cagnol. hic n. 6. concludentes, quod ubi maritus transfuit domiciliu in locum domicili uxoris, poterit uti commo-dis statutorum prædicti loci, neque repellatur ab acquirendo in prædicto territorio, neque ab aliis, quæ per statuta loci prohibita sunt forensibus: Cum enim ibi domiciliu habeat, non censetur forensis: & in casu omnino simili tradit Goza. consil. 49. n. 13. & n. 17. in fine, & Lancelotus Gallia ad statutum Alexandriæ 8. præfatione n. 48.

Et confirmatur, quia miles non solum fortitur domiciliu in loco, in quo meret ut dictum est, sed etiam censetur civis prædicti loci glos. 2. l. ci-ves C. de incolis lib. 10. Bart. l. 1. num. 13. ff. ad municip. Felinus cap. dilectus o. 2. numer. 2. de rescriptis, & forensis, qui * aliqua ratione efficitur civis, gaudet omnibus beneficiis & prærogativis, veris civibus concessis, ut probat dict. l. ci-ves, C. de incolis lib. 10. l. liberos C. de collat. l. 1. §. 1. ff. ad municip. ibi (nisi forte privilegio aliqui) & tradit Paris. consil. 71. à num. 4. lib. 1. Boerius decis. 13. num. 21. & in terminis in milite, vel Clerico, habente beneficiu, vel prælaturam in loco, quod quoad omnia censetur civis, concludit Cardinal. cap. final. ante num. 2. de parochiis.

Sed * his non obstantibus decisio Lusitana supra recitata mihi verior videtur, & in practica servanda, & pro fundamento præmittendum est, quod * licet exterius contrahens matrimonium in Lusitania efficiatur incolæ, & vicinus Regni, ut disponit Ordin. lib. 2. titul. 56. nove recopilationis, & leg. 2. tit. 24. partit. 4. Id tamen intelligendum est, cum Gregorio Lopez ibidem verb. porcajamento, quod * ex solo contractu matrimonii maritus, non consequitur naturalitatem sive incolatum, viciniam in Regno, nisi ulterius in eo constituat domiciliu, & onera subeat, ut est textus l. si in patria C. de incol. lib. 10.

Secundò * est præmittendum, quod leges Portugallie fuerunt conditæ pro vassallis & subditis, & in eorum favorem ut constat ex præmissis illarum legum, & in terminis circa leges Hispanie advertit Paris. consil. 12. à n. 8. lib. 3. Unde * nihil pertinent ad forenses, & non subditos, qui tacite videntur exclusi à prædictarum legum dispositione, quod quidem tradunt relati per Lancelotum Gallia ad statutum Alexandriæ præfatio, 8. à numer. 44. Unde notab. * idem Paris. consil. 34. statutum à n. 14. lib. 3. concludit, quod si quis non sit originarius Regni, neque ibi habeat domiciliu, & consequenter sit, & permaneat forensis, non poterit gaudere, neque uti beneficio statutorum Regni, asserens ita esse communiter receptum, & addens, quod nullo modo possit applicari mens statuentium, quod forenses debeant gaudere beneficio statutorum, quæ per eos condita fuerunt, in beneficiu subditorum, & ita de forensibus minime cogitarunt: quasi sibi non subditis, & nihil pertinentibus ad ipsos statuentes. Et sic * in hac materia pro regula constituitur, quod forenses & non subditi non gaudent beneficio statutorum conditorum pro subditis, & in eorum favorem Et licet Thesaurus decis. 106. n. 5. & decis. 123. n. 8. & num. 11. dicat post multos forenses admitti, saltem ad ea bona, quæ sunt in territorio itatuentium, & in nostris terminis idem resolvat Curtius

Jun. cons. 5. n. 42. vers. ad septimum. Tamen * contrarium est verius ex supradictis, & quia res per se non considerantur, neque in eis potest firmari jurisdictione, sed tantum attenditur persona earum dominus l. rescriptio §. final. in fine ff. de numer. & honorib. ex ratione l. iustissime infra de adlitione editto, & late resolvit Roland. consil. 24. nu. 17. libr. 2. Beroius cons. 60. à num. 18. libr. 2. & Lancel. Gallia ad statutum Alexandriæ præfatio, 8. à numer. 38. & sequenti, asserens ita esse magis receptum, quàm plures referens hoc tenentes, circa quod est videnda resolutio Alexand. consil. 44. num. 12. lib. 5. Alber. tractatu statutorum lib. 2. q. 9. & alii relati per Decium consil. 114. post principium. Quod * maxime procedit in statutis concedentibus privilegium, vel favorem subditis. Nam non extendentur ad forenses, vel ad alios, qui non sunt subditi jurisdictioni statuentium, ut post plures tradit Crotus l. omnes populi num. 244. ff. de iustitia, & jure. Et merito, quia * prout forensis non ligatur prædictis statutis in sui præjudicium, ex regula l. final. supra de jurisdictione omnium judicum. pariter nec debet uti statutis tendentibus in ejus favorem, juxta regulam l. secundum naturam ff. de regul. juris, & cap. qui sentit, de regul. juris, in 6. expresse Decius cons. 550. numero 8. Sed is miles, de quo agitur, neque erat originarius Regni, qui erat Castellanus, neque in Regno habebat domiciliu, ut statim probabimus in responsione ad rationes in contrarium adductas: Ergo * is non gaudebit dispositione legis consuetudinariæ, inducentis communionem bonorum inter subditos contrahentes matrimonium simpliciter in Lusitania Ordinatio. lib. 4. titul. 46. nove recopilationis, & deducitur ex recepta doctrina Bart. l. 1. num. 18. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab hi.

Neque * obstant rationes in contrarium. Nam ad primam, quod miles censetur habere domiciliu in loco, in quo stipendia meret, tres assignantur responsiones: Prima est, quod forensis * gaudeat statutis Regni non sufficit in Regno habere domiciliu, & habitationem, nisi onera & munera subeat: quæ imponuntur naturalibus Regni, nam * cum municipes dicantur, qui nobilitatem subeant onera, & munera l. 1. post principium ff. de municip. si aliqui domiciliu & * habitationem habeant in loco, & tamen non subeant onera, quoad favores præstitos per leges Regni originarius illius loci, non comprehenduntur in prædictis legibus vel statutis, vel elegantibus rationibus probat Bart. in tractatu repræsentationum §. 9. principali numero 1. Paul. Cast. l. omnes populi ad finem ff. de iustitia, & jure, quia aperte sentit quod ille, qui habitat in loco, si munera non subeat, censetur forensis, & ideo statutis favorabilibus loci gaudere non potest, ut expendit Ruinus consil. 100. num. 7. lib. 5. resolvens * quod habitatio in loco in his terminis, illud tantum operabitur, ut possit in eo conveniri tanquam domiciliu habens, juxta l. bares absens §. final. ff. de Judiciis, sed quoad alia tantum forensis considerabitur, quod etiam resolvit Lancelotus Gallia in tractatu ad statutum 8. præfatione num. 50. Sed is miles, de quo agitur in Regno, non subibat onera, neque jurisdictioni Regni volebat subijci, sed tanquam omnino exemptus à prædicta jurisdictione agebat: Ergo beneficiu statutorum gaudere minime potest, juxta supra tradita.

Item * secundò respondetur, quod ut habens domiciliu in loco, gaudeat privilegii loci oportet ita constituitur domiciliu in loco, ut ibi perpetuo maneat, nisi aliqua causa de novo superveniat

l. ci-ves Codic. de incolis lib. 10. Nam si tantum domiciliu ad tempus constituat, illud domiciliu non efficit, quod ipse beneficio statutorum fruatur. Ita in terminis Riminaldus Senior consil. 30. n. 9. lib. 1. & Paris. consil. 34. num. 22. lib. 3. & Salced. in adlitione ad practicum criminalem. Bernar. Diaz. cap. 54. num. 27. & elegantius ibidem num 55. Sed * is miles nunquam habuit animum perpetuo manendi, in domicilio uxoris, sed ad tempus, nisi per Principem in alium locum, vel Provinciam mutaretur. Ergo nunquam videtur habuisse domiciliu, respectu cuius posset frui beneficio statutorum Regni Portugallie, quod ita in terminis consuluit Aciacutus respons. 55. numero 9. Quod si Castellanus moratur in castro cum uxore & familia, etiam ultra decennium, non dicitur in castro constituisse domiciliu, quia * finito officio habet animum recedendi, & quando constat, quem non habere animum perpetuo manendi in loco, nunquam ullo tempore videtur in eo constituisse domiciliu, Bart. l. lex Cornelia §. si tantum num. 1. & ibi Angelus num. 7. ff. de injuriis, & Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 86. à num. 7. consonat resolutio Rogerii à Mota l. bares absens §. 1. num. 109. supra eodem, quod * si Judex temporalis sit in loco cum bonis & familia, tamen non dicitur in eo constituisse domiciliu, quia constat non habere animum perpetuo ibi manendi, sed recedendi finito officio, & diximus l. bares absens §. final. supra eodem. Unde consuluit Beroius consil. 60. à numero 22. lib. 2. quod * si quis accepit officium secretarii alijus ducis, nunquam censetur in eo loco constituisse domiciliu, quia ex natura officii temporalis constat, non habuisse animum perpetuo ibi manendi, quod etiam in simili & valde notabili casu considerat, & tradit Valascus consultatione 175. num. 25.

Tertiò * respondetur, quod domiciliu, cuius fit mentio in d. l. municeps §. final. ff. ad municipalem. non est proprium, & verum domiciliu, sed potius impropriu, & fictu, ut colligitur ex verbis illius ibi (videtur) & patet ex eo, quod * ut quis propriu, & verum, dicatur habere domiciliu, oportet, quod quis in loco habitet, & in eo habeat majorem partem fortunatum, eo proposito quod ibi sit perpetuo, nisi nova causa superveniat, ut est expressum l. ci-ves C. de incolis lib. 10. Felin. cap. dilectus 20. n. 10. de rescriptis, & in materia tradit Parisius consil. 34. à n. 21. lib. 3. & in terminis dict. l. municeps §. final. in eo * domicilio, non habebat miles majorem partem bonorum, ut ibi per glossam final. communiter receptam, neque etiam animum perpetuo in eo manendi, sed tantum dum stipendia meretur, ut colligitur ex mente illius textus & advertit Cardinal. cap. final. n. 261. ad finem de parochiis, ergo domiciliu impropriu, & fictu videtur habere. Porro * quando fit mentio domiciliu, intelligitur de proprio & vero, & non de improprio & ficto, l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. l. final. C. de his qui veniant aetatis impetra. notat Parisius consil. 34. num. 13. lib. 3.

Et * confirmatur, quia negari non potest illud domiciliu, saltem extraordinario modo introducti, unde de eo non debent intelligi jura de domicilio loquentia, quia intelliguntur de ordinariis, & non de extraordinariis, l. Scio. §. in dicio ff. de annis legatis, & docet glos. penult. Clement. 2. de offic. ordinarii, & ibi Cardinal. num. 13. Imol. num. 10. & Bonifacius numer. 8. & notat Panorm. cap. 1. numer. 3. de officio legati. Navar. cap. cum contingat 6. remedio ad finem de rescriptis. Ergo cessante vero domicilio & proprio, tanquam forensis, non debet gaudere beneficiis legum Regni.

66 Et ꝑ his etiam facile respondetur ad illud, quod obiectum est, quod prædicti censeantur cives, & consequenter gaudent omnibus beneficiis statutorum, quæ veris civibus competunt. *Cardinal. cap. final. ante numerum 1. de paroch. quia respondetur, id esse restringendum ad ea, quæ civibus competunt, secundum jus commune, vel saltem præter jus commune, non autem quoad ea, quæ conceduntur subditis contra jus commune, & sic in privilegium & jure speciali l. si filius & ibi Cyn. & Angel. C. de bonis proscriptorum l. cum patronus ff. de leg. 2. & ita eleganter Ruinus l. Gallus §. si ejus*

67 *num. 115. ff. de liber. & posthum. ad id multa jura inducens, cui addo Bart. l. si maritus §. legis Julia num. 1. ff. de adulteriis, concludentem, quod si alicui concedatur, ut si civis alicujus loci, & in omnibus tractetur, ut verus civis, intelligitur ea concessio, de his, quæ jure communi civibus competunt, vel etiam de illis, quæ civitas concordare potuit, non autem de his, quæ civibus competunt, contra jus commune ex speciali privilegio Principis. Nam hæc non videntur eis concessa inducens text. l. Codicillis §. final. ff. de leg. 2. & subscribit Socin. Junior. l. 1. n. 30. ff. de leg. 1. Borrius post alios*

68 *decisione 260. num. 33. Sed in isto casu id, quod disponit Ordinatio lib. 4. titul. 46. novæ recopilationis, quod inter conjuges bona efficiantur communia, est contra jus commune quod jubet dotem restitui uxori, & maritum nihil ex ea lucrari, l. 2. in principio ff. soluto matrimonio l. final. C. soluto matrimonio. Ergo dispositio illa, quæ advertebatur juri communi, & jure consuetudinario introducit in favorem & beneficium subditorum: non debet communicari forensibus, qui neque ratione originis, neque domiciliis veri, & proprii, sunt subditi, neque vasalli Regni.*

His ita explicatis ad perfectam explicationem limitationis supra assignatæ *numer. 30. ad decisionem hujus textus advertendum est: quod adversus illam nimis videtur urgere dictum Baldi l. cum quadam. post principium, supra de jurisdictione omnium Judicum, quod licet maritus transeat in domicilium uxoris, semper tamen videtur uxor sequi domicilium mariti, non autem maritus domicilium uxoris, cujus contrarietatis meminit Baptista l. 1. n. 121. ad finem C. de Summa Trinitate, & super ea reliquit cogitandum.*

70 Cæterum * Decius *diff. l. cum quadam num. 9. hanc contrarietatem dissolvit distinguendo, quod si maritus transivit in domicilium uxoris, animo ibi perpetuo manendi, procedit limitatio, quam defendimus. Si autem ad illud transivit ad tempus: ita ut postea eam transferat in proprium domicilium, procedet opinio Baldi supra relata, & ita etiam Felinus *cap. 2. num. 26. de sponsalibus Cagnol. hic num. 13. & diff. l. cum quadam num. 4. Cælian. in memorabilibus verb. dos repetitur & Roland. de lucro dotis q. 16. numer. 5. & in fin.**

71 Sed * verius est, quod Bald. *diff. l. cum quadam, post princip. supra de jurisdictione omnium Judicum, tantum dicit, quod licet maritus transeat sponte ad domicilium uxoris, tamen * quoad jus attinet, cum maritus censeatur caput uxoris, cap. ordo est 33. q. 5. magis ipse videtur trahere domicilium uxoris, quam è contra, ut etiam advertit Purpuratus l. 1. numer. 139. C. de Summa Trinitate, non tamen negat considerandum esse domicilium mariti, quod in his terminis confunditur cum domicilio uxoris, & sic magis dicitur esse domicilium mariti, quam uxoris, ut nos supra probavimus, & ibi videas.*

72 ad domicilium uxoris, tamen * quoad jus attinet, cum maritus censeatur caput uxoris, *cap. ordo est 33. q. 5. magis ipse videtur trahere domicilium uxoris, quam è contra, ut etiam advertit Purpuratus l. 1. numer. 139. C. de Summa Trinitate, non tamen negat considerandum esse domicilium mariti, quod in his terminis confunditur cum domicilio uxoris, & sic magis dicitur esse domicilium mariti, quam uxoris, ut nos supra probavimus, & ibi videas.*

73 Sed * non placet hæc concordia, quia est extra

terminos nostræ quæstionis. Si enim maritus transivit in domicilium uxoris, eo animo ut ibi perpetuo non maneret, sed ad tempus, non videtur ibi domicilium constituisse *l. cives C. de incolis lib. 10. Sed potius retinere antiquum Riminald. consil. 30. num. 9. lib. 1. ac ita in his terminis proculdubio locus erit decisioni hujus textus. Dubitatio igitur tantum potest locum habere, quando maritus ita transivit in domicilium uxoris, ut perpetuo ibi remaneret. Et in his terminis reperitur contrarietas supra relata.*

Circa quam concludendum est, quod ꝑ Bald. *74 diff. l. cum quadam, post principium, tantum dicit, quod licet maritus transeat sponte ad domicilium uxoris, tamen quoad jus attinet, cum maritus censeatur caput uxoris, cap. ordo est 33. quest. 5. magis ipse videtur contrahere domicilium uxoris, quam è contra, quod & considerat Purpurat. l. 1. numer. 139. C. de Summa Trinitate, non tamen negat, considerandum esse domicilium mariti, quod in his terminis confunditur cum domicilio uxoris, & sic magis dicitur esse domicilium mariti, quam uxoris.*

Quare ꝑ si maritus ita transiret in domicilium uxoris quod nihilominus retineret proprium domicilium, non confusum cum domicilio uxoris, juxta *l. ejus qui §. Celsus infra munic. & cap. 2. de sepult. lib. 6. tradit Marian. cap. final. numer. 21. de foro competent. & tunc exactio dotis censetur collata in principalis domicilium, argum. l. quaritur supra de statu hominum, & l. cum in diversis infra de religioſ. & sumptibus funerum, & l. 1. & ibi Bald. supra de officio præfecti Augustalis, & est de mente Bart. l. assumptio §. juris prudentibus infra ad municip. Ruin. consil. 58. numer. 8. lib. 3. Cagnol. hic num. 19. quod * domicilia per omnia sint æqualia, 76 ut quia sex mensibus in uno moratur, & aliis sex mensibus in alio, tunc videtur attendendum illud domicilium, in quo dissolvitur matrimonium, & incipit fieri locus dotis restitutioni, perinde ac si à principio in illud fuisset collata dotis restitutio, argum. cap. 2. de sepulture in 6. ad quem modum sunt explicandi Cuman. consil. 110. numer. 3. Felin. cap. 1. num. 28. de sponsal. Curt. Jun. hic numer. 12. Addendo * quod si à principio dubium sit, utrum maritus habuerit animum transferendi se in domicilium uxoris, vel eam transferendi ad suum domicilium, ex postea secutus id declarabitur. argum. l. 3. C. de natural. liber. & in specie Dec. consil. 184. num. 8. ver. vel actus Cagnol. hic num. 15. & l. cum quadam num. 4. supra de jurisdictione omnium. Judicum, Alcia. respons. 55. num. 2.*

Tertio ꝑ principaliter ex supra dictis inferitur, 78 quod si agatur de petitione dotis promissæ marito, & non solutæ, debet eam petere in loco contractus sive promissionis, quia respectu mariti in hoc casu, cessat ratio in hoc text. expressa. Neque enim attenda natura matrimonii ipse debet transire in domicilium uxoris, ac ita videtur observanda regula generalis *cap. 1. §. contrahentes de foro competent. in 6. & ita Alber. hic num. 2. Afflic. decis. 226. num. 70. Aymon. consil. 323. num. 3. & ampliat notab. Navar. consil. 4. num. 13. de constit.*

Sed * est advertendum, quod contrarium tanquam receptum tradit *Campes. de dote 5. p. q. 20. 79 n. 1. in fine, quia speciale est in dote, ut semper videatur collata dotis exactio in domicilium mariti, sed aperte fallitur, quia ea ratione dotis restitutio ꝑ videtur collata in domicilium mariti, quia ex natura matrimonii, uxor in illud debet transire. Cum igitur respectu promissionis factæ marito cesset ea ratio, observanda venit in hac causa regula*

gene.

81 generalis. Unde * generale est, quod in omnibus respicientibus ipsum contractum matrimonii, non autem dotis restitutionem, juxta regulam attendendus sit locus, in quo contractus celebratur, ut post *Jacob. de Raven. tradit. Alb. hic n. 3. Afflic. d. decis. 226. n. 7. Campes. de dote 5. p. q. 20. num. 3. & in notab. casu tradit Socin. consil. 247. n. 5. lib. 2. Quinimò * si ponas contractum mutui, vel alium similem fuisse factum inter conjuges, observabitur locus contractus, quia tunc etiam cessat hujus textus ratio, Alber. hic n. 3. Bald. in rub. C. de priviſ. dotis n. 3. Jaf. l. 1. in 1. lect. n. 28. & 2. lect. n. 63. C. de Summa Trinitate, quod clare sentit is textus, dum restringit se ad naturam contractus dotalis, quasi aliud sit in aliis contractibus celebratis inter conjuges.*

82 Neque dicas, etiam * in aliis contractibus, videri etiam militare rationem, quod conjux sit transitura in domicilium mariti, quia respondetur, eam tantum evincere id, quod in textu expressum est, quod restitutio dotis tacite videtur collata in domicilium mariti, quia verisimiliter ibi debet dissolvi matrimonium, & consequenter in eo debet agi de restitutione dotis, ut hic declarat *n. 1. quæ verisimilitudo cessat in aliis contractibus celebratis inter conjuges, ac proinde in illis non. ita recedendum à regula gen. rali l. hæres absens §. 1. supra eodem. Et pari ratione, si * dos sit restituenda extraneo, quia tempore dationis de ea restituenda sibi cavit, juxta *l. unicam §. accedit C. de rei uxoria actioni, non habebit locum hujus textus decis. quia cessat ratio supra assignata. Bald. in rub. n. 3. C. de privileg. doti. Felin. cap. 1. n. 27. de sponsalib. Crotus. l. omnes populi n. 260. supra de justitia, & jure, Boer. consil. 50. n. 20. & asserit receptum Roland. de lucro dotis q. 7. quicquid leviter dissentiat Curt. Jun. hic n. 11. & Cagnol. n. 17. Quinimò neque obtinebit locum hujus text. decisio, si * pater stipuletur sibi dotem restitui soluto matrimonio, iuxta *l. quoties 30. infra solut. matrim. & pariter non procedet * in matre dotante filiam, & stipulante dotem sibi soluto matrimonio, Purpurat. l. 1. n. 146. C. de Summa Trinitate.***

83 Quarto * principaliter ex supra traditis inferitur annotatio, ad tradita hic per *Fulgos. n. 8. dum tradit, quod licet in contractibus consideretur * locus, in quo verba contractus prolata fuerunt, & non locus, in quem fuit collata solutio l. si fundus inf. de evict. Bart. l. 1. n. 16. C. de Summa Trinitate, Panor. cap. final. n. 30. de foro compet. Cuman. consil. 26. n. 1. & consil. 72. n. 2. Felin. cap. 1. n. 23. d. sponsalib. Decius l. si convenerit nu. 23. supra de jurisd. omnium Judicum, Cassan. consil. 7. n. 2. Tamen ꝑ speciale est in dote quoad illam subjiendum statuti loci, non consideratur locus, in quo celebratus est contractus, sed locus, in quem dotis exactio tacite vel expressim fuit collata, ut probat is textus adjoineda doctrina Bart. hic n. 1. quam etiam dotis specialitatem agnoscit Bart. l. 1. n. 17. C. de Summa Trin. & ibi Bapt. n. 14. Cum. ubi supra & esse receptum per Doctores asserit Marian. cap. dilecti col. penult. ad finem de foro comp. Fel. cap. 1. n. 24. de sponsal. Rochus c. fin. de consuet. sect. 9. alias q. 12. n. 4. & n. 45. Cassan. consil. 7. nu. 3. Dec. consil. 19. col. ult. ad medium Martengo l. 2. tit. 9. l. 5. ordin. gl. 1. n. 70.*

84 Est * tamen advertendum, quod ego hanc specialitatem agnosco in hoc sensu, quod licet in contractibus celebratis inter conjuges, non videatur collata solutio in alium locum, nisi exprimat, ac proinde semper in his contractibus inspiciatur locus ipsius contractus, tamen specialiter est in contractu dotis, ut exactio dotis videatur collata in domicilium mariti propter rationem supra assignatam, quæ stante præsumptione generale est, ut non spectetur locus contractus, sed potius locus, in quem fuit collata solutio *l. 3. inf. de bonis ant. judicis, & l. contraxisse infra de actio. & obligat.*

Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis,

Si igitur prædictis * adjungas doctrinam Bart. hic *n. 1. quod contractus dotalis regulatur secundum statuta domicili mariti, illud utique colliges, quod quando exactio dotis censetur collata in alium locum, quoad subjiendum contractum statuti loci, non debet attendi locus, in quo verba contractus fuerunt prolata, sed locus, in quem censeatur collata solutio, ut advertit Roger. de dote §. 20. & pro constanti præsupponit Lariot. tract. de jure, & ejus partib. axiom. 52. Quod * tamen prima facie aperte videtur repugnare communi traditioni supra relate & quamvis Cagnol. hic n. 7. & Andr. Sicul. in rub. n. 54. de consuet. huic difficultati conetur satisfacere, tamen magis videtur impugnare communem traditionem, quam defendere. Et * ideo pro vera responsione, amplectenda est resolutio, quam ex mente Doctorum in hac materia proponit Socin. consil. 14. n. 5. lib. 4. quod in respicientibus formam, vel solemnitatem contractus, item in respicientibus obligationem contrahentium, & illius corroboracionem inspiciatur locus, in quo verba contractus fuerunt prolata, etiam si traditio, vel solutio in alium locum * fuerit collata. Id quod probat *l. si fundus infra de evict. intelligendo, quando fundus venditus non erat situs in loco, in quo fuit celebrata venditio, quo casu cetum est quod solutio sive traditio, non poterat fieri in loco contractus, sed in loco, in quo fundus erat situs l. cum res infra de leg. 1. & nihilominus quoad supra relata probat ille text. locum contractus esse inspiciendum, prout intellexit Bar. l. 1. n. 16. C. de Summa Trinit. Andr. Sicul. in rub. n. 48. de consuetud. Jacobin. l. non solum nu. 2. supra de jure dotium, Campes. de dote 5. p. q. 20. n. 1. Soc. consil. 247. n. 6. lib. 2. Cæterum quoad ea quæ respiciunt executionem contractus celebrati, inspiciendus est locus, in quem fuit collata solutio, cum & ipsa solutio executionem in se includat, l. contraxisse, infra de act. & oblig. Et ita in his terminis procedit is textus.**

Juxta ꝑ hanc igitur resolutionem, considerandum *95 est, quod lucrum dotis, quod ex statuto deferretur marito de quo agit Bart. hic n. 1. cum proprie non respiciat formam, vel solemnitatem contractus, vel etiam obligationem mariti, quia obligatio mariti consistit in dote restituenda, post solum matrimonium magis ergo respicit executionem prædictæ obligationis, ut propter statutum non restituatur in solidum, sed partem illius possit retinere, ut in simili notatur l. maricum infra soluto matrimonio. Cum igitur hoc magis videatur respicere executionem obligationis: merito consideratur locus, in quem videtur collata dotis restitutio, ut advertit Panor. mit. c. 1. n. 11. de sponsal. & ibi Felin. n. 24. asserit Doctores communiter idem sentire, & eos probavimus l. hæres absens §. proinde supra eodem, & in simili observat Oldrad. consil. 168. n. 1. Alex. consil. 21. n. 3. lib. 2.*

Ex * quibus ita resolutis, manifeste constat, in hoc textu nihil speciale contineri in dote, quod repugnet regulæ *l. si fundus infra de evict. sed potius * casus esse omnimò diversos, nam juxta regulam d. l. si fundus, videbatur dicendum, quod licet solutio dotis censeatur collata in domicilium mariti tamen nihilominus quoad formam, & solemnitatem contractus, attendetur locus, in quo contractus in veritate celebratus est l. 2. C. quemadmodum rest. asperian. Bart. l. 1. n. 14. C. de Summa Trinitate Alex. consil. 130. nu. 15. lib. 3. Ant. Gom. l. Tauri 3. n. 20. Item & quoad essentiam obligationis, Socin. consil. 79. num. 17. lib. 4. & consil. 247. n. 5. Et * ideo si in loco contractus adhit statutum, 98 quod ex pacto nudo detur actio, competet actio, ac tunc statuto loci contractus, ut post alios probat Andr. ab E. ea de part. n. 49. & ante eum Baptista l. 1. n. 11. C. de Summa Trinitate. Similiter * cum gabbella solutio, respiciat validitatem contractus, ea solvenda e.*

Z 3

rit

rit in loco contractus, Bald. l. unica n. 3. C. ubi conve-
niatur qui certo loco, & diximus d. §. proinde ſimiliter:
qualiter* verba contractus accipienda ſint, locus con-
tractus inſpiciendus eſt, cum hoc etiam pertineat ad
efficaciam obligationis, Bart. l. ſemper in ſtipulationi-
bus n. 2. infra de reg. jur. Bapt. d. l. 1. n. 112. C. de Sum-
ma Trin. Soc. conf. 247. n. 5. li. 2. Pariter & quod quoad
101 * reſpicientia corroboracionem contractus inſpicitur
locus ipſius contractus, ut clare probat d. l. ſi fundus,
102 & * ideo ſi ſtatutum loci contractus, obliget contra-
hentes præſtare fidejuſſores, illos contrahentes tene-
bunt dare inſpecto loco contractus, Baptiſt. d. l. 1. n.
111. C. de Summa Trinit. Cæterum * ſi agatur de reſ-
picientibus executionem contractus, prout tunc vi-
detur fortiri forum in loco, in quem collata fuit ſolu-
tio d. l. contraxiſſe, pariter & quoad eam ſubjicietur ſta-
tutus ejuſdem loci, Bart. hic n. 1. communiter receptus.
104 Unde * inſerendo ad deciſionem noſtri textus
dicendum eſt, quòd in contractu dotali, inſpicitur
locus contractus quoad reſpicientia formam,
& ſolemnitatem instrumenti dotalis, & pariter
quoad reſpicientia ſubſtantiam obligationis: nam
mero jure tenebatur maritus reſtituere integram
dotem, quam accepit l. ſu. C. de ſolut. matrim. & ta-
men virtute ſtatuti proprii domicilii retinebit par-
tem dotis. Nam cum hoc reſpiciat executionem o-
bligationis collate in domicilium mariti, attende-
tur locus in quem collata fuit executio, & non lo-
cus domicilii, & eſt de mente Panorm. c. 1. n. 11. de
ſponſalib. quomodo ſunt intelligendi, & interpretan-
di Doctores, quos ibi reſert Felin. n. 24. Et ratio*
105 hujus differentiæ eſt. Nam cum ex contractu ſta-
tutum oriatur obligatio l. licet §. ea obligatio ſupra de
procurat. merito quoad reſpicientia ipſam obliga-
tionem, & illius efficaciam attenditur locus contra-
ctus d. l. ſi fundus. Sed quia partes conferendo ſolu-
tionem in alium locum videntur velle, quòd in
pertinentibus ad ſolutionem, & conſequenter
ad contractus executionem, attendatur locus
in quem collata fuit ſolutio, merito quoad reſpi-
cientia executionem attenditur locus, in quem
collata fuit ſolutio, & conſequenter ſtatuta ejuſ-
dem loci. Quare licet attento loco contractus, ma-
ritus ſit obligatus inſolidum ad dotis reſtitutionem,
tamen conferendo ſolutionem in alium locum de
mente partium eſſe videtur, ut conſiderentur ſta-
tuta illius loci aliquid diſponentia circa dotis reſ-
titutionem. Unde * jure retentionis, ſive exceptio-
nis non reſtituet eam partem dotis, quam prædi-
cta ſtatuta ei concedunt propter ſupportata one-
ra matrimonii, ut colliges ex Ang. l. ſi fundus n.
2. ad finem infra de evictio. Panorm. c. 1. n. 11. de ſponſal.
107 Et * ad hunc modum eſt explicandus Fulg. hic in fine.
Quare ſi expreſſum ſit, quòd reſtitutio dotis fieret ſe-
cundum ſtatuta domicilii uxoris, non habebat lo-
cum prædicta, quia expreſſum facit ceſſare tacitum
quod probat c. 1. de ſponſ. tradit Andr. Sicul. conſil. 4.
c. 3. ad medium l. 2. Crot. l. omnes populi n. 261. ſupr. de
juſt. & jure, ac ita & videtur renunciari deciſio hujus
tex. juxta regulam l. pen. C. de pactis Val. conſult. 175.
n. 19. Ampliando ut per eundem ibidem n. 26.
108 Et * ex his dubium videtur reddi dictum Baldi
l. 1. num. 5. C. ne filius pro patre, quòd ſi in loco,
in quo petitur executio instrumenti, ſtatutum di-
cat, nullam admitti exceptionem, ad retardandam
instrumenti executionem, nihilominus opponi po-
terit inſpecto loco, in quo celebratus fuit con-
tractus, quia quod opponi non poſſit exceptio ad-
verſus instrumentum, pertinet ad efficaciam obli-
gationis, & ideo debet attendi locus celebrati
contractus juxta ſupra reſoluta, ſubſcribit Bapt. l.
1. n. 111. ad finem C. de Summa Trinitat. Roch. final.

de conſuetudine ſect. 9. num. 45. His * enim repug-
nat, quòd in Judiciis, & modo procedendi in illis,
non attenditur locus contractus, ſed potius lo-
cus Judicii, l. 3. §. ſu. ſupr. de teſtibus l. 1. §.
ſupr. de uſur. Bart. recept. l. 1. n. 15. C. de Summa
Trinitate Marian. c. dilecti n. 47. de foro compet. Et
eſt ratio, quia cum Judicium, & ſententia affu-
110 mant initium in loco Judicii, mentio quoad illa
attenditur locus, in quo illa exercentur, ut adver-
tit Cuman. conſil. 141. n. 2. Ergo pariter debet at-
tendi locus, in quo petitur executio instrumenti, &
in ſpecie eſt deciſio ejuſdem Curt. conſil. 285. caſus
ad finem lib. 2. quòd in executione faciendâ obſer-
vatur conſuetudo* loci, in quo fit, allegat. l. miſſi
opinatores C. de exec. tribut. lib. 10. & tradit idem
Bald. l. unica in fine C. de conſeſſ. ſubſcribit Bapt. d. l.
1. n. 113. C. de Summa Trinitate, Roch. c. final. de
conſuet. ſect. 9. n. 9.
Sed * pro concordia harum opinionum reſolven-
113 dum eſt, quòd aut ſtatutum loci, in quo petitur
executio, reſpiciat vim & efficaciam obligationis,
& tunc attenditur ſtatutum loci, in quo fuit cele-
bratus contractus l. ſi fundus infra de evictio. & ideo
pro regula conſtituitur, quòd ſi agatur ¶ de his,
113 quæ pertinent ad deciſionem cauſæ principalis,
non attenditur locus Judicii, ſed locus contractus
cum deciſio cauſæ pendeat ab obligatione & effica-
cia illius, & ideo merito attenditur locus contrac-
tus, juxta ſupra tradita, & docet Bar. l. 1. nu. 16.
& ibi Jaf. 1. lect. n. 22. C. de Summa Trinit. Alex.
conſ. 37. n. 7. lib. 2. Corneus conſ. 232. n. 5. lib. 4.
Socin. conſ. 79. n. 16. l. 4. Ant. Gom. l. Tauri 3. n. 20.
Sed * ſi ſtatutum loci contractus reſpiciat illius
114 executionem, tunc non attenditur locus contractus,
ſed potius locus, in quo petitur executio. Nam
de mente partium eſſe videtur, ut quoad execu-
tionem inſpiciantur ſtatuta loci, in quo de ipſa ex-
ecutione agitur, Aug. l. ſi fundus numer. 2. infr. de
execut. reſolvens, quòd * in executione, quæ fit
115 ex mero judicis officio, debet conſiderari ſtatutum
loci, in quo fit executio, inſerens, quòd ſi in loco
contractus eſt ſtatutum, quòd non ſolvens debitum
capiatur, & in loco executionis eſt ſtatutum con-
trarium: attendatur ſtatutum loci, in quo fit executio.
ſubſcribit Soares l. poſt rem Judicatum §. q. poſt leg. m.
Regni n. 27. infr. de re judicata, quòd etiam ſentit
Bald. l. unica in fine C. de conſeſſ. & late probat Bene-
dictus de Barzis tract. de Garentig. q. 8. conſonat tra-
ditio Bald. de pace conſtantia ad finem, verb. ſi qua
controversia in fine, quòd * ſi feudum concedatur
116 Italo in Germania, debet conſeſſio feudi regulari
ſecundum conſuetudinem Germaniæ & Greg. l. 14.
tit. 11. part. 4. gl. 2. ad finem, tradit quòd ¶ quando
aliquid præſtatur, debet præſtari ſecundum con-
ſuetudinem loci, in quo res eſt tradenda, & con-
ſequenter faciendâ eſt executio. Conſonat etiam
deciſio ejuſdem Bald. l. ultim. notabili C. quando teſ-
tamenta aperiantur, quòd * teſtamentum factum
118 Paduæ & inſinuatum Peruſii meretur executionem
ſecundum ſtatuta Peruſii, quia vires aſſumit im-
mediate ex inſinuatione, quæ fit in foro Peruſino.
Juxta * quæ dicendum eſt, quòd ſtan e ſtatuto,
119 quòd contra instrumentum, nulla operatur excep-
tio, non attenditur locus executionis, ſed atten-
detur locus contractus, quia hoc pertinet ad effica-
ciam obligationis, & conſequenter ad deciſionem
cauſæ. Et ita procedit dictum Bald. l. 1. n. 5. C. ne
filius pro patre ſed ſtante ſtatuto, quòd intru-
mentum habeat executionem paratam, quia hoc
magis pertinet ad executionem faciliorem, non
attenditur locus contractus, ſed potius locus, in
quo agitur de executione, juxta ſupra reſoluta,
& tradit

& tradit Bald. l. unica in fine C. de conſeſſ. & late Bene-
dictus de Barzis tract. de Garentigia q. 8.
120 Item * ex prædictis inferitur elegans explicatio
ad doctrinam Bar. hic num. 1. dum tenet, quòd
quando agitur de lucro dotis, debet attendi, locus
domicilii mariti, & non locus, in quo contractus
dotis fuit celebratus, & eſt recepta ſententia ex
Marian. cap. dilecti col. ſu. de foro compet. Alex. conſ.
100. n. 8. lib. 3. Cogn. hic n. 4. Catelian. in memora-
bil. verb. dos reperitur. Purpurat. l. 1. n. 118. C. de
Summa Trinit. Curt. Jun. conſ. 129. n. 5. Deciſ. conſ.
19. n. Crotus l. omnes populi n. 256. ſupr. de juſtit. &
jure, Andr. Sicul. conſ. 4. col. 1. ad finem l. 2. Alciat.
reſponſ. 55. n. 13. Socin. Jun. conſ. 14. n. 8. lib. 1. Co-
var. de ſponſ. 2. parte c. 7. in princip. n. 7. Tirac. in l.
connubial gl. 2. n. 45. Valaſc. conſult. 175. n. 20. quem
vide ibi nu. 26. addit tamen Bart. & aliquos ex al-
liis ſupra citatis id ſpeciale eſſe in dote. In aliis enim
contractibus magis locum habet deciſio l. ſi fundus
infra de evictio.
121 Sed ¶ ex ſupra traditis verius reſolvendum eſt,
dictum quidem Bart. verum eſſe in ſe. Nam cum do-
tis exactio tacite videatur collata in domicilium
mariti, merito attenditur ſtatutum domicilii ma-
riti, ſed ¶ dum dicunt, aliud obſervari in quibus-
cunque aliis contractibus aperte falluntur: quia
imò datis ejuſdem terminis, deciſio hujus textus
etiam in aliis contractibus obtinebit: Nam prout
in hoc text. attenditur domicilium mariti, quia
ex natura dotis, ejus exactio tacite videtur col-
lata in domicilium mariti: ſic pariter in aliis con-
tractibus in quibus tacite vel expreſſum, in alium
locum fuerit collata ſolutio, attendentur ſtatu-
ta loci, in quem fuit collata ſolutio, ut ſupra
123 probavimus. Et * ideo Bald. cap. 1. §. final. num.
1. ad finem de inveſtit. de re aliena facta, tradit,
quòd in reſpicientibus initium contractus & o-
bligationis, attenditur locus contractus, eſti
in alium locum videatur collata ſolutio, l. ſi
fundus infra de evictio. In reſpicientibus autem
executionem contractibus attendetur locus, in
quo de executione agendum eſt. Et ſatis colligitur
ex commune reſolutione, quam reſert Socin. conſ.
124 14. num. 5. lib. 4. & nos ſupra probavimus. Et ¶ ad-
vertes Bart. hic n. 1. aperte velle, valere confe-
quentiam in hac materia, quæ ſortitur forum in ali-
quo loco. ergo ſubjicietur ſtatuta ejuſdem loci, quam
conſequentiam admittunt etiam Innocent. & Ant. in
rub. de conſuetudine, Alex. conſ. 150. n. 13. lib. 2. De-
ci. 284. n. 9. Cagnol. hic n. 4. & n. 12. Riminal. conſ.
50. n. 2. lib. 1. Alciat. reſponſ. 55. n. 3.
125 Contrarium * tamen, imò non valere prædictam
conſequentiam, contendunt Ruyn. conſ. 58. n. 7.
lib. 5. Roland. de lucro dotis quaſt. 15. à n. 4. multas
aſſignant instantias, ita ut Deci. l. ſi convenerit n.
32. ſupra de jurisdictione omnium Judicium aſſeruerit,
quòd licet quis fortiatu forum in loco, in quem
126 fuerit collata ſolutio, l. contraxiſſe infra de actio. &
oblig. tamen non ſubjicietur ſtatuta ejuſdem loci,
ſed concordandæ ſunt opiniones, ut valida fit præ-
dicta conſequentia. Quis ſortitur forum in aliquo lo-
co, ergo ſubjicietur prædicti loci ſtatuta. Et ideo in
reſpicientibus exactioem, attendatur locus, in
quem fuit collata ſolutio, & ejuſdem loci ſtatu-
tis pars ſubjicietur. Bart. hic num. 1. Sed in reſpi-
cientibus initium contractus, vel obligationis,
cum attendatur tempus contractus, l. ſi fundus in-
fra de evictio & ſup. diximus, ſubjicietur ſtatuta
ejuſdem loci, ut etiam ſup. a tradidimus.
127 Defenſa * igitur ita doctrina Bart. eam ampliabis
cum Cæſare de Urſillis in additionibus ad deciſ. Afflic.
deciſ. 226. num. 1. & alio modo per Francicum

de Ponte conſ. 35. à n. 3. item ampliabis procedere,
etiamſi contractus dotis celebratur in loco,
in quo non conſultat domicilium mariti, neque u-
xoris: nam adhuc procedet prædicta conſeſſio,
quia militat ratio, de qua ſupra, & ita Cagn. hic
n. 30. qui ex hoc reprobat Purpurat. contrarium
tenentem leg. 1. n. 145. verſ. 2. decl. rabis C. de Sum-
ma Trinitate, ſed immerito eum reprehendit, quia
imò Purpuratus bene expenſus ſentit idem, quòd
expreſſit Cagnol. ut advertit Roland. de lucro dotis
quaſt. 23.
Amplia * ſecundò principaliter procedere, etiam-
128 ſi maritus mutaverit prius domicilium, & illud
tranſulerit in locum, in quo non adſit ſtatutum
lucrandæ dotis: nam nihilominus juxta ſtatutum
loci, quòd vigeat in loco domicilii mariti, dum
fuit contractum matrimonium, dotem lucrabitur.
Nam cum attento eo tempore jus lucrandi fuerit
quaſitum marito, ex eo quòd poſtea evenit, ei
tollì non debuit, argum. l. vero procuratori, infra de
ſolutionib. & ita Anton. & Panormitan. uterque in
fine cap. 1. de ſponſalibus, Marian. cap. dilecti col. final.
de foro compet. & hanc eſſe receptam opinionem
multis relatis aſſerit Cagn. hic nu. 9. Crotus in l. om-
nes populi n. 262. ſupra de juſtitia & jure Roland. de
lucro dotis quaſt. 21. n. 3. Martiengo l. 2. tit. 9. lib. 5. Or-
dinat. gloſ. 1. n. 71. & Riminal. conſ. 30. n. 12. lib. 1.
Ex ¶ quorum mente colligitur, quòd in hac ma-
129 teria attendendum eſt domicilium mariti, quòd ha-
bebat tempore contractus dotalis: nam licet poſtea
illud domicilium mutaverit, jus ei quaſitum
ratione primi domicilii, non tollitur, ſed illud re-
tinet, Valaſc. conſult. 171. n. 13. & ſubſcribit Petr.
Gregor. c. 1. n. 92. ante finem de ſponſal. Pallat. repet.
rubr. §. 62. n. 31. ante finem. Contrarium tamen
tenet Salycet. leg. prima n. 6. C. de Summa Trinitate,
quia debet * videri collata ſolutio in illud domici-
130 lium, in quo caſus reſtituendæ dotis verſificetur,
& idem tenet Deci. conſ. 283. col. ult. ver. 7. ubi
ad hoc allegat l. ſi uxor, cum ibi notati per Ange-
lum, & Paulum infr. eod.
Pro * concordia dicendum eſt, quòd ſi maritus
131 decreverat uxorem transferre in domicilium pro-
prium, quòd ita conſtituerat, ut in eo perpetuo de-
geret, juxta l. cives C. de incolis, lib. 10. quamvis
poſtea ex aliqua cauſa de novo ſuperveniente illud
tranſtulit, procedet prima opinio: ſi autem vole-
bat transferre uxorem ad domicilium, quòd ad
tempus conſtituerat, ſi illud poſtea tranſferat in
alium locum, in quo perpetuo ſit remanſurus, pro-
cedat opinio Salycet. & ita ¶ opiniones videtur con-
132 cordare, l. 24. tit. 11. partit. 4. quam ita intellegit,
& interpretatur Gregor. ibi in glo. 1. colum. 2. poſt
Soar. tit. de las ganancias num. 43. Fallat. aſſerens
ita ſæpius viditſe judicatum rep. rub. §. 55. n. 12.
Covar. de ſponſal. 2. parte cap. 7. in principio, nu. 8.
Simanc. in cathol. Juſt. tit. 9. num. 155. & poſt alios
Martiengo l. 2. tit. 9. l. 5. ordin. gl. 1. n. 73. & novif-
ſime Cervantes l. 6. tauri n. 107. quicquid contra-
dicat. Anton. Gom. l. Tauri 50. n. 75. ad finem.
Et ¶ tenendo hanc concordiam ad rationes Saly-
133 cet. & Decii facile reſpondetur. Nam ad primam
reſpondetur, quòd imò debet conſiderari domici-
lium, in quòd a principio fuit collata dotis exac-
tio, quia maritus in eo propoſuerat perpetuo ma-
nere, & ideo eſti propter cauſam de novo ſuperve-
niente, propoſitum mutaverit, jus jam quaſitum
tollì non debet, l. final. ſupra de pactis cum * & im-
plementum conditionis trahi retro ſoleat ad initium
obligationis l. 1. ſup. qui poſtio in pign. habeantur, tradit
gl. recepta ſi uxor, ſupra eodem & tradit Marian. c.
dilecti n. 33. de foro competenti, Cagn. hic num. 27.

- 135 Non * obstat secundò de *l. si uxor. supra eod.* quia advertendum, textum illum duas habere difficultates. Prima est, quòd maritus legatus, eriam durante legatione convenitur, pro dotis restitutione, contra regulam *l. 2. §. legatis supra eodem.* Secunda est, quia cogitur Romæ dotem restituere, cum potius in domicilium mariti videretur restituenda, juxta istum textum. Cæterum * primæ difficultati respondet Angel. *hic numer. 2.* quòd in specie *dicit. l. si uxor*, maritus legatus recepit dotem Romæ, & ideo si etiam Romæ dissolvatur matrimonium, poterit Romæ conveniri non obstante legatione, subscribunt Paul. Castr. & Jacobin. hic uterque *numer. 2. & receptum esse intellectum fatetur Felin. cap. final.*
- 138 in fine de foro compet. & Cagnol. *hic numer. 34.* Sed * non placet, quia aperte divinat. Et ideo verior responsio est, quòd legatus divertendo ab uxore, facit novum actum in ipsa legatione, & ideo ei non prodest privilegium, quoad ea quæ durante legatione facta sunt, *l. 2. §. legatis. ver. omnes supra eod.* Quare si non intervenisset factum mariti, utpote quia morte solveretur matrimonium, non posset maritus legatus Romæ conveniri pro dotis restitutione durante legatione, quia cessat ratio supra assignata, ut ibi declarant Paul. Castr. & Jacobin. idque sentit Anton. *c. 1. ad finem, de sponsalibus*, dum dicit in casu *dicit. l. si uxor*, factum mariti post legationem intervenisse, & subscribit Baptistia *l. 1. n. 129. ad medium, c. de Summa Trinitate, Ruin. consil. 58. nu. 13. lib. 3. Roland. de lucro dotis quæst. 21. nu. 5. Cagn. hic numer. 28.*
- 139 Ad * secundam autem difficultatem respondent glos. Angel. & Paul. Castr. *dicit. l. si uxor*, speciale esse in dote, ut maritus conveniatur in loco, in quo verificata est conditio restituendi dotem, quamvis in alium locum sit collata solutio, & secundum hunc intellectum inducitur per Salyet. pro sua opinione. Sed * is intellectus admitti non potest, cum aperte repugnet decisioni hujus textus, ut advertit Marianus *cap. dilecti numer. 33. de foro competenti. Petrus Gregor. cap. numer. 92. ante finem de sponsalibus.* Et ideo verior responsio est, quòd cum propter rationem, de qua supra, privilegium legationis non possit prodesse marito: poterit utique Romæ conveniri, non quidem ex ea ratione, quòd Romæ sit purificata conditio, ut aliqui voluerunt, sed quia cessante privilegio legationis Romæ potest quis conveniri pro contradibus alibi gestis, tanquam in communi patria: nam quamvis restitutio dotis videatur collata in domicilium mariti, tamen poterit nihilominus conveniri Romæ, vel in alio loco congruo, *l. 1. cum glos. supra de eo quod certo loco*, & in specie * Cagnol. *num. 8.* quia tamen convenitur extra locum conventum, locus erit arbitraria actio, & habebitur respectus ad interesse mariti alibi solventis *l. 2. supra de eo quod certo loco.* Et ad hunc modum sunt explicandi Doctores, qui dicunt, quòd si maritus alibi conveniatur, semper retinebit lucrum dotis, quod sibi per statutum domicilii mariti fuerat delatum, & quæsitum, ut tradit Rolandus de lucro dotis *quæst. 15. numer. 3. & q. 21. à num. 6.*
- 142 Amplia * tertiam conclusionem hujus textus procedere, si maritus in loco propriæ originis uxorem ducit, & in alio loco habeat domicilium habitationis. Neque enim tunc regulabitur dotis restitutio secundum statuta loci propriæ originis, in quo fuit contractum matrimonium, sed secundum statuta domicilii habitationis, ut colligitur ex isto textu, dum dicit, videri collatam exactionem

dotis in domicilium mariti. Nam * quando in alio qua dispositione fit mentio domicilii simpliciter, intelligitur de domicilio habitationis, non autem de domicilio originis, *gl. c. statutum §. cum vero, verb. unam de rescriptis in 6.* Per quam rationem ita in terminis concludit Alex. *consil. 100. lib. 3. per totum, subscribit Crocus l. omnes populi in fine supra de justitia & jure, Jaf. l. si arrogator à numer. 48. ff. de adoptio. Deci. consil. 352. n. 2. Ruinus consil. 120. n. 8. lib. 4. Bossius in praxi *l. a Majest. n. 96. & plures quod refert Roland. de lucro dotis, quæst. 22. nu. 25. Perr. Greg. cap. 1. n. 39. de sponsalibus.**

Sed * subsistendum est, quòd contrarium, imò dotis restitutionem esse regulandam secundum statuta loci originis, in quo contractum fuit matrimonium, consilii Andr. Sicul. *consil. quarto à numero 2. lib. 2.* ea ratione, quia etiam in loco originis dicitur quis habere domicilium, *leg. penult. sup. de Senatoribus*, quod quidem domicilium fortius est quàm domicilium habitationis *l. libertus §. perscript. infr. ad municip. tradit glos. final. l. 1. c. de municipibus & originar. lib. 10. & ideo illi est preferendum.* Quam quæstionem in utramque partem late disputat Bart. *l. 1. à num. 124. c. de Summa Trinitate.* Sed * pro concordia dicendum est, quòd si quis tantum retineat domicilium originis ad consequendos honores, ut est regulare & ordinarium juxta *l. penultim. supra de Senatoribus*, vera sit Alexand. opinio, per ejus rationes: si autem ponas, quem etiam in loco originis habere domicilium habitationis, & tunc id venit preferendum domicilio habitationis, quod habet etiam in alio loco, quamvis in eo frequentius habitet, & converteretur, & propter duplex vinculum, quod fortius ligat, *cap. 1. de treuga, & pace, & Auth. itaque, communita de successio. l. c. consil. 284. col. penult. ad finem, & in specie ita opiniones concordat Alciat. de presump. reg. 1. presumptione 34. ad finem, & spons. 55. num. 13. ad finem.*

Prædictam * conclusionem Bart. & nostri textum ita ampliata limitabis primò non procedere, si uxor tempore conventionis, ignorabat statutum domicilii mariti, quod ei deferebat certam partem dotis: cum enim ignorans non videatur consentire *l. si ignorans supra locati*, non habebit maritus hoc casu lucrum dotis in præjudicium uxoris, non consentientis, Bald. *cap. 1. §. final. num. 1. ad finem, de invest. de re aliena facta, Jafon. l. 1. lect. 1. numer. 28. & 2. lect. n. 64. c. de Summa Trinitate Felin. c. 1. n. 29. de sponsal. Decius consil. 284. n. 8. Cassan. consil. 7. n. 7. Crocus l. omnes populi num. 261. ad finem supra de justitia & jure, & defendit Greg. l. 24. tit. 11. partit. 4. in glo. 1. col. 2.*

Sed * his non obstantibus verius & receptius est contrarium. Debet enim uxori imputari, quæ prius de conditione mariti se non informavit, *l. qui cum alio inf. de regul. juris*, & quia aliàs decisio hujus text. & Bar. decis. multum retringeretur, cum in dubio ignorantia præsumatur *l. verius infr. de probat. & ita contrarium tenet Cumanus consil. 72. num. 2. Dec. consil. 19. num. 1. Curtius Jun. hic numer. 13. Cagnol. num. 20. & secundum istam opinionem consilii Curt. Jun. consil. 129. num. 7. Plotus consil. 168. num. 16. diversorum ad ultimas voluntates & plures alii relati per Rolandum de lucro dotis q. 14. n. 13. & per Covar. de sponsal. 2. parte c. 7. in prim. num. 8. & dicit receptum Socin. Jun. consil. 14. n. 8. lib. 1. Tiraq. in tract. de legib. conubialib. gl. 2. à n. 50.*

Nec obstat ratio * contrariæ opinionis quia ultra responsiones, quæ ex supradictis colliguntur, ego respondeo, quòd consensus mulieris ad hoc tantum expenditur, ut videatur consensisse restitutionem

tionem dotis in domicilium mariti, cæterum quoad subsistendam restitutionem dotis statutis loci, in quem videtur collata solutio, non exigitur voluntas vel consensus uxoris, quia cum id procedat ex dispositione prædicti statuti, succedit regula, quod

149 *†* inductum est per legem, etiam ignorantibus locum obtinet *l. cum pater §. furdo infr. del. 2. notab. Pincl. l. 2. c. de bonis marer. 1. parte n. 36. & tantum*

150 *†* admitti potest, quando exterius habitabat in eo loco, ita ut mulier probabiliter crederet, eum esse civem. Nam propter justam ignorantiam in ea loco non obtinebit decis. hujus textus Hieronym. Gratus *consil. 113. n. 2. lib. 2. & alii, quos refert. Matienço l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinam. glos. 1. n. 86. & salvari etiam potest, ut per Greg. l. 24. tit. 12. partit. 4. gl. 1. col. 2.*

151 Secundo *†* principaliter limita conclusionem hujus text. procedere, quando marito dantur in dotem res mobiles, vel pecuniæ, quam maritus secum posset ferre, in proprium domicilium, vel etiam in immobilibus sitis in territorio loci, in quo maritus habet domicilium, non autem obtinebit locum in bonis immobilibus, quæ uxor habebat extra domicilium mariti, quia statuta domicilii mariti non comprehendunt bona sita extra territorium statuentium, & consequenter in illis non verificabitur lucrum delatum per prædictum statutum. Et ita post Baldum limitat Andr. Sicul. in *rub. num. 51. de consuetud. Deci. consil. 284. colum. penultim. ad finem.* Neque * enim statutum extendit vires suas ad res sitas extra territorium statuentium per regul. *l. final. ff. de jurisdictione omnium Judicum & l. cum unus §. penult. ff. de bon. auth. Judicis*, & in terminis id tradit Bald. *c. 1. num. 2. de juramento calumnie* (quicquid ad contrarium illum perperam citet Jafon *l. 1. in prima lectura n. 29. c. de Summa Trinitate* (& late & eleganter id comprobat Anchar. *consil. 163. à num. 2. & esse receptam limitationem asserit Cagnol. hic n. 24. Roland. de lucro dotis quæst. 20. num. 7. Covar. de sponsal. 2. parte cap. 7. in principio n. 9. & Matienço plures referens l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinam. glos. 1. n. 80. Valasc. consultatione 182. n. 54.*

153 Non * est tamen omittendum, quòd hanc receptam limitationem improbat Bald. *consil. 280. incip. Doctores in fine lib. 3.* imò quòd lucrum consequatur maritus etiam ex bonis, quæ uxor habet, extra territorium domicilii mariti, & magis probat Gregori. *leg. 24. tit. 11. partit. 4. glos. 2. col. 1. Alexand. consil. 141. n. 17. lib. 7. & esse de mente Doctorum magis communiter asserit Baptistia. l. 1. n. 118. & ibi Purpurat. l. 1. n. 130. c. de Summa Trinitate*, & propter hujus textus generalitatem magis probat Ruinus *consil. 68. n. 12. lib. 3. & consil. 163. n. 4. lib. 4.*

Cæterum *†* pro vera concordia harum opinionum, præmittendum est, multum differre hos casus, quoad statuta disponant circa personas subditorum, etiam alibi degentium, vel disponant principaliter circa res extra territorium eorum existentes. Nam primo casu, cum subditi semper tales maneant, neque quod *†* personas subditorum jurisdictioni statuentium circumscriptur territorio, valebit statutum circa eos aliquid disponens, etiam extra territorium degentes, *argum. l. final. ff. de decretis ab ordine faciend. & l. mercatores & l. non solum c. de commerciis & mercat. l. 2. & ibi Bald. de emuch. dummodo de illis expresse fiat mentio.* Nam si *†* tantum de subditis fiat mentio generalis, non videtur intellectum de his, qui extra territorium degunt,

156 *cap. 2. §. final. de constit. in 6. & tradit Alexand. consil. 49. n. 18.*

In * secundo autem casu, cum quoad res attinet, necessario jus faciat restrictionem ad res sitas intra territorium statuentium *d. leg. final. supr. de jurisdictione omnium Judicum*, quoad res extra territorium sitas: nihil statuere possunt, cum quoad ea statuentium deficiat jurisdictione: qua differentiam inter prædictos casus ex mente aliorum tradit Antonius Nata *consil. 514. num. 7. lib. 3.*

Et * ex prædicta differentia inferitur, quòd licet verba statuti sint generalia vel universalis, non tamen comprehendunt res sitas extra territorium, ob rationem, de qua supra, & ita Cardin. *consil. 2. nu. 3. Gozad. consil. 49. n. 8. & Andr. Gaillus lib. 2. observat. cap. 124. n. 5. & nu. 9. Quinimo * etiam de illis statutum expressam faciat mentionem, tamen propter defectum jurisdictionis statuentium, minime prædictæ res continebuntur sub eo, ut est de mente supra allegatorum, & expressit Andr. Gaillus *observat. lib. 2. casu 124. à n. 4. & ideo in hac materia, de qua agimus, magis communis resolutio est, quòd si conjuges habeant bona in diversis Regnis, bona sita in uno Regno regulabuntur secundum leges illius Regni, & sita in alio Regno regulabuntur secundum illius leges quasi sint diversarum personarum, ut esse receptum multos referens resolvit Valasc. consultatione 182. n. 14. Matienço *l. 2. tit. 9. lib. 5. ordina. glo. 1. n. 74. Lancelotus Gallia in tractatu super statuto Alexandrino prefatio 8. n. 16. Tirad. tract. primogenit. quæst. 46. n. 2. & n. fin.* quibus adde Aymon. *consil. 30. à num. 1. lib. 1. & notabili casu consilii Paris. consil. 12. lib. 3. & in eodem Goza consil. 49. à n. 7. post longam disputationem ita resolvit Albertus Brun. tractatu de statutis excludentibus feminas art. 8. à num. 123. quæst. 25. Et *†* procedunt hæc, sive verba statuti sint concepta in rem, sive in personam, ut post alios tradit Octavian. Cacher. *consil. 76. n. 19. & in materia late consuluit Alexand. consil. 16. Viso vis. lib. 1. & probant alii supra allegati.****

Ex * qua resolutione inferitur explicatio ad decisionem Lusitanam 165. *Cabedi supra relatam.* Nam si Castellanus duxit in uxorem Lusitanam, & maritus in Lusitania non habebat domicilium fixum, & perpetuum, leges Lusitanæ nihil proderunt, ut supra dictum est. Cæterum si domicilium in Lusitania fixum habebat, ei proderunt leges Lusitanæ à cessante ratione illius decisionis, & tunc domicilium mariti confundetur cum domicilio uxoris, & sic cessabit hujus *l.* dispositio, ut supra tradidimus. Quòd si uxor Lusitana in Lusitania habeat bona & etiam in Castella, tunc bona Lusitanæ regulabuntur secundum *l.* Lusitanæ, & bona Castellæ secundum *l.* illius Regni, juxta supra resoluta.

Et * pro complemento hujus articuli annotandum est, quòd Bart. *l. 1. n. 32. c. de Summa Trinitate*, limitat supra tradita, si statutum conceptum sit in personam, etiam sit favorable subditis: tunc enim comprehendet bona sita extra territorium statuentium, & exemplificat Bart. in statuto, quod maritus non possit legare uxori ultra certam quantitatem, Nam cum hoc statutum sit favorable maritis, ne aliàs spoliarentur ab uxoribus *l. 1. ff. de donat. inter virum*, comprehendet etiam bona sita extra territorium, allegans subtilem rationem subscribit Jafon ibi *l. lect. n. 26. & 2. l. 1. n. 61. Purp. n. 130. notab. Cesar. Usillis in additio. ad Asslitt. decis. 226. nu. 6. & plures alii quos refert Roland. *consil. 80. n. 5. lib. 4. Cepha. 309. n. 21. lib. 3. & defendit Calcan. consil. 33. à numer. 14. & Lancelot. Gallia in tractatu de consuetud. Alexandria prefatione 8. à numer. 13. Anton. Gabriel. l. b. 6. titul.**

164 *titul. de statutis concl. 8. nu. 3.* Et effectus erit, quod licet statutum regulariter etiam conceptum per verba generalia, vel universalia, non comprehendat bona sita extra territorium nisi hoc clare sit expressum, ut supra probavimus, tamen si sit favorabile, illa comprehendat: et si de hoc non sit facta expressa mentio, ut est de mente supra allegatorum. Ceterum nihilominus subsistendum est, quia contrarium, imò, quod statutum prædictum minime comprehendat bona alibi sita etiam in prædictis terminis tenet Angel. Paul. Castr. & Jacobin. *hic in fine, C. 7. n. 21.* & consequenter, quod licet statutum sit favorabile, tamen non comprehendat bona sita extra territorium statutum, Resolvit Roland. *consil. 80. numero 29. vers. superest lib. 4. Josephus Ludo. decis. Perusina 76. numero 9. Burlatus consil. 189. numero 62. lib. 2.* & hanc opinionem tanquam veriore, & communem: semper secutum fuisse asserit Socin. Jun. *consil. 25. num. 12. lib. 3.*

166 Sed si concordanda sunt opiniones, quod si civis originarius non mutavit domicilium, sed tanquam adventa, & extrinsecus disposuit de bonis suis extra territorium statutum existentibus, nihilominus illius dispositio subiacet statuto originis, & ideo si in prædicto loco aliquid plus legavit uxori, non valet legatum, & in his terminis procedet doctrina Bar. Magis communiter recepta dicitur. *lex. 1. numero 32.* Si autem mutavit domicilium, & in loco ad quem transiit: non adest simile statutum, poterit uxori legare, quicquid velit, quia mutato domicilio, non censetur amplius subditus loci, in quo erat prædictum statutum, sed potius subditus loci, ad quem mutavit domicilium eleganter Navar. *in consil. 4. de consil. & consequenter, cum prohibito eum tanquam non subditum non liget, poterit legare uxori quicquid velit, & ita Salycet. l. numero 11. ad finem, C. de Summa Trinitate. Alex. consil. 16. n. 1. lib. 1. & consil. 41. numero 7. lib. 5. & consil. 155. numero 4. lib. 7. Hypol. l. fin. l. numero 142. sup. de iurisdic. omnium iudicium, quam resolutionem ante Salycetum assignavit Bald. l. si arrogator col. pen. sup. de acq. & ibi insinuat. Jaf. d. n. 42. & consil. 80. col. final. lib. 2.* & hanc esse communem concordiam asserit Socin. *consil. 288. col. 1. li. 2. Beronius consil. 60. n. 21. li. 2. Ceph. consil. 414. n. 50. & n. 56. lib. 3. Catal. in memorabil. vob. b. statuto civitatis regni.*

167 Juxta quam resolutionem, cum prædicto statu- tum prohibitorium tantum intelligatur de civibus habitantibus in eo loco domicilium, & non de originariis tantum, Navar. d. consil. 4. de consil. & Andr. Gailus li. 2. præf. obsev. 36. nu. 7. & diximus labor absens §. proinde ad fidem sup. eodem utique is legare poterit uxori, quicquid velit, ut advertit Lancelotus Gallia in tractatu de statuto Alex. in præfatione

168 8. nu. 19. Et * pari ratione etiam bona existentia intra territorium statutum, cum statutum de originariis non intelligatur de non habitantibus in domicilio, quicquid Salycetus & alii sup. citati

169 contrarium pro constanti habeant. Statuta * autem odiosa, certum est non comprehendere bona existentia extra territorium l. ex ea cum glo. ff. de postuland. Bart. l. 1. n. 32. C. de Summa Trinitate. Ant. Gabriel. li. 6. communium titul. de statutis conclusio. 8. nu. 23. Roland. consil. 80. nu. 23. lib. 4. Apian. consil. 30. Et * que dicantur in proposito statuta favorabilia vel odiosa explicant eleganter Curt. Jun. consil. 9. per votum, & Lancelot. Gallia de statuto Alexand. præfatione 7. à num. 8.

171 Ultimo si limita conclusionem hujus text. & etiam Bart. *hic n. 1.* non procedere, si tantum sponsalia de futuro contracta sint inter futuros

conjuges: nam * cum sponsa de futuro ante matri- monium non transeat in domicilium mariti, leg. ea que la 2. infra ad munic. cessat ratio hujus textus & consequenter, si interim decedat sponsa, * non erit locus lucro dotis delato per statum, Bald. Auth. omnes peregrin. n. 4. C. commun. de successio. Bapt. l. 1. n. 122 de Summa Trinitate, & est recepta sententia, ut asserit Rolan. de lucro dotis quest. 18. Petrus Gregor. cap. 1. n. 49. de sponsalibus, quicquid contrarium sentiat Curtius Jun. *hic n. 6.* cujus argumento optime respondet Cagnol. l. hic nu. 10. Si * vero contracta sint sponsalia de præfenti, & tamen sponsa adhuc non sit ducta in domum mariti, nec per eum cognita, tamen censetur mutasse domicilium, dicitur l. ea que & ibi notat gl. recepta infra ad municip. Ruin. consil. 58. nu. 4. lib. 3. & consequenter locum habebit decisio Bart. nu. 1. Ut enim sit locus statuto de lucranda dote, non requiritur, quod * uxor sit traducta in domum viri, sed satis est habere maritum potestatem eam traducendi, quando velit, Ruin. dicitur. consil. 58. nu. 4. lib. 3. post Bartol. l. nihil infra de actio. verum amotarum, Rolandus de lucro dotis quest. 16. quicquid involvat Cagnol. *hic numer. 11.* Prout * neque requiritur, quod per maritum sit cognita, nam ut sit locus prædicto lucro, satis, est quod mulier sit ducta per verba de præfenti, l. cum fuerit infra de condit. & demonst. l. non sine C. de bonis que liber. & tradit Cagnol. l. cum quadam n. 3. sup. de iurisdic. omnium iudicium & Greg. c. 1. num. 95. de sponsal. facit bene l. penult. infra de donat. inter vivum, ubi * prohibicio donandi facta inter conjuges, verificatur in sponsa ducta per verba de præfenti, quamvis adhuc non sit traducta ad domum viri, neque per eum cognita, notat Cestrenf. consil. 154. col. final. lib. 1. Pallar. rep. rub. §. 55. num. 2.

Unde * per illum textum receptum est, quod statutum prohibens maritum legare uxori, verificatur etiam in muliere ducta per verba de præfenti, Portius consil. 21. n. 94. & late defendit Lancelot. Gallia. in tractatu ad consuetudinem Alexandr. verb. maritus quest. 1. à n. 20. quicquid contrarium consulerit Dec. consil. 540. d. n. 3. cujus opinionem frustra conatur defendere post longam disputationem Phannucius de lucro dotis gl. 2. à n. 57.

Nec * est omittendum, notabile dictum Bal. ca. juravit, de probat. probatum à Felin. *ibi in fine, Purpurato l. 1. n. 151. §. de Summa Trinitate,* quod statutum deferens lucrum dotis, tantum locum habet in matrimonio vero, non autem in putativo. de quo videndus est Tiraq. in ll. commubialibus gl. 5. n. 237. & n. 264.

Ultimo * ut nihil intactum relinquatur, est advertendum, quod gl. 1. hic ad istum textum, cum assignat intellectum, quod in casu illius maritus contraxit matrimonium in proprio domicilio, & postea confecit instrumentum in alio loco, & probat textus quod locus contractus attendendus sit, & non locus, in quo conficitur instrumentum. Qui quidem intellectus licet tanquam divinativus rejiciatur communiter à Doctoribus, tamen eum, tanquam in se verum jubent notari, quod si quis non sortitur forum in loco contractus, redigitur in scriptis, sed tantum in loco, in quo conventio facta fuit inter partes, extollit Angel. *hic num. 2.* Paul. Castrenf. nu. 3. Jacobin nu. 4. Curt. Jun. 22. Et quamvis Cagnol. *hic nu. 30.* dicat, hoc videri indubitatum, quia propter solum factum notarii, non est æquum, quod partes forum fortiantur, quam considerationem an tecumfecit Bald. *hic prima lectura*

172
173
174
175
176
177
178

182 *lectura post principium,* tamen dicendum est, imo dictum hoc * maxime esse indubitabile, quia cum de consensu partium repetatur conventio in loco, in quo postea sit scriptura, dubitari merito poterat, utrum propter hanc repetitionem partes ibi forum fortientur, quasi forum adderetur foro. Et nihilominus * cum glof. dicendum est, non addi novum forum, quia repetitio * conventionis non fit eo animo, ut de novo, videatur celebrari, sed tantum sit commemoratio illius, quasi jam celebrati, ad cujus faciorem probationem jubetur redigi in scriptis l. contrabatur infr. de pignorib. Bald. l. universa in fine C. de precib. imper. offerend. & est de mente ejusdem Bald. *hic 2. lect. in fine.* Quinimo si glo. dictum tantum procedet, quando instrumentum est solius confessionis, celebrati jam contractus Nam si in loco, in quo conficitur instrumentum, sit traditio rerum dotialium, tunc maritus saltem ratione receptionis, videbitur ibi forum sortiri, arg. l. contraxisse infr. de actio. & obligat. Alberic. *hic post principium.*

186 Item * si scriptura requiretur pro substantia contractus, nam tunc partes fortientur forum in loco, in quo sit scriptura, quia tunc verum est dicere in loco contractum esse perfectum, argumento l. contractus C. de fid. instrum. & ibi not. Paul. num. 4. Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis n. 63. Et hæc sufficiant ad interpretationem hujus legis, quibus explicatis regrediamur ad interpretationem hujus tituli secundum ordinem à compilatoribus ff. observatum & consequenter regrediamur ad interpretationem l. si debitori 21. hujus tit.

20 Tradit concordiam ad dictas opiniones,
21 Litis contestatio regulariter circa partis consensum non inducitur.
22 Si reus dicat, se respondere, non tamen animo litem contestandi, non inducitur litis contestatio, sed alio modo procedatur contra Reum, tanquam contra contumacem.
23 Si constet de animo litem contestandi, per quacunque verba reus responderit, inducitur litis contestatio, dummodo libellus sit oblatus.
24 Ante libelli oblationem non inducitur litis contestatio.
25 Refert, quid dicendum, quando sumus in dubio, & astinguendo procedat.
26 Tradit ampliationem ad hunc textum,
27 Editio fit ad effectum, ut reus deliberet, utrum debeat cedere, & non ad effectum litem contestandi.
28 Refert dictum Bart. & aliorum, qui tenent, quod si post datum libellum reus confiteatur in Judicio debitum, in dubio videtur litem contestari.
29 Reprobatur proxime dictum à Bart. & aliis.
30 Ostendit verius videri dictum Imola cap. unico, n. 11. de litiis contestat.
31 Quando concessio habet in se inclusam aliquam traditionem, vel negationem, tunc inducitur litis contestatio.
32 Declarat casum, in quo in dubio lis dicitur contestata.
33 ad eversionem non sufficit agnoscere bonam fidem, sed oportet expectare, quod super causa sententia feratur.
34 Declarat unde dicatur litis contestatio.
35 Declarat proxime dicta esse utilissima ad tradita per ord. Portug. lib. 1. tit. 20. §. 3. ad reum excusandum à decima condemnationis, que Regni solvitur.
36 Confessus debitum ante datum libellum, improprie dicitur condemnatus.
37 Tradit, idem esse recipiendum, etiam si dato libello reus confessus fuerit debitum.
38 Tradit ampliationem ad istum textum, ut procedat, etiam si post datum libellum reus confiteatur debitum.
39 Per solutionem debiti Judicium evitatur.
40 Tradit intellectum ad l. si reus paratus 73. supra de procuratoribus.
41 Procurator ad litem, non potest recipere solutionem.
42 Refert aliam ampliationem ad nostrum textum ex dict. l. si reus paratus.
43 Resolvit verius esse, quod in hoc casu reus offerens pretium, semper purget moram precedentem, & semper evitet Judicium.
44 Declarat, quem effectum operabitur mora rei præsens.
45 Si ante moram incursum reus confiteatur debitum non solum absolvetur à Judicio, sed etiam ei assignabitur terminus ad solvendum.
46 Debitor, qui non invenit creditorem in loco convento, neque alium cui pro eo secure solvat, liberatur à mora & usuris, licet de impedimento non protestetur.
47 Ut debitor liberetur à mora jam incursum, debet protestare de impedimento, & præterea debitum depone- re & consignare.
48 Tradit, quomodo debeat declarari Bart. d. l. si reus paratus, in fine.
49 Si quis vult se præmunire à pœna, ne forte in illam incidat, non est necessaria protestatio, neque dispositio dummodo alias legitime contestet de impedimento.
50 Declarat nostrum textum procedere, etiam si causa sit famosa, nam qui offert, evitabit Judicium, & consequenter infamiam.
51 Impugnat proximam ampliationem ex traditione glof. prima l. i. c. ius furtium, supra de his, qui no- tantur infamia.

Ad Legem si debitori XXI. ff. de Judiciis.

SUMMARIA.

- 1 Hunc textum pulchrum appellat.
- 2 Refert dictum Ciceronis in oratione pro Quinto Roscio.
- 3 A formula ne Judex poterit recedere, nec partes aliquod mutare, ita ut qui caderet à syllaba, caderet à causa.
- 4 Refert ordinem, quo lis ordinabatur juxta formulas.
- 5 Quando reus bonam fidem agnoscebat, dicens se paratum solvere: tanquam inconfessus fiebat decretum. Prætoris solvendo.
- 6 Declarat quid agebatur si reus volebat contendere.
- 7 Tradit modos, quibus actor edebat actionem reo.
- 8 Advertit emendam esse litteram dict. l. 1. supra de edendo, ibi ad alium dicendum est ad album.
- 9 Publicæ actiones in quodam albo proponebantur per prætorem.
- 10 Declarat item, quod dum text. dicit, deducat adversarium, debet exponi, hoc est, Reum conventum.
- 11 Explicat text. in l. edita C. de edendo.
- 12 Explicat etiam text. in l. non videtur in Judicem 33. infr. eodem.
- 13 Tradit etiam explicationem ad hunc textum.
- 14 Hodie formulæ actionum sunt sublatae.
- 15 Habito respectu ad usum hodiernum, id quod leges dicunt de editione actionis, exponunt de libelli datione.
- 16 Deducit ex text. notabilem conclusionem.
- 17 Refert traditionem glo. qua vult, quod ex confessione rei inducatur litis contestatio.
- 18 Reprobatur dictam gl. traditionem.
- 19 Expendit contra gl. text. in l. rem non novam, §. patroni C. de jud.

52 Tradit concordiam ad dictas opiniones ex Bartolo & aliis.

53 Tradit notabilem cautelam ad evitandam condemnationem, ex qua timeret, & quod infamiam quis incurrat.

54 Declarat, quomodo praticari debeat d. cautela.

55 Refert ex Baldo, quod ad evitandum Judicium non sufficit offerre debitum, ni etiam deponat & consignet.

56 Refert qui contrariam opinionem tenent.

57 Refert concordias ad dictas opiniones.

58 Incipit agere de secunda parte hujus.

59 Explicat intellectum ad hunc textum, quem tradit glos. hic verbo presens.

60 Refert differentiam inter Judicem ordinarium, & delegatum, circa accipiendam confessionem rei ante litem contestatam, vel post.

61 Reprobatur predictum intellectum.

62 Delegatus non efficitur dominus litis, post litem contestatam cum ab eo, qui eum dedit Judicem, libere revocari possit.

63 Probat, delegatum post litem contestatam posse decernere preceptum de solvendo.

64 Tradit veram explicationem ad nostrum textum.

65 Declarat ad quos terminos sit reducendus Bart. d. l. si reus num. 3. (paral. act.)

66 Explicat tex. in §. final. Inst. de perpetuis & temporariis Alciat. l. ultim. C. de eo, quod interest, tenentem, post litem contestatam, reum solvendo non liberari a Judicio. (generaliter procedere.)

68 Reprobatur responsionem Alciat. deductam ex l. si insulam §. infra de verborum obligatione.

69 Respondet ad primam rationem Alciat. deductam ex l. si insulam §. infra de verborum obligatione.

70 Ostendit dictam responsionem non quadrare leg. si insulam.

71 Tradit aliam responsionem ad dictam l. si insulam.

72 Quando diversum a petito solvitur, non inducitur absolutio.

73 Tradit ex responsione, de qua n. 71. posse concordari d. l. si insulam cum d. §. final.

74 Ostendit per predictam concordiam non tolli difficultatem supra motam ex d. l. si reus paratus, in secunda parte, & ad id text. inducit.

75 Refert opinionem glos. final. qua contendit, hoc casu debitorem esse absolvendum ab observatione Judicii & multis Doctores, qui glos. opinionem sequuntur.

76 Tradit opinionem contrariam, imo debitorem esse absolvendum a re petita, & a lite mota, quam veriore dicit.

77 Respondet ad rationes magis communis opinionis.

78 Tradit, quod in litis contestatione duplex quasi contractus videtur celebratus inter partes, & ibi explicat.

79 Ad confirmationem responsionis expendit l. hoc edicto, in principio, infra de Publicanis.

80 Ubi reus dubium confessus est, Judex non debet eum condemnare, sed tantum interponere preceptum de solvendo, & ibi ratio traditur.

81 Tradit ex Bart. quod hoc preceptum de solvendo debet appellari quadam executio fidei condemnationis.

82 In precepto de solvendo non requiritur scriptura publica, & solemnitas, que tamen requiritur in sententia.

83 Preceptum de solvendo interpositum, non impedit litem contestationem, quam tamen impedit sententia.

84 Declarat, in quo tempore facienda sit confessio, ut proxime dicta procedunt.

85 Sententia, que profertur ex confessione partis post litem contestatam, est mera diffinitiva.

86 Examina dictam declarationem a n. 34.

87 Explicat, quomodo intelligi debeat quod confessio facta post litem contestatam, non impediatur causa persecutionem.

88 Declarat, quomodo accumulabitur actio de d. c. ex confessione & addit. ex sententia.

89 Tradit qua ratione preceptum de solvendo sententia debeat appellari.

90 Omnis determinatio Judicis ad causam faciendam sententia appellatur.

91 Examina, quomodo sententia esse censetur dictam preceptum de solvendo.

92 Refert opinionem gl. §. pen. verb. sententia Inst. quib. alienare non licet, que existimat, esse sententiam mere interlocutoriam, quam communem dicit.

93 In confirmatione opinionis gl. adducit optimum argumentum.

94 Omnis iustus post sententiam interpositus, & respiciens executionem, censetur sententia mere interlocutoria.

95 Refert contrariam opinionem, imo preceptum de solvendo esse interlocutoriam, habentem vim diffinitivam.

96 Declarat hanc ultimam opinionem veriore esse, & magis receptam.

97 Docet, que dicatur sententia mere interlocutoria.

98 Declarat item: que etiam dicatur alio modo sententia interlocutoria.

99 Docet, que appellatur sententia interlocutoria habens vim diffinitivam.

100 Concludit ex premissis, preceptum de solvendo esse interlocutoriam, habentem vim diffinitivam.

101 Sententiam ferri nihil importat, nisi executioni mandetur. (quo n. 95.)

102 Respondet fundamentum contrarie opinionis, de quando incidit questio, an aliqua sententia sit mandanda executioni, & prehabita causa cognitione pronuncietur, illam esse exequendam, tamen sententia mere diffinitiva censetur.

104 Omnis illa sententia censetur mere diffinitiva, que diffinit articulum, de quo principaliter mota fuerat questio.

105 Declarat, quomodo procedat id, quod supra dictum est, quod preceptum de solvendo sit interlocutoria, habens vim diffinitivam.

106 Declarat, in quibus terminis dicta sententia sit mere diffinitiva.

107 Declarat, quo casu contraria opinio, de qua n. 92. admitti possit.

108 Tradit etiam, in quibus terminis loquatur & procedat l. a Divo Pio §. in venditione, infra de re iudicata.

109 Preceptum de solvendo, de quo hic per Judicem revocari non potest.

110 Mere interlocutoria per Judicem ad libitum revocari potest.

111 Interlocutoria habens vim diffinitivam per Judicem revocari non potest.

112 Refert contrariam opinionem, imo preceptum de solvendo ad libitum revocari posse.

113 Pronunciatio de exequendo potest Judicem revocari cum implorato officio Judicis nobili e. pediatu.

114 Expenditur pro eadem parte c. fin. de appell. in 6.

115 Adducit etiam pro eadem parte resolutionem Dominici, c. fin. n. 18. ad medium, de electione in 6.

116 Rejicit hanc contrariam opinionem, de qua n. 112. & ad fundamenta adducta pro ea respondet.

117 Respondet ad l. fin. infra a quibus appellari non licet.

118 Jure civili non permittitur appellari, nisi a diffinitiva.

119 Declarat dict. l. final. dum addit, superiorem posse revocare sententiam, ut intelligatur, quod debet superior adiri per querelam.

120 Respondet ad secundam rationem.

121 Respondet

121 Respondet ad id, quod numer. 113. de offic. judic. nobili.

122 Si Judex ex officio Judicis nobili absolvat vel condemnat, sententiam revocare non potest.

123 Respondet ad c. final. de appellat. in 6.

124 Respondet ad traditionem Dominici de qua n. 115.

125 Declarat iterum, que dicatur interlocutoria, habens vim diffinitivam.

126 Tradit, quod ab hoc precepto de solvendo appellari potest.

127 Tradit, quod facilius jure civili admittitur appellatio ab interlocutoria, quam inducatur, quod appellatio habeat vim diffinitivam.

128 Jure civili admittitur appellatio ab interlocutoria, que infert prejudicium irreparabile per diffinitivam.

129 Sententia inferens gravamen per diffinitivam, mera interlocutoria censetur.

130 A sententia de exequendo, regulariter non admittitur appellatio.

131 Error post condemnationem allegari non potest.

132 Defendit illationem num. 126. que verissima est, & respondet ad regul. leg. error C. de jur. & fact. ign.

133 In gradu appellationis potest doceri de errore confessionis.

134 Respondet secundum ad dict. reg. error.

135 In precepto de solvendo tunc admittitur appellatio, quando in ipsa appellatione exprimitur causa erroris, alias non admittitur appellatio.

136 In convicto per testes, & confessio non admittitur appellatio, si tamen sola adsit confessio, allegato errore admittitur appellatio.

137 In precepto de solvendo idem observabitur regulariter, quod in mera diffinitiva.

138 Tradit, quod preceptum de solvendo debet proferrri in scriptis, ut sententia diffinitiva.

139 Resolvit, quod preceptum de solvendo sufficit verbo proferrri, & postea redigi in scriptis, & ibi latet ratio traditur.

140 Interlocutoria sufficit verbo proferrri, & postea redigi in scriptis.

141 Ex diffinitiva, qua presupponit preceptum de solvendo, oritur actio iudicari, sive in factum, que tamen non oritur ex dicto precepto.

142 Refert contrariam opinionem tenentes.

143 Adducit concordiam ad dictas opiniones.

144 Tradit, quod quemadmodum a vera diffinitiva appellatur nulla expressa causa gravaminis, idem observabitur in d. precepto de solvendo.

145 Refert contrariam opinionem tenentes, que verior est.

146 Adducit pro hac ultima opinione elegans argument.

147 Probat preceptum de solvendo licet habeat vim diffinitivam, tamen in aliquibus sequi naturam mere interlocutorie.

148 Tradit secundam conclusionem principalem hujus text.

149 Quamvis contra confessum in iudicio debeat fieri preceptum de solvendo, tamen debet ei assignari terminus ad solvendum, qui a jure conceditur vere condemnatis.

150 Impugnat proximam conclusionem ex §. sed hodie, Instit. de satisfat.

151 Adducit ad dictum difficultatem responsionem Bart.

152 Dilatio, que conceditur condemnatis ad solvendum, conceditur misericorditer gratuita.

153 Quando ex gratia debitori conceditur dilatio ad solvendum, semper is cogitur prestare cautionem de solvendo debitum post dilationem.

154 Si dilatio competit ratione conventionis, vel ex natura contractus, tunc non est prestanda cautio, nisi juxta distinctionem leg. omnibus infra eodem.

155 Cautio ita demum est prestanda, si actor illum petat.

156 Judex poterit liberare debitorem locupletem a prestanda cautione, quod solum obliget bona sua.

157 Si condemnatus statim non solvat, vel prester cautionem, victore petente deturdetur in carcerem.

158 Detrusio in carcerem eo casu fit ob non prestatam cautionem, & ideo necessarium est, quod circa ejus prestationem debitor sit in mora constitutus.

159 Reprobatur proximam traditionem.

160 Reprobatur dictum Bart. de quo num. 157.

161 Nullus debitor deturdetur in carcerem ante factam executionem bonorum, & nisi constet debitorem non habere bona sufficientia ad solvendum.

162 Refert ex Angelo, consuetudine esse receptum, ut condemnatus nullam prestat cautionem.

163 Confessio in jure statim eadem dilatio, quam lex tribuit condemnatis per sententiam diffinitivam.

164 Notat hanc conclusionem a l. 12. tabularum profuisse, que hos ad prad. effectum equiparavit.

165 Dilatio ad solvendum datur confessio, etiamsi dicat se paratum esse ad solvendum.

166 Condemnato propter causam civilem, procedentem tamen a crimine competit predicta dilatio.

167 Inquiret quoniam per l. fuerit concessa dilatio condemnatis ad solvendum.

168 Jure digestorum concessa fuerunt per leg. per duos menses ad solvendum, ex gl. final. hic.

169 Jure novo concessa fuerunt quatuor menses.

170 Ostendit non esse tunc hanc glossarum resolutionem, & respondet ad legem debitoribus, infra de re iudicata.

171 Tradit ex Alexandro, jure digestorum non fuisse bene clarum, quantum tempus concederetur condemnatis ad solvendum, & verissimile esse fuisse iudicium arbitrium.

172 Priorem opinionem, de qua num. 168. defendit.

173 Refert quid Alexand. & liquaces respondeant ad l. final. §. final. C. de usuris.

174 Leg. duodecim tabularum unus tantum mensis fuit concessus, postea duo menses.

175 Refert ex Alex. non inveniri clare expressum, quod jure novo condemnatis concedatur quatuor menses.

176 Reprobatur considerationem Alciati, & ostendit in l. 2. C. de usuris rei iud. aperte probare, intra illos quatuor menses condemnatum nihil teneri solvere.

177 Confirmat d. traditionem iuribus, de quibus ibi.

178 Declarat predictam conclusionem, ut quidem procedat in conventum per actionem personalem, sive per eam quantitas petatur, sive traditio aliquid speciei, si species petatur per rei venditionem, tunc victo non assignantur quatuor menses, sed duatio ei conceditur Judicis arbitrio, intra quam debeat rem restituere.

180 Declarat secundum, ut predicta dilatio non concedatur condemnato, si dives sit, ita ut facile ei solveret condemnationem.

181 Refert contrariam opinionem tenentes.

182 Refert elegantem traditionem Harmonopuli in promptuario juris lib. 1. tit. 4. pag. 31.

183 Adducit concordiam ad has opiniones.

184 Legalis dilatio ad solvendum indistincte cuilibet condemnato competit, nisi Judex ex justa causa predictam dilationem coarctet.

185 Item nisi condemnatus petat a Judice, sibi dilationem concedi, videtur, non tacite renunciare dilatori legali, que renunciatio valida est.

186 Declarat, quomodo isto casu dilatio remanebit in Judicis arbitrio.

187 Dilatio legalis etiam non petenti competit, imò & ignorant.

188 Judex notorie diviti, potest concedere dilationem absque eo, quod prester competentem rationem.

- 189 *Declarat quod hodie ex consuetudine generali tantum assignatur confessis in iure dilatio 10. dierum.*
- 190 *Notat, quod proxima dilatio non fuit concessa ex dispositione juris, sed propter consuetudinem generalem, quae vni communi derogavit.*
- 191 *In loco, ubi non fuit dicta consuetudo, adhuc hodie confessis competet integra dilatio legalis.*
- 192 *Notat, quod praedicta consuetudo tantum observabitur in sponte confessis, secus in condemnatis etiam hodie.*
- 193 *Movet difficultatem contra proximam conclusionem ex eo, quia illa consuetudo videtur irrationabilis.*
- 194 *Refert praedictam consuetudinem vocasse absurdam iureconsultum leg. servus, infra quod vi, aut clam.*
- 195 *Respondet ad dictam difficultatem.*
- 196 *Reprobat proximam responsonem, & meliorem assignat.*
- 197 *Tradit, quod in Regno Portugalliae dantur decem dies ad solvendum sponte confessis, sed condemnatis per actionem personalem nulla datur dilatio, sed cogitur, vel statim solvere, vel dare pignora, quae statim venduntur.*
- 198 *In Regno Castellae conceduntur etiam hoc casu decem dies ad solvendum.*
- 199 *In Regno Portugalliae si certa species per rei vindicationem petatur, vel etiam per actionem personalem, ad illam tradendam concluduntur.*

HUNC textum * appellant aureum Bald. & Jacobinus hic. Ad declarationem autem litterae illius praemittendum est illud, quod dicit Cicero in Orat. pro Quinto Roscio, fraudabat te in societate Roscius, sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus constituta, ne qui aut in genere iniurie, aut ratione actionis errare possit, expressae enim sunt ex uniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publice a praetore formulae, ad quas privatae lis commodatur. Postquam autem actor eligebat, qua formula actionem vellet agere, committebatur a praetore causa certo iudici, sub quadam verborum formula, a qua neque iudex * posset recedere, neque partes aliquid mutare, vel variare, ita ut qui caderet a syllaba, caderet etiam a causa leg. 1. C. de formulis sublati, explicat Alciat. leg. pecuniae verbum 178. §. actionis infra de verb. significatione, & melius, lib. 4. dispunct. c. ult.

Item * & secundò praemittendam est, quod antequam lis contestaretur coram Praetore, ad petitionem rei conventi cogebatur actor edere actionem, sive actionis formulam reo, ut deliberare posset, utrum vellet cedere, vel contendere, ut est expressum leg. prima supra de edendo, & si quidem * reus cedebat, & bonam fidem agnoscebat, dieens se paratum solvere, non condemnabatur, sed tanquam in confesum fiebat decretum Praetoris de solvendo, ut probat is text. & lex si reus paratus supra de procuratoribus, & §. final. Instit. de perpetuis & temporal. actionibus. Si * verò magis volebat contendere, tunc lis contestabatur coram Praetore, & ille causam committebat iudici, sub certa verborum formula, ut dictum est, & explicat Vacanius declaratio. juris 87. numer. 9. & declaratione 88. numer. 10. Modos * autem, quibus actor edebat actionem reo, exprimit leg. 1. in principio supra de edendo, circa quos est advertendum, quod * dum inter modos edendi refertur ille, si adversarium deducat ad alium, & ostendat formulam actionis, qua uti velit, debet littera emendari, & pro verbo (ad alium) debet reponi verbum (ad alium.) In * quodam enim abbo proponebantur publicae actiones per Praetorem l. si quis id quod, sup. de iurisdictione

ne omnium iudicum, & post Politianum explicat Budaeus dict. leg. 1. supra de edendo. Caselian. in memorabilibus. verb. edere, notab. Revardus in singulari pro tribunali c. 4.

Item * dum dicit (deducat adversarium) debet exponi, hoc est in reum conventum, ut exponit Duaren. lib. 1. disp. cap. 13. & Revardus ubi supra quicquid aliter exponat Alciatus lib. 2. dispunct. cap. 19. & lib. 8. parergon. c. 7. quem conatur defendere Caldeira lib. variar. lect. c. 7. & quicquid litteram emendet Cujat. lib. 8. observat. c. 15.

Et * juxta haec venit explicandus textus l. edita C. 1. de edendo, nam loquitur de editione formulae actionis, quae fiebat ad requisitionem rei, ut deliberaret, utrum vellet cedere, vel contendere, & ideò cum adhuc non esset ventum ad iudicium, neque lis esset contestata, poterat actor mutare propositum, & novam formam actionis eligere, dummodò illius faceret editionem reo ad praedictum effectum, utrum vellet cedere vel contendere.

Item * & juxta praedicta venit explicandus text. leg. non videtur in iudicem 33. infra eodem. Cum enim editio actionis fieret tantum quoad effectum, de quo supra, non potest reus videri consentire in iudicem, cum tantum petierit sibi edi-actionem, ut videtur utrum deberet cedere, vel contendere, ut ibi declarat Paul. num. 2. & est de mente Bart. leg. exceptionem num. 7. C. de probat. & leg. ubi acceptum num. 3. infra eodem & leg. quidam consulebat num. 10. infra de re iudic. & leg. si convenerit nu. 2. ad medium, supra de iurisdictione omnium iudicum.

Denique * juxta praedicta, venit etiam explicandus is text. dum dicit quod actor volebat edere actionem reo, alludit enim ad observationem antiquam supra relaram. Ceterum * cum hodie formulae actionum sint sublatae leg. 1. C. de formulis sublati, & earum loco successerit libellus, merito Doctorum habito respectu ad usum hodiernum, id est quod Leges dicunt de editione actionis, exponunt de libelli datione, ut tradit Cognol. leg. edita n. 16. C. de edendo, Com. in princip. n. 26. Inst. de actio.

His * ita praemissis ex isto text. colligenda est notabilis conclusio, quod si reus viso libello actoris, agnoscat bonam fidem, & dicat se paratum solvere, tunc non est condemnandus, sed debet fieri praecipuum de solvendo per iudicem assignato termino, intra quem solvat, concordat leg. si reus paratus supra de procurat. & §. fin. Instit. de perpetuis & temporalibus actio. ex quorum * iurium definitione dubia videtur reddi traditio gloss. fin. ad finem leg. 1. C. de litiis contest. dum dicit, quod si reus confiteretur intentionem actoris, per hanc confessionem inducitur litiis contestatio, quod & tradit gl. magna ad medium leg. fin. §. necessitate l. de bonis quae liberis, & gl. cap. dudum el. 2. verb. responsonem, de elect. Nam * imò ex hoc text. & iuris similibus videtur inferri, quod consistendo intentionem actoris videtur voluisse evitare iudicium, & id eo non condemnatur, imò absolvitur à iudicio, dict. §. fin. Instit. de perpetuis & temporal. actio. & tantum fit praecipuum de solvendo: & in specie contra praedictum gloss. videtur text. leg. rem non novam §. patroni Codic. de iudic. ubi * ad inducendam litiis contestationem, requirit contradictionem rei, * pro concordia tamen videtur dicendum, quod aut constet de animo rei conventi, quod noluit litem contestari, & non inducitur litiis contestatio, sive confiteatur reus, sive etiam contradicat, quia * litiis contestatio regulariter circa partium consensum non inducitur, Math. sing. 63. afferens ita esse receptum, & Soc. conf. 74. n. 2. lib. 4. Corn. conf. 332. à n. 7. li. 1. Aded * quod si reus dicat, 22

se respondere, non tamen animo litem contestandi, non inducitur litiis contestatio, sed adversus eum proceditur tanquam contra contumacem ad multam, vel ad primum & secundum decretum, gl. Amb. qui simul verb. locum ad medi. C. quomodo, & quando iudex & ibi Bar. n. 19. Bald. l. unica n. 6. C. de litiis contest. Math. d. sing. 63. in fine, & per contrarium si constat de animo litem * contestandi, censetur inducta litiis contestatio, per quaecunque verba reus respondeat, dummodo saltem libellus sit oblatus in iudicio, nam antea non inducitur litiis contestatio, Auth. offeratur C. de litiis contestat. Si * autem sumus in dubio, tunc est distinguendum: nam si ante datum libellum reus confiteatur se debere, * non videtur habere animum litem contestandi, imò magis animum evitandi iudicium, & in his terminis procedit is text. Nam in eo actor volebat actionem edere reo, & tamen adhuc non ediderat. Quinimò * ampliandum est, istum textum procedere, etsi editio jam facta esset in iudicio, sive datus esset libellus in iudicio. Nam * cum editio fiat ad eum effectum, ut reus deberet, utrum debeat cedere, vel contendere, & non ad effectum litem contestandi: confessio rei non potest inducere litiis contestationem, imò magis reus evitat iudicium, & ideo iudex eum non condemnat, sed facit praecipuum de solvendo, ut dictum est.

Unde * etiam ex his dubium videtur reddi dictum Bart. l. si reus paratus nu. 1. & ibi Paul. n. 6. supra de procurat. & eisdem Bart. l. 1. n. 21. C. de litiis contest. & ibi Bald. n. 11. & Paul. n. 10. & eisdem Bart. l. 1. ad finem infra de confess. Paul. l. unica n. 10. C. de confess. Marian. ca. unico n. 72. de litiis contest. dum dicunt, quod si post datum libellum reus confiteatur in iudicio debitum, in dubio videtur habere animum litem contestandi.

Et * consequenter nihilominus iudex procedet in causa usque ad diffinitivam. Horum enim dictum confunditur ex supra dictis, & contra eos tenet in specie Greg. l. 7. tit. 3. parti. 3. in gl. 2. Et * verius videtur dictum Imol. cap. unico n. 11. de litiis contest. quod per confessionem partis, nunquam inducatur litiis contestatio, & consequenter nunquam debeat fieri condemnatio, sed tantum fieri praecipuum de solvendo * juxta istum textum, nisi praedicta confessio habeat in se inclusam, aliquid contradictionem, vel negationem, juxta * textum l. si donatus 74. §. qui confitetur infra de leg. 1. vel nisi ex hoc quod credatur habuisse animum evitandi iudicium, & non contestandi litem, aliquid notabile damnum incurreret, utpote quia possit agere de evictione, nam licet * possit agnoscere bonam fidem, & rem emptam iniuste non defendere l. & qui natura §. cum me absente cum gloss. sup. de negotiis gestis, tamen oportet expectare, quod super causa sententia feratur juxta notat. in l. emptorem, in prin. infra de actionibus empti.

Et * confirmatur, quia ideo appellatur litiis contestatio, quia ordinato iudicio partes dicebant, ut praesentes testes essent ordinati iudicii, Festus Pompeius lib. 3. de verborum antiquorum significatione, quae testatio nomine erat necessaria, quando pars confitebatur debitum, & sic nullum debebat ordinari iudicium, ut expendit Tiraq. lib. 1. retract. §. 15. glof. 2. n. 2. quod est utilissimum ad * interpretationem ordinam. Portugalliae lib. 1. tit. 13. §. fin. veteris impressionis, & hodie l. 1. tit. 20. nova recopilationis, dum jubet, condemnatum per sententiam decimam condemnationis resolvere Regi. Neque enim eam solvet confessus debitum Regi.

te datum libellum, quia improprie * dicitur condemnatus, Bart. l. 1. n. 1. infra de confess. Felin. 36 in rub. n. 11. de re iudicata, & cap. quarenti n. 11. de officio delegati, & cap. cum olim. n. 5. de testibus. Quinimò * & idem erit recipiendum, si dato jam libello confessus fuerit debitum, ut constat ex proxime traditis, & de materia praedictae ordinat. videndus est Octavian. decisione Pedemont. 4. per totam.

Ex * quibus inferitur ampliatio ad istum textum, ut procedat, etiam si post datum libellum reus confiteatur debitum, ut supra diximus, id quod in terminis textus facilius est recipiendum, quia in eo non solum fuit confessus reus debitum, sed & addit, se paratum illud solvere. Nam ex his verbis aperte constat, habuisse animum evitandi iudicium, non autem litem contestandi, cum per solutionem debiti, iudicium evitetur, §. final. Inst. de perpetuis & temporal. actio. advertit Salyc. l. 1. n. 7. C. de litiis contestat. resolvens, communem resolutionem supra relaram sibi locum vindicare, quando reus simpliciter confitetur debitum, neque addidit verba praedicta, ex quibus colligitur magis voluisse evitare iudicium.

Inferitur * etiam intellectus ad l. si reus paratus 37. supra de procurat. qui text. duas habet partes principales. In prima probat, quod si reus dicat se paratum solvere, non cogetur litem contestari, neque iudicium suscipere, sed magis absolvetur ab instantia iudicii, & sic concordat cum isto textu quem ampliat procedere, etiam si lis mota sit per procuratorem actoris absentis. Nam licet is procurator non possit * recipere solutionem l. hoc iure infra de solut. Tam n si reus est paratus solvere, non cogetur suscipere iudicium, & cum hoc casu reperitur, qui possit recipere resolutionem, satis erit debitum deponere, & consignare, ut statim dicemus.

Ampliat * etiam dict. lex. si reus paratus nostrum text. procedere, etiam si reus offerens ante obligationem fuisset constitutus in mora, ut quia interpellatus extra iudicium noluit solvere, nam nihilominus postea debitum offerendo evitabat iudicium, & quamvis iureconf. dict. l. si reus paratus videatur id tantum admittere, quando reus extrajudicialiter conventus non solvit pecuniam actori interpellanti, quia tunc non habebat pecuniam paratam ad solvendum: tamen * verius est, id indistincte procedere, ut semper reus offerens purget moram praecedentem, & simul evitet iudicium, ut ibi tradunt Baldus post principium, & Paul. Castren. n. 4. Mora * autem rei praecedens illud operabitur, quod is reus cogetur statim solvere, nullo dato termino ad solvendum: etsi forte non adit, qui possit solutionem recipere, compelletur statim sicte solvere, deponendo, & consignando, juxta l. oblit. C. de solut. &clare probat dict. l. si reus paratus, notat Bart. l. si servum §. nunc videmus, in fine, infra de verborum oblig. & tamen si ante moram incursum confiteretur debitum, non solum absolveretur à iudicio, sed etiam ei assignaretur terminus ad solvendum, juxta istum textum.

Item * & mora debitoris praecedens, illum operabitur effectum, ut quamvis debitor, qui non invenit creditorem in loco convento, neque alium cui pro eo secure solvat, liberetur à mora & usuris, licet de praedicto impedimento non protestetur l. cum quidam §. si pupillo, supra de usuris, Azevin. consil. 161. colum. 2. ad medium, Gozzadin. consil. 66. n. 8. Tamen * si vult se liberare à mora jam incurfa, ut ab ea liberetur, debet protestari de impedimento, & praeterea debitum deponere, & consignare, ut probat dict. dict. lex. si reus paratus, notat Bart. l. si servum

ſeruum §. nunc videamus ad finem infra de verborum obligatione, & leg. item illa, numero 10. infra de conſtitut. pecun. Alexand. conſ. 92. libr. 1. 48 Et ꝑ ad hunc modum debet declarari Bart. diſt. l. ſi reus paratus, in fine dum ex eo textu colligit, quod ſi quis vult evitare poenam, & non invenit, cui offerat debitum, vel ſolvat, tunc debet offerre in judicio, & juſtu judicis deponere, ſubſcribit Bald. ibi colum. 2. ad medium: Nam debent intelligi in terminis illius textus, quando quis vult ſe liberare, à poena mero jure jam incurſa: tunc enim neceſſaria eſt proteſtatio, & depoſitio, juxta ſupra tradita, & in ſpecie explicat Aretin. conſil. 161. col. 2. poſt principium Alexand. conſil. 92. numer. 10. libr. 1. 49 Nam ꝑ ſi quis adhuc in poenam non incidit, ſed vult ſe præmunire, ne forſitan in illam incidat, non eſt neceſſaria proteſtatio, neq; depoſitio, dummodo alijs legitimè conſtet de impedimento, ut tradunt ſupra allegati: circa quod videndus eſt omninò Ripa tract. de peſte tit. de privil. judiciorum cauſa peſtis n. 26. 50 Addit ꝑ & ulterius diſt. lex ſi reus paratus aliam ampliationem ad noſtrum textum, ut procedat eſtiam ſi cauſa ſit famoſa. Nam qui offert, evitabit judicium, & conſequenter evitabit infamiam: ex quo videtur conſundi traditio gloſſ. 1. leg. iſtus ſuſcitum, ſupra de hi qui notant. infamia, dum dicit, quod ille, qui conſtetur crimen redditur infamis. Nam imò videtur, quod propter confeſſionem evitet infamiam diſt. leg. ſi reus paratus, ubi tamen Bart. 52 numer. 20. opinionem ꝑ concordat, quod traditio gloſſ. 1. diſt. leg. iſtus ſuſcitum procedat in eo, qui ſi impliciter conſtetur delictum, ſecus ſi non ſolum conſtetur delictum, ſed etiam offerat ſatisfactionem damni, nam tunc procedet id quod, inſinuat d. l. ſi reus paratus, quam reſolutionem assignat etiam Bart. leg. infamem, numer. 10. infra de public. judic. ubi rationem differentie assignat, & Andr. Gaili. præſcrib. obſervat. libr. 2. obſervat. 103. num. 3. 53 Et ꝑ ex ea Paul. Caſtrenſ. diſt. leg. ſi reus, num. 10. colligit notabilem cautelam, ut ſi quis ex condemnatione timeat incurrere infamiam, vel aliam poenam, offerat ſatisfactionem damni, in quo poſſit condemnari, & ſic evitabit infamiam, vel poenam condemnationis, quam timeat incurrere, quam cautelam prius assignavit Bart. in diſt. leg. infamem, num. 11. & leg. juſjurandum, & ad pecunias §. final. numer. 2. ſupra de juſſur. Panormit. c. cum te, num. 5. de re judicata ex tollit Aſcheſlan. ſing. 84. & alii veloti per Decian. leg. final. §. ſin. num. 6. infra ſi certum petatur, Aviles, de Prætorib. cap. 1. verb. donat. num. 43. pag. 69. & notat Gaili. præſcrib. obſerv. 54 lib. 2. obſerv. 102. à numer. 7. Quod ꝑ tanè accipiendum eſt, juxta terminos diſt. leg. ſi reus paratus, ut ſi non invenitur, qui accipere poſſit ſatisfactionem, tunc non ſolum debet offerre quantitatem 55 condemnationis futuræ, ſed etiam debeat ꝑ deponere, & conſignare, ex quo Bald. ibi col. 2. ad medium colligit, quod ut quis evitet judicium, non ſufficit offerre debitum, niſi etiam deponat, & conſignet Alexand. conſ. 92. n. 10. libr. 1. 56 Contrarium ꝑ tamen, imò, quod ut evitet quis judicium, ſufficiat offerre debitum, videtur probare is textus, & ſecurè tradit Bald. conſ. 25. nume. 57 7. libr. 1. Sed ꝑ vera concordia eſt, quod ſi reus adhuc non conſtitutus in mora offerat in judicio, dicens ſe paratum ſolvere, evitabit judicium, & tanquam in jure confeſſus pro condemnato habeatur leg. unica Codic. de confeſſ. & ſe adverſus eum fiet præceptum de ſolvendo textus & in his terminis procedit is textus. Si autem jam eſſet conſtitutus in mora, & vellet evitare judicium, & liberare ſe ab effectibus moræ jam incurſæ, tene-

tur offerre, & deponere diſt. leg. ſi reus paratus, explicata, ut ſupra, & in ſimili ita diſtinguit Bart. l. item illa num. 10. infra de conſtit. pecun. & hæc de prima parte d. l. ſi reus paratus. Succedit ꝑ igitur ſecunda pars principalis ejuſdem leg. quam gloſ. ibi verb. præſes, ita interpreſatur, quod ꝑ textus faciat differentiam inter Judicem ordinarium, & delegatum, ſcilicet quod ordinarius etiam ante litem conteſtatam poteſt facere in confeſſum præceptum de ſolvendo, & jubere pecuniam deponi, quod tamen delegatus facere non poteſt, niſi confeſſio facta ſit coram eo, poſt litem conteſtatam, quia ab eo tempore efficitur Judex, & dominus litis, ac ita debitor offerens pecuniam coram ordinario, quocunq; tempore evitabit judicium, & non cogetur litem conteſtari, & tamen offerens coram delegato cogetur litem conteſtari, cum antea delegatus, in cauſa nihil jubere poſſit ſubſcribit Bal. ibi col. 2. poſt principium, & Fulgoſ. numer. 4. extollit Roman. ſingulari 185. Alex. hic in additio. ad Bart. Felin. cap. cum te, numer. 8. de re judicata. Sed ꝑ hunc intellectum improbant Angel. n. 11. 62 diſt. leg. ſi reus paratus, & merito, quia ea lex ſemper de eodem Judice loquitur, & quia ratio gloſſ. vera non eſt: quia licet procurator poſt litem conteſtatam efficiatur dominus litis, leg. nulla C. de procurat. non ꝑ ſic Judex delegatus efficitur dominus 62 jurisdiſtionis, poſt litem conteſtatam. Nam qui eum dedit Judicem, liberè ejus jurisdiſtionem revocare poteſt, leg. iudicium ſolvitur, infra eodem. Quod utique facere non potuiſſet, ſi delegatus per litis conteſtationem efficeretur dominus jurisdiſtionis, argumen. leg. poſt litem ſupra de procuratoribus ubi gloſ. 2. annotavit hanc differentiam inter procuratorem, & Judicem delegatum. Ex ꝑ quo conſequitur, quod cum poſt litem con- 63 teſtatam delegatus non magis efficiatur dominus jurisdiſtionis, quam antea, prout poſt litem conteſtatam poteſt decernere præceptum de ſolvendo, ut gloſ. agnoſcit, ita etiam poterit & ante litem conteſtatam. Reſecta igitur prædicta interpretatione, ꝑ vera explicatio eſt, quod in prima parte 64 diſt. leg. ſi reus paratus, debitor ante litem conteſtatam confeſſus eſt debitum coram Judice, quod ſufficit, ut Judex abſque alia condemnatione, poſſit facere præceptum de ſolvendo: ſed ſi poſt litem conteſtatam fiat prædicta confeſſio, tunc nihilominus Judex debet in cauſa procedere, & ſententiam diffinitivam ferre, juxta regulam l. de qua re infra eodem, & in his terminis loquitur, & procedit d. l. ſi reus in 2. parte, & ad ꝑ hos terminos reducendi ſunt 65 Bart. ibi n. 3. & Paul. ad finem, & videndus eſt text. l. hoc edito 5. in pr. infra de publican. Item ꝑ juxta hæc venit explicandus text. §. ſi- 66 nal. Inſtit. de perpetuis & temporalibus actionibus. dum probat, quod etiam poſt litem conteſtatam, & poſtquam fuerit proceſſum in cauſa, ſi debitor ante ſententiam offerat debitum, venit abſolvendus, etiam ſi aliàs eſſet condemnandus, & quod hac ratione omnia judicia dicuntur abſolutoria, quod aperte repugnat diſt. l. ſi reus paratus in 2. parte explicata, ut ſupra. Sed ꝑ ad illius text. explanationem advertendum 67 eſt, quod Alciat. l. unica C. de ſententiis. que pro eo, quod intereſt, cap. 8. à n. 9. exiſtimat, poſt litem conteſtatam reum ſolvendo non liberari à judicio, allegat leg. ſi inſulam 83. infra de verborum obligatione, & leg. ſed eſt alia, infra de conſtitut. pecunia, & ad dictum §. final. reſpondet, tunc demum procedere, quando non ſolum ſolvitur principale, ſed etiam omne intereſſe actoris.

Sed

Sed ꝑ non placet hæc reſponſio, quia diſt. §. final. generaliter procedit, ſive offeratur id, quod petitur, ſive etiam intereſſe parus, ut ibi expreſſit Ibragh. & Cuaren. leg. in actionibus n. 42. ſupra de in litem jurando, addo Paul. leg. 1. num. 9. ſupra de actionibus. & Alciat. lib. 7. parergon. cap. 12. Neque reſpondent jura allegata per Alciat. Nam ad ꝑ primam de leg. ſi inſulam, reſpondet Bart. ibi num. 12. quod poſt litem conteſtatam, per ſolam obligationem non purgatur mora, & in his terminis procedunt jura allegata per Alciatum. Sed ſi non ſolum offerat, ſed etiam ſolvat, verè vel fictè, procedit d. §. final. Inſtit. de perpetuis & temporalibus actionibus. & videtur text. l. hoc edito in princip. infra de publicanis. 70 Quæ ꝑ tamen reſponſio non videtur ſatisfacere quia diſt. leg. ſi inſulam, probat, quod ſi poſt litem conteſtatam conventus debitor, opus, quod promiſerat, præſtet: non per hoc purgatur mora, neque ꝑ tollit judicium intentatum: niſi dicas diſt. l. ſi inſulam, ea ratione id probare: quia lis ſuit conteſtata ſuper intereſſe. Si ergò poſtea præſtetur opus, non eſt reus abſolvendus, quia diverſum à 72 petito ſolvit, quod ꝑ non inducit abſolutionem à petitis, Paul. Caſtr. conſil. 384. col. final. poſt principium lib. 1. Sed ſi illud, quod fuerat petitum, fuerit ſolutum, procedit diſt. §. final. Inſtit. de perpetuis. quod colligitur ex eo textu ibi (ſatisfactum) adjuncta leg. 1. ſupra ſatisda. cogant. & leg. ſi rem §. omnis infra de pignoratitia actionibus. ampliando ut per Alex. d. l. quidam eſtimaverunt, nu. 3. infra ſi certum petatur. 73 Eſt ꝑ nihilominus advertendum, quod licet prædicto modo poſſit concordari diſt. leg. ſi inſulam, cum d. §. final. tamen ꝑ per prædictam concordiam non tollitur difficultas ſupra mota ex diſt. leg. ſi reus paratus in 2. parte, dum probat, quod ſi poſt litem conteſtatam offeratur debitum, Judex nihilominus debet procedere ad condemnationem, ſed poterit ille reſpondere, quod procedit, quando poſt litem conteſtatam reus conſtituit debitum, diſt. leg. ſi reus paratus in fine, ſed ſi non conſtituitur debitum, ſed etiam ſolvat, tunc ſententia abſolutoria ferenda eſt, ut probat diſt. §. final. Et ꝑ licet gloſ. final. ibi dicat, quod debeat eſſe ſententia abſolutoria, ab obſervatione judicis, non autem diffinitiva, per quam abſolvatur à re petita, illa mora ratione, quia cum obligatio principalis per ſolutionem ſublata ſit, principio Inſtit. quibus modis tollitur obligatio, fruſtra abſolvitur reus ab obligatione, quæ jam non erat in rerum natura, & ſubſcribit ibi Othomanus Paul. Caſtrenſ. diſt. l. ſi reus paratus in fine, & aſſerit receptum Jaſon. leg. Julianus verum debitorem col. 1. infra de condit. indebiti, & notab. Andr. Gail. præſcrib. obſervat. lib. 2. obſervat. 103. à numer. 6. ampliatur Alex. l. ſi conſtante §. ſin. n. 4. infra ſolut. matrim. 76 Tamen ꝑ verior eſt opinio Fabri diſt. §. final. Inſtit. de perpetuis & temporalibus actionibus. num. 3. quam ibi probat Balduin. & comprobat Fulgoſ. leg. juſjurandum. & ad pecunias §. Prætor ait in fine infra de juſſurando, quod imò debeat eſſe ſententia diffinitiva, abſolvens à re petita, & ſimul à lite ſuper ea mota: quod nova ratione comprobat Jaſon. diſt. leg. Julianus verum debitorem, num. 22. ad finem, & ſatis colligitur ex generalitate diſt. §. ſin. & l. cum re 26. ſupra de dolo & l. quod ſi Eppel. §. final. infra de eo quod certo loco. Neque obſtat ratio magis communis opinionis, 77 quia ultra reſponſiones Fulgoſ. diſt. leg. juſjurandum & ad pecunias §. Prætor ait in fine infra de juſſur. Ego reſpondeo, quod in litis conteſtatione 78 duplex quaſi ꝑ contractus videtur celebrari per par-

Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

tes, ſcilicet ut in litis proceſſu perfeveretur: inſque ad ſententiam, Auth. qui ſemel C. quomodo, & quando Judex. Item quod ſententiæ lata per Judicem in ea cauſa, pareatur, ut docet Bartol. l. 3. §. item ſcribit num. 6. infra de peculio. Ratione igitur illius obligationis reſultantis ex prædictis quaſi contractibus, proprie cadit abſolutoria ſententia, & quidem diffinitiva. Ad ꝑ quod expendo leg. hoc edito in principio, 79 infra de publicanis dum dicit, quod ſi ante judicium, ſuſceptum res reſtituatur, evaneſcit judicium, ſi autem poſt ſuſceptum judicium res reſtituatur, venit pars abſolvenda, ſcilicet ab ea obligatione, quæ ex quaſi contractibus videbatur reſultare. Et hac ratione omnia judicia dicuntur abſolutoria, ut probat diſt. §. final. & explicat Alciat. libr. 2. parergon. cap. 12. Cæterum ſi id fiat poſt ſententiam condemnatoriam, certum eſt, non poſſe ferri ſententiam abſolutoriam, quia eſſet contraria primæ ſententiæ, ut clare ſignificat diſt. §. final. ſed tantum propter abſolutionem poſtea ſecutam impediatur executio prioris ſententiæ condemnatorie l. ſi deſuſſor eviſtionis inf. de doli exceptio. notab. Aviles de Prætorib. c. 9. verb. deſuſſos n. 2. pag. 149. Ulterius ꝑ ex iſto textu annotandum eſt, quod 80 ubi debitor conſtituitur in judicio, ſe debere id, quod ab eo petitur, Judex non debet eum condemnare, ſed tantum interponere decretum de ſolvendo intra certum tempus. Et eſt ratio quia confeſſus in jure pro judicato habetur leg. unica C. de confeſſ. leg. poſt rem infra de re judicata. Qui igitur habetur pro condemnato, iterum condemnari non debet, ſed tantum ea ficta condemnatio debet mandari executioni per præceptum de ſolvendo, leg. proinde §. final. infra ad leg. Aquiliam, & probat is textus & l. 7. tit. 3. part. 3. & ibi notat Greg. in gl. 2. & l. 2. tit. 22. part. 3. & ibi etiam notat Greg. in gloſ. 2. tradit Caſtrenſ. leg. unica num. 4. & n. 10. C. de confeſſ. Ant. Maſſa in tract. obligat. ad formam Cameral. pag. 129. num. 14. declarando ut per Paulum conſil. 87. in final. lib. 1. & cum Bald. ſin. neceſſitate nu. 11. C. de bonis quaſi liberis, quam ſequitur Natta conſil. 31. n. 7. lib. 1. & Jaſ. §. curare, in fine, Inſtit. de actionibus. Ex ꝑ prædictis autem inferrebat Bart. l. 1. n. 1. l. 81 non fuerit nu. 5. infra de confeſſ. hoc præceptum de ſolvendo proprie non poſſe appellari ſententiam condemnatoriam, ſed potius quandam executionem fictæ condemnationis, quæ videtur reſultare ex confeſſione facta in judicio, quod & ſentit gloſ. cap. dudum el. 2. verb. reſponſionem, de elect. gl. final. cap. ex parte el. 1. de verborum ſignificatione, gl. in Summa 2. q. 1. & reſolvit Perus. cap. cum ceſſante nu. 10. de appellat. Alexand. conſil. 5. n. 3. lib. 2. Et ꝑ idè in eo 82 præcepto non requiritur ſcriptura publica & ſolemnis, quæ tamen requiritur in ſententia condemnatoria, Bald. l. final. §. neceſſitate n. 10. C. de bonis quaſi liberis. Neque ꝑ illud interpoſitum impedit litis 83 conteſtationem, quam tamen impedit ſententia, c. 1. de litis conteſtat. in 6. notat Felin. in rubr. n. 5. de re judicata. Hæc ꝑ tamen intelligunt Doctores vera eſſe 84 quando prædicta confeſſio facta eſt ante datum libellum per actorem, nam ſi poſt datum libellum, & à fortiori poſt litem conteſtatam, fiat prædicta confeſſio, non interponitur decretum de ſolvendo, ſed procedetur in cauſa ad ſententiam condemnatoriam, l. Julianus & l. Stichum inf. de confeſſ. Quæ 85 ſententia merè diffinitiva cenſebitur: cum cauſam, de qua agitur, dererminet, & judicialiter diffiniat, & ita declarant Angel. & Paul. hic uterque n. 6. Jacob. n. 21. & Alex. hic in additio ad Bar. Paul. Caſtr. l. ſi reus paratus n. 6. ſupra de procurat. Ang. §. final. n. 2. Inſtit. de innuili ſtipulatio. Alex. l. debitoribus n. 22. in- 86 fra

fra de re iudicata, & conf. 50. n. 11. l. 2. notabiliter Jason l. si domus §. in pecunia n. 9. infra de l. 1. Soares l. post rem 3. notab. n. 12. infra de re iudicata, Jafred. Balb. d. 72. Marant. in praxi 6. parte prin. iudiciorum in 3. partical. n. 28. pag. 513. Ripa l. quod iussit, n. 31. inf. de re iudicata.

86 Sed circa hanc communem declarationem subsistendum est, quia imprimis non est verum, quod si post datum libellum actoris, fiat prædicta confessio, quod non interponatur decretum de solvendo: nam verius est interponi posse, ut supra probavimus & tenet Greg. leg. 7. titul. part. 3. in glos. 2. Quinimò licet confessio facta post litem contestatam, non impediat causæ prosecutionem leg. si reus paratus in fine sup. de procurat. Tamen id intelligendum est in hoc sensu, ut quidem propter confessionem, confitens habeatur pro iudicato, & ex ea facta condemnatione nascatur statim actio & obligatio, sed si actor velit acquirere novam actionem ex vera sententia condemnatoria poterit id à Iudice obtinere l. penultim. cum glos. infra de confess. &

88 tunc actio orta ex vera sententia condemnatoria, non tollit illam, quæ jam orta erat ex confessione facta in iudicio, sed potius illi novam actionem accumulabit, argum. leg. fin. §. 1. C. de usuris rei iudicata, tradit glos. final. leg. certum §. final. infra de confess. & ibi Bartol. gl. magna l. unica ad medium, C. de confess. & ibi not. Paul. Castr. numero ad finem.

89 Ulterius est advertendum, quod licet præceptum de solvendo relatum ad causam principalem, non dicatur sententia diffinitiva: quia nihil diffinitivum confessio facta in iudicio diffinitionem videtur fecisse, & sic magis videatur pertinere ad executionem prædictæ condemnationis, ut supra diximus: tamen respectu sui consideratum sententia sine dubio appellari debet: quia * omnis determinatio Iudicis ad causam faciendam, sententia appellatur, gl. ant. de litigios. §. ad excludendas ver. interlocutionibus, collat. 8. & gl. 1. c. qui, verb. diffinitiva 2. q. 6.

91 Quare videndum est, quænam sententia esse censetur. Et quidem constat diffinitivam non esse, nihil enim diffinit, sed magis videtur pertinere ad executionem factæ condemnationis, quæ videtur resultare ex confessione facta in iudicio. Tantum igitur dubitatio in eo * consistit: *Utrum censetur sententia mere interlocutoria habens vim diffinitivæ.* In quo dubio glos. §. penult. verb. sententia, Instit. quibus alienare non licet, existimat, sententiam esse mere interlocutoriam, cui Paul. subscribit, hic n. 3. & in d. l. si reus paratus n. 6. Ang. consil. 115. col. 1. ad finem, & plures relati per Felinum in rub. n. 3. de re iudicata, Jafred. Balb. dec. 72. Et hanc esse magis communem opinionem asserit Maranta in praxi 6. parte principalis in 3. parte n. 28. pag. 513. & late defendit Aretin. l. 5. in princip. colum. 2. ad finem infra de verborum obligat. & pro * illis urget, quod huiusmodi præceptum tendit ad executionem factæ condemnationis, quæ videtur resultasse ex confessione facta in iudicio, ut sup. diximus. Porro pronuntiatio, quod sententia exequenda sit, mere interlocutoria censetur, tendens ad declarandam executionem sententiæ diffinitivæ jam late, imò in l. ab executione colum. 1. infra de appell. Anchar. cons. 344. Boer. dec. 60. n. 7. dec. Genua 164. n. 14. quibus adde Corneum consil. ad finem libr. 1. Unde pro regula constituitur, quod omnis iustus post sententiam interpositus & respiciens executionem, censetur sententia mere interlocutoria, leg. à divo Pio §. in venditione (ibi interloqui solet) infra de re iudicata, & ibi notavit Jaf. numero

5. Octavian. de stylo Curia lib. 7. cap. 3. numero 11. ac proinde in omnibus sequitur naturam meræ interlocutoria, Anchar. cons. 542. & Rota Genu. 164. n. 12.

95 Contrariam * nihilominus opinionem, imò quod præceptum de solvendo, censetur esse sententia interlocutoria, habens tamen vim diffinitivæ, tenet Bald. hic 2. lect. in principio, & Laucelot Decius in principio, Guid. Papa, dec. 12. Angel. §. Curia in fine Inst. de actio. & plures relati per Felinum cap. querenti n. 9. de officio delegati, & in rub. num. 5. de re iud. Marant. ubi supra Hippol. Riminald. cons. 206. n. 22. lib. 2. ea ratione, quia huiusmodi præceptum est statim exequendum, & in effectu continet sententiam mereri executionem, ergo debet dici interlocutoria habens vim diffinitivæ, & ad similitudinem illius debet regulari juxta traditionem gl. 1. l. infra velle supra de minor. quam extollit Bald. n. 14. C. quando provocare non est necesse. Et hanc opinionem ego veriore, & magis receptam esse existimo, nam ultra supra allegatos eam probat Bald. l. error. n. 10. C. de juris & facti igno. Ang. in l. 5. in princip. n. 2. & ibi Alexand. num. 4. infra de verb. obligat. Angel. consil. 115. ad finem Dec. c. cum cessante n. 3. de appell. post Perus. ibi num. 10. Marant. in praxi 3. parte 6. partis principalis, n. 28. ad finem pag. 513. & ultra eos testes Aretin. consil. 20. n. 3. & Alexand. cons. 50. n. 11. lib. 2. addo glos. final. hoc sententem l. qui restituere, supra de rei vend. & ibi not. Ang. n. 6. & plures relati per Hippol. Riminald. consil. 206. à n. 22. lib. 2.

97 Et urget pro hac sententia, quod illa appellatur sententia mere interlocutoria, quæ nihil determinat ad causam principalem pertinentem, sed præcipit aliquid, quod magis pertinet ad causæ præparationem l. quod iussit infra de re iud. l. 2. tit. 22. part. 3. Et pari ratione dicitur mere interlocutoria, si determinet aliquid leve, & quod non sit substantiale causæ, à qua ipsa videtur pendere, ut declarat Alex. in rub. n. 8. infra de re iudicata, Aretin. cons. 20. n. 2. & cons. 106. n. 4. Felin in rub. n. 3. de re iud. Maranta in ultimis parte 6. partis principalis n. 44. pag. 518. Rip. l. quod iussit n. 27. in fine, & Zalus n. 28. infra de re iudic. Hippol. Riminald. cons. 206. n. 16. lib. 2. Qui per contrarium dicunt, eam dici sententiam interlocutoriam, habentem vim diffinitivæ quæ determinat aliquid substantiale, & à quo ferè decisio causæ videatur pendere, dummodò id incidenter fuit ad causam principalem, adhuc non plenè determinatam.

99 Ex quo inferendo ad nostram dubitationem dicimus, quod cum præceptum de solvendo, virtualiter contineat sententiam, de qua agitur, esse validam, & mereri executionem, quod est substantiale ad causam principalem jam decisam, quia * parum importaret sententia ferri, nisi executioni mandaretur gl. in rub. C. de execut. rei iudic. Ergo debet censi interlocutoria habens vim diffinitivæ.

102 Nec * obstat fundamentum contrariæ opinionis quia verius est, sententiam, per quam pronuntiatur, aliam sententiam esse exequendam, censi interlocutoriam habentem vim diffinitivæ, ut tenet Angel. in leg. qui restituere, n. 6. supra de re iudicata, & cons. 115. ad finem, Alexand. cons. 50. n. 11. lib. 2. Quinimò * si lata sententia indicat quæstio, an sit illa mandanda executioni, & debita causæ cognitione, pronuncietur illam esse exequendam, talis sententia merè diffinitiva censetur, quia omnis illa sententia censetur mere diffinitiva, quæ

quæ diffinit articulum, de quo principaliter mota fuerat quæstio, glos. fin. leg. qui restituere supra de rei vendicac. & ibi, Bald. 1. lect. ad finem, & Angel. nu. 6. glos. Clement. unica verb. diffinitiva de sequer. possessio. & fruct. glos. cap. ei qui verb. diffinitiva 2. qu. 6. & ex mente Bald. id colligit Imol. leg. 1. §. final. n. 6. infra de Prator. stipul. & leg. quod iussit num. 4. infra de re iudic. Felin. in rub. nu. 15. de re iudicata. Ergo & in terminis de quibus supra sententia merè diffinitiva appellabitur, quod in terminis post Angelum tradit Alex. cons. 50. n. 11. lib. 2.

105 Unde * & quod supra resolvimus, præceptum de solvendo, censi interlocutoriam habentem vim diffinitivæ intelligendum est, quando super executione nulla movetur quæstio, quia in iure confessus non reluctatur, & sic tantum jubetur solvere id, quod confessus est in iure, se non debere: ut 106 est de mente Rip. leg. quod iussit n. 31. infra de re iudicata, & aliorum supra allegatorum. Nam * super allegatione sententiæ principaliter mota sit quæstio, sententia eam determinans, sine dubio dicitur sententia merè diffinitiva, juxta supra tradita Hippolytr. tract. bannico. verb. sententia §. 5. num. 18. Tantum igitur * contraria opinio, quam impugnamus, admitti potest, quando non tractatur, utrum faciendæ sit executio? Nam hoc pro constanti habetur, sed tantum tractatum de modo exequendi: nam tunc censetur merè interlocutoria, & in his terminis loquitur, & procedit text. in leg. à Divo Pio, §. in venditione, & quod ibi Jaf. n. 15. infra de re iudicata, & supra tradidimus.

109 Ex * qua opinione ita defensa offertur huiusmodi præceptum de solvendo, per Iudicem revocari non posse, quia licet mera interlocutoria possit revocari per Iudicem ad libitum, leg. quod iussit infra de re iudicata leg. 2. tit. 22. 3. Tamen id interlocutoria habens vim diffinitivæ, per eum revocari non potest, glos. cap. final. verb. inanes elect. in 6. quam extollunt relati per Jason. dict. leg. quod iussit num. 10. & ibi Rip. num. 28. Alexand. l. iussit possit num. 13. infra de acquirend. possess. Dec. cap. cum cessante, num. 10. de appellat. & rationem assignat Bal. minoribus numer. 8. Codic. de his quibus ut indignis. Si ergo hoc præceptum de solvendo est interlocutoria habens vim diffinitivæ, ut supra probavimus, revocari minimè poterit, quod ita hac ratione post Angelum tenet Felin. cap. querenti, num. 9. de officio deleg. & in rub. num. 5. de re iudicata Gregor. l. 2. titul. 22. partit. 3. glos. secunda, in fine, Hippolit. Riminald. cons. 206. num. 27. lib. 2.

112 Contrariam * tamen opinionem, imò quod hoc præceptum de solvendo ad libitum revocari possit, juxta regulam general. m. dict. leg. quod iussit, pro constanti tenent Angel. hic numer. 5. Paul. Castr. numer. 3. Jacobin. numer. 22. & Alexand. in additio. ad Bart. Angel. cons. 114. num. 5. & ex professo defendit Aretin. leg. in principio colum. 2. ad finem infra de verborum obligatione, Felin. cap. qualiter numer. 8. de accusat. Rota Genua 64. num. 14. Pro qua sententia adducitur lex final. infra de quibus appellari non licet, & quia * pronuntiatio de exequendo potest per Iudicem revocari, quia implorato Iudicis officio nobili expeditur, ut post Bartol. tradit Rip. dict. leg. quod iussit numer. 44. Denique * adducitur pro hac sententia cap. fin. de appellation. in 6. dum probat quod sententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, revocatur per Iudicem ad quem delata fuit ex causa appellationis: Ergo pari ratione Iudex, qui eam tulit, revocare poterit, quando durat ejus iurisdicctio, ut advertit Paner. cap. cum cessante num. 10. de appellat. Et in prædictis terminis, quod Iudex possit revocare prædictam senten-

tiam tenent Paul. d. l. quod iussit in fine, & ibi Alexand. num. 17. Angel. consil. 114. num. 3. Et * consonat Dominic. cap. final. nu. 18. ad medium de elect. in 6. quod ea interlocutoria habens vim diffinitivæ revocari non potest, quæ principaliter determinat aliquem articulum substantialem causæ principalis, secus si determinet aliquem articulum particularem incidentem. Nam decisio hujus articuli habita relatione ad causam principalem, proprie non potest dici interlocutoria habens vim diffinitivæ, & ideo juxta regulam generalem revocari potest, subscribit Felinus dict. cap. qualiter elect. 1. num. 8. ad finem, & Rip. ad leg. quod iussit numer. 82. ad finem.

116 His * tamen non obstantibus non est recedendum à prima opinione, magis communiter recepta. Neque enim obstant rationes contrariæ opinionis. Nam ad primam de leg. fin. infra de quibus appellare non licet, respondetur, quod * in casu ibi proposito, sententia arbitratorum est merè diffinitiva, cum determinaverit articulum principalem ipsis arbitris commissum, ut supra diximus. Et constat ex eo, quod ab illorum sententia appellatur, ut clare probat leg. arbitrio supra qui satisfacere cogant. Quod * jure civili non permitteretur, nisi esset sententia diffinitiva leg. ante sententiam C. quorum appellat. non recipiantur. Merito igitur prædicti arbitri suam sententiam revocare non poterunt, juxta regulam leg. Iudex postquam infra de re iudicata, & præsupponit dict. leg. fin. quæ licet addat, superiorem posse revocare prædictam sententiam citra appellationem, tamen debet intelligi, quod * debeat adiri per viam quærelæ, ut est expressum leg. si ab arbitrio, supra qui satisfacere cogant. Cum enim articulus commissus arbitris non perimat totam causam, permittitur partibus adire superiorem, per viam quærelæ, & obtinere, quod revocetur sententia, si fuerit inducta, quod tamen minimè permittitur illi, qui eam tulit, cum tanquam superiorem considerari non possit, & sic textus ille nihil facit pro opinione, quam impugnamus, quicquid dicat Angelus consil. 114. num. 3. & Aretin. leg. 1. in principio col. 2. ad finem infra de verborum obligatione.

120 Non * obstat etiam secunda ratio, quia traditio Rip. non videtur vera, quia pronuntiatio de exequendo, licet sententia interlocutoria censetur, Bart. leg. si cum exceptione §. hac autem actio numer. 4. supra quod metus causa, tamen habet vim diffinitivæ Felin. cap. quoad consultationem, num. 3. de re iudicata, Hippolit. Riminald. cons. 206. n. 23. & n. 27. lib. 2. Ergo revocari non poterit, juxta supra tradita.

121 Neque * repugnat, quod executio sententiæ sit implorato officio Iudicis nobili, Bartol. leg. jubere cavere num. 3. in fine & ibi Jason num. 12. supra de jurisdictione omn. iudicium, & illud quod Iudex determinat ex officio suo nobili indistinctè revocari potest, leg. si opus 16. infra de novi operis nunc l. penult. infr. de Prator. stipulat. leg. quamvis infra de re iudicata. Nam respondetur, id procedere, quando Iudex ex officio suo nobili non condemnat, vel absolvit: sed præcipit aliquid esse faciendum: huiusmodi enim præceptum indistinctè revocari potest, juxta regulam dict. leg. quod iussit, l. dicere §. fin. supra de receptis arbitris. Nam * ex officio suo nobili absolvat vel condemnet, revocare non poterit, juxta regulam leg. Iudex postea quam inf. de re iudicata: planè præceptum de solvendo, licet non contineat explicationem condemnationem, tamen præsupponit eam factam esse, & virtualiter con-

continet eam condemnationem mereri executionem, & ſic effectum habet diffinitivæ ſententiæ, & ideo revocari non poteſt.

23 Non ꝑ obſtat tertio d. capit. final. de appellat. in 6. quia loquitur in ſuperiore, qui inter locutorias habentes vim diffinitivæ revocare poteſt, ſi à ſententia diffinitiva ad eum fuerit appellatum, nam & de prædictarum ſententiarum iuſtitia cognoſcere poterit. Quod igitur ſuperiori permiſſum eſt, non debet videri permiſſum inferiori, qui errorem ſuum poſt ſententiam revocare non poteſt, diſt. leg. iudex poſtea quam infra de re iudicata, & advertit Dec. diſt. cap. cum ceſſante, n. 11. & in ſpecie colligitur ex l. ſ. n. infr. à quibus appellare non licet, explicata ut ſupra.

24 Denique ꝑ neque obſtat traditio Dominici ſupra relata, quia reſponderetur eam eſſe falſam: nam verius eſt, iudicem omnem interlocutoriam habentem vim diffinitivæ, revocare non poſſe, ut ſupra probatum eſt. Item æquivocat Dominicus in hac ſua traditione nam appellat ſententiam interlocutoriam habentem vim diffinitivæ, quæ determinat certum articulum, de quo principaliter mota erat controverſia, cum tamen certum ſit, hanc mere diffinitivam cenſeri, ut ſupra probavimus.

25 Nam * ea tantum appellatur interlocutoria habens vim diffinitivæ, quæ determinat certum articulum incidenter venientem ad cauſam principalem, à quo tamen multum dependeat vera decifio cauſæ principalis, ut ſupra declaravimus, & hæc declaratio amplius revocari non poteſt, præceptum igitur de ſolvendo, quamvis nihil de novo determinet, quia iam illud erat determinatum, tamen quia virtualiter continet ſententiam condemnationem eſſe mandandam executioni, dicitur interlocutoria habens vim diffinitivæ, & ideo revocari non poteſt, ut dictum eſt.

26 Secundo * principaliter ex prædicta reſolutione inferitur, quòd licet iure civili, à iure interlocutoria appellari non poſſit l. ante ſententiam C. quorum appellat. non recipiantur, tamen ab hoc præcepto de ſolvendo appellari poteſt, nam cum habeat vim diffinitivæ ſuccedit traditio gloſ. in fine l. intra utile, ſupra de minoribus quòd ab interlocutoria habente vim diffinitivæ appellari poteſt: quam exornat Felinus in rub. n. 6. de re iudicata, Rip. diſt. l. quod juſſit n. 28. quod ita per hanc rationem in terminis tradit Alex. l. 5. in princip. n. 4. inf. de verb. obligat.

27 Circa * quam illationem imprimis eſt advertendum, quòd facilius iure civili admittitur appellatio ab interlocutoria, quam quòd inducatur, quòd interlocutoria habeat vim diffinitivæ. Quod * patet ex eo, quòd iure civili admittitur appellatio ab interlocutoria, quæ inferit præiudicium irreparabile per diffinitivam leg. ſi quis provocacione C. de appellat. l. ſ. n. qui. & ibi Bart. infra de appellat. recipiend. Et ꝑ tamen ſententia inferens gravamen irreparabile per diffinitivam, mere interlocutoria cenſetur, non habens vim diffinitivæ, cum nihil determinet ſubſtantiale pertinens ad decifionem cauſæ principalis, Angel. conſil. 114. num. 3. Aretin conſil. 20. n. 3. & conſ. 106. à num. 2.

30 Præterea ꝑ eſt advertendum, quòd prædicta illatio prima facie non eſt vera, quæ à ſententia de exequendo, regulariter non admittitur appellatio, Decius cap. novit n. 4. de appellat. Maxime quando præceptum de ſolvendo ſit contra confeſſum debitum in iudicio, neque enim contra propriam confeſſionem auditur appellans, niſi dicat prædictam confeſſionem per errorem fuiſſe factam, qui tamen error poſt condemnationem allegari non poteſt, l. error C. de iuris & facti ignorantia, ubi Bald. n. 10.

ita expreſſe tenet & Ang. S. curare in fine inf. de actionibus.

Sed * defendendo noſtram illationem, quæ veriffima eſt, prædictæ difficultati reſponderetur, quòd regul. diſt. l. error. procedit, quando à condemnatione non fuerit appellatum, nam ſi appellaretur in gradu appellacionis poteſt, doceri de errore confeſſionis, gloſ. ſ. n. verb. appellari infra de appellat. notat Bald. hic prima lectura ad finem & aul. Caſtrenſ. n. 4. Jacob. n. 23. Unde merito præſupponitur in illatione, à præcepto de ſolvendo appellari poſſe: nam in iſtantia appellacionis, poterit doceri de errore confeſſionis, & conſequenter præceptum de ſolvendo eſſe iniuſtum. Præterea * reg. diſt. l. error, procedit, quando error allegatur poſt latam ſententiam condemnationem: & aliud eſt, ſi poſt confeſſionem fiat præceptum de ſolvendo, quod propriè non dicitur ſententia condemnationis, ſed magis pertinet ad executionem ipſius confeſſionis judicialis, Bart. l. 1. n. 1. infra de confeſſ. ac proinde poſt præceptum de ſolvendo, quòd factam includit condemnationem, poteſt conſiſtere docere de errore cōfeſſionis, quantumcunque ab ipſa facta condemnatione non fuerit appellatum, l. pen. infra de confeſſ. tradit Bart. optime declarans leg. non fatetur n. 5. infra de confeſſ. Angel. Aret. S. ſ. n. 2. inf. tit. de inutil. ſtipulat. & S. ſi minus n. 15. inf. tit. de actio. ſ. l. error n. 3. C. de iuris & facti ignorantia, Felin. in rub. n. 5. de re iudicata.

Illud * tamen verum eſt, quòd tunc demum admittitur appellatio à præcepto de ſolvendo, quando in ipſa appellacione exprimitur cauſa erroris: nam aliàs non admittitur appellatio illius, qui vult venire contra propriam confeſſionem l. generaliter C. de non n. pecun. Unde neq; à præcepto de illa exequenda appellari poterit, capit. novit. de appellat. notat Angel. hic n. 7. Paul. n. 4. addentes, quòd licet * convictus per teſtes, & præterea ad appellandum, l. Codic. quorum appellat. recipiantur tamen ſi ſola adſit confeſſio, admittitur appellatio, allegato errore confeſſionis, ut conſtat ex ſupra traditis: circa quod tamen eſt videndus Ang. Aret. l. eius qui n. 10. inf. de appellat. recipiend. Greg. l. 2. tit. 22. partit. 3. in gloſ. 1.

Tertio * principaliter ex ſupra reſolutis inferitur, quòd cum huiusmodi præceptum de ſolvendo dicitur interlocutoria habens vim diffinitivæ, idem in ea regulariter obſervabitur, quod in mera diffinitiva: juxta traditionem Bald. l. minoribus n. 8. C. de his quibus ut indig. & in ſpecie tradit Panormit. cap. pervenit el. n. 8. de appellat. Felin. in rub. n. 6. de re iudicat. Greg. l. 2. tit. 22. partit. 3. verb. de ortas. Unde conſequitur, quòd * prout ſententia diffinitiva debet proferri in ſcriptis, capit. ſ. n. de re iudicata in 6. idem ſervandum eſt in præcepto de ſolvendo, quod habet vim diffinitivæ, & ita Paul. Caſtr. l. final. S. neceſſitate, n. 9. C. de bonis que libertis.

Sed ſubſiſtendum eſt: quia licet verum ſit, interlocutoriam habentem diffinitivæ, debere ferri in ſcriptis ad ſimilitudinem mere diffinitivæ, ut per Alexandrum l. juſte poſſidet n. 12. infra de acquirend. poſſeſſ. Tamen hoc non * requiritur in præcepto de ſolvendo. Nam quantumcunque videatur habere vim diffinitivæ, tamen ſufficit verbo proferri, & poſtea redigi in ſcriptis, ut expreſſe tradit Panormitan. capit. pervenit el. 2. in fine de appell. Rota dec. 5. de re iudicata in antiquioribus, Felin. in rub. n. 5. de re iudicata. Et eſt ratio, quia præceptum de ſolvendo venit ad executionem condemnationis, quæ videtur facta in reum propter confeſſionem judicialem: & ſic præſupponit, ſententiam eſſe ſolemniter latam, & ideo non eſt neceſſum, quòd & ipſum

ſum præceptum ſolemniter fiat ad modum ſententiæ diffinitivæ. Sed in hoc videtur magis ſequi naturam mere interlocutorie, quam ſufficit verbo proferri, & poſtea redigi in ſcriptis, gloſ. prima capit. ſ. n. de re iudicata in ſexto. adjunt. gl. cap. quoniam contra verb. interlocutiones, de probat. leg. ſecunda. tit. 22. partit. 3. Et ꝑ eadem ratione, cum ex diffinitiva, quam præſupponit præceptum de ſolvendo, oriatur actio iudicati ſive in factum leg. actori Codic. de rebus credit. & iurejurando actio non oriatur ex præcepto de ſolvendo, quod tantum venit ad executionem prædictæ actionis, Bart. l. non fatetur n. 5. inf. de confeſſ. faciunt quæ Jaf. S. curare, in fine, inf. de actio.

Contrariam * tamen opinionem, quòd imò ex præcepto de ſolvendo oriatur, actio iudicati, ſive in factum, ſentit gl. l. ſ. n. neceſſitate C. de bonis que libert. quæ notat Corne. ibi n. 6. & probant Ang. hic n. 5. & P. C. n. 5. & n. 14. R. d. 1. de re iudicata, in antiquioribus.

Pro * concordia dicendum eſt, quòd ſi ante litem conteſtatam facta ſit confeſſio, & præceptum de ſolvendo, procedet prima opinio: ſed ſi poſt litem conteſtatam id fiat, quia tunc nihilominus procedendum eſt ad ſententiam diffinitivam, ut ſupra diximus, ſi iudex tunc jubeat ſolvi id, quòd continetur in condemnatione, non dicitur tunc præceptum de ſolvendo, de quo is textus agit, ſed potius præceptum, ut actio in factum orta ex vera condemnatione innitatur executioni cum effectu, & ita hoc caſu procedetur modis præſcriptis l. qui refrenere, ſupra de re vendicat. & eſt de mente Paul. Caſtrenſ. l. ſ. n. neceſſitate n. 9. C. de bonis que libert. quem etiam vide launica n. 10. ad finem C. de confeſſis.

Quarto * & ultimo ex ſupra traditis inferitur, quòd cum præceptum de ſolvendo cenſetur habere vim ſententiæ diffinitivæ, quemadmodum à vera diffinitiva appellatur, nulla expreſſa cauſa gravaminis, ac ob id appellans non teneatur cauſam appellacionis verificare l. ſcio S. ſ. n. infra de appell. idem etiam obſervabitur in appellacione, quæ interponitur à prædicto præcepto, & ita Romanus l. quinta, in principio n. duodecim tertio infra de verborum oblig. Contrarium * tamen, imò quòd in appellacione, quæ interponitur à prædicto præcepto de ſolvendo debeat obſervari forma perſcripta, quæ eſt in appellacione à ſententia mere interlocutoria, ſcilicet quòd appellatur in ſcriptis: item quòd exprimatur certa cauſa gravaminis cap. 1. de appellat. in 6. Præterea quòd ex cauſa expreſſa juſtificate appellatio Clem. appellanti, de appellat. Pro conſtanti tenet Paul. Caſtrenſ. l. ſ. n. neceſſitate n. 9. C. de bon. que libert. & aſſerit receptum Aret. l. 5. in principio colum. 3. ad medium infra de verb. oblig. Offa. de ſtylo Curia l. 7. cap. 3. n. 11. Pro * quibus argenter facit, quòd à præcepto de ſolvendo interpoſito adverſus confeſſum in, iure non poteſt appellari, niſi expreſſa cauſa quòd confeſſio fuerit erronea, ut ſup. diximus. Ergo ratione expreſſionis cauſæ, recedit à natura appellacionis interpoſitæ à mera interlocutoria, ſed quoad alia cōcernetia prædictæ appellacionis obſervanda videtur formæ, l. de app. n. 6.

Ex * quibus colligitur, quòd licet præceptum de ſolvendo habeat vim diffinitivæ, ac ideo in omnibus fere ſequatur diffinitivæ naturam, tamen in quibusdam ſequitur naturam mere interlocutorie, quia cum veniat ad executionem factæ condemnationis, quam lex inducit propter confeſſionem factam in iudicio, præceptum de ſolvendo non inducet novam condemnationem, ac ob id quoad pertinentia ad condemnationem nihil inducet. Unde videtur quoad illa obſervare naturam mere interlocutorie, ut conſtat ex ſupra traditis. Et hæc de prima concluſione huius textus.

Succedit * igitur ſecunda illius principalis concluſio, quòd confeſſus in iudicio debitum, non eſt

cogendus ſtatim ſolvere, ſed debet ei assignari terminus ad ſolvendum, cum competenti cautela, hoc eſt: datis pignoribus vel fidejuſſoribus de ſolvendo, tranſacto termino assignato, ut hic exponit gl. verb. competenti, ac ita colligitur, quòd ꝑ quamvis contra confeſſum in iudicio debeat fieri præceptum de ſolvendo, tamen debet ei assignari terminus ad ſolvendum, qui à iure conceditur verè condemnatis: tradit Anton. Natta conſ. 591. n. 17. l. 3. & tamen is non poterit uti prædicta dilacione, niſi præſtet cautionem de ſolvendo debito, tranſacta dilacione assignata ad ſolvendum.

Sed ꝑ huic concluſioni videtur obſtare, S. ſed hodie inſt. de ſatis, ubi qui ſe defendit ſuo nomine, non tenetur præſtare cautionem de iudicato ſolvendo, nec de iudicio ſiſti. Ergo malè is text. contrarium præſupponit. Huic tamen difficultati reſpondet Bart. hic n. 2. quòd contrarium procedit, dum pendet lis indeciſa, ſed lata ſententia expirat cautio de iudicio ſiſti l. grace S. ſi poſt litem inf. de fidejuſſ. & ex eo tempore tenetur condemnatus præſtare cautionem de iudicato ſolvendo, ut victor ſit tutus de debito. Reſpondet etiam quòd dilatio, quæ conceditur condemnatis ad ſolvendum, conceditur eis miſerationis gratia l. ſi cum militi S. ſ. n. infra de compenſatio. & quando * ex gratia debitori conceditur dilatio ad ſolvendum, ſemper is cogitur præſtare cautionem de ſolvendo debitum poſt dilacionem l. univerſa C. de precibus Imperato. offerend. & Bart. ſubſcribunt Paul. Caſtrenſ. hic n. 9. Jacob n. 8. Pan. cap. quoad conſultationem n. 22. de re iudicata, Soares titulo de los emplazamientos. S. 3. n. 12. Rip. l. ita ſtipulatus, n. 8. infra de verb. oblig. Quare * ſi dilatio competet ratione conventionis, vel natura contractus, tunc non eſſet præſtanda cautio niſi juxta diſtinctionem l. in omnib. infra eodem. & poſt alios tradit Felin. diſt. cap. quoad conſultationem n. 9. quibus addendum eſt, ita demum hanc cautionem eſſe præſtandam, ſi actor illam petat diſt. l. univerſa cum gl. ſ. n. C. de precibus Imper. offerendis l. peto S. fratre cum gl. infra de l. 2. Quinimo * ſi iudex ſciat, debitorem eſſe locupletem, poterit eum liberare ab onere præſtandi cautionem, jubendo quòd tantum obliget bona ſua arg. l. ſilio inf. ut legat ſeu ſideicommiſſ. nomine tradit, B. l. d. ſ. n. 1. ad finem C. de execut. rei iudicat. Soares tit. de los emplazamientos S. ſ. n. n. 14.

Et * ex his inferit Bart. hic in fine, quòd ſi condemnatus ſtatim non ſolvat, vel non præſtet cautionem victore petente, detrudetur in carcerem, niſi bonis cedat. l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt, ſequuntur Angel. Paul. & Jacob. hic n. 9. Lancelotus Decius colum. 1. ad medium, Ang. S. ſ. n. 2. Inſt. de inutilib. ſtipul. Jaf. l. debitoribus n. 14. infr. de re iudic. Addit Bald. hic l. l. quòd in prædicto caſu non detrudetur in carcerem ratione debiti, ſed ratione cautionis non præſtite, & ideo eſt neceſſarium, quòd circa præſtationem cautionis, ſit in mora conſtitutus: ſubſcribit Felin. cap. quoad conſultationem n. 9. de re iudicata. Quæ * tamen declaratio non videtur tuta, quia etſi non præſtet cautionem tamen ſuperſeſt debitum ratione cujus poterit detrudi in carcerem, ut advertit Soares tit. de los emplazamientos S. 3. n. 13. Quinimo neque * dictum Bart. ſupra relatum videtur tutum, & reprobat per Panormit. diſt. cap. quoad conſultationem n. 23. quia * in cauſa civili nullus detruditur in carcerem ante factam executionem bonorum, & conſtat debitorem non habere bona ſufficientia ad exolvendum debitum, gl. recip. 3. S. tutores inf. de ſuſpectis tutoribus niſi dicas id non negare Bart. ſed id tantum velle: quòd ſi debitor non offerat cautionem, & præterea cōſtet nō habere bona ſufficientia ad exolvendum debitum, debet detrudi in carcerem, niſi donis cedat, d. l. 1. C. qui bon. cedere poſſunt Neque ꝑ eſt omittendum, quod Angel. hic n. 5. aſſerit,

afferit, conſuetudine eſt receptum, ut condemnatus nullum præſter cautionem, quod ea ratione videtur inductum, quia conſuetudo reſtrinxit dilationem ſolvendi in confeſſis, ad decem dies, gloſ. fin. hic & ſtatim dicemus. Et ideo in alio relevavit condemnatum, ut cogereſur cautionem præſtare de ſolvendo, juxta reg. leg. cum qui in principio infra de jur. Et hoc de 2. conſuſione principali hujus textus.

163 Succedit ꝑ igitur tertia & ultima conſuſio, quæ deſumitur ex hoc text. quòd confeſſis in jure datur eadem dilatio, quam lex tribuit condemnatis per ſententiam deſinitivam, concordat lex certum is. fin. infra de confeſſis, quòd ex l. 12. tabular. videtur profluxiſſe, quæ hos ad prædictum effectum æquiparavit, ꝑ ut refert Aulus Gellius l. 20. noſſium Atticar. cap. 1. & meminit Alciat. lib. 1. parergon. cap. 32. & Cujat. lib. 3. obſerv. cap. 39. quòd

164 * is textus ampliatur, procedere etiamſi confeſſus dicat ſe paratum eſſe ſolvere debitum, not. Bald. hic in l. 1. lect. & extollit Roman. ſingul. 459. in fine Arcin. l. divortio. §. interdum col. penultim. poſt principium infra de ſouto matrimonio. Nam & quamvis condemnatus propter cauſam civilem, procedentem tamen à crimine jubeatur ſtatim ſolvere nihilominus ei competit prædicta dilatio, ut prodat lex. ſi cum exceptione §. quatenus verb. quòd ſi homo ſupra, quòd metus cauſa, adjuncta l. unica C. de ſuper exactor. l. 10. & ibi notat Barr. n. 1. tradit. Arcin. l. ita ſtipulatus col. ad medium infra de verb. oblig. Anton. Rub. l. non ſolum §. morte n. 534. ad finem infra de novi oper. nunc.

165 Sed * reſtat inquirendum, quænam per legem fuerit conceſſa dilatio condemnatis ad ſolvendum

166 Et ꝑ gloſ. final. hic reſolvit, jure digeſtorum conceſſos fuiſſe per legem duos meſes ad ſolvendum, allegat l. debitoribus infra de re judicata. Jure ꝑ autem novo conceſſo fuiſſe quatuor meſes l. 2. C. de uſur. rei jud. quam reſolutionem probavit etiam glo. 2. infra de re judic. glo. final. l. 1. infra judicatum ſolvi gl. l. ſi cum in exceptione §. in hac verb. datum ad medium, ſupra quòd metus cauſa.

167 Sed * non eſt tuta hæc gloſarum reſolutio, Nam in primis d. l. debitoribus, infra de re judic. loquitur de tempore, quòd datur condemnatis, ſed tantum probat, quòd tranſacto illo tempore, pigpora poſſunt capi, & intra duos meſes diltrahi, ut ibi explicat Bartol. Paul. Alex. & Jaſon. Jacobin. hic. n. 18. & Duaren. & clare probat l. 1. tit. 9. l. 11. C. Theodoſiani, & tradit etiã Vincent. l. à Diſpo Pio §. in venditione, n. 16. infra de re jud. Boer. decif. 45. n. 1. & Cujat. lib. 3. obſerv. cap. 39.

168 Quare * Alexan. diſt. l. 2. n. 4. infra de re judic. aſſerit, jure digeſtorum non fuiſſe bene clarum, quantum tempus concederetur condemnatis ad ſolvendum, & ideo eſt veriſimile fuiſſe tempus judici arbitrarium, quòd & tradit Alex. d. l. debitoribus. n. 5. ſcribit Ant. Rub. d. §. morte n. 534. in fine Boer. dec. 45. n. 2. Menoch. lib. 2. de arbitrar. cauſa 27. n. 4.

169 Sed * quicquid hi exiſtiment, verior eſt opinio ſupra relata per textum expreſſum leg. final. §. final. C. de uſur. rei judicat. ubi expreſſe dicitur, jure antiquo condemnatis concedi duos meſes ad ſolvendum. Et * quamvis Alexand. & ſequaces reſpondeant, textum illum eſſe referendum ad quandam mediam jurisprudentiam ante jura digeſtorum, tamen aperte divinat hæc reſponſio, ut adverit Rip. l. 2. n. 10. ad finem infra de re judicata, & prædictorum duorum meſium meminit l. 1. tit. 18. lbr. 4. C. Theodoſiani. Et * plane reſolvendum eſt lege duodecim tabularum, unum tantum

menſem fuiſſe conceſſum condemnatis, ut aſſerit Aulus Gellius l. 20. noſſium Atticarum cap. 1. colum. penult. Alciat. l. 1. parergon. c. 32. & deinde duos meſes illis fuiſſe conceſſos, ut colligitur ex dictal. final. §. fin. C. de uſuris rei judicata.

Præterea * eſt advertendum, quòd Alciat. lib. 175 1. parerg. cap. 32. contendit, neque clare invenit expreſſum, quòd jure novo condemnatis concedantur quatuor meſes ad ſolvendum, quia leg. 2. C. de uſuris rei judic. tantum probat, quòd ſi creditor velit recipere conſeſſam uſuram, debet expectare debitorem per quatuor meſes: non tamen negat, quòd creditor poſſit cogere debitorem ſolvere intra prædictos quatuor meſes. Sed * inutilis eſt hæc Alciat. conſideratio, cum text. diſt. 176 l. 2. aperte probet, intra illos quatuor meſes, condemnatum nihil teneri ſolvere, ſed tantum tranſactis illis quatuor meſibus tenebitur ad conſeſſam uſuram. Quòd neceſſario dicendum eſt ex eo procedere, quòd quatuor illi meſes ſunt, dilatio conceſſa per legem condemnatis, ac ob id condemnatum intra illos nihil teneri ſolvere, l. ſi longis C. de uſur. rei jud. & clare tradit Harmenop. in promptuario juris l. 1. c. 4. pag. 31. ad finem, & obſervant Duar. hic & Cujat. l. 3. obſervat. c. 39.

Denique * quòd hodie condemnatis concedantur meſes ad ſolvendum clare probat l. fin. §. fin. C. de uſur. rei jud. c. querenti, de offici. deleg. tit. c. quoad conſultationem, de re judicata, & eſt receptiſſimum ut aſſerit Boerius dec. 45. n. 1.

Hæc tamen tertia conſuſio deducta ex iſto textu tres recipit declarationes. Prima eſt, ut quidem procedat, in convento per actionem perſonalem, ſive per eam quantitas petatur, ſive traditio aliquid ſpeciei, Bart. l. ſi cum exceptione §. quatenus n. 5. & ibi Arcin. col. 4. infra de verb. oblig. Nam * ſi ſpecies petatur per rei vendicationem, tunc victo non aſſignantur quatuor meſes ad rem reſtituendam vero domino, ſed dilatio ei conceditur Judiciis arbitrio, intra quam debet rem reſtituere, §. eſt rem iuſt. de offici. jud. & ibi notavit gl. fin. & gl. hic verb. dandam, Jacob. n. 19. gl. 1. in fin. l. inf. de uſur. gl. c. querenti, verb. quadrimeſtre, de offici. delegati, & eſſe receptam ſententiam aſſerit Jaſ. l. d. bitoribus. n. 13. infr. de re jud. Boer. dec. 45. n. 3. & n. 9. Menoch. l. 2. de arbitrar. cauſa 43. & probat l. 5. tit. 27. partit. 3.

Secunda declaratio ſit, ut prædicta dilatio non concedatur cõdenato, ſi dives ſit, ita ut facile ei ſit ſolvere condemnationem. Nam tunc nulla ei dilatio dabitur, ſed cogetur ſtatim ſolvere & ita gloſ. hic verbo dandam & gl. l. debitoribus infra de re jud. ſubſcribit Bald. hic n. 1. lect. Arcin. l. ita ſtipulatus col. 25. ad finem, & ibi Rip. n. 81. infra de verbor. obligat. Felin. cap. quoad conſultationem n. 9. ad finem de re judicata, & adhibito quoddam temperamento admittit Alexand. d. l. debitoribus, n. 21. ad finem.

Cæterum * contrariam opinionem, imò quòd dilatio competat condemnato diviti, & cui facile ſit ſtatim ſolvere condemnationem, tenet Roman. ſingular. 459. & per generalitatem hujus textus probat & defendit Arcin. l. divortio §. interdum col. pen. poſt medium infra ſolut. matrim. & pro conſtanti præſupponit Bald. l. ſu. num. 1. ad finem C. de uſur. rei judic. Quinimò * Harmenopol. in promptuario juris lib. 1. tit. 4. pag. 31. in ſcholio tradit, quòd Patricius dicebat, tunc debitori ad ſolvendum dandum eſſe quadrimeſtre, cum dives ſit, prædique abundat, & aliis rebus permultis afluens, ut hæc libere, & per otium non autem importunitate creditorum oppreſſus, interea vendere poſſit, vel etiam

etiam pignori opponere, ac ita pecuniam conſiare, & conſicere. Cum autem inops ſit, ac tenuis debitor, nihil eſt neceſſe concedi quadrimeſtre: id enim neque debitori neque creditori utile fuerit; imò forte damnosum, quippe cum poſſit interim, qui nunc convenitur omnia, quæ habet, abſumere, quòd repetit lib. 3. tit. 5. pag. 141. & ſic Harmenop. facit diſtinctionem omnino contrariam communi traditioni ſupra relata.

183 Sed ꝑ pro concordia dicendum eſt, quòd legalis dilatio ad ſolvendum: indiſtinctè cuilibet * conſeſſato competit, niſi Judex ex juſta cauſa exiſtimet, prædictam dilationem coarctandam eſſe leg. 2. infra de re jud. vel etiam niſi condemnatus petat à Judice ſibi dilationem concedi, quia tunc tacite videtur renuntiare dilatori legali, arg. l. fin. C. de pæſt. conventi, quæ renuntatio valida eſt leg. intra dies 7. infra de re judic. & ſic in iſto caſu remanebit in Judiciis arbitrio, quam concedat dilatio nem: qui poterit confirmare ſuum arbitrium juxta remedium præſcriptum leg. debitoribus infra de judic. quæ in his terminis loquitur, ut colligitur ex ea ibi

187 (petentibus) nam dilatio legalis etiam non petenti competit leg. quæ ſub conditione §. fin. infra de cond. iuſt. imò & ignorant leg. cum pater. §. ſurdo, infra de leg. 2. Qui * quidem Judex notorie diviti poteſt concedere dilationem abſque eo, quòd præſtet competentem cautelam leg. quicumque C. de omni agro deſerto lib. 11. & in hoc ſenſu poterit admitti opinio Harmenopoli ſupra relata.

Tertia declaratio ſit, quòd licet jure communi condemnatis & jure conſeſſis pariter competat dilatio legalis ad ſolvendum debitum ut dictum eſt.

189 Tamen * hodie ex conſuetudine generali conſeſſus eſt jure tantum datur dilatio decem dierum gloſ. fin.

190 hic non * quidem ex diſpoſitione juris, ut male præſupponit Pan. c. querenti num. 5. de offici. deleg. Sed propter conſuetudinem generalem, quæ juri communi derogavit, Bart. hic num. 1. & Paul. Caſtr. in fine Jacob. num. 21. probat leg. 7. tit. 3. partit. 3. quibus adde Bart. leg. ita ſtipulatus num. 35. infra de verb. oblig. Jaſon. §. in bona fidei num. 73. ante finem. Inſtituit. de actio. Soar. à pace in praxi pag. 160. num.

191 117. Adeo quòd * in locis, in quibus non probetur, talem eſſe conſuetudinem, adhuc hodie conſeſſis competit integra dilatio legalis, juxta noſtrum text. Pan. cap. quoad conſultationem num. 21. de re judic. Item * prædicta conſuetudo obſervabitur, in ſponte conſeſſis, nam condemnatis etiam hodie competit integra dilatio legalis, Paul. hic num. 6. Jacob. num. 21. circa quòd videndus eſt Gregor. l. 7. tit. 3. part. 3. gl. 2. ad finem.

193 Juxta ꝑ quæ videtur inſurgere ardua difficultas, nam proſus irrationabilis videtur talis conſuetudo, quæ facit melioris conditionis eum, qui bonam fidem non agnovit & expectavit ſe condemnari, quam illum, qui conſentendo agnovit bonam fidem,

194 quòd * abſurdum reputat Jureconſult. leg. Servus infra quòd vi aut clam. Circa ſolutionem laborant. Lancelot. Deci. hic col. 2. Portius §. omnis num. 6. & ibi Jaſon. in additio. ad eum & Bello numer. 6. Inſtit. de verb. oblig. Jaſon. leg. ſi domus §. in pecunia numer. 4. infra de leg. 1. Sed * vera reſponſio eſt, conſuetudinem eſſe accipiendam, quando parva quantitas debetur attenta qualitate perſonæ condemnati, ut poſt Ant. declarat. Alexand. diſt. leg. debitoribus numer. 21. & Jaſon. diſt. leg. ſi domus §. in pecunia numer. 5. Sed * non placet cum prædicta

196 conſuetudo indiſtinctè admittatur, ut tenent ſupra allegari, & ideo melius reſponderetur, quòd conſuetudo concedit illos decem dies liberos ab onere cavendi, Ang. hic n. 5. & tamen onus cavendi in-

cumbit illi, cui conceditur dilatio legalis integra, ut probat is text. & ad hunc modum poteſt juſtificari prædicta conſuetudo.

Ultimò * addendum eſt, quòd in Regno Portugallie prædicta omnia magnam receperunt mutationem: nam ſponte conſeſſis dati ſunt 10. dies ad ſolvendum, Ord. lib. 3. tit. 16. §. fin. veteris impreſſionis & hodie lib. 3. tit. 25. §. pen. nova recopil. Sed condemnato per actionem perſonalem nulla omnino datur dilatio, ſed cogitur ſtatim ſolvere vel dare pignora, quæ ſtatim vendantur, Ord. lib. 3. tit. 71. veteris impreſſionis & hodie lib. 3. tit. 86. in princip. nova recopil. Quamvis * in Regno Caſtellæ concedantur etiam hoc caſu 10. dies ad ſolvendum, l. 5. tit. 27. part. 3. & ibi notat Greg. in gl. 1. Quòd * ſi certa ſpecies per rei vendicationem petatur, in Regno Portugallie, quæ etiam per actionem perſonalem ad illam tradendam, conceditur victo decem dies, ad eam tradendam ſive reſtituendam, Ord. Portugallie lib. 3. tit. 71. §. 30. veteris impreſſionis, & hodie lib. 3. tit. 86. §. 15. Et hæc ſatis in materia hujus textus.

Ad Legem non poteſt videri 23. ff. de Judiciis.

S U M M A R I A

- 1 Tradit regulam hujus text. duobus modis accipi poſſe, quos ibi recenſet.
- 2 Refert primum modum.
- 3 Declarat, quòd ſi text. hoc modo intelligatur, ejus regula de plano procedit.
- 4 Tradit eadem rationem procedere regulam leg. ut ſurdus C. communi divid.
- 5 Declarat, quomodo hic text. poſſit intelligi ſecundum jus hodiernum, quo formulæ ſunt ſublata.
- 6 Explicat, quid ſecundum jus hodiernum in hoc text. probetur, & conſuſionem proponit.
- 7 Tradit rationem conſuſionis.
- 8 Sine litis conſtatatione judicium ſubſiſtere non poteſt.
- 9 Reſtat opinionem illorum, qui tenent, quòd ſi jus ſupervenit poſt datum libellum, & tamen poſt litem conſtatatum locum habebit regula hujus text.
- 10 Quilibet emendare poteſt libellum ante licem conſtatatum, & ſuper eo emendato licem conſtatatum, & ſuper eo emendato licem conſtatatum.
- 11 Ante licem conſtatatum non dicatur acceptum judicium.
- 12 Agit de illa controverſia à Doctaribus eradiſta, in quo differat regula hujus text. à regula poſita in leg. non quemadmodum, infra eodem.
- 13 Refert reſolutionem dictæ controverſia, & de ea late agit.
- 14 In terminis hujus text. ſi jus de novo ſuperveniat, ex cauſa tamen antiqua, & quæ præceſſit litis conſtatationem confirmatur judicium, & in conſerenda eſt ſententia.
- 15 In ſpecie diſt. leg. non quemadmodum, infra eodem, cum libellus inepte ſit conceptus, niſi de novo concipiatur, non poteſt ſuper eo valide formari judicium.
- 16 Declarat, quòd ex proxima ratione poteſt admitti opinio, quam adverſus Soarez allegat, & defendit Greg. leg. 1. rim. 2. partit. 3. gl. final.
- 17 Filius non poteſt petere ſe declarari ſucceſſorem majoratus poſt mortem patris.
- 18 Quando dubium eſt, utrum alicui competat actio de præſenti, tunc in poteſt petere, ut declaretur per officium Judicis, quòd jus ſibi de præſenti competat.
- 19 Refert, non eſſe tutam gl. opinionem hic ad medium.

- dum, dum tenet regulam hujus text. non procedere, si intentata sit rei vendicatio, vel actio personalis in rem scriptam.
- 20 Reprobatur dict. gl. opinionem & ad eadem iura per gl. allegata respondet.
- 21 Si pendente iudicio conventus, vel de novo rem incipiat possidere, vel etiam augetur peculium, confirmabitur iudicium, & sententia ferri potest.
- 22 Tradit rationem differentie remissive.
- 23 Refert gl. hic tenere regulam hujus text. non procedere in actione universali, vel generali, & recenset multos Doctores, qui eam sequuntur.
- 24 Contrarium tamen verius esse determinat.
- 25 Tradit, quod in terminis l. 4. sup. de pet. hered. etsi in libello certa res hereditaria sit specificata, si conventus pendente lite aliis incepit possidere, ad omnium restitutionem condemnabitur.
- 26 Tradit intellectum ad S. si minus instit. de actionibus.
- 27 Refert responsonem gl. ibi verbo, in eodem.
- 28 Rejicit dictam responsonem, & ad eius rationem respondet.
- 29 Pro vera resolutione articuli tres casus distinguit.
- 30 Quando quis vult emendare libellum, addendo, vel detrahendo, id potest facere retenta eadem actione, & substantia causa, dummodo id fiat ante litera contestatam, vel post incontinenti, & de iudicis licentia.
- 31 Declarat, quomodo procedat l. edita, C. de edendo, in libello dato.
- 32 Dato libello tenetur Actor in lite mota perseverare.
- 33 Refert secundum casum, quando ex actis publicis constat, rem plus debere quam id quod in libello continetur.
- 34 Index potest supplere id, quod sibi est notorium ex actis publicis.
- 35 Adducit contra proximum considerationem traditionem glo. leg. qui repudiantis, supra de inofficiso testam.
- 36 Respondet ad dictam gl.
- 37 Refert tertium casum, quando scilicet aliud sit dictatum, & aliud scriptum.
- 38 Limitat 1. regu. hujus textus tantum procedere in actorum non autem in Reo, cui proderit exceptio ex nova causa, etiam post litem contestatam originem habente.
- 39 Limitat 2. in accessoriis, in his enim etiam accedentibus post litem contestatam potest Index ex officio facere condemnationem, etiamsi de illis nulla facta sit petitio.
- 40 Declarat proximam limitationem, ut intelligatur de illis accessoriis, quae veniunt ex natura actionis, & superveniunt post litem contestatam.
- 41 Limitat tertio, si in libello causa generaliter sit expressa, nam tunc ex jure superveniente ex nova causa, potest sententia ferri in eodem iudicio.
- 42 Caput Abbate sane S. final. de re iudicata, procedit, non solum ex equitate Canonica, sed etiam ex eo, quod verba generalia ex suo significato comprehendunt jus de futuro de novo superveniens.
- 43 Adducit dictam Angel. & aliorum, qui existimant decisionem dict. cap. Abbate sane S. fin. observanda esse in foro Ecclesiastico, non vero in terris subjectis imperio.
- 44 Reprobat dictam traditionem Angel. & ad eius rationes respondet.
- 45 Quando duae, adducuntur rationes, sufficit unam militare.
- 46 Tradit ex multis Doctor, non esse recedendum in utroque foro a decis. d. c. Abbat. sane S. fin.
- 47 Quando decisio fundatur in equitate Canonica, & contrarium non invenitur expressum in jure civili,

- li, ea equitas etiam in jure civili observanda est.
- 48 Respondet ad regu. hujus text. ex qua decis. dict. c. Abbate sane S. final. impugnatur.
- 49 Respondet ad regulam leg. quemadmodum infra eodem.
- 50 Exponit, quod in terminis, de quibus hic reus conventus debuit petere ut actor declaret suum libellum incertum, & generalem, qua declaratione facta cessat dispositio d. c. Abbate sane S. final.
- 51 Resolvit regulam hujus textus non pugnare cum reg. reg. c. Abbate sane S. final. sed tantum eam limitare modo, de quo ibi.
- 52 Adducit traditionem Paul. Castr. l. quemadmodum n. 4. infra eodem.
- 53 Reprobat dictam traditionem & considerationem Paul. & ejus fundamento respondet.
- 54 Respondet ad d. l. si mater S. eadem infra de excep. rei jud.
- 55 Agenti ex diversa causa non obstat exceptio rei iudicatae.
- 56 Tradit quomodo debeant declarari l. penultim. infra de re iudicata, & l. bovem S. si sub conditione supra de adilitio edit.
- 57 Explicat regulam leg. non quemadmodum, infra eodem.
- 58 Parte tacente multa admittuntur, quae ea opponente non admitterentur.
- 59 Tradit explicationem ad tradita per Bart. & l. ead. S. actiones n. 19. infra de excep. rei jud.
- 60 Respondet ad difficultatem, quae resultat ex traditione Bart. ubi proxime, ubi distinguendo procedit.
- 61 Concomitantia temporis, & loci, rei vendicationem ad causam specialem reducit.
- 62 Mentio generalis cause remota semper ad causam specialem videtur restringi.
- 63 Declarat, quid fieri debeat, ut causa proxima actionis generaliter videatur concepta.
- 64 Limitat quartum regulam hujus text. si jus supervenerit ex causa de praeterito & quae praecessit tempus litis contestatae.
- 65 Declarat dictam limitationem ex Angelis hic quando supervenit causa antiqua facit retrahere dispositionem, nam cum tunc finis trahatur ad principium, attenditur principium.
- 66 Refert Doctores, qui hanc Angeli declarationem impugnant.
- 67 Expenditur pro hac parte leg. si rem S. final. infra de pignoratione.
- 68 Contractus pignoris censetur perfectus, re interveniente, hoc est, traditione pignoris.
- 69 Declarat a quo tempore oriatur obligatio ex hoc contractu pignoris.
- 70 Inducitur etiam pro eadem opinione leg. litis contestatae 39. in princ. ad multa gloss. supra de neg. gestis.
- 71 Resolvit, quod non obstantibus supra dictis inductionibus, declaratio Angeli tanquam verior amplectenda est.
- 72 Respondet ad dictam legem si rem S. final. infra de pignoratione.
- 73 In contractu pignoris licet actio non competat, nisi postquam debitum fuerit solutum, juris fictione ab initio contractus censetur orta.
- 74 Declarat, qua ratione procedat l. si mandavero tibi 17. infra mandati.
- 75 Declarat etiam, in quo sensu sit accipiendum id, quod dicunt Sal. & Fulgos. d. l. si mandavero tibi.
- 76 Ex actio debiti habet se ad mandatum per modum implementi, & ideo trahitur ad suum initium.
- 77 Si jus quod provenit etiam ex causa de praeterito, non veniret per modum implementi ad contractum principalem, sed esset diversum ab eo, locus esset regulae hujus text.

- 78 Respondet ad d. l. litis, de qua num. 7.
- 79 Respondet ad l. quod si in diem 18. in principio, inf. de petitione hereditatis de qua num. 70.
- 80 In contractibus, vel quasi implementum conditionis trahitur retro.
- 81 Examinat illam questionem, quam movet gl. hic, si creditor, cui debeatur sub conditione, petit debitum tanquam purum, pendente lite extitit conditio, verum confirmetur iudicium.
- 82 Adducit pro solutione questionis opinionem Angel. hic ad finem, qui distinguit contractus ab ultimis voluntatibus & in utroque diversum jus constituit.
- 83 In legatis conditio retro non trahitur.
- 84 Refert contrariam opinionem tenentes, sed opinionem Angeli amplectitur.
- 85 Tradit annotationem ad dictum Bald. haeres quandoque, in fine de acquirenda hered.
- 86 Additio hereditatis retro trahitur ad tempus mortis defuncti.
- 87 Declarat etiam qua ratione procedat l. Julian. supr. qui satidare cogantur.
- 88 Declarat predicta esse intelligenda, quando jus, quod retro retrahitur, supervenit pendente lite, si vero supervenit, postquam jam erat conclusum in causa, non confirmabitur iudicium.
- 89 Refert contrariam opinionem, & illius auctores.
- 90 Inducitur pro hac parte text. l. quod si in diem 18. in principio, infra de petitione hered.
- 91 Primam opinionem, de qua num. 88. amplectitur, & pro ea optimum fundamentum adducit.
- 92 Respondet ad dictum l. quod si in diem cuius intellectus late agit.
- 93 Declarat, quando debitor hereditarius potest petitione hereditatis conveniri.
- 94 Declarat, qua ratione in d. l. quod si in diem, attendatur tempus sententiae.
- 95 Tradit, quid extra terminos de quibus hic, dicendum sit, si debitor iniuste fuit conventus, ante adventum diei vel conditionis.
- 96 Advortit, quod etiam hoc casu jus disponit, praesertim non solum debere audiri, sed duplicandas esse inducias Reo convento.
- 97 Respondet ad difficultatem.
- 98 Adducit dictum Fulgosi dict. leg. quod si in diem, ex quo ipse inferrebat, non esse veram opinionem Bartol. l. cum qui ita S. qui ita num. 5. infra de verborum obligatione.
- 99 Defendit opinionem Bart. & ad ea, quae in contrario adducta sunt, respondet.
- 100 Adducit rationem, quare in dict. l. quod si in diem, victus jubetur cavere de debito solvendo, postquam venerit dies, vel extiterit conditio.
- 101 Declarat ex Baldo illud quod dicitur, quod jus superveniens confirmat iudicium.
- 102 Reprobat traditionem Baldi proxime relata.
- 103 Respondet ad rationes Baldi. & ad primam hic.
- 104 Quando in rescripto fit mentio de debito, quod non debetur de praesenti, sed tantum in spe probabili, subreptio delegationem non vitiat, cum non sit omnino falsum, quod a principio spe probabili debetur.
- 105 Respondet ad secundam rationem decis. final. de rescript.
- 106 Tradit concordiam ad has opiniones ex Claudio loco ibi relato.
- 107 Tradit l. non quemadmodum, multa iura concordia habere, de quibus ibi remissive.
- 108 Item, quod ex eo text. notabilem reg. colligit Bald. Auth. qui rem C. de Sacrosanct. Ecclesi. & alios Doctores quos ibi recenset.
- 109 Tradit etiam d. l. non quemadmodum, ampliari, procedere in arbitris.

- 110 Enumerat etiam multas ampliationes & limitationes ad dictam l. per Doctores trahitur.
- 111 Quando quis habet actionem de praesenti ad aliquid petendum, tunc potest petere, & obtinere, ut declaretur in futurum, illud sibi deberi, ne aliis saepius cogatur proferari de jure suo.
- 112 Notat, quod si pensiones debeantur annuatim, potest quis petere, quod declaretur in futurum, eas sibi debere solvi.
- 113 Addit, quod si pendente lite adveniat dies pensionis solvenda, poterit in eo fieri condemnatio de praesenti.
- 114 Explicat text. l. in l. Aquilia se deletum 41. infra de lege Aquilia.
- 115 Tradit replicationem Pinel. ad dictam l. in l. Aquilia, cui tamen respondet.
- 116 Quando nulla actio de praesenti competit, habet locum l. grege S. si sub conditione, infra de pig. & alia iura, de quibus ibi.

Regula hujus * text. duobus modis accipi potest, vel secundum antiquorum consuetudinem, quae * jubeat causam proponi coram Praetore, qui ea audita actori formulam actionis, causae convenientem, concedebat, quam determinandam Judici Pedaneo committebat, sub quadam verborum formula, ut tradit Theophil. in prin. Inst. de interdict. a qua Index nullo modo poterat recedere, Seneca libr. 3. de benefici. c. 7. & notat Covar. c. poss. 2. part. S. 6. num. 4. de reg. jur. in 6. Et * intelligendo hoc modo, regula hujus text. de plano procedit: Nam cum Index datus, non possit recedere a formula, sub qua causa ei fuit commissa, clarum est, coram eo tractari non posse, quod postea accidit, & sibi nullo modo fuerat commissum, & hanc etiam * ratione procedit regul. leg. ut fundus 18. infra communia dividum. & leg. de his reb. 55. supra de recept. arbit. & quae tradit Rom. conf. 108. num. 1.

Poterit + & secundum is text. intelligi, secundum jus hodiernum, a quo formulae fuerunt sublatae leg. 1. Codic. de formulis sublatis, & * tantum fit petitio per libellum, & tunc probabit is text. quod si quis petat in libello aliquid tanquam ad se pertinens, vel sibi subditum, quod tamen tempore formati libelli, & litis contestatae, neque ad actorem pertinebat, nec erat illi debitum, quamvis ex nova causa pendente lite incipiat ad actorem pertinere, vel illi deberi, tamen quoad illud jus de novo superveniens, non subsistit iudicium, sed novo libello & novo processu utendum est, & ita intellexit Bart. hic num. 1. Angel. Paul. & Aretius, & Jacobin. Salyc. l. g. 1. S. 1. num. 4. infra de usur. Socin. reg. 216. Anton. Gab. lib. 2. communium tit. de iudicis conclus. 3. num. 1. Ant. Gom. 2. tom. cap. 11. num. 25. Beronius quest. familia. 102. a num. 3. quibus adde Roman. conf. 294. ante finem, Rip. c. cum Ecclesia num. 112. de causis poss. Octavian. decis. Pedem. 74. num. 20. Vacon. in declarat. 89. nu. 4. Rota decis. 47. num. 17. in 2. parte novissimarum, Cephalus conf. 112. a num. 7. libr. 1. Ex * quorum mente ratio istius conclusionis est, quod cum in libello certa causa, ex qua quid petatur, vel debeatur fuerit expressa, & super ea lis fuerit contestata, & praedicta causa tempore libelli, & litis contestatae non subsistebat super causa de novo superveniente, non poterit lis videri contestata, & sine * litis contestatione iudicium subsistere non potest, cap. 1. ut lite non contestata, auth. de exhibend. reis S. si vero collat. 7. & ita expressè Purpuratus leg. edita numer. 66. Codic. de edend. Octavian. decis. Pedem. 74. num. 20. Et ideo merito Bart. l. matrem num. 7. Cod. de probat. tradit, quod

advocati debent maximè advertere, quomodo forment libellum.

9 Ex quibus * inferitur, non esse veram opinionem Jacob. de Ravennis, quem retulerunt Alber. in fine, & Jacobin. n. 10. quod si istud jus de novo superveniat actori post datum libellum, & tamen ante litem contestatam, adhuc locum habebit regula hujus text. quia adhuc ad illi temeritas petentis id, quod sibi non debebatur, l. cum qui temere, in principio infra eodem. Nam * contrarium colligitur ex supra traditis. Nam quilibet emendare potest libellum ante litem contestatam, l. edita c. de edendo, & super eo emendato litem contestabitur. Atque ita cessat ratio hujus textus supra assignata, quod clarè significat is textus ibi (post acceptum iudicium) Neque * enim dicitur acceptum iudicium, ante litem contestatam auct. de litigios. §. omnem, vers. si vero apud iudicem, & ibi glos. verb. initium collat. §. l. cum fundus, in principio infra si certum petatur, & sic sentit, quod si ante litem contestatam jus superveniat, non procedit regul. hujus text, quod in specie probant Lancelor Dec. hic col. 2. Anton. Gabriel. l. 20. communium tit. de iudic. conclus. 3. n. 2.

12 Secundo * principaliter ex supra traditis inferitur explicatio ad eam controversiam Doctorum, in quo differat regul. hujus text. à regula posita, l. non quemadmodum infra eodem. Nam * Alberic. Paul. & alii hic existimant in eo differre, quod in terminis hujus text. illud, quod re vera debebatur sub conditione, petebatur tanquam pure debitum, & atq̃tè forma libelli nulla erat ineptitudo petitionis, ut in casu l. non quemadmodum, infra eod. petebatur in libello id actor fatebatur sibi deberi sub conditione, qui libellus tanquam notoriam ineptitudinem continens, rejiciendus esset per iudicem propter rationem in eo textu expressam, & l. 1. §. 1. infra de usuris. ubi Salycet. n. 4. addit, quod cum ex forma libelli constet actorem sine actione agere, meritò repellitur à limine iudicii, l. si pupilli §. fin. supra de negot. gest. quod etiam advertit Paul. Castr. hic in fine, & * Claud. l. Titius col. penult. post medium infra de verber. obligationibus. Et hinc est, quod in terminis hujus text. si jus de novo superveniat ex causa tamen antiqua, & quæ præcessit litem contestationem confirmatur iudicium, & in eo ferenda sententia l. si rem §. final. infra de pignorat. act. & infra latius dicemus, à num. 64. Et tamen in specie l. non quemadmodum, infra eodem, contrarium est dicendum. Nam cum libellus attenda forma ineptè sit conceptus, nisi de novo concipiatur, non potest super eo validè formari iudicium, nec sententia valida ferri, gloss. in princip. verb. secundum, Instit. de oblig. & ita Paul. l. non quemadmodum num. 3. infra eodem, Alexand. hic in additio. ad Bari. Et * hac ratione potest admitti opinio, quam adversus Soares. alleg. 4. defendit Greg. l. 1. tit. 2. part. 3. gl. final. & Ant. Gom. l. Tauri 40. num. 79. Pinel. l. 1. C. de bonis mater. 3. parte num. 78. Mencha. de success. creat. §. 6. num. 46. Ant. Gam. decis. 10. num. 3. & fin. secundum quam opinionem fuisse iudicatum, asserit Padil. l. 1. num. 31. C. de fideicommiss. & vide de materia Soares de Pace in praxi 3. tom. cap. 9. §. 3. à n. 2. & Valasc. consult. 184. & latè Molin. lib. 3. de primogen. cap. 14. concludentes, quod t filius non potest petere se declarari successorem majoratus post mortem patris. Nam cum istud jus sit omnino conditionale & incertum, juxta rationem l. 1. §. si impuberi infra de collat. bonorum, prædicta petitio tanquam inepta rejicienda est à iudicio, neque poterit ex post facto confirmari, juxta

supra tradita. Nam * tantum quis admittitur, quando dubium est; utrum sibi competat actio de præfenti? nam tunc demum potest petere, quod declaratur per officium iudicis: quod jus sibi de præfenti competat, Bart. l. si finita §. eleganter n. 6. inf. de damm. infect. Alex. cons. 95. n. 3. vers. præterea, l. 1.

Inferitur tertio * ex supra dictis, non esse tutam opinionem gl. hic ante medium, dum tenet regulam hujus text. non procedere, si intentata sit reivindicatio, vel actio personalis in rem scripta, allegat l. fin. autem §. 1. in fine supra de rei vindicatio. l. quasium 31. infra de peculio subscribit Odofred. hic Beroi. q. familiar. 192. num. 2. Nam * ratio, de qua supra, evincit, hanc regulam etiam in prædictis casibus locum obtinere: quod agnoscunt Alberic. Paul. Castrenf. & Jacobin. hic in principio Neque obstant jura per glossam adducta quia est advertendum, regulam hujus textus procedere, quando defectus provenit ex parte actoris, quo casu hæc regula generaliter procedit. Jura autem per gloss. adducta loquuntur, quando actor mero jure habebat actionem intentatam, & tamen eam cum effectu non poterat exercere adversus conventum, vel quia ille rem petitam non possidebat, vel quia nihil erat in peculio. Et in his terminis verum est non procedere hanc regulam. Nam * si pendente iudicio conventus, vel de novo rem incipiat possidere, vel etiam augetur peculium, confirmabitur iudicium, & sententia ferri potest, ut hic explicat Paul. Castr. n. 8. & prius Bald. l. per diversas, n. 17. C. mandati, Soc. l. si à te §. 1. n. 6. ad medium, infra de excep. rei iudic. Rip. l. 1. n. 10. infra quorum bonorum, Claud. l. si Titius col. penult. ad finem infra de verb. oblig. Jaf. in princ. n. 108. Instit. de act. Beroius quest. famil. 102. n. 6. Rota dec. 47. n. 19. in 2. parte novissimar. Ant. Gab. l. 2. communium, tit. de iud. concl. 3. n. 11. Ratio * hujus differentie colligitur ex reg. l. 1. §. 1. supra si pars hereditatis per not. Bald. l. cogi ad finem, C. pet. hered. & hac etiam ratione procedit l. si mandavero tibi ut à Titi 17. infra mandati: quicquid aliter interpretetur gl. hic ad finem.

Quinimo * licet gl. hic dicat regulam hujus text. non procedere in actione universali, vel generali allegando l. 4. supra de pet. hered. & l. questum 31. infra de peculio, & subscribit Odofred. Bald. & Jacobin. hic n. 5. Angel. in princ. n. 9. Inst. de act. Per alia l. 3. §. fin. n. 11. ad finem infra de hered. Inst. Rip. c. cum Ecclesian. 112. vers. 3. fallit. de causa possess. Beroius q. famil. 102. n. 8. Offaviano dec. Peda. 74. n. 20. & alii relati per Ant. Gabr. ubi supra n. 4. & rationem reddit Bart. l. edita col. 2. C. de edendo: tamen verius * est, regulam hujus text. etiam in prædictis actionibus locum obtinere, si defectus sit ex parte actoris, in quibus terminis loquitur hæc regula, & advertunt Alber. & Angel. hic uterque n. 2. Et jura adducta in contrarium procedunt, quando defectus procedit ex parte conventi, quo casu etiam in actione singulari non habet locum regula hujus text. ut supra diximus. Quare * in terminis l. 25. 4. supra de pet. hered. quamvis in libello certa res hereditaria sit specificata, si conventus pendente lite aliàs incepit possidere, ad omnium restitutionem condemnabitur, ut colligitur ex generalitate d. l. 4. & ex supra traditis, quod ita esse magis receptum resolvit Anton. Gom. l. Tauri 45. n. 166. & Covar. pract. quest. cap. 12. n. 6. Quicquid contrarium teneat Jacob. hic n. 5. & Panor. c. 2. n. 25. & ibi Marian. n. 139. de libelli oblat. & Andr. Sic. ibid. n. penult. & Felin. n. 11.

Inferitur * quare ex supra traditis intellectus ad §.

ad §. si minus, Inst. de action. quo probatur, quod si pretii in libello minus, quam mihi debebatur, potest iudex comperta veritate, reum condemnare in eo iudicio; in omnino, quod re vera debebat, quod aperte videtur repugnare regulæ hujus text. Sed * respondet glos. ibi verb. in eodem, tex. illum ita esse intelligendum, ut id, quod debet ad integrum debitum, possit peti coram eodem iudice, existentibus eodem actore, & reo, non tamen in eadem instantia, sed in diversa, probat Bart. l. edita col. 2. ad medium, Codic. de edendo, & alii transeunt: sed * hæc responsio aperte violat literam dict. §. si minus, quæ aperte probat in eodem iudicio posse fieri condemnationem de toto debito, ut ibi expressit Theoph. Quare Jafon ibi n. 23. post Fabrum & Fulgos. contendit, textum illum esse intelligendum, ut litera illius sonat, inde colligens non videri veram traditionem, gl. l. edita verb. emendari. C. de edendo, quam ibi probat Bart. colum. 2. post principium, & alii communiter, quod libellus non potest emendari, nisi usque ad litem contestatam: nam imò ex supradictis videtur, quod usque ad sententiam emendari potest, ut videtur probare textus dict. §. si minus, quod & tradit Pacon. declarat. 89. n. 4.

Sed * pro vera resolutione dicendum est, in hoc articulo tres casus esse distinguendos. Primus * est, quando quis vult emendare libellum, addendo vel detrahendo, & id potest facere retenta eadem actione, & substantia causæ, l. edita, C. de edendo, ord. Portug. lib. 3. tit. 5. §. 6. veteris impressionis & hodie l. 3. tit. 20. §. 7. novæ recopilationis. Dummodo id fiat ante litem contestatam, vel etiam post incontinenti, Jaf. d. l. edita, n. 13. & de iudicis licentia ord. Portug. l. 1. tit. 38. §. 36. veteris impressionis, & hodie l. 1. tit. 48. §. 14. novæ recopilationis. Quinimo id, quod sentit d. l. edita hodie non procedet: nam dato libello tenetur actor in lite mota perseverare, auct. qui semel, C. & quando iudex, & sic dato libello non poterit hodie illum emendare, neque desistendo ab illo, alium formare, ut advertit Bart. d. l. edita, n. 11. receptus, ut ibi asserit Curt. Jun. n. 143. Afflict. dec. 173. n. 5. Sed longe verius est dict. l. edita, etiam hodie procedere, quia d. auct. qui semel, tantum probat, quod actor: qui differt agere, cogendus est in lite persistere, sed non prohibet actorem libellum emendare, vel etiam desistendo ab illo, alium novum formare, ut post Angel. tradit Paul. Castr. l. desistisse, n. 3. infra eodem, & probat ord. Portug. l. 3. tit. 5. §. 6. veteris impressionis, & hodie l. 3. tit. 20. §. 7. novæ recopilationis.

Secundus * casus est, quando actor non emendat libellum, sed ex actis publicis constat, reum plus debere, quam per actorem fuerit petitum, & tunc iudex, id quod sibi constat ex actis publicis deberi, potest x officio supplere, & reum condemnare in omni eo, quod ex actis constat eum debere. Nam iudex ex officio potest supplere id, quod sibi est notorium ex actis publicis, gl. fin. cap. evidentia, de accusat. tradit Alex. l. 4. §. hoc autem iudicium, n. 16. infr. de damno infecto, & l. unic. n. 6. C. ut qua desunt advoc. & in his terminis accipiendum est id, quod significat §. si minus, Inst. de act. ut eleganter advertit Purpur. l. edita, n. 66. C. de edendo.

Sed * adversus hanc considerationem urgere videtur traditio gl. l. qui repudians, supra de inoff. test. quod si pars partem in libello petivit, & post ea accrescat alia pars, etiam ex causa de præterito, non potest iudex ferre sententiam super parte in libello non petita, extollit Angel. ibi Aretin. l. Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

si Titius col. 2. ad finem, & ibi Jafon. n. 4. infra de verborum oblig. Sed respondendum * est, gloss. d. l. 36 qui repudians, non loqui, quando alia pars accrevit ex causa de præterito, sed potius quando ex causa de novo, ut ibi advertit Paul. n. 3. & ideo includitur supra regula hujus textus. Item limitanda, quando ex actis publicis constat, plus deberi, quam per actorem petitum sit; nam tunc iudex supplendo ex officio, poterit in eo pluri condemnare, quantumcumque non fuerit petitum, ut clare significat d. §. si minus, Inst. de act. ut dictum est.

Tertius * casus principalis est, quando actor vult emendare libellum eo prætextu, quod per errorem aliud fuit scriptum, quam actor dictaverit, & tunc prædicto errore erit licitum emendationem facere usque ad sententiam §. si quis aliud, Instit. de act. l. error, C. de juris & facti ignorantia, cap. final. de confess. circa quod videndus est Vaconius in declaratione juris, declarat. 89. n. 6.

Conclusionem * hujus text. ita explicatam, quatuor limitabis modis; Et prima limitatio est, eam tantum procedere in actore, non autem in reo: nam ei poterit exceptio ex nova causa, etiam post litem contestatam originem habente: Neque enim regula hujus text. in actore loquente, pariter locum habebit in reo, quia militat diversa ratio, ut colligitur ex l. 1. §. 1. inf. si pars hered. petat. & ita Bart. l. 1. n. 9. infra de excep. communiter receptus, ut asserit Lancelor. Dec. hic col. 2. post prin. Ang. Aret. in rub. n. 36. Inst. de excep. Jaf. principio n. 112. Inst. de action. Socin. regul. 216. Paris. cons. 82. n. 51. l. 3. & plures quos refert Ant. Gabriel. l. 2. communium tit. de iudicis conclus. 3. n. 6. quicquid contrarium resolvat Alber. hic n. 3. Jacob. n. 9.

Limita * secundam regulam hujus textus non procedere in accessoriis: nam in his accidentibus: etiam post litem contestatam, iudex ex officio poterit facere condemnationem, etiam si nulla facta sit petitio, l. adiles etiam §. sciendum, supra de adili edito. Quod sane * est intelligendum de illis accessoriis, quæ veniunt ex natura actionis, & superveniunt post litem contestatam: nam in his iudex ex officio potest facere condemnationem: nam si accessoria debeantur juris actionis, in his etiam procedet regula hujus text. ut hic eleganter explicat Paul. Castr. n. 7. Jaf. l. 1. n. 13. C. de iud. & de materia videndus est Boer. dec. 18.

Limita * tertiam hanc regulam non procedere, si in libello causa sit generaliter expressa: nam tunc super jure proveniente ex nova causa, potest ferri sententia in eodem iudicio, c. Abbat. sane §. final. de re iud. in 6. & quamvis Petrus & Cyn. l. unica n. 9. C. de alienat. iudicii causa, dicant, prædictam juris Canonici decisionem non esse veram, & esse contra regulam hujus textus & eius rationem, ut etiam refert Paul. Castrenf. l. si rem §. fin. n. 13. infra de pignorat. action. & hic n. 9. Communis * tamen resolutio est, textum illum procedere, non solum ex æquitate Canonica, sed etiam ex eo quod verba generalia ex suo significatu, etiam videntur comprehendere jus futurum de novo superveniens, ut hic tradit Bar. ad finem Ang. col. 2. idem. Ang. l. fin. autem §. 1. in fine supra de rei vindicatio. notabil. Aret. l. si Titius col. 2. ad medium, infra de verb. oblig.

Ex * quibus colligitur, non esse tutum dictum Ang. l. item videndum §. 1. col. 1. supra de pet. hered. decisionem d. c. Abbate §. fin. tantum observandum esse, inter Ecclesiasticos, & in terris subjectis Ecclesiæ temporali, & quod in terris Imperio subjectis, observetur generalis regula hujus text. B b 2

ſubſcribit Jacobin. *hic n. 5. in fine Ancharan. d. c. Abbate ſane notabil. 19. Zanettus in differentiis juris civilis, & Canonici differentia 50. Marian. cap. 2. n. 59. in fine de libelli oblatio. Baptiſt. Ferrer. conf. 57. n. 4. lib. 1. Rota dec. 47. n. 18. in 2. parte noviffimarum*

4 Anton. Gabr. lib. 2. communium tit. de jud. conſul. 3. n. 21. Hoc enim dictum verum non eſt, quia ut ex prædictis conſtat decifio d. c. Abbate ſane §. fin. fundatur non ſolum in æquitate, ſed in proprio ſignificatu verborum generalium in libello expreſſo, ut proximè diximus, & quando * duæ ſunt rationes, ſufficit alteram militare, §. *affinitatis Inſt. de nupt. l. liberorum 11. §. 1. ſupra de his qui not. infamia, Bart. l. 1. n. 28. inf. ſol. matrim.* Item etiam ſi conſideretur ſola æquitas Canonica, tamen cum contrarium non inveniatur expreſſum in jure civili & hæc æquitas pertinet ad lites abbreviandas, quod utique utrumque jus præſtat etiam in terris Imperii, prædicta æquitas obſervanda eſt, ut *hic ſentit Bart. in fine Fulgoſ. n. 11. Soc. reg. 216. n. 4. Rip. c. cum Eccleſia n. 112. in fine de cauſa poſſeſſ. Act. 69. que * ob id in utroque foro non eſt recedendum à decifione d. c. Abbate ſane §. final. admonet Jaſ. §. omnium n. 66. Inſt. de act. & aſſerit*

47 receptum Pariſ. conſ. 125. n. 13. lib. 1. Pro * qua ſententia etiam urgetur facit, quia quando decifio fundatur in æquitate Canonica, & contrarium non invenitur expreſſum in jure civili, ea æquitas etiam in foro civili obſervanda eſt, Bart. in extravag. ad reprimendam verbo editum, num. 2. plane in jure civili nihil invenitur expreſſum, quod repugnet decifioni *diſt. c. Abbate ſane §. final.* Nam tantum in contrarium adducitur regula hujus textus & regula *leg. non quemadmodum, infra eodem*, quibus tamen facile reſponderi poteſt. Nam * ad primum de regula hujus textus reſpondetur, non procedere, quando cauſa in libello ſuit expreſſa per verba generalia, quæ ex proprietate non comprehendunt etiam ſuperveniens ex nova cauſa, *arg. l. qui jure militari, infra de militari teſt.* tunc enim litis conreſſatio, etiam ſuper prædicto jure videtur facta, & ſic ceſſat ratio hujus textus: Si autem cauſa certa, & ſpecialis fuit in libello expreſſa, in his terminis locum obtinet regula generalis hujus l. & tradit Jacobus Puteus *decif. 510. in 2. part.* Minus

49 obſtat regula *l. non quemadmodum infra eodem*, quia procedit, quando jus de futuro ſpecialiter & expreſſum in libello deduceretur: nam tunc libellus tanquam ineptus admittendus non eſt, & latè declarat Ang. Aret. §. *præjudiciales, num. 11. Inſtitut. de arbitrio. Nicellus in concordantiis gloſſarum concordia 95.* Sed quando ſpecialiter non deducitur, ſed ſub generalitate verborum comprehenditur, ſi pars nihil opponat admittitur libellus *l. final. C. de annali except.* ac proinde ſi tunc pendente lite, jus de futuro ſub generalitate verborum comprehenſum veriſcetur, poterit Judex etiam in eo condemnare propter rationem, de qua ſupra: ſodebit * igitur reus conventus petere, ut actor declaret ſuum libellum incertum, & generalem, qua facta declaratione ceſſaret diſpoſitio, *diſt. cap. Abbate ſane §. final.* Aliàs ſibi imputet reus, qui prædictam declarationem non petit.

51 Et * ex his colligitur regulam d. c. Abbate ſane §. final. non pugnare cum regula hujus text. ſed tantum eam limitare, quando cauſa in libello generaliter fuit expreſſa: nam tunc propter generalitatem verborum, etiam jus pendens à futuro videtur libello inclufum, & ſic ſententia ſemper videtur fieri ſuper eo, quod ſuit petitum, & ſuper quo lis fuit conteſtata, & ſic in his terminis

ceſſat hujus text. ratio, ut advertit Innoc. d. c. Abbate ſane n. 2. & agnoſcit Paul. Caſtr. *hic ad finem in novis prælectionibus*, in quibus in hoc caſu, non ſolum videri deductum jus præſens & competens tempore litis conteſtate, ſed etiam omne illud jus, quod actorem quocunque modo, & quocunque tempore pertinere poſſet, & ideo merito etiam ſuper eo poteſt ferri ſententia.

Et * ex his cavendum eſt à traditis per Paul. Caſtr. *l. non quemadmodum, n. 4. infra eodem, in novis prælectionibus*, quod d. c. Abbate ſane §. final. diſponit, quod de æquitate Canonica poſſit fieri ſententia, etiam ſuper eo, quod non fuit deductum, neque petitum in libello, neque in Judicio. Movetur, quia ſi jus futurum videtur deductum in libello generali, ſequetur, quod ſi reus ſimpliciter abſolveretur, & actor vellet agere propter jus, quod de novo ſupervenit, ei obſtaret exceptio rei judicate, quia iterum peteret, quod in primo Judicio deduxerat, & ſuper quod videretur etiam lata ſententia abſolutoria, quod tamen ipſe putat abſurdum, & contra *tex. l. ſi mater §. eadem infra de except. rei judic.*

Sed non * placet hæc conſideratio ex ſupra traditis, & abſurdum à Paulo obiectum facile ex eo reſellitur: quia imo verum eſt, in prædictis terminis actori iterum agenti propter jus ſuperveniens obſtare exceptionem rei judicate, ut ſentit Innoc. *diſt. cap. Abbate ſane n. 2. Bart. l. & an eadem §. actiones n. 18. in fine infra de except. rei judicat.* Neque * obſtat *diſt. l. ſi mater §. eadem*, per Paul. allegata quia loquitur, quando actum erat ex certa cauſa & ſpeciali, nam tunc non procedat d. c. Abbate ſane §. fin. & * conſequenter agenti ex diverſa cauſa non obſtat exceptio rei judicate, *Jac. Puteus d. 510. in 2. part.* Nos autem agimus, quando cauſa fuit generaliter expreſſa: nam cum etiam jus ſuperveniens videatur deductum, merito volenſi poſtea agere, obſtat exceptio rei judicate, ſi iterum illud petat: & * hoc etiam modo venit explicanda *penult. in fine, infra de rei judicate, & l. bovem §. ſi ſub conditione. ſupra de edil. edil.*

Præterea * & ex prædictis venit explicanda *reg. 47 l. non quemadmodum in infra eodem*, dum probat, jus de futuro non poſſe deduci in Judicio: nam procedit, quando libellus expreſſum fundatur in jure de futuro, nam tunc quaſi ineptus non erit admittendus, *l. bovem §. ſi ſub conditione ſupra de edil. edil. l. 1. §. infra de uſuris, & ſupra diximus*, vel etiam quando ad petitionem rei, libellus actoris generalis, & incertus declaratur, *juxta l. final. Codic. de annali exc. pt.* Neq; enim admitteretur declaratio per quam jus de futuro videatur deduci, ſed pars taceat, & libellus actoris generaliter ſit conceptus, tunc ſuper jure de futuro poteſt ferri ſententia, quia * implicite ſub generalitate verborum videtur comprehenſum, neq; novum eſt, multa admitti parte tacente, quæ ea opponente non admittentur, *l. cum putarem inf. famil. herciſc. l. 1. §. biduum infra quando appellandum ſit.*

Uterius * & ex prædictis inferitur explicatio ad 59 tradita per Bart. *l. & an eadem §. actiones, n. 19. inf. de except. rei judic.* dum in hoc articulo diſtinguendum exiſtimat, quod ſi cauſa proxima actionis, generaliter ſit expreſſa, ut quia in rei vindicatione generaliter ſit mentio domini, & in actione personali, generaliter ſit mentio oblig. locū habebit *dec. d. c. Abbate ſane §. fin.* Si autem cauſa remota actionis generaliter ſit expreſſa indiſtinctè procedet *reg. hujus text. communiter probant Doctores, ut reſolvit Ant. Gabr. l. 2. comun. tit. de jud. conſul. 2. n. 20.* Nā eſt advertendum, quod hæc diſtinctio videtur repug. menti d. c.

diſt. cap. Abbate ſane §. final. quæ tantum diſtinguit, utrum cauſa actionis ſit generaliter expreſſa vel ſpecialiter, ut advertit Pariſ. *conſ. 115. n. 11. lib. 1.*

60 Sed * non recedendo à magis communi reſolutione huic difficultati reſponderi poteſt, quod ſi cauſa proxima actionis generaliter ſit expreſſa, utique procedit decifio *diſt. cap. Abbate ſane §. fin. & ibi Joan. And. col. 2. & Anchar. 18. notab.* rationem illius assignat. Sed ſi cauſa remota actionis, etiam generaliter exprimitur, ſemper juris interpretatio, ne videtur agi ex cauſa certa & ſpeciali, quia ꝑ concomitantia temporis & loci rei vindicationem ad cauſam ſpecialem reducit: & ob id * mentio generalis cauſæ remota, ſemper ad cauſam ſpecialem videtur reſtringi *argum. leg. ſi de certa C. de tranſact.* Quinimò ut cauſa proxima actionis generaliter videatur concepta, oportet dominum generaliter exprimi, nulla expreſſa cauſa, ob quam fuerit acquiſita: nam ſi ea allegaretur, tunc generalis mentio domini ad eam cauſam reſtringeretur, & ſic non haberet locum decifio *diſt. c. Abbate ſane §. final. ubi tradit Innocent. num. 2. ad finem*, & ad hunc modum ſunt explicanda ea, quæ in propoſito conſiderat Marianus *c. 1. n. 60. de libelli oblatione*, & Jacobus Puetus *dec. 510. in 2. part.*

64 Quarta & ultimè limita conſuſionem hujus text. locum non habere, ſi jus ſupervenit ex cauſa de præterito, & quæ præceſſit tempus litis conteſtate: nam ſuper hoc jure ex prædicta cauſa ſuperveniente, poteſt ferri ſententia *leg. ſi rem §. final. & ibi Bart. & alii infra de pignoratitia actione leg. ſi mandavero tibi à Titio 17. infra mandati.* Et hanc limitationem probant omnes hic *Jaſon §. ſi unius nu. 23. ad finem Inſtitut. de actio & leg. pecuniam num. 9. infra ſi certum petatur, Angel. Aretin. in princ. num. 9. Inſtit. de actionibus Alexand. conſ. 78. in fine lib. 1. & alii quos reſert Anton. Gabriël. lib. 2. communium tit. de judiciis conſul. 2. num. 1. Cephalus conſul. 112. à num. 17. & à num. 29. lib. 1. Portius Imolenſ. conſ. 171. n. 29. Baptiſta Ferrer. conſ. 57. num. 3. libr. 1. Rota decif. 47. à n. 13. in 2. parte noviffimarum*, & in notabili caſu tradit Papæ *decif. 422. num. 10. Ant. Gom. 2. tom. cap. 11. n. 25. in princip. & ex hac limitatione multa inferunt Bellon. conſ. 25. à num. 4. Exea de part. à n. 437.*

65 Eſt * tamen advertendum, quod Angelus hic ad finem intellexit, hanc limitationem procedere, quando ſupervenit cauſæ antiquæ, facit retro trahi diſpoſitionem: nam cum tunc ſiſis trahatur ad principium, attendetur principium *l. 3. §. ſcio ſupra de minoribus*, aliàs indiſtinctè procedet regula hujus text. ſubſcribit Jacobin. *hic n. 6.* quam declarationem poſuit etiam Angel. *l. item videndum §. 1. nu. 1. infra de per. hered. & ante eum illam poſuerunt*, & probaverunt Doctores antiqui, quod reſert Albe. *in l. ſi rem §. final. poſt princ. diſt. de pignoratitia actione, Bald. l. non quemadmodum, col. 2. ad medium infra eodem, & ſecurè Anchar. d. c. Abbate ſane notab. 19. & Salycet. l. 1. §. 1. nu. 4. infra de uſur. Aret. l. rei judicate ad finem princ. infra ſoluto matrimonio*, quibus adde *gloſ. leg. qui repudiantis in princip. & ibi Angel. inſtr. de inoffic. teſtam.*

66 Quam * tamen declarationem non admittunt Paul. Caſtr. *hic ad finem*, & Lancelotus Decius *in fine*, contendentes regulam hujus text. indiſtinctè non 67 procedere, ſi jus ſupervenit ex cauſa de præterito, quamvis retro non trahatur: Et pro hac opinione expendunt d. l. *ſi rem §. final. infra de pign. act. conſiderando*, quod licet * contractus pignoris cenſeatur perfectus re interveniente, hoc eſt, traditione pignoris *§. final. Inſtit. quibus modis re contrahit. obli. & ibi notant Faber. & Angel. gl. ſi rem §. omnis & ibi 69 Bart. n. 2. infra de pign. actio.* Tamen * ex hoc con-

tractu neq; oritur obligatio reſpectu creditoris, neq; pignoratitia actio, competit debitori, niſi à eo tempore, quo debitor debitum exolvit, pro quo datum fuerat pignus, *gl. diſt. §. final. Inſtit. quibus modis re contrahi obligat. & Rip. in rub. num. 11. ad finem inſtr. de pignorib.* Cum igitur d. *leg. ſi rem §. final.* probet valere judicium intentatum ſuper pignoratitia actione, ſi pendente lite exolvatur debitum, clarè probat confirmari judicium propter jus ſuperveniens ex cauſa antiqua, quantumcunque retro non trahatur. Quam inductionem facit etiam Marian. *cap. 2. num. 60. verſ. ſed Joannes, de libelli oblatione*, quam ſententiam probat etiam Aret. *leg. ſi Titius col. 2. ad medium*, & ibi Claudius *col. penult. verſ. 3. limitant*, *infra de verbor. obligat. qui * pro hac eadem opinio-70 ne inducunt l. litis conteſtata 39. in principio*, adjuncta *gloſ. ſupra de negat. geſtis.* Item & *leg. quod in diem 18. in princip. infra de petition. hered. & addo quod hanc eandem opinionem pro conſtanti præſupponit Bart. l. ſi rem §. fin. n. 1. & ibi Bald. & Fulgoſ. infra de pign. actio. Bal. l. ſi mater §. eadem in fine infra de except. rei judicat. Marian. cap. 2. nu. 60. verſ. ſed Joannes, de libelli oblatione Ant. Gom. 2. tom. cap. 11. n. 25. Beroius q. famil. 102. n. 4.*

Sed ꝑ his non obſtantibus declaratio Angelus tanquam verior amplectenda eſt, ne aliàs nimis reſtringatur generalis regula hujus text. Neq; obſtant rationes adductæ pro contraria opinione: nam * 72 ad primam de lege *ſi item §. fin. infra de pign. act. reſpondetur*, quod licet pignoratitia actio non incipiat competere debitori, niſi * poſtquam fuerit ſolutum 73 debitum, pro quo datum eſt pignus, tamen ubi incipit competere, retro trahitur ad initium contractus, ita ut juris ſiſtione, ab initio contractus cenſeatur orta juxta regulam *leg. infra qui potiores in pignoribus & tradit notab. Bald. leg. 1. num. 5. C. de execut. rei judicat. Lancel. Dec. leg. non quemadmodum poſt principium, infra eodem Alexand. conſ. 150. num. 25. lib. 5.* ac ita cum retro trahatur ad initium contractus, cadit ſub declaratione Ang. ſupra relatæ. Et ꝑ hac 74 etiam ratione procedit *leg. ſi mandavero tibi 17. infra mandati*: Nam exactio, quam fecit procurator pendente lite, haberet ad mandatum procuratoris per viam executionis, ſive acceſſorii: unde ſemper trahitur ad ſuum principale, *Bald. leg. 1. num. Codic. de executione rei judicate, & ideo confirmatur judicium antea intentatum per dominum ſuper actione mandati, juxta prædictam Angel. declarationem.* Et in hoc ſenſu accipiendum eſt, quod * dicunt Sa-75 lyc. & Fulgoſ. *diſt. l. ſi mandavero tibi*: quod quando actum eſt ex unica cauſa, & jus ſupervenit ex eadem cauſa, quamvis diverſo modo, quam quo actum eſt, ſubſiſtit judicium, quod & tradit Albe. *diſt. leg. ſi rem §. final. numer. 9. infra de pignor. actio. Socin. regul. 216. numer. 3. Ripa cum Eccleſia, numer. 112. verſ. 4. fallit de cauſa poſſeſſ. quibus adde Paul. Caſtrenſ. leg. non quemadmodum numer. 3. inſtr. eodem.* Nam * ea ratione prædictorum dictum re-76 cipi poteſt, quod exactio debiti habet ſe ad mandatum per modum implementi, & ideo trahitur ad ſuum initium *leg. potior eſt, infra qui potior. in pignor. habeantur*, & advertit Jaſon. *leg. ſi Titius numer. 4. infra de verborum obligatione.* Quare ſi jus quod * provenit etiam ex cauſa de præterito, non 77 veniret per modum implementi, ſive executionis, ad contractum principalem: ſed eſſet diverſum ab eo; & ſic ad illum non traheretur retro, locus eſſet regulæ hujus textus, quod tenent plures relati per Anton. Gabr. *lib. 2. communium, tit. de judic. conſul. 2. num. 15.*

Non * obſtat ſecundò d. l. *litis conteſtata, in princ. cum gloſ. ſupra de negot. geſtis*, quia in primis traditis gloſſ. ibi poteſt controverti extraditus per Imol. &

Aretinum post principium leg. rei iudicata in principio, infra soluto matrimon. Item & admiffa gloss. opinio- ne responderetur, quod defectus ibi non procedebat ex parte actoris, qui de presenti habebat actionem negotiorum gestorum contra minorem, & defectus tantum procedebat ex persona minoris conventi, qui ex negotio non fuerat effectus occupator: ut jus requirit l. si pupilli, in princ. supra de neg. gest. Unde in his terminis merito cessat regula huius text. ut supra diximus.

79 Minus * oblat l. quod si in diem, in princip. de petit. hered. Nam dum loquitur in creditore diei, sub quo non comprehenditur, qui egit ante conditionis adventum: intelligendum est ea ratione procedere, quia in contractibus, vel t. quasi implementum conditionis trahitur retro l. potior est, infra, qui potior, in pig. habeantur, & sic locum habet declaratio Angel. supra relata, quam defendimus.

81 Et ex * his inferitur vera resolutio ad quaestionem, quam movet gloss. hic si creditor, cui debeatur sub conditione, petit debitum tanquam purum, & pendente lite extitit conditio, utrum confirmetur iudicium? In qua quaestione gloss. hic varias infert opiniones, quas explicat Jacobin. hic nu. 2. ad finem

82 Angel. autem * hic ad finem distinguit contractus ab ultimis voluntatibus, nam in contractibus cum conditio retro trahatur, semper confirmabitur iudicium, neque obtinebit regula huius text. & videtur expressum leg. quod si in diem in principio inf. de petit. hereditatis, & ita debet declarari l. bovem §. si sub conditione, inf. de adil. editio. In legatis * autem, cum conditio retro non trahatur leg. 1. §. serui infra ad Silvanian. non confirmabitur iudicium, sed obtinebit regula huius text. quam resolutionem probat Aretinus leg. rei iudicata, ad finem principii, infra soluto matrimonio, & satis concordat cum alia opinione eisdem Angeli supra relata, quam supra defendimus.

84 Contrarium * tamen, imò quod etiam in legatis, si conditio existat pendente lite, confirmetur iudicium, tenet Bart. leg. si mater §. eandem, in fine, infra de except. rei iud. & leg. si rem §. final. & ibi Bald. & Fulgos. infra de pign. act. Sed non est recedendum à resolutione Angeli supra, quæ aperte comprobatur ex his, quæ supra tradidimus.

85 Inferitur etiam * ex prædictis annotatio, ad dictum Bald. leg. hæres quandoque in fine de acquirenda hereditate, dum per viam regulæ tradit, quod ubi supervenit jus, quod trahitur retro, vel etiam declaratio, quæ à principio videtur inesse leg. hæres palam §. 1. infra de testam. indistinctè confirmabitur iudicium, ex hoc inferens, quod si quis habens mandatum generale, & conveniat debitorem hereditarium nomine hæredis instituti, & debitor opponat non esse audiendum, quia hæres institutus adhuc non adiverat hereditatem: hærede postea t. adeunte confirmabitur iudicium quia retro trahitur ad tempus mortis defuncti, dist. leg. hæres quandoque, & ibi subscribit Imol. Angel. Aretin. §. actionum col. penult. vers. quæ ego, Instit. de action. Alexand. consil. 114. num. 5. lib. 6. & ex eadem ratione similem quaestionem determinat Imol. leg. si filius qui patri, num. 4. infra de vulgari, & subscribit Dec. leg. omnia ferre in fine infra de regul. juris.

87 Et hac etiam ratione procedet leg. Julianus supra qui satisdare cogantur, dum probat, quod si quis non habens mandatum, agitabat litem nomine absentis, & pendente lite supervenerit mandatum, confirmatur iudicium, quia illud mandatum inducit ratiabationem antea gestorum, ut ibi notant Doctores, & Alexand. consil. 112. ad finem lib. 5. Paris. consil. 143. numer. 32. lib. 4. Curt. Junior. consil. 64. numer. 6. & natura ratiabationis est, retro trahi leg. fin. Cod. ad Macedon. ac ob id ea interveniente omnia antea gesta confirmantur, Bald. hic ad finem.

Adverte * tamen prædicta omnia esse intelligenda, quando jus, quod retro trahitur, supervenit pendente lite. Nam si supervenerit, postquam jam erat conclusum in causa, non confirmabitur iudicium. Nam cum in hoc casu iudicium non dicatur pendere, frustra de ejus confirmatione agitur, leg. penultim. infra rem ratam haberi, & ita Bart. leg. si mater §. eandem in fine, infra de exception. rei iudic. Jason. in princip. numer. 108. in fine Institut. de action. Exea de patris num. 440. & asserit receptum Claudius leg. si Titius numer. 8. infra de verbor. obligation. & plures citati Anton. Gabr. leg. 2. communium ritul. de iudiciis, conclus. 2. n. 9.

Cæterum * contrariam opinionem probat Aretin. dist. leg. si Titius col. 2. ante finem, inducens textum * legis, quod si in diem 18. in prin. infra de petit. hered. ubi si quis debitorem hereditarium conveniat, antequam veniat dies vel impleatur conditio, sub qua debeatur, postea adveniente die vel impleta conditione, confirmabitur iudicium, si hoc jus superveniat, antequam causa iudicetur. Ergo etiam post conclusum in causa, antequam lata sit sententia. Non est * tamen recedendum à magis recepta sententia: Pro qua facit quod licet superveniente mandato, omnia antea gesta per procuratorem nomine mandantis, censeantur ratificata l. Julianus supra qui satisd. cog. & supra diximus, id tamen non procedit, quando mandatum supervenit iudicio jam perfecto, utpote quod erat in causa conclusum, Angel. d. l. Julianus Alexand. consil. 146. num. 14. lib. 5. Neque * repugnat d. l. quod si in diem. Nam ad illius veram explicationem advertendum est, quod * debitor hereditarius, tunc demum conveniri potest petitione hereditatis, si simul dicat se esse verum hæredem, nam aliàs ex eo tantum, quod sit debitor hereditarius, non poterit conveniri per petitionem hereditatis, leg. si debitor infra de petit. hereditatis, tradit gl. 1. communiter recepta l. sed utrum in principio eodem tit. Quare dum dist. leg. quod si in diem, in principio, præsupponit, hereditarium debitorem fuisse conventum per petitionem hereditatis, intelligendum est, quod ille simul allegabit, se esse verum hæredem, & idem non teneri ad debiti solutionem: quo * sic præsupposito dicendum est, idem in dist. leg. quod si in diem, attendi tempus sententiæ, quia is debitor in diem, vel sub conditione in prædictis terminis iuste fuit conventus per petitionem hereditatis, quia simul allegabat se esse verum hæredem, & hoc prætextu defendebat se à debiti solutione. Si igitur postea iudicatur, debitorem conventum non esse verum hæredem, & tempore latæ sententiæ jam extiterat conditio, merito condemnatur. Nam si adhuc eo tempore non extitit conditio, tenetur nihilominus debitor cavere de solvendo, postquam extiterit conditio. Sed extra hos terminos, si debitor iniuste * fuit conventus ante adventum diei, vel conditionis, jus superveniens actori ita demum ei proderit ei, si superveniat ante conclusum in causa: Bart. dist. leg. si mater §. eandem in fine infra de except. rei iudicate, & ita explicando facile evitatur difficultas, quam movet gloss. dist. leg. quod si in diem, qua de causa fuerit auditus, petens debitum hereditarium, pendente die vel conditione, contra regulam legis bovem §. si sub conditione, infra de adil. editio. Et * quia in eo casu jus disponit, prædictum non solum debere audiri, sed duplicandas esse inducias rei convento §. hodie Instit. de except. cap. unico in fine de plus petit. Nam

97 Nam * facile responderetur, difficultatem procedere, si reus conveniretur per actionem particularem, sed quando convenitur actione universalis petitionis hereditatis, quia debitor allegabat etiam se esse hæredem, si eo prætextu non vult solvere, sub universitate illa hereditatis etiam debitum in diem vel conditionale videtur comprehensum, argum. l. quadam infra, de acquir. rer. domin. & fiat condemnatio modo ibi expresso.

98 Denique * juxta prædicta tollitur etiam difficultas quam excitat Fulgos. dist. leg. quod si in diem. Expedit enim, quod in eo textu debitor in diem, non condemnatur, sed tantum jubetur cavere de solvendo, postquam advenit dies vel extiterit conditio. Ex quo inferri non videtur veram opinionem Bart. eum qui ita §. qui itanum. 5. infra de verborum obligat. tradentis, quod si quis debeat in diem, & ante diem conveniatur, & ipse nihil opponat, debet condemnari, ut solvat adveniente die. Sed quia opinio Bart. est communiter recepta, at

99 asserit Anton. Gom. 2. tom. cap. 11. nu. 25. & pro ea text. in lege Aquilia si delectum 41. infra ad leg. Aquil. defendendo Bart. Respondendum est, quod in dist. leg. quod si in diem, debitor conventus petitione hereditatis, non eo prætextu tantum, quod esset debitor hereditarius, sed quia simul dicebat, se esse verum hæredem, ut supra diximus. Cui petitioni nihil poterat objicere, & hac de causa non condemnatur tanquam debitor hereditarius, sed jubetur cavere de solvendo: sed quando debitor fuit conventus actione particulari, & cum posset excipere dependentia diei, nihil objecit, locum habebit prædicta Bart. traditio communiter recepta. Quinimò & in terminis dist. leg. quod si in diem, idem * victus jubetur cavere de debito solvendo, postquam advenit dies, vel extiterit conditio, quia in actione universalis iuste fuerat condemnatus: aliàs enim debitor in diem, vel sub conditione simpliciter absolvitur, & creditor tantum permittitur de novo agere, postquam advenit dies vel conditio extiterit leg. grege §. si sub conditione infra de pign. l. bovem §. si sub conditione infra de adil. editio. tradit Bart. leg. pecuniam num. 3. infra si certum petatur Bald. consil. 50. secundus, num. 1. lib. 1.

101 Neque * in hac materia omittendum est dictum Bald. l. præscriptio n. 40. Cod. si contra jus, quod id, quod dicitur, quod jus superveniens confirmat iudicium, intelligendum est, quando ea lis agitur coram iudice ordinario. Nam si agitur coram iudice delegato, jus superveniens non confirmat iudicium, quia delegatio propter falsitatem à principio expressam, fuit nulla, & sic ex post facto confirmari non potest, cap. auditis de electione, quod dicit esse expressam cap. fin. de rescript. & subscribit Paul. Castr. si rem §. final. nu. 2. infra de pign. actio.

102 Quod * tamen dictum Baldi tanquam in se falsum rejiciunt Romanus & Aretin. col. 2. ad finem d. l. si Titius infra de verborum obligatione, & Aretin. l. hæres quandoque col. 2. vers. tertiam limitationem, infra de acquirenda heredit. propter textum expressum cap. Abbate sand §. cæterum, de re iudicata in 6. & tanquam receptum probat Anania consil. 19. nu. 16. Nec * obstant rationes Baldi, quia ad primam responderetur, quod cum illud debitum, de quo facta fuit mentio in rescripto, esset * debitum in spe probabili, subreptio delegationem non vitiat, cum non sit omnino falsum, quod à principio se probabili debetur, argument. leg. cum filius §. hæres infra de leg. 1. & clarè probat dist. cap. Abbatem sane §. cæterum ad secundam * de cap. final. de rescript. responderetur procedere, quando quis impetrat rescriptum contra futurum debitorem,

hæc enim impetratio non valebit, quia eam improbat textus ille. Cæterum si quis impetret rescriptum delegatorum contra jam debitorem, saltem spe probabili valebit impetratio, & consequenter iudicium confirmabitur, si ex causa de præterito jus superveniat, ut dictum est, & in specie tradit Anania, dist. consil. 19. ad finem n. 16. Unde merito * Claud. leg. si Titius col. pen. post medium, infra de verborum obligatione concordat opiniones, quod si ex forma rescripti restiterit, illud fuisse impetratum contra futurum profus debitorum, non valebit impetratio, & in his terminis procedit prædictum Bald. dictum: aliàs valebit impetratio, & iudicium propter jus superveniens confirmabitur per supra tradita.

Ultimò pro complemento istius materiae, cum illa consonet cum materia, leg. non quemadmodum infra eodem, ad illius text. explicationem ultra supra dicta in principio, addendum est, quod dist. leg. non quemadmodum, multa * jura concordantia habet, quæ enumerat Andr. Gailius practicar. observat. libr. 2. observat. 74. in principio. Item quod * ex eo textu notabilem regulam col. legit Bald. authen. qui rem numer. 6. Codic. sacrosanctis Ecclesiis, & aliam Anchar. consil. 383. primo numer. 2. & aliam etiam Roman. consil. 294. ad finem, & multa tradit Angelus Aretin. in illius * text. materia §. præjudiciales, numer. 11. Institut. de action. & ampliatur procedere etiam in arbitris, leg. de rebus, supra de recept. arbit. notab. Roman. consil. 118. numer. 1. & consil. 88. ad finem. Præterea t. addendum est, quod ratio prædictæ regulæ dist. leg. non quemadmodum, ultra Doctores colligi potest ex leg. litigatorum, §. final. supra de recept. arbit. & eam notab. ampliat Jason. leg. final. numer. 7. vers. breviter Cod. de edit. Divi Adriani, limitat autem Ant. Gam. decis. 244. num. 4.

Et t. aliam limitationem magis generalem assignavit Romanus consil. 138. ad finem, quando quis habet actionem de presenti ad aliquid petendum; nam tunc potest petere & obtinere, ut declaratur in futurum, illud sibi deberi, ne aliàs sæpius cogatur protestari de jure suo contra regul. leg. 2. in fine C. de præscript. 30. annorum, cujus rei exemplum habes l. 1. C. de fideicommiss. & l. 1. C. de sentent. qua sine certa quantitate. Quam conclusionem probat etiam Anton. Gom. l. Tauri, 40. num. 78. vers. 3. & 2. tom. cap. 11. num. 47. & probat leg. 1. tit. 2. part. 3. ibi notat Gregor. in gl. final.

Et t. hinc est, quod si pensiones debeantur annuatim, potest quis petere, quod declaratur in futurum illas sibi deberi solvi, ut tradit gloss. 2. leg. non quemadmodum infra eodem, Capella Tolosana quest. 30. & eleganter comprobatur Andr. Gail. pract. observat. libr. 2. observat. 74. & num. 2. quibus adde gloss. cap. 2. verb. provideri, de homicid. in 6. Quam tamen conclusionem notabiliter declarat Guid. Papa consil. 90. num. 1. Cui * adde, quod si pendente lite adveniat dies pensionis solvendæ, poterit in ea fieri condemnatio de presenti, quia causam habet de præterito, propter actionem de presenti, ut dictum est, & ita Capicij decis. 16. numer. 6. Denique * juxta prædicta venit explicandus textus l. in lege Aquilia si delectum, 41. infra ad legem Aquil. ubi pro debito condicionali fit condemnatio, quamvis differatur executio in tempus advenientis conditionis: nam gloss. final. ibi quam probat Bart. & Florian. numer. 4. respondent ea ratione admissi, quia propter damnum datum, competit actori actio legis Aquiliae de presenti, propter quam fieri potest condemnatio respectu juris futuri ut dictum

115 dictum est. Nec obſtat ꝑ replicatio Pinel. leg. 1. C. de bonis maternis 3. parte. numer. 78. verſ. neque obſtat, quod in dict. leg. in leg. Aquilia, ſi delectum debitum, propter quod agebatur. erat conditionale, & non competebar de præſenti: quia reſpondetur, quod licet debitum eſſet conditionale. tamen culpa delentis illud chirographum fecit, ut ſtatim competeret actori actio legis Aquiliæ, propter damnum, quod in futurum poterat inferri creditori, & ſic propter actionem de præſenti ſit condemnatio reſpectu juris de futuro, ab actione tamen de præſenti dependentis, & tamen differitur executio in tempus advenientis conditionis: prout generaliter fieri poſſet, tradit Gama decif. 244. numer. Cæterum ſi nulla actio de præſenti competeret, haberet locum regula l. grege, §. ſi ſub conditione. infra de pignor. & leg. bovem, §. ſi ſub conditione, ſupra de edil. edict. & hæc ſatis in materia hujus l. & ll. ſequentes pro majori parte explicatæ fuerunt l. 2. §. legatis, ſupra eodem, & ideò peculiaris earum prætermittitur interpretatio, & ſit tranſitus ad interpretationem l. qui prior, 29. ſup. eod.

Leg. Qui Prior, 29. ff. de Judiciis.

S U M M A R I A

- 1 Refert gloſſ. hic tres ad unum text. assignari interpretationes, & duas primas improbari à Bart.
- 2 Declarat tertiam communiter approbari, juxta quam text. probat, quòd qui prior appellat, hoc eſt, provocat ad judicium, prius agat (hoc eſt) partes actoris ſuſtineat.
- 3 Exemplificat proximam concluſionem, & quomòdò procedat, declarat.
- 4 Tradit hanc interpretationem expreſſe approbaſſe cap. 2. de ord. cog.
- 5 Declarat, quomòdò juxta hanc interpretationem littera hujus textus explicari debeat, & exemplum proponit.
- 6 Causæ actionis, & reconventionis pari paſſu ambulant, & eadem ſententia debent terminari.
- 7 Tradit, reconventioni in jure duo inveniri præſtituta privilegia, primum eſt traditum num. proximo.
- 8 Si Judex prædicto modo in reconventionem non procedat, juſtè ab eo ad ſuperiorem appellatur.
- 9 Licet prius de veritate unius cauſe conſtet, quàm de alia, tamen differenda eſt ſententia, donec utraque cauſa una ſententiâ terminari poſſit.
- 10 Refert ſecundum privilegium reconventionis, ut poſſit fieri coram Judice conventionis, etiamſi aliàs ſit incompetens.
- 11 Cujus Judicis actor obſervat judicium, cum contra ſe recipere non dedignetur.
- 12 Declarat prædictam explicatorem approbaſſe in Portugallia ord. lib. 3. tit. 33. §. 2.
- 13 Impugnat communem explanationem, & inſiſtit, quòd non conveniat litteræ, nec ſit in ſe vera.
- 14 Verbum obſervat, ſignificat eam reverentiam, qua ſolet Magiſtratibus præſtari per ſubditos.
- 15 Actor in hoc caſu non elegit Judicem ſponte, imò verò ex neceſſitate.
- 16 Declarat, quo caſu prædicta ratio poterit admitti.
- 17 Salvat communem opinionem, non obſtantibus dictis difficultatibus, quibus reſpondet.
- 18 Reus poteſt convenire actorem coram proprio Judice ipſius rei, etiamſi non Judex, habito reſpectu ad actorem incompetens videatur ad cognoscendum de cauſa, ſuper qua convenitur.

- 19 Reus tenetur neceſſariò reconvenire actorem, coram ſuo Judice, cum coram alio diverſo convenire non poſſit.
- 20 Tradit notabilem differentiam inter duo privilegia reconventionis.
- 21 Primum privilegium tantum locum habet, quando reconventio ſit ante litem conteſtatam, & ibi ratio traditur.
- 22 Ea quæ in continenti fiunt, videntur inſeſſe, ac ideò ſi incontinenti ſit reconventio, poſt litem conteſtatam locus erit prædicto privilegio.
- 23 Declarat, quòd dicitur, reconventionem fieri incontinenti poſt litem conteſtatam, quando facta eſt ante præſtitum juramentum de calumnia per Actorem.
- 24 Juramentum de calumnia præſtandum eſt poſt litem conteſtatam.
- 25 Item dicitur, reconventionem incontinenti fieri, quando reconventio facta eſt ante dilationem assignatam partibus ad probandum.
- 26 Secundum privilegium locum habet, dum durat primum judicium, & ſic in quacunque parte litis reus eo uti poterit.
- 27 Refert contrariam opinionem, & Doctores, qui eam ſequuntur.
- 28 Communem opinionem amplectitur, & defendit.
- 29 Quoad effectum reconventionis jus prorogat iuriſdictionem delegati.
- 30 Reſpondet ad dictam auth. & conſequenter in fine, & de ejus intellectu late agit.
- 31 Declarat quid in ſecunda parte probet dict. auth. & conſequenter.
- 32 Reſpondet ad Clement. ſepe. §. verum, de verb. ſign.
- 33 Tradit aliam differentiam inter prædicta privilegia.
- 34 Primum privilegium non habet locum, ſi conventio ſit ordinaria, & reconventio ex ſua natura ſit ſummaria.
- 35 Declarat, quòd dictum ſecundum privilegium locum habebit, quando locum habet ratio expreſſa in d. l. cum Papinian. explicat ut ſupra.
- 36 Addit, quòd ſi utraque cauſa ſit ſummaria, nihil impediatur, primum privilegium etiam locum obtinere.
- 37 Declarat, quòd etiam dicto privilegio locus erit, ſi reconvens renunciet privilegio cauſe, & velit quòd etiam in ea ordinariè procedatur.
- 38 Declarat item, quòd dict. reconventio recipi non poteſt, niſi prius reus faciat prædictam renunciationem.
- 39 Explicat traditionem Baldi in rubrica num. 16. ſupra de officio ejus.
- 40 Quando implovatur officium Judicis, locus eſt reconventionis.
- 41 Docet, quòd, ut habeat locum illud privilegium reconventionis, quòd coram eodem Judice fieri debeat, duo copulativè requiruntur: primum, quòd ſolus actor elegerit Judicem, ſecundum, quòd ſponte, & non ex neceſſitate illum elegerit.
- 42 Si ſolus actor non elegerit Judicem, ſed de conſenſu utriuſque partis eligatur, non habebit locum privilegium.
- 43 Tradit, idem eſſe recipiendum in arbitrio electo ex neceſſitate ſtatuti.
- 44 Refert contrariam opinionem, & eam tenentes.
- 45 Arbitri ex neceſſitate ſtatuti æquiparantur Judicibus delegatis.
- 46 Coram delegato dato ex conſenſu partium, non poteſt fieri reconventio.
- 47 Pari ratione coram Judice, cujus ſuit prorogata iuriſdictione de conſenſu partium, non poteſt fieri reconventio.

48 Tradit

- 48 Tradit concordiam ad dictas opiniones.
- 49 Si actor non eligat ſponte Judicem, ſed neceſſitate coactus, non poterit reconveniri coram eodem Judice, & ibi exemplum proponit.
- 50 Si Princeps proprio motu, & non ad requiſitionem partis Judicem dedit, non poterit coram eo fieri reconventio.
- 51 Tradit ſecundum exemplum, in quo non habet locum reconventio.
- 52 Explicat gloſſ. hic, dum dicit, in cauſa criminali locum habere reconventionem, ſi reconventio fiat de pari crimine.
- 53 Si laicus accuſet delinquentem coram ſuo Judice, non poterit delinquentem eum reſuſcicare coram eodem Judice, etiam pro pari crimine.
- 54 Tradit, quòd cum hoc caſu debeant fieri accuſationes coram diverſis Judicibus, neceſſariò ceſſabit primum privilegium.
- 55 Declarat id procedere, etiamſi de crimine civiliter agatur.
- 56 Idem erit, ſi quis accuſat alium de publico crimine, & ibi ratio trahitur.
- 57 Declarat, quid dicendum, quando accuſator, & accuſatus ſubſunt iuriſdictioni ejuſdem Judicis.
- 58 In criminalibus cauſis ad inſtar civilium procedendum eſt, & ibi ponit exemplum.
- 59 Tradit, quòd ſi me accuſes de injuria coram communi Judice, coram eodem potero te reaccuſare de alia injuria, per te mihi facta.
- 60 Datis paribus terminis idem admittetur, in quibuſcumque aliis delictis.
- 61 Declarat caſum, in quo poterit admitti reconventio, etiam cum ſecundo privilegio conventioni conſeſſo.
- 62 Agit de eo articulo, quando accuſatus criminaliter poſſit reaccuſare ſuum accuſatorem, ad cujus reſolutionem duos caſus diſtinguit.
- 63 Primum eſt, utrum eum reaccuſare coram eodem Judice? & reſpondetur regulariter id non poſſe, niſi ille Judex ſit utriuſque competens.
- 64 Secundus eſt, utrum durante accuſatione poſſit reus reaccuſare accuſatorem coram diverſo Judice, qui ſit competens Judex competens.
- 65 Ad cujus queſtionis reſolutionem primam proponit concluſionem.
- 66 Declarat clavam hujus materiae eſſe legem neganda C. qui accuſare non poſſunt.
- 67 Tradit, quid hoc caſu obſervetur in Regno Neapolitano remiſſivè.
- 68 Tradit rationem diſtinctionis, de qua num. 65.
- 69 Major trahit ad ſe minus.
- 70 Intereſt Reipub. majus delictum citius puniri.
- 71 Utrum alia diverſa perſona poſſit accuſare jam accuſatum de alio crimine diverſo, remiſſivè.
- 72 Poſt nomen receptum inter reos, non poteſt reus reaccuſare, etiam de majori crimine.
- 73 Litis conteſtatio, facta in minori crimine, impedit, quòd in eo non ſuperſedeatur propter majus crimen.
- 74 Limitatur concluſio, de qua num. 72. ut non procedat, ſi reaccuſans proſequatur ſuam, vel ſuorum injuriam. Is enim caſus ſemper videtur exceptus à generali prohibitione de non accuſando.
- 75 Colligit ex ſupra dictis decif. dict. l. neganda, generaliter procedere, ſivè nomen ſit receptum inter Reos, ſivè adhuc non omnes enim ejuſ concluſiones in utroque caſu ſunt admittendæ.
- 76 Declarat concluſionem, quæ ex dict. l. colligitur, à contrario ſenſu quæ à propria regula excipitur.
- 77 Tradit dictam concluſionem poſſe admitti, etiam poſt nomen receptum inter Reos, ſi ea intelligatur modo hic declarato.
- 78 Ad probationem reſolutionis proponit ſimilem.

- 79 Si reconventio fiat de cauſa, de qua Judex conventionis cognoscere non poteſt, etiam de conſenſu partium non eſt admittenda reconventio, & ibi ratio traditur.
- 90 Tradit exemplum ad probationem reſolutionis.
- 81 Declarat, fuiſſe traditam concluſionem de qua num. 9. Nam ſi propter privilegium perſona cognoscere non poſſit Judex conventionis, eo caſu erit Judex reconventionis, etiam ſi tale ſit privilegium, cui partes renunciare non poſſunt.
- 82 Si Clericus conveniat Laicum coram Judice ſeculari, poterit coram eodem Judice reconveniri per Laicum.
- 83 Declarat proximam concluſionem probari in Regno Caſtr. per l. 57. tit. 6. part. 1.
- 84 Et in Regno Portug. Ord. lib. 2. tit. 1. §. 1.
- 85 Reſpondet ad regul. cap. ſi diligenti, de foro competentis.
- 86 Tradit dict. Ord. lib. 2. tit. 1. §. 1. in fine, admittente reconventionem, etiamſi fiat de crimine civiliter intentato.
- 87 Oſtendit magis communem Canonistarum opinionem tenere contrarium.
- 88 Declarat opinionem, quam ſecuta eſt Ord. Portugal. videri verior em.
- 89 Reſpondet ad cap. unicum, de Clericis conjug.
- 90 Si quacunque de cauſa executio ſit facienda in perſona Clerici, non admittitur reconventio, quia perſona Clerici cenſetur res ſpirituais.
- 91 De cauſa ſpirituaili non poteſt fieri reconventio coram ſeculari.
- 92 Clericus poteſt reconveniri coram ſeculari in cauſa civili, etiamſi renunciet liti conventionis prius intentatæ coram ſeculari, quia invito convento liti renunciari non poteſt in ejuſ præjudicium.
- 93 Agit de intellectu Ord. Portug. lib. 2. tit. 7.
- 94 Tradit dictam Ordinationem continere difficultatem in deciſione, & de ea agit.
- 95 Licet ſecularis cognoscat de cauſa adverſus Clericum, tamen executio in bonis debet fieri per Judicem Eccleſiaſticum.
- 96 Refert etiam, quòd ſimiliter ratio tradita ad Ordin. videtur dubia, & de ea agit.
- 97 Adverſus Clericos proceditur in executione per cenſuras, & ſi nolint parere, debet contra eos implorari auxilium brachii ſecularis.
- 98 Defendit præd. Ordin. Portugal. & reſpondendo ad primam difficultatem oſtendit verius eſſe, ſecularem, in quibus caſibus ſententiam validè tulit adverſus Clericum, poſuiſſe executionem fieri jubere in ejuſ bonis temporalibus.
- 99 Reſpondet ad ſecundam difficultatem, & tradit differentiam inter Judices ſeculares, & Eccleſiaſticos circa executionem ſuarum ſententiarum.
- 100 Tradit rationem differentia.
- 101 Eccleſiaſticus ultra ambitum Eccleſiæ, & pertinentia ad ſpirituailia, nullum cenſetur habere territorium.
- 102 Judex Eccleſiaſticus proprio juffu, & auctoritate, non poteſt jubere capi Laicum, tanquam exiſtente in alieno territorio, nec in ejuſ bonis.
- 103 Ut Eccleſiaſticus poſſit facere executionem in bonis Laicorum, debet obſervare formam præſcriptam in cap. 1. §. contrabentes, de foro competentis.

Gloſ. hic tres ad dictum text. assignat interpretationes, ſed duas primas improbat Bart. & Angel. in princip. tertiam autem communiter ſequuntur Doctores. quod text. probet, quòd qui prior appellat hoc eſt (provocat ad judicium) prius agat, hoc eſt, partes actoris ſuſtineat, in hoc ſcilicet ſenſu, ut ſi lis moveatur inter duos per viam actionis & reconventionis, qui prius venit ad judicium, debeat prius

prius agere, ita ut prius ejus libellus debeat recipi, & deinde libellus reconventionis, & prius etiam cum primo debeat lis contestari, deinde cum reconveniente, & sic de singulis actis processus, ut in singulis debeat præcedere ille, qui prius provocavit ad Judicium, ut hic explicat gl. Bal. & Paul. in princip. Barb. auth. & consequenter n. 4. C. de sentent. & interlacut. notab. idem Bart. tractat. de judiciis, col. final. Panorm. cap. 1. n. 7. de mutuis petitio. Cornuus consil. 220. col. 2. ante medium lib. 4. Marant. in praxi 4. parte 6. distinct. judicio n. 8. Et probat ordinatio Portugal. l. 3. tit. 24. in principio, veteris impressionis, & hodie lib. 3. tit. 33. nova recopilationis, & l. 4. tit. 10. part. 3. & ibi Greg. in gloss. 1. & idem Greg. l. 13. tit. 1. partit. 7. in gl. fin. Et

4. hanc interpretationem expresse probavit Summus Pontifex cap. 2. de ord. cognit. & juxta hanc interpretationem litera * hujus text. ita explicari debet, ut si duo sint contendentes, & unus prior appellat, scilicet ad Judicem, sive prior Judicem adiit, l. 1. juncta gloss. verb. appellatus, supra quibus ex causis major. Lancel. Dec. hic is etiam prior agat, hoc est in quolibet actu processus semper in uno actu procedat. subscribit Anton. Natta consil. 230. n. 11. l. 2. Neque enim debet exponi (prior agat) hoc est, litem peragat, quia causa actionis * & reconventionis pari passu ambulant, & eadem sententia debent terminari, ut post gl. hic ad medium admonet Paul. Casir. post princip. & in simili probat l. 8. tit. 4. partit. 3. & ibi notat Greg. in gloss. final. & circa materiam hujus text. videndus est Decian. tractatu criminal. l. 3. cap. 24.

7. Ad hujus autem * regulæ explicationem, præmittendum est, reconventionem in jure duo inveniri præfita privilegia. Primum est quod conventio, & reconventio pari passu ambulant, & eadem sententia terminantur, l. neque Cod. de compensationibus l. 1. C. de alio. rerum amotarum, auth. & consequenter, C. de sententis cap. de ord. cognit. cap. 1. de mutuis petit. & si Judex * prædicto modo non procedat, jure ab eo appellatur ad superiorem, l. 1. §. final. infra que appellatio rescindatur, notat gloss. l. 1. c. 1. de mutuis petit. & ibi Pan. n. 11. Felin. n. 1. in fine gloss. cap. 2. verb. eadem de ordine cognitio. Notab. Andr. Sicul. consil. 3. col. pen. l. 4. & probat ord. Portugal. l. 3. tit. 24. in principio veteris impressionis, & l. 3. tit. 33. nova recopilationis. Unde * licet prius consistat de veritate unius causæ, quam de alia, tamen differenda est sententia, donec utraque causa unâ sententiâ terminari possit, ut colligitur ex mente prædictorum jurium, & contra Ant. resolvit. Panorm. cap. 2. n. 14. de ordine cognit. & clarè colligitur ex mente l. 1. §. fin. inf. que sententia sine appell. rescindatur. quicquid in contrarium resolvat Panorm. ibi contrarius, cap. 1. n. 9. de mutuis petit. & eum sequatur Maranta in praxi 4. parte 6. distinctione judiciorum n. 9.

10. Secundum autem * privilegium reconventionis est, ut possit fieri coram Judice conventionis: etiâ si aliâ sit incompetens ad cognoscendum de causa reconventionis: text. est l. cum Papinianus C. de sententiis, in qua * ea assignatur ratio: quod cujus Judicis actor observat Judicium, eum contra se recipere Judicem non dedignetur: concordat cap. accusatores §. cujus 3. q. 8. quæ ratio ita vulgo explicatur, ut cum actor elegerit Judicem rei, coram quo illum conveniat, eundem debet agnoscere Judicem contra se, si coram eodem reconvenitur: & ita exponit Bart. dist. auth. & consequenter, n. 3. & n. 5. Panorm. cap. 1. n. 25. de mutuis petit. & cum dilectus n. 7. de arbitris, Ant. de Math. de prorogatione jurisd. n. 59. quam * explicationem approbavit lex Portugal. l. 3. tit. 24. & 3. veteris impressionis, & lib. 3. tit. 33. §. 2. nove recopilationis.

Sed utique * hæc communis explicatio, neque literæ convenit, neque videtur in se vera quia secundum illam, verbum illud (observat) debet exponi, hoc est (eligit) cum tamen illud * verbum secundum proprietatem significet, eam reverentiam, quæ solet magistratibus præstari per subditos, ut ex Cicerone tradit Jafon. l. quidam cum filium n. 2. inf. de verbor. oblig. Item * quia præsupponit, actorem sponte eligere Judicem rei, cum tamen potius ex necessitate id fecerit, l. 2. C. de jurisd. omnium judicum, cap. cum sit generale, de foro competenti, & in specie post Ancharanum advertit Dec. in cap. ut si clerici, in principio col. 10. de jud. & prius Paul. Cast. l. 2. §. sed agant, ad finem inf. eodem. Et sic prædicta ratio explicata ut supra minimè verificatur, & tantum posset admitti, quando actor coram duobus Judicibus diversis reum convenire posset, & coram uno ex illis eligit reû convenire, prout poterit juxta reg. l. 3. in princ. inf. de eo, quod certo loco tunc enim verificabitur verbum (eligit) ut advertit Ant. de Math. de prorogatione jurisd. n. 6. vers. sed maximum. Sed * nihilominus salvanda communem expositionem, considerandum est; quod ideo actor dicitur eligere Judicem rei, quia tempore contractus potuit facere, quod reus renunciarer proprio foro, juxta traditionem gl. 2. l. 1. supra si quis in jus vocatus non iverit, quod cum fecerit, videtur voluisse, id quod jus in eo casu disponit, juxta regulam, si duo inf. de acquirenda hereditate, & sic in hoc sensu dicitur elegisse Judicem rei, coram quo eum conveniat, ut latius tradidimus l. 2. §. legatis supra eod.

Ex quibus in nostro proposito constituenda est, notabilis conclusio, quod reus potest reconvenire actorem, coram proprio Judice ipsius rei, etiam si is Judex habito respectu ad actorem incompetens videatur ad cognoscendum de causa, super qua reconvenitur, quia lex hoc casu prorogat illius Judicis jurisdictionem, & illum reddit competentem ad cognoscendum de causa reconventionis, gl. fin. in principio cap. fin. de mutuis petitio. Anania consil. 93. n. 5. & in notab. casu tradit A. l. l. dec. 27. Quinimò * non solum reus potest convenire actorem coram suo Judice: imò ad hoc necessario tenetur, neque enim actorem potest convenire coram alio diverso Judice, cap. dispendia §. reus quoque de rescriptis in 6. tradit Bart. dist. auth. & consequenter n. 3. ord. Portugal. l. 3. tit. 2. §. 24. veteris impressionis, & hodie l. 3. tit. 33. §. 2. nove recopilationis.

Inter * prædicta autem privilegia ea est notab. differentia: quod primû privilegium tantum locum habet, quando reconventio fit (mox) hoc est ante litem contestatam, super prima actione, auth. de execut. §. sancimus col. 7. & ibi gl. verb. mox Bart. auth. & consequenter n. 12. Panorm. cap. 1. n. 13. de mutuis petitio. & ibi Felin. n. 2. Si enim reconventio fiat post litem contestatam in prima actione, non potest locum habere prædictum primum privilegium, quia si illud locum haberet, fieret præjudicium, & dilatio primæ causæ, super qua lis fuerat contestata, Dec. consil. 200. col. 2. post princ. Cum * autem ea, quæ in continenti fiunt, videantur inesse l. lectura, vers. dicebam, inf. si cert. peccatur, si post litem contestatam incontinenti fiat reconventio, locus erit prædicto privilegio, gl. d. §. sancimus, verb. mox, Bald. de auth. & consequenter, n. 8. Jaf. l. edita, n. 15. C. de edendo, & l. non solum, §. morte, n. 13. inf. de novi oper. renunc. & alii relati per Tiraq. l. 2. retract. §. 1. gl. 5. n. 11. Dicitur autem, reconventionem fieri incontinenti post litem contestatam, quando facta est ante prælitum juramentum de calûnia per actorem, quod præstandum esse, post litem contestatam probat l. fin. in principio, C. de juref. propt. cal. dando, & ita * Bald. & alii supra citati, supra gloss. final.

final. ad finem in dist. auth. & consequenter, existimat continenti dici fieri, quando reconventio facta est ante dilationem assignatam partibus ad probandum, quam opinionem probat Ordin. Portugallicæ lib. 3. tit. 24. §. 2. & hodie lib. 3. tit. 33. §. 1. nova recopilationis. Cæterum * privilegium secundum habet, dum durat primum judicium, & sic in quacunque parte litis reus eo uti poterit, ut videtur probare text. cap. dispendia, & reus quoque, de rescriptis in 6. & colligitur ex generalitate dist. l. cum Papinianus, quæ in his terminis non invenitur correctâ, neque limitata, Bart. dist. auth. & consequenter num. 12. & ibi Bald. num. 8. Anchar. dist. cap. dispendia, §. reus quoque num. 4. ad finem, & ibi Perusin. num. 5. Guid. Papæ conf. 141. & probat 57. tit. 6. partit. 1.

27. Contrariam * tamen opinionem, imò neque hoc secundum privilegium locum habere, si reus eo velit uti, post litem contestatam in prima actione tenet Hostiens. cap. de mutuis petit. quem sequitur Domin. dist. 8. reus quoque, num. 7. & 8. Panorm. cap. 1. num. 13. post medium, de mutuis petit. quod & probat Fulgos. dist. auth. & consequenter, numer. 9. post medium, & pro ea sententia videtur urgere textus dist. auth. & consequenter in fine, item Clem. sepe, §. verum, de verborum significat. quæ in exordio litis debere fieri reconventionem constituit.

28. Sed * de his non obstantibus non est recedendum à magis communi sententia, quæ clarè probatur dist. §. reus quoque, si consideres textum disponere, quod si reus conventus velit reconvenire actorem coram eodem Judice delegato, poterit id facere, quia * quoad hunc effectum jus prorogatur jurisdictionem Judicis delegati, ut est expressum cap. 1. de mutuis petit. Quod si nolit prædicto privilegio uti, sed velit actorem coram alio Judice reconvenire, non poterit literas delegatorias impetrare, nisi ad eundem Judicem delegatum: Ergo textus ille clarè probat, quod dum durat primum judicium, potest reus conventus uti prædicto secundo privilegio reconventionis, ut quocunque tempore possit eum reconvenire coram eodem Judice.

30. Neque * obstant adducta in contrarium, quia ad primum de dist. authentic. & consequenter in fine, respondetur, duas habere partes, in prima probat, reconventionem esse statim faciendam coram eodem Judice: intellige tu, ut habeat utrumque privilegium reconventionis supra relatam, ut ibi in specie declarat Bartol. numer. 12. Non tamen negat, quod si id non faciat, non possit uti saltem secundo privilegio concessio reconventioni, quod possit actorem reconvenire coram eodem Judice propter prorogationem jurisdictionis: nam hoc casu lex videtur inducere. In * secunda autem parte probat, quod si reus habeat suspectum Judicem, coram quo convenitur, & propterea coram eo non vult reconventionem facere, oportet quod intra viginti dies Judicem recuset, & alium impetret non suspectum, qui possit de causa conventionis & reconventionis cognoscere: si autem id non faciat, pendente quidem conventionem, non poterit actorem convenire coram alio Judice, quia id jus non patitur, & ideo tunc debet expectare, quod prima conventio finiatur, & deinde actorem convenire coram suo Judice competenti. Item * probat, quod si conventus nolit considerare de Judice conventionis, quia habet eum suspectum, poterit quidem coram illo actorem non reconvenire, & sic expectare finem litis illius. Unde clarè sentit, quod si velit renunciare suspitioni Judicis, indistinctè lite pendente, poterit actorem reconveni-

re coram eodem Judice, ut & nos defendimus. Non * obstat secundo de Clem. sepe, §. ve 33. rum, de verborum significatone, quia debet intelligi, in exordia litis faciendam esse reconventionem, ut utrumque privilegium locum obtineat: aliâs saltem competet illud: ut in quacunque parte litis, possit actorem reconvenire coram eodem Judice, ut dictum est.

Adde * & aliam differentiam inter prædicta privilegia. Primum privilegium non habet locum, si conventio sit ordinaria, & reconventio ex sua natura sit summaria, quia cum propter diversam naturam non possint pari passu ambulare, necessariò cessat prædictum primum privilegium. Innocent. & Hostiens. cap. 1. de mutuis petitio. Et * tamen locum habebit prædictum secundum privilegium, cum adhuc locum habeat ratio expressa, in dist. leg. cum Papinianus, explicata ut supra, & ita Bart. dist. auth. & consequenter, numer. 13. Anchar. dist. cap. dispendia, §. reus quoque, numer. 4. ad finem, Maranta in praxi 4. parte 6. distinct. judic. numer. 29. Addendo * tamen, quod si ultra que causa sit summaria, nihil impedit primum privilegium etiam locum obtinere, leg. sed & hæc, §. non solum, & ibi Bald. supra de procur. cui * etiam locus erit, si reconvens renunciat privilegio causæ, & velit, quod etiam in ea ordinariè procedatur. Quinimò * neque prius recipietur prædicta reconventio, nisi prius faciat prædictam renunciacionem, ne aliâs impediatur conventio actoris prius facta, Bald. leg. sed & hæc, §. non solum, colum. 2. supra de procur. & * juxta hæc veniunt etiam explicandum, quod tradit idem Bald. in rubr. numer. 16. supra, de officio ejus, dum dicit, quod etiam quando imploratur officium Judicis, locum habet reconventio, * nisi imploretur super causa, quæ requirit celeritatem: tunc enim non admittitur reconventio de causa, in qua ordinariè procedendum sit, subscribit Socin. regul. 332. numer. Menoch. libr. 1. de arbitr. quest. 44. in fine. Nam dum dicit, quod etiam quando imploratur officium Judicis, est locus reconventioni, verum est in se, ut probat leg. 1. §. fin. infra de variis & extraordinariis cognitionibus, & tradit Bart. dist. auth. & consequenter numer. 14. & asserit receptum Jafon. leg. 1. numer. 8. circa finem, supra de jurisdictione omnium judicum, quicquid contrarium teneat gloss. leg. sed nisi restituatur, verbo adierit, infra eodem quam ibi notat Angel. & Jafon. leg. ne quicquam, §. ubi decretum, numer. 76. supra de officio proconsul. dum autem addit, quod ubi imploratur, super causa requirente celeritatem, non habet locum reconventio, debet intelligi, quod non habeat locum illud privilegium reconventionis, ut utraque causa pari passu ambulet: habebit tamen locum privilegium illud reconventionis, ut coram eodem Judice tractari debeat, juxta supra tradita, & in specie, ita declarat Maranta in praxi 4. parte 6. distinct. judiciorum, num. 27.

Ulterius * & pro complemento materia adverteendum est, quod ut habeat locum illud privilegium reconventionis, quod coram eodem Judice fieri debeat, duo copulativè requiruntur: Primum, quod * solus actor elegerit Judicem. Secundum, quod sponte & non ex necessitate illum elegerit, dist. leg. cum Papinianus, explicata ut supra. Altero autem ex prædictis deficiente non habebit locum prædictum privilegium, quod probat cap. cum dilectus, de arbitris, ubi coram arbitro non admittitur reconventio quia eligitur de consensu utriusque partis, ut probat Ord. Portugallicæ, lib. 3. tit. 33. §. fin. nove recopilationis, & sic cessat primum requisitum, de quo sup. quicquid controv. lat. Ant.

- 43 de Math. de prorogatione jurisdictionis n. 60. Quæ ratio evincit id procedere. etiam in arbitro electo, ex necessitate statuti, cum nihilominus eligatur de consensu utriusque partis, cessat reconventio, & ita post Speculat. Roman. cons. 776. Jason. leg. est receptum num. 13. supra de jurisdictione omnium iudicium.
- 44 Sed si nihilominus contrarium consuluit Andreas Siculus consil. 3. num. 6. libr. 4. quia hi arbitri si electi ex necessitate statuti æquiparantur iudicibus delegatis, cap. de arbitris, de officio delegati in 6. Bart. l. final. Cod. de iudic. Anton. Blan. de compromiss. quest. 9. num. 4. & certum est, coram delegatis posse fieri reconventionem, cap. 1. de mutuis petitionibus qua ratione utitur etiam Socin. reg. 332. numer. 10.
- 46 Quæ tamen ratio parum urget, quia & coram delegato dato de consensu partium non potest fieri reconventio propter rationem supra assignatam, Bart. dict. authent. & consequenter, in fine, Socin. Junior. cons. 66. numer. 5. lib. 1. Jason. leg. est receptum. numer. 12. in fine, supra de jurisdictione omnium iudicium, Gom. dict. cap. dispendia, §. reus quoque num. 35. in 8. limitat. probat. Ordin. libr. 3. tit. 4. §. final. & libr. 3. tit. 33. §. final. nova recopilationis. Quicquid post Antonium contradicat Marian. cap. 2. numer. 22. ad finem, de mutuis petitionibus & Zaxi. lib. 2. singul. responso. cap. 37. & Menoch. lib. 1. de arbitris, quest. 48. num. 6.
- 47 Et pari ratione coram Iudice, cujus fuit prorogata jurisdictione de consensu partium, non potest fieri reconventio, Marant. in praxi 4. parte 6. distinctione iudiciorum num. 14. Contrarium nihilominus pro constanti tenent gloss. & Doctores in dict.
- 48 Reg. est receptum, Roman. & singul. 149. Sed pro concordia dicendum est, quod si utraque pars non erat subdita iudici, cujus prorogata fuit jurisdictione, & sic in prorogatione necessario intervenit consensus utriusque partis, procedet opinio Marantæ, si autem unus ex illis erat subditus ordinariæ jurisdictioni iudicis, alter autem nihilominus, si non subditus prorogavit jurisdictionem illius iudicis: tunc is, qui sponte elegit iudicem, poterit reconveniri coram eodem iudice, qui cessat ratio, de qua supra. Exemplum erit in terminis dict. leg. est receptum, quia in illis militat ratio d. l. cum Papinian. explicata ut supra.
- 49 Ex secundo autem requisito principali supra relato inferitur, quod si actor non eligat sponte iudicem, sed aliqua necessitate coactus, non poterit reconveniri coram eodem iudice, quia cessat secundum requisitum supra relatum: Exemplum erit in eo, qui appellat à sententia. Nam cum is ex necessitate saltem causativa appellet, propter injustitiam, quam sibi invito existimat factam fuisse per iudicem, non poterit in instantia appellationis reconveniri, Bart. dict. authent. & consequenter, num. 15. Jason. leg. ita demum, nu. 6. C. de procurat. Afflict. decis. 155. num. 4. probat Ordin. Portugalliarum libr. 3. tit. 24. penultim. & libr. 3. tit. 33. §. 7. novæ recopilationis, & defendit Maranta in praxi 4. part. 6. distinctione iudiciorum numer. 15. quicquid controuertat Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis num. 60.
- 50 Quinimò si Princeps proprio motu, & non ad requisitionem partis, dederit iudicem delegatum non poterit coram eo fieri reconventio, quia cessat tam primum quam secundum requisitum, Jason. l. 3. in princ. num. 14. supra quod quisque juris, quod est notabile ad limitationem cap. 1. de mutuis petitionibus.
- 51 Secundum exemplum est, quando quis mihi fecit injuriam, vel damnum dedit. Nam cum his casibus nullus præcesserat actus voluntarius partis

læsæ, quæ tantum passivè in illis se habuit, quia tunc magis ex necessitate, quam ex voluntate, videtur pars læsa iudicem delinquentis adire, & coram eo illum accusare, coram eodem non debet admitti reconventio leg. 2. §. sed si agant supra eodem Bart. dict. authent. & consequenter n. 7. notab. Gregor. l. 57. tit. 6. part. 1. verb. alii deve, juxta quæ venit explicanda gloss. hic, dum dicit, in causa criminali locum habere reconventionem, si reconventio fiat de pari crimine, quam gloss. explicat Angel. hic col. 2. & Paul. Castrensi. num. 3. Nam ex prædictis concludendum est, quod cum damnum vel injuriam passus ex necessitate iudicem rei adierit, l. in criminali C. de jurisdictione omnium iudicium, cessat secundum requisitum, & consequenter non potest habere locum secundum privilegium reconventionis concessum: & ita Bart. dict. authent. & consequenter, numer. 7. Alexand. ad Bart. leg. si is qui reus sub littera (e) infra de publicis iudiciis, Maranta in praxi 4. part. distinct. iudic. num. 51. Unde si læsus accuset delinquentem coram suo iudice, non poterit delinquens eum accusare coram eodem iudice, etiam pro pari crimine, sed debet eum re accusare coram iudice competenti prædicti accusatoris. Unde tunc cum accusationes hoc casu debeant fieri coram diversis iudicibus, necessariò etiam cessat primum privilegium, quod utraque accusatio pari passu debeat ambulare, & eadem sententia terminari.

Quæ tamen amplianda sunt procedere, etiam si de crimine civili agatur, quia semper militat ratio supra assignata, & ita Maranta distinctione 6. iudiciorum in fine, quicquid gloss. hic & Angel. col. 2. contrarium sentiant. Quinimò & idem erit, si quis accuset alium de publico crimine, quia licet is sponte videatur accusare, tamen cum nullo actu voluntario suo præcedente, sed ex sola legis permissione ad accusationem profuerit, adhuc videtur militare ratio supra assignata, quod sentit Bart. dict. authent. & consequenter, numer. 7. quicquid contrarium sentiant Anton. & Panormitan. numer. vigesimosecundo Marian. numer. 84. cap. 1. de mutuis petitionibus & Anton. de Math. de prorogatione jurisdictionis numer. 60. Si sanè tunc accusator & accusatus, sub sint jurisdictioni ejusdem iudicis, accusatus de crimine, poterit re accusare accusatorem de pari crimine coram eodem iudice in eo sensu, ut utraque accusatio pari passu ambulet, & eadem sententia terminetur: cum in criminalibus ad instar civilium procedendum sit leg. absentem infra de penis. Quare si me accuses de injuria coram eodem iudice, coram eodem potero te re accusare de alia injuria per te mihi facta, Panormitan. cap. 1. numer. vigesimosecundo ad finem, & ibi Marian. numer. 84. ad finem de mutuis petitionibus leg. 4. tit. 10. part. 3. Quod datis paribus terminis pariter admitetur in quibuscumque aliis delictis, Angel. hic colum. 2. ad medium Maranta dict. 6. distinctione iudiciorum numer. 47. eleganter Imola leg. is qui reus numer. 6. infra de pub. iud. Quinimò & in causa criminali poterit admitti reconventio, etiam cum secundo privilegio conventionis concessio, si ponas accusatorem impetrasse iudicem delegatum, qui de sua accusatione cognosceret, non poterit reus re accusare de pari crimine coram eodem iudice delegato, juxta regulam cap. 1. de mutuis petitionibus. Quia in his terminis incipit militare ratio expressa dict. leg. cum Papinian. Codic. de sententiis, explicata, ut supra & ita in specie Bart. dict. authent. & consequenter numer. 7. & alia de hac materia tractavimus leg. 2. §. legatis, supra eodem.

Sed ut materia perfecte intelligatur, latius nobis agendum est de eo articulo, quando accusatus

- criminaliter, possit re accusare suum accusatorem, & rejectis distinctionibus gloss. hic & Angel. eolum. 2. Paul. numer. 3. & Andr. Sicul. consil. 43. à n. quadragesimoquarto lib. 1. qui involute loquuntur, distinguendi sunt in proposito duo casus. Primus est, utrum possit eum re accusare coram eodem iudice? Et responderetur regulariter id non posse: nisi ille Judex sit utriusque competens, ut supra dictum est. Secundus est, utrum durante accusatione possit reus re accusare accusatorem coram diverso iudice? Et qui sit competens iudex accusantis? & in hoc sequenda est resolutio Bart. l. is qui reus numer. 1. infra de pub. iud. ex quo prima fit conclusio, si adhuc nomen accusati non erat receptum inter reos, & accusatus velit re accusare suum accusatorem, locum habet decisio l. neganda C. qui accusare non possunt, ut si suam vel suorum prosequatur injuriam, indistinctè possit re accusare, si vero velit re accusare de publico crimine: tunc de pari vel minori re accusare non poterit, sentiens quod de majori crimine re accusare poterit, quam legem clavem materiae appellant Cynus l. 1. num. 10. & ibi Bald. num. 19. Cod. qui accusare non possunt, & cum ea concordat l. 4. tit. 1. part. 7. & ibi late Gregor. verb. accusat. & l. 4. tit. 10. part. 3. & ibi Gregor. in gloss. 2. & 3. Et quid tamen in hoc observetur in Regno Neapolitano? explicant Grammaticus ad constitutiones Regni lib. 2. pagin. 65. Caravita ritu magnæ Curia 193. & multa alia de materia tradit Andreas Gailius tractatu de pace publicæ lib. 1. cap. 12. numer. 1. & Cumia in ritibus Regni Siciliae cap. 55. à numer. 6. Ratio autem prædictæ distinctionis est, quia volenti accusare de pari vel minori crimine, obstat ratio expressa, l. is qui reus, infra de publicis iudiciis, & l. si uxor, §. si iudex, infra de adulter. & clarè significat dict. l. neganda, & ibi notat Salyceter, num. 1. De majori autem crimine poterit accusare: quia majus trahit ad se minus, l. per minorem, infra eodem l. fin. Codic. de ordine iudiciorum, Angel. consil. 39. numer. 3. & sic propter majus crimen superseditur in accusatione minoris terminis, quia interest Reipublicæ majus delictum citius puniri, Salycet. dict. l. neganda, num. 3. Et utrum alia diversa persona possit accusare jam accusatum de alio crimine diverso: videnda est l. 13. tit. 1. part. 7. & ibi explicat Gregor. in gloss. fin.
- 72 Secunda principalis conclusio ex doctrina Bartoli supra relata ea sit, quod post nomen receptum inter reos non potest reus re accusare, etiam de majori crimine, ut colligitur ex generalitate dict. l. is, qui reus, infra de publicis iudiciis, & hodie Cumia in ritibus Regni Siciliae cap. 55. n. 7. Nam
- 73 tunc litis contestatio facta in minori impedit, quod in eo non supersedeatur propter majus crimen l. si maritus, §. per scriptiones, infra de adulter. facit l. si cui, §. final. infra, de accusat. resolvit Imola dict. l. is, qui reus, numero 8. Quicquid contrarium resolvit Maranta in dicta 6. distinctione iudiciorum, numer. 48. Limitetur tamen hæc secunda conclusio, ut non procedat, si re accusans prosequatur suam vel suorum injuriam: nam etiam post nomen receptum inter reos, poterit de prædicto crimine suum accusatorem re accusare, quia is casus semper videtur exceptus à generali prohibitione de non accusando, l. qui iudicio, & l. hi autem omnes, infra de accusat. & in specie colligitur ex generalitate dict. l. neganda, & tradit Imol. d. l. is, qui reus, numer. 4. Cumia in ritibus Regni Siciliae, cap. 55. num. 9.
- 75 Ex quibus colligendum est, decisionem d. l. Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.
- neganda generaliter procedere, sive nomen sit receptum inter reos, sive adhuc non. Omnes enim conclusiones in utroque casu sunt admittendæ, ut constat ex supra traditis, notat Gregor. l. 4. tit. 1. part. 7. verb. accusat. Cumia in ritibus Regni Siciliae, cap. 55. numer. 8. ad finem. Præterquam illa conclusio, quæ ex ea colligitur à contrario sensu, quod de majori crimine poterit re accusare. Nam hæc conclusio tantum procedet, antequam nomen sit receptum inter reos, & non post illud receptum, ut constat ex supra traditis. Quinimò & hæc postrema conclusio poterit admitti, etiam post nomen receptum inter reos, si eam intelligas in eo sensu, ut in his terminis, non possit accusator re accusare suum accusatorem, etiam de graviori crimine. Ceterum alium quemcumque delinquentem poterit accusare coram iudice competenti, quamvis qui nunc accusat, sit jam accusatus pro alio crimine, & ejus nomen sit receptum inter reos. Nam in his terminis id non invenitur prohibitum, ut admonet Imol. dict. l. is, qui reus, numer. 5. qui numer. 17. asserit receptum. Nam in simili videremus, quod ante nomen receptum inter reos, qui potest re accusare suum accusatorem de majori crimine, & superseditur in minori, ut dictum est, & tamen si is accuset alium diversum, non ob id superseditur in minori, juxta titulum Codic. res inter alios, & tradit Imol. d. l. is, qui reus, numer. 16. & alia de hac materia vide per Panormitan. cap. 1. numer. 22. de mutuis petitionibus, & Duchas regul. 29.
- Ultimò addendum est, in hac materia, quod si reconventio fiat de causa, de qua Judex conventionis cognoscere non possit etiam de consensu partium, non est admittenda prædicta reconventio: nam privilegium illud reconventionis, quod Judex conventionis, sit etiam Judex reconventionis, ea ratione inductum est, quia quem actor elegit iudicem in conventionem, non debet de dignari coram eodem reconveniri d. l. cum Papinianus, quæ ratio aperte cessat, quando etiam si partes vellent, Judex conventionis non potest cognoscere de causa reconventionis, propter privilegium rei, vel causæ: Exemplum habes l. non distingemus §. de liberali, supra de receptis arbitris, tradit Bart. d. authent. & consequenter num. 6. & ibi Paul. num. 2. Ancharan. cap. dispendia, §. reus quoque, num. 6. de rescript. in 6. probat Ordin. Portugal. lib. 3. tit. 24. §. 4. & hodie lib. 3. tit. 33. §. 5. novæ recopilationis. Aliud etiam exemplum invenies apud Gom. d. cap. dispendia, num. 35. vers. tertia, de rescript. in 6.
- Et est advertendum, caute fuisse dictum, conclusionem non procedere, quando propter privilegium causæ, vel rei, Judex conventionis non potest cognoscere de causa reconventionis: etiam de consensu partium. Nam propter privilegium personæ, cognoscere non possit, aliud erit, Judex enim conventionis eo casu erit Judex reconventionis, etiam si tale sit privilegium, cui partes renunciare non possunt, l. 2. §. sed si agant supra eodem, & ita declarat Bartol. dict. authent. & consequenter, numer. 19. Ordinatio Portugalliarum libr. 3. tit. 24. §. 4. & hodie lib. 3. tit. 33. §. 5. novæ recopilationis. Ex quo inferit Bartol. ubi supra, quod si Clericus conveniat laicum coram iudice seculari, potest coram eodem iudice reconveniri per laicum, quantumcumque Clericus ratione personæ sit exemptus à jurisdictione seculari, per privilegium, cui ipse renunciare non potest, cap. si diligenti, de foro competentis, in specie videtur text. authent. de

- ſanctiſſimis Episcop. ſ. reverendiſſimi, collat. 9. & eſſe receptam concluſionem, aſſerit Angel. Aretin. ſ. idem juris, num. 43. Inſtitut. de except. Felin. capit. at ſi clerici principio, n. 10. de Judiciis, Guilhelm. capi. Raynuius, verb. & uxorem, deciſ. 2. num. 124. de teſtament. Maranta in praxi 4. parte 6. diſtinctione Judiciorum, num. 44. pag. 159. Tripliciter limitans, & Duenh. regul. 102. Anton. de Maſh. de prorogatione 33 jurisdictionis, num. 60. Et hanc ꝑ opinionem in Regno Castellæ probat l. 57. tit. 6. partit. 1. & ibi Gregor. verb. alii deve, reſolvit, hanc eſſe magis communem opinionem, & in Regno Portugalliæ eam 34 probat Ordin. ꝑ libr. 2. titul. 1. ſ. 1. novæ recopilationis. Neque repugnat ꝑ reg. diſt. cap. ſi diligenti, de foro competenti, de qualoquitur in renunciacione facta per hominem, nos autem loquimur de renunciacione principaliter inducta per legem, quo caſu valida debet cenſeri renunciatio, ut in ſimili probatur c. dilecti, de foro competenti.
- 35 Et ꝑ eſt expendendum, quod Ordinatio Portugalliæ lib. 2. tit. 1. ſ. 1. in fine, admittit hanc reconventionem, etiam ſi fiat de crimine civiliter intento, quæ fuit opinio gl. c. multa, verb. ſeculari, 2. q. 7. & gl. 2. c. at ſi clerici, in princ. de jud. & ibi defendit Decius num. 25. Quamvis ꝑ magis communis Canonistarum opinio teneat contrarium, per c. unic. de cleric. conjugatis in 6. ut reſolvit Panor. c. at ſi clerici, in principio num. 20. & ibi Felin. num. 8. Auſter. de poteſtate ſecular. ſuper clericos, regular. 2. fallentia veria. Palavius repet. cap. per veſtras. 2. notabil. ſ. 1. num. 29. fol. 185. Gregor. l. 57. tit. 6. partit. 1. (alii deve) poſt medium. ꝑ Sed opinio quam probat Ordinatio Portugalliæ, videtur verior per auth. ut clerici, apud proprios Episcopos, ſ. ſi vero, de crimine, collat. 6. & quia adhuc videtur militare ratio Bartol. ſup. assignata.
- 36 Neque ꝑ obſtat d. c. unicum de clericis conjugatis in 6. quia debet limitari non procedere in cauſa reconventionis: poterit enim Clericus conjugatus reconveniri de crimine civiliter, cum executio tunc tantum in bonis fieri debeat, & ſic militat eadem ratio, quæ in cauſa civili. Nam ꝑ ſi quacunq; de cauſa, executio fit faciendâ in perſona Clerici, non admittitur reconventio, quia perſona Clerici cenſetur res ſpiritualis, c. ſi Judex laicus, de ſententia excommunicationis in 6. Decius conſ. 241. num. 2. Cùm igitur hoc caſu Judex ſecularis ratione rei ſpiritualis, non poſſit cognoscere de cauſa reconventionis: merito in prædictis terminis illi non erit locus, juxta ſupra tradita, & in ſpecie advertit Felin. cap. at ſi clerici, in principio, num. 10. verſ. fallit. 3. & verſ. fallit. 4. de Judiciis, & in ſimili hos caſus diſtinguit Federic. conſil. 93. n. 5. Quod ꝑ & generale eſt, ut de cauſa ſpirituali non poſſit fieri reconventio, coram ſeculari, cum tunc ratione cauſæ Judex ſecularis fit incompetent, c. tuam, de ord. cognitio. tradit Felinus diſt. cap. at ſi clerici, in principio n. 10. verſ. 2. fallit Maranta d. 6. diſtinctione Judiciorum, n. 44. Gregor. l. 7. tit. 6. part. 1. verb. (alii deve.) Quibus ꝑ addendum eſt, Clericum poſſe reconveniri coram ſeculari, etiam ſi renunciât liti conventionis prius intentatæ, coram ſeculari, quia invito convento liti renunciare non potuit in ejus præjudicium, auth. qui ſemel, C. quomodo & quando Judex, tradit Aſſiſt. deciſ. 173. n. 4. Maran. d. 6. diſtinct. judiciorum, num. 46. & alii relati per Menoch. libr. 1. de arbit. quæſt. 44. num. 4.
- 37 Pro coronide ꝑ autem hujus materiæ agendum eſt, de intellectu Ordin. Portugalliæ, libr. 2. tit. 6. & hodie libr. 2. tit. 7. novæ recopilationis. Quæ diſponit, quod in quibus cauſis ſecularis poteſt cognoscere de cauſa civili, mota adverſus Clericum, poteſt

etiam jubere fieri executionem in bonis ipſius Clerici: & addit rationem, quia prout cognitio cauſæ pertinuit ad ſecularem, ita etiam executio debuit ad eundem pertinere. Quæ tamen ordinatio, tam in decifione, quam in ratione videtur difficultatem habere: In ꝑ decifione quidem: quia licet ſecularis cognoscat de cauſa ꝑ adverſus Clericum, tamen executio in ejus bonis debet fieri per Judicem Eccleſiaſticum, ut ſignificat capit. unicum, de cleric. conjug. in 6. & ibi notat Anchar. 4. notab. ad idem allegans capit. final. de except. in 6. ſubſcribit Pallat. repet. capit. per veſtras, 2. notab. ſ. 1. num. 4. pag. 181. Similiter etiam ꝑ & ratio assignata per prædictam ordinationem dubia redditur ex eo, quia ea admiffa ſequeretur, quod etiam in caſibus, in quibus Eccleſiaſticus cognoscat adverſus laicos, poſſet etiam jubere executionem fieri in eorum bonis, & tamen contrarium eſt verius & receptius. Nam imò ꝑ adverſus eos debet procedere per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſi nollit parere, debet contra eum implorare auxilium brachii ſecularis, cap. 1. de offic. Ordin. reſolvit Pallat. diſt. capit. per veſtras, 2. notab. ſ. 1. numer. 5. & Cov. præctica quæſtionum. ca. 10. n. 2. verſ. 3. probat l. 4. tit. 1. lib. 4. ordinamenti.

Sed ꝑ defendendo prædictam ordinationem Portugalliæ, ad primam difficultatem reſponderetur verius eſſe ſecularem, in quibus caſibus, ſententiam valide tulit adverſus Clericum, potuiſſe jubere executionem fieri in ejus bonis temporalibus, l. ad dictos cum gl. C. de Episcop. audien. l. 2. Cod. ut nemo privatus, reſolvit Guilh. c. Raynuius, verb. & uxorem, deciſ. 2. num. 147.

Ad ꝑ ſecundam autem difficultatem reſponderetur, in hac materia conſtituendam eſſe differentiam inter Judices Eccleſiaſticos & ſeculares: nam ſeculares poſſunt exequi ſuas ſententias, in bonis temporalibus Clericorum, & tamen Eccleſiaſtici non poſſunt exequi ſuas ſententias in bonis temporalibus ſecularium. Ratio ꝑ differentiæ eſt, quia licet perſonæ Clericorum ſint exemptæ à jurisdictione ſecularium, bona tamen temporalia ipſorum, cum ſint in territorio regis ſecularis, illi ſubjiciuntur, Felin. cap. Eccleſia, n. 8. de conſt. & ideo ſecularis tanquam in bonis ſitis in ſuo territorio poterit facere executionem l. qui reſtituere, ſup. de rei vendic. Eccleſiaſticus a. ultra ꝑ ambitum Eccleſiæ, & pertinentia ad ſpiritualia, nullum cenſetur habere territorium, cap. licet ex ſuſcepto, de foro competenti, cap. cauſam el. 2. & ibi Panor. n. 3. qui filii ſint legitimi, notab. Bellug. in ſpecul. Principum, rubr. 14. ſ. nunc videamus, numer. 37. pag. 87. Unde ꝑ & Judex Eccleſiaſticus proprio juffu & autoritate, non poteſt jubere capi laicum tanquam existentem in alieno territorio, juxta regulam cap. dilectæ, de verbor. ſign. & l. ſi quis fugitivus, ſ. celfus, & ibi gl. verb. abduce, inſr. de edil. edicto, & pariter neque in ejus bonis tanquam existentibus in alieno territorio, cap. poſtulati, de foro compet. l. cum unus, ſ. penult. inſr. de bonis auth. judic. Ut ꝑ ergo Eccleſiaſticus in illis poſſit facere executionem, debet obſervare formam præſcriptam, cap. 1. ſ. contrahentes, de foro compet. in 6. & ſic ceſſant prædictæ difficultates. Leges, quæ ſequuntur, interpretatæ fuerunt l. ſi quis poſtea, quam & l. hæres abſens, in princ. ſup. eod. & ideo peculiaris earum omittitur interpretatio.

Si de

L. Si de Vi, XXXVII.
ff. de Judiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Legem hanc famoſam appellat.
- 2 In omni re datur dominium & poſſeſſio.
- 3 Pro dominio & poſſeſſione diverſa remedia ſunt prodita in jure.
- 4 Remedia prodita ad dominium petendum dicuntur petitoria. (poſſeſſoria.)
- 5 Remedia, quæ pertinent ad poſſeſſionem, dicuntur Promittit pro nunc ſolum agere de remediis poſſeſſoriis, quia pertinent ad materiam hujus text.
- 6 Remedia poſſeſſoria appellantur interdicta, ita ut ubicunq; inveniantur facta mentio interdicti, intelligendum eſt tractari de remedio poſſeſſorio.
- 7 Declarat, qua ratione interdicta vocentur.
- 8 Formula, quibus olim interdicta concedebantur remiſſive.
- 9 Interdicta in tres dividuntur ſpecies principales.
- 10 Quædam dicuntur ad poſſeſſionem, quædam retinendæ, quædam reſtituendæ.
- 11 Interdictum ad poſſeſſionem ſpecialiori vocabulo nuncupatur quorum bonorum, & quorum legatorum.
- 12 Interdictum retinendæ ſpecialiori vocabulo nuncupatur Vi poſſideris.
- 13 Interdictum reſtituendæ dicitur Unde vi.
- 14 Hæc interdicta ſumpſerunt appellationem à primis verbis, quibus fuerunt concepta poſt prætorum.
- 15 Colligit ex text. quod ſi de vi, & proprietate agatur, prius de vi cognoscendum, & pronunciandum eſt, quàm de proprietate cognoscatur.
- 16 Colligit etiam, quod neque eodem tempore, nec in eodem libello ſimul agi poſſit de poſſeſſione & proprietate.
- 17 Movet difficultatem contra proxime dicta ex l. cum fundum ſ. final. ſupra de vi, & vi armat. & c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & proprietat.
- 18 Circa intellectum hujus text. reſert traditionem, gloſſ. hic referens opinionem Joan. & Azon.
- 19 Intellectus Joan. & Azon. tanquam in ſe falſus rejicitur.
- 20 Reſert intellectum Martini, quem gloſſ. hic approbat, & communiter recipitur. (ſarum.)
- 21 Qui agit petitorio, dicit rem non poſſidere, ſed adverſus interdictum vi poſſideris, aſſerit ſe eſſe poſſeſſorem, & in poſſeſſione turbari.
- 22 De poſſeſſorio prius agitur, ut ſciatur, quis debeat ſuſtinere partes actoris.
- 23 Reſert prædictum intellectum, de quo, num. 2. cum literæ non conveniat, ut ibi oſtendit.
- 24 Interdictum reſtituendæ admittit cumulationem cum petitorio. [qui.]
- 25 Ad verum intellectum hujus text. duos caſus diſtinguit, primus, quando unus, & idem proponit petitorium, & poſſeſſorium ſimul in eodem libello.
- 26 Secundus, quando unus proponit poſſeſſorium, & adverſarius proponit petitorium.
- 27 Tradit quod in primo caſu eſt vera traditio gloſſ. hic.
- 28 In ſecundo procedit is text. & prius audietur ille, qui agit de vi, & adverſarius ejus proponens petitorium, non audietur, niſi poſtquam finitum fuerit judicium poſſeſſorium de vi. (de poſſeſſionis.)
- 29 Tradit, idem dicendum eſſe in interdicto retinendæ.
- 30 Advertit auctor, expoſitionem, quam Doctores, ibi assignant ad verbum de poſſeſſione, de quo in text. id eſt, de proprietate, reſtringere verbi generalitatem & proprietatem.

Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

- 31 Declarat text. intelligendum eſſe, prout litera ſonant, ac ita probat, quod ſi quis agat de vi, & adverſarius adverſus eum opponat aliud remedium poſſeſſorium, prius de vi, quàm de altero remedio poſſeſſorio agendum eſt.
- 32 Tradit expoſitionem Cujac. ad hunc textum.
- 33 Reſert prædictam expoſitionem Cujac. & ad ejus fundamentum reſpondet.
- 34 Quæſit differentia, quando de ſpolio agitur civiliter, vel criminaliter remiſſive.
- 35 Advertit, quod ideo Jurisconſultus diſtinxit interdictum unde vi, ab aliis poſſeſſoriis, quia ſi adverſarius ageret, etiam de vi in alia re commiſſa, in utraque cauſa ex vi reconventionis ſimul iræſtandum eſſe.
- 36 Si quis tanquam ſpoliatus agat interdicto unde vi, & reus opponat de dominio, non eſt admittenda hæc objectio, ſed primum de vi agendum eſt.
- 37 Si conventus interdicto unde vi, opponat de alio poſſeſſorio, nihilominus prius de vi agendum eſt.
- 38 Tradit rationem harum concluſionum ex Panor. in cap. 1. de reſtit. ſpol.
- 39 Spoliatus nullo modo tenetur reſpondere ad objectivam dominii, & ibi ratio traditur.
- 40 Reſert rationem proximè assignatam.
- 41 Veriorem rationem assignat.
- 42 Non eſt admittenda allegatio, quæ probata non reſolvaret.
- 43 Etiam ſi clare conſtet, opponentem de dominio eſſe verum dominum illius rei, adhuc non audietur, niſi prius ſpoliatio reſtituatur.
- 44 Expendit pro hac concluſione text. l. ſequitur, ſ. ſi tu vi, in fine, inſr. de uſucap.
- 45 Tradit reſponſionem Menoch. ad hunc textum, quam tamen reſert.
- 46 Res furtivæ, vel per vim poſſeſſæ, non ſunt uſucapibiles.
- 47 Si res furtivæ, vel per vim poſſeſſæ, redeunt ad poteſtatem veri domini, colligit prædictum vitium, & efficiuntur uſucapibiles.
- 48 Reſert contrarium determinare text. in diſt. ſ. ſi tu vi & tradit rationem, in qua fundatur.
- 49 Quando dominus conventus per interdictum unde vi cogi poteſt ad poſſeſſionem reſtituendam, non videtur res in ejus poteſtatem rediſſe.
- 50 Inducit etiam pro prædicta illatione l. cum fundum, verſic. quæſitum, inſr. de vi & vi armata.
- 51 Item inducit pro eadem illatione text. in cap. 2. de ordin. cognit.
- 52 Reſert contrariam opinionem, & eam tenentes.
- 53 Inducitur pro hac opinione text. in cap. cum dilectus, de cauſa poſſeſſionis.
- 54 Priori opinionem, de qua num. 45. amplectitur ut veriorem, & magis ex mente juris, & adducta in contrarium reſpondet.
- 55 Reſpondet ad l. bona fides, verſ. incurrit, inſr. de poſſi.
- 56 Reſpondet ad c. cum dilectus, de cauſa poſſeſſionis.
- 57 Etiam ſi ex actis publicis conſtet, ſpoliatorem eſſe dominum rei, adhuc cogitur ſpoliatio reſtituere poſſeſſionem.
- 58 Expendit pro hac illatione text. in c. 2. de ord. cognit.
- 59 Reſert contrariam opinionem, & illius auctores.
- 60 Reſert hanc ſecundam opinionem, & primam, de qua num. 59. amplectitur ut veriorem.
- 61 Reſpondet ad cap. primum, de reſtitu. ſpoliat. de cuius intellectu agit.
- 62 Reſert intellectum modo assignatum ad dictum cap. primum.
- 63 Declarat, in quo ſenſu ſalvari poſſit proximus intellectus, assignatus ad diſt. cap.
- 64 Spoliatus tacendo in judicio videtur tacite conſentire, quod de dominio ſpoliatoris cognoscatur.

C c 2

67 Aſſi-

- 67 Assignat ad difficultatem d. c. viorerem resolutionem.
- 68 Quando spoliatus petit, se ante omnia restituere, & spoliator opponit de proprio dominio si spoliatus tacet, non erit ante omnia restituendus.
- 69 Tradit non esse necessarium, quod spoliatus expresse consentiat, quod de dominio spoliatoris agatur, & satis est tacere.
- 70 Declarat, quid dicendum, si spoliatus non tacet, imo protestetur, quod non admittatur allegatio spoliatoris de proprio dominio, & nihilominus iudex admittit prædictam allegationem.
- 71 Tradit rationem proximæ resolutionis.
- 72 Protestatio à principio facta, ut de dominio spoliatoris non cognoscatur, sufficit ad excludendum consensum spoliati, etiamsi postea tacet, magis enim censetur persistere in protestatione, quam consentire.
- 73 Opponit contra dictam resolutionem ex reg. quod in dubio nemo videtur renunciare juri proprio.
- 74 Renunciatio proprii juris, nec ex aliquo facto, vel non facto inducenda est, quando alia potest sumi probabilis conjectura & interpretatio.
- 75 Ostendit, in hoc casu diversam interpretationem a renunciacione proprii juris sumi posse.
- 76 Tradit viorerem rationem ad d. c. i. de restit. spol.
- 77 Dominum tanquam dignius absorbet, & ad se trahit causam possessorii.
- 78 Declarat, quod si in terminis dict. cap. i. prius constitit de possessorio, tamen non debet iudex ex officio, vel ad requisitionem partis spoliatum restituere.
- 79 Item neque exequi debet sententiam latam super possessorio, sed necessario expectari debet, quod fiat probatio super dominio, & super eo feratur sententia, quæ debet absorbere possessorium.
- 80 Iudex non potest intervertere juris ordinem.
- 81 Spoliatus potest suspendere petitorium a se intentatum cum possessorio, & efficere, quod suspendatur petitorium, & de solo possessorio agatur.
- 82 Idem potest facere de petitorio a spoliatore intentate.
- 83 Declarat proxime dicta intelligenda esse, quando ille qui postea spoliavit, prius proposuit petitorium, quam rem spoliaret, & ibi ratio traditur.
- 84 Quando reus non potest prohibere, ne actor utatur petitorio, non videtur in eo aliquo modo consentire.
- 85 Declarat, quid dicendum, si prius agens petitorio spoliavit rem, & postea consentit spoliatus, quod ageretur de petitorio.
- 86 In iudicio non potest quis recedere ab eo, quod semel voluit.
- 87 Declarat d. cap. cum dilectus, non procedere, si spoliatus consentiret, quod ageretur de proprietate spoliatoris, & tamen dominium & possessorium non terminaretur una sententiâ, sed diversis.
- 88 Si prius constaret de possessorio, spoliatus restituendus esset, nisi postea constaret de petitorio, sententia super eum lata absorberet sententiam latam super possessorio, etiam jam executam.
- 89 Consensus & tacita renunciatio partis debet intelligi secundum intentionem renunciantis, & non potest ultra extendi.
- 90 Deciso d. cap. i. de restit. spol. locum non habet, si constet de contraria voluntate spoliati, ut quia protestetur.
- 91 Tradit ex Alexandro, quod non sufficit hoc casu simplex oppositio, cuius tamen dictum reprobatur.
- 92 Consentire, ut de dominio agatur, pendet a voluntate spoliati, & sic sufficit per quæcunque verba contradicere.
- 93 Respondet ad auctoritatem Alex. sup. relatam.
- 94 Declarat, in hoc casu magis probandam esse traditionem Bald. l. ordinarii. num. 14. vers. ego credo, Codic. de rei vindicatione.

- 95 Qui petit restitutionem possessionis virtualiter, protestatur, quod non audiat spoliator de proprio dominio.
- 96 Respondet cum Bald. ad d. cap. i. de restit. spol.
- 97 Ut non procedat d. cap. i. sufficit unica protestatio, quod non consentit agi de proprietate spoliatoris.
- 98 Mutatio voluntatis non presumitur, & semper videtur durare, quamvis in actibus postea factis transeat, & expresse non contradicat.
- 99 Tradit receptum esse, quod in potestacione facta circa dependentiam mera voluntate, per actus contrarios, non videtur ab ea recessum, imo videatur repetita in actibus, etiam contrariis, postea subsecutis.
- 100 Tradit etiam, quod si tacite vel expresse in aliquibus actibus contrariis consentiat, in aliis diversis minime sibi præjudicabit & in actibus postea secutus in iudicio contradicere poterit.
- 101 Examinat, si iudex non stante contradictione spoliati, ulterius procedat, & admittat probationes super dominio spoliatoris, utrum valeat ea admonitio, ita ut oporteat ab eo appellare.
- 102 Declarat magis communem opinionem existimare, necessariam esse appellacionem.
- 103 Iudex procedendo ad ulteriora videtur rejicere potestacionem spoliati.
- 104 Refert contrarium verius esse, imo quod sententia sit in his terminis nulla, & consequenter non oporteat ab ea appellare.
- 105 Admissio domini facta à iudice in actione spoliati, est facta contra juris prohibitionem, ac ideo nullo modo valere potest.
- 106 Testibus receptis contra juris prohibitionem nulla fides adhibenda est, & sententia lata virtute talium prohibitionum, est ipso jure nulla.
- 107 Respondet ad rationes communis opinionis contrariæ.
- 108 Quando processus est nullus, tunc per processum ad ulteriora, non videtur iudex tacite pronuciare super opposito.
- 109 Rejicit concordiam, quam inter has opiniones assignat Ruinus.
- 110 Explicat id, quod tradit Valus. consul. 119. à num. 13.
- 111 Agit de vera explicatione rex. in c. 2. de ord. cog.
- 112 Tradit difficultatem contra dictam explicationem, cui duobus modis respondet, & de primo hic.
- 113 Assignat secundam responsionem ad difficultatem.
- 114 Agit de opinione Bart. l. naturaliter, §. nil commune, n. 3. infra de acquir. possess. & recenset Doctores, qui eam sequuntur.
- 115 Tradit contra hanc Barol. opinionem tenere communiter Doctores.
- 116 Tradit rationem magis communis opinionis.
- 117 Ostendit opinionem Bart. videri probabilioram, & eam secuta est Ord. Portug. lib. 4. tit. 58. §. 1. ad finem.
- 118 Respondet ad rationes magis communis opinionis, & hic ad primam.
- 119 Sententia lata super rei vindicatione, est solum declaratoria antiqui domini, & nullum jus vel dominium de novo transfert, cum de hoc actum non sit.
- 120 Respondet ad c. i. de restit. spol. ad c. cum dilectus, de causa possessorii.
- 121 Respondet ad l. si quis destinavit, infra de rei vend.
- 122 Refert Panorm. tenentem, quod si spoliatus in iudicio constitatur, spoliatorem esse dominum rei, à qua fuerat spoliatus, impeditur restitutio.
- 123 Reprobatur dictam traditionem Panorm. & ejus fundamentum respondet.
- 124 Confirmat opinionem contra Panorm. & ostendit, quod etiamsi notorie constet, non solum spoliatorem esse

- esse dominum rei, sed etiam spoliatum fuisse injustum possessorem, nihilominus esset restituendus.
- 125 Refert contrariam opinionem, imo si constet, vel notorium sit, spoliatum fuisse injustum possessorem, non sit restituendus.
- 126 Refert jura, quæ pro hac sententia adducuntur.
- 127 Approbat nihilominus ampliationem n. 124. & respondet ad ea, quæ in contrarium adducta sunt.
- 128 Respondet ad c. ad decimas, de rest. spol. in 6. ex Afflic. lib. 1. const. rub. 24. n. 10.
- 129 Rejicit responsionem Afflic. & illius fundamentum satisfaci.
- 130 Tradit secundam responsionem ad d. c. ad decimas.
- 131 Quando concurrunt illa duo, quod jus commune resistat spoliato, & saveat spoliatori, impeditur restitutio.
- 132 Advertit, proximam responsionem non tollere difficultatem.
- 133 Tradit viorerem responsionem.
- 134 Assignat differentiam inter restitutionem spirituum, vel quasi, & inter restitutionem in bonis profanis, & quid in utrisque dicendum sit, declarat.
- 135 In restitutione spirituum, vel quasi locum habebit decis. d. c. ad decimas.
- 136 In bonis vere profanis, etiam in prædicto casu faciendum erit restitutio.
- 137 Tradit rationem differentie & etiam late explicat.
- 138 Respondet ad c. quia clerici, de jure patronatus.
- 139 Si constet, quem injuste possidere, poterit iudex ex officio eum spoliare.
- 140 Iudex partem inauditam regulariter non debet spoliare.
- 141 Iudex in notoriis poterit partem inauditam spoliare.
- 142 Privato non licet etiam in notoriis, jus sibi dicere propria auctoritate.
- 143 In notoriis potest iudex jus sibi dicere, etiam in propria causa, quod privatus facere non potest.
- 144 Si pendente appellacione aliquid innovetur per partem tanquam attentatum revocatur, quantumcumque notorium sit, frivole & injuste appellasse.
- 145 Iudex, à quo frivole appellatum sit, non tenetur deferre frivole appellacioni, & ea non obstante poterit exequi sententiam suam, nec ea executio tanquam attentatum revocabitur.
- 146 Si iudex, à quo frivole appellatum sit, detulerit appellacioni, videtur à se abdicasse jurisdictionem, & quasi facta à privato, omnia innovata, interim per eum revocabuntur.
- 147 In hac materia nulla est facienda differentia inter jus civile & Canonicum, sed tantum inter spiritualia & temporalia.
- 148 Jure Canonico in temporalibus spoliatus restituatur ante omnia, etiamsi injustus videatur possessor.
- 149 Opponit, quod injustus possessor, percipiendo fructus, peccat, & ideo ad evitandum peccatum, non est restituendus, militat enim eadem ratio, quæ in spiritualibus.
- 150 Respondet ad difficultatem ex Antonio de Math. loco, de quo ibi.
- 151 Tradit Auctor suam responsionem ad d. difficultatem.
- 152 Reprobatur opinionem illorum, qui tenent, quod in profanis notorius defectus proprietatis impedit restitutionem possessionis, qua quis fuit spoliatus.
- 153 Declarat, quod hæc magis communis opinio, de qua numero proximo, tantum admitti potest in spiritualibus, vel quasi.
- 154 Tradit d. cap. ad decimas, intellectum, ut supra, non habere locum in mere profanis.
- 155 Declarat, spoliatorem non esse audiendum, etiam si offerat, se in continenti velle probare dominium illius rei esse suum.

- 156 Probat conclusionem ex text. in l. si quis emptiois, §. sed hæc super illis, Cod. de præscript. triginta annorum, quem ad id late expendit.
- 157 Refert dicta resolutioni aperte contradicere legem, is, qui destinavit, supra de rei vindicatione, quam ad id inducit.
- 158 Proponat etiam pro eadem parte cap. cum Ecclesia, de causa possessionis, quod ad id expendit.
- 159 Si spoliatus agat rei vindicatione adversus spoliatorem, potest spoliator ei opponere de proprio dominio, vel etiam de defectu domini vendicantis, & super utraque exceptione audiendus est.
- 160 Respondet ad text. d. l. si quis emptiois, §. sed hæc super illis, de quo num. 156.
- 161 Quando l. aliqui concedi rei vindicationem, omnes defectus, de quibus in d. §. sed hæc, videtur supplevisse.
- 162 Declarat, quod extra terminos speciales dict. §. sed hæc, super illis, si spoliatus agat rei vindicatione, locum habebunt tradita, num. 159.
- 163 Si hæres spoliati agat rei vindicatione, extra terminos dict. §. sed hæc, poterit Reus excipere de proprio dominio.
- 164 Reprobatur traditionem Bart. l. penult. num. 4. infra de conditionibus, Insti.
- 165 Ostendit d. §. sed hæc super illis, non loqui in terminis, de quibus per Bart. ubi proxime.
- 166 Tradit, prædicta limitanda esse, nisi princeps jubeat simul tractari de possessione, & proprietate.
- 167 Princeps licet potest jubeat, ut simul tractetur de possessione & proprietate, quia videtur agi de parvo præjudicio.
- 168 Resolvit cum Thesaur. decis. 15. num. 4. quod licet Princeps de potestate ordinaria possit jubeat, ut simul tractetur de possessione, & proprietate, admaner tamen, quod semper Principi consulatur, ut ab hujusmodi concedendis rescriptis absteat.
- 169 Omnis inferior a Principe, qui recognoscit superiorem, hujusmodi rescripta concedere non potest.
- 170 Item nec vice Rex ea concedere potest.
- 171 Item nec Rex consideratus tanquam administrator magistratuum militarium.
- 172 Tradit secundum conclusionem principalem, quod si de vi & possessione agatur, prius debet cognosci de vi.
- 173 Tradit intellectum ad cap. fin. de ord. cognit.
- 174 Oppugnat decis. dict. cap. fin. ex l. si quis ad se fundum, Cod. ad legem Juliam de vi publica, quam ad id inducit.
- 175 Respondet ad supra adductam difficultatem, distinguendo duos casus.
- 176 Si reconventio sit de spolio, in alia re diversa commisso, procedit dict. cap. fin. de ord. cognit.
- 177 Si vero reconventio sit de spolio, in eadem re commisso, procedit d. l. si quis ad se fundum.
- 178 Tradit rationem differentie, quæ inter hos duos casus versatur.
- 179 Spoliator potest reconvenire spoliatum de alio spolio, in re diversa commisso, contra ipsum spoliatore.
- 180 De spolio ejusdem rei antea commisso, eum reconvenire non potest. (n. 179.)
- 181 Adducit probationem primæ conclusionis, de qua
- 182 Multum interest aliud spolium proponi per viam actionis, vel per viam exceptionis.
- 183 Declarat, quæ considerate debet opponens de spolio commisso per spoliatum in alia re.
- 184 Exceptio habet vim repellendi, non autem acquirendi rei restitutionem.
- 185 Si spolium ex utraque parte commissum sit super eadem re, non admittetur reconventio de alio spolio in eadem re commisso, sed ultimo loco defectus est ante omnia restituendus.

186 Declarat modo, de quo in proxima conclusiōne, esse declarandam, & limitandam generalitatem d. cap. fin. de ord. cognit.

187 Spoliatus est restituendus ad possessionem injustam, & per vim per eum occupatam, quantumcumque de eo constet.

188 Pro regala constituitur, quod etiam prado ante omnia est restituendus.

189 A possessione sua etiam injusta, non expelli potest privata auctoritate, sed debet super hoc judicialiter audiri.

190 Reprobatur Gratum cons. 24. num. 13. libr. 2.

191 Reprobatur Aymoner locis ibi relatis.

192 Explicat §. recuperanda, in fine, inst. de interd. d. 1.

193 Quando quis fuit dejectus cum armis, in eo interdicto solum non opponitur ea exceptio, si non vi, vel clam, vel precario.

194 Rejicit prædictam declarationem, & ostendit verius esse d. §. recuperanda, in fine, generaliter procedere, quacumque vi quis sit dejectus.

195 Si quis aliquem spoliavit sua possessione, etsi per vim possessionem obtinuit, & spoliatus ex intervallo ab eadem possessione eum deiecit, erit nihilominus restituendus ante omnia, quamvis constet injuste, & violentè possessisse.

196 Tradit idem dicendum, si quis, qui nunc spoliatur, clam possidebat respectu spoliantis.

197 Quoad defectum restituendi ante omnia à pari habetur spoliatus vi possidere, vel clam.

198 Proponebat exemptionem hujus ultimæ resolutionis in clam possidente.

199 Refert Paul. Castr. cons. 399. numer. 4. lib. 1. contrariam opinionem tenentem, & illius fundamenta adducit.

200 Id quod est majus præponderat, & absorbet id, quod est minus.

201 Adversus agentem remedio attentatorum, non potest excipi de alio spolio, & pariter de alio spolio non admittitur reconventio.

202 Remedium attentatorum est fortius, & favorabilius, quam interdictum unde vi.

203 Tradit, quod non obstantibus supra dictis, prima opinio longe verior est, de qua num. 197.

204 Respondet ad rationem Castr. & primo ad reg. l. si quis ad se fundum.

205 Prout ultima mora nocet, ita & ultimum delictum debet nocere.

206 Respondet ad id, quod objicitur de remedio attentatorum.

207 Attentatur revocatur per solum Judicis officium, neque dato libello, nec lue contestata, & idcirco non admittitur reconventio per interdictum unde vi, in quo ordinariè proceditur respectu attentari.

208 Si reconventio fieret de alio attentato commissio in diversa re, admittetur reconventio.

209 Examinat, an dari possit spoliolum clandestinum, quin circa eum concurrat privatio violentè facta.

210 Respondet ad replicationem, quæ contra proximam resolutionem fieri poterat.

211 Docet, quod respectu naturalis possessionis non est necessarium, recurrere ad interdictum restitutorium, & ibi elegans ratio traditur.

212 Licetum est domino ad defensionem suæ civilis possessionis, possidentem naturaliter propria auctoritate expellere.

212 Refert multos Doctores, tenentes, quod civiliter possidens non possit propria auctoritate expellere possidentem naturaliter, imò si eum expellat, cogatur naturalem possessionem restituere.

214 Reprobatur proximam opinionem, & priorem n. 212. amplectitur, & ad arg. contraria respondet,

215 Respondet ad l. si alius §. bellissime, infra quod vi aut clam.

216 Refert differentiam inter interdictum quod vi, aut clam, & interdictum unde vi.

217 Reprobatur prædictam differentiam.

218 Expendit text. in dict. l. alius §. bellissime, & ostendit, quod regulariter non potest quis destruere, quod clam ædificatum est in suo loco, si id ex intervallo fiat, secus si in continenti.

219 Tradit concordiam ad dictas opiniones, & casus distinguit, optimam resolutionem assignans.

220 Si quis occupaverit possessionem vacantem, non dicitur vim committere, appellari tamen potest clandestinus possessor, si metune ab alio prohiberetur, clam ingressus est.

221 Tradit non esse verum, quod pro constanti præsupponit Aretin d. §. qui ad nudinas.

222 Declarat, quod licet concordia supra relata sit in se vera, & communiter recepta, tamen divinatoria quoad terminos d. §. bellissime.

223 Assignat veriore interpretationem ad dictum §. bellissime.

224 Docet, quod prout possessio civilis videtur amissa per nundinationem fluminis, ita etiam videtur perditia per ædificationem in ea, scilicet parte fundi, quam ædificium occupat.

225 Proxima æquiparatio procedit, si ve ædificatum sit domino sciente, si ve ignorante.

226 Novat hic esse casum, in quo datur clandestina possessio absque concursu violentiæ, & tamen regularitur ad instar violentiæ.

227 Respondet ad l. fin. §. si ad januam, infra quod vi aut clam, & de ejus intellectu agit.

228 Per fixationem tabularum in foribus domus, non admittitur civilis possessio.

229 Declarat, quæ ratione procedat l. quemadmodum, infra legem Aquiliam.

230 Respondet ad §. recuperanda, inst. de interd. d. 1. & de ejus intellectu agit, & ostendit repugnantiam, quæ in eo textu versatur.

231 Tradit responsum ad dictam §. recuperanda ut repugnantia vitetur.

232 Rejicit proximam responsum.

233 Alio modo respondet ad dictum §. recuperanda.

234 Si absens, sciens esse occupatam possessionem naturalem, non fuit ausus revertere, & illam recuperare, mixta civilem, quo casu possessio dicitur clandestina, & non violenta.

235 Tradit auctor, proximam resolutionem esse contra mentem Doctorum, qui sentiunt hoc casu violentam esse possessionem.

236 Assignat auctor suam responsum, ad dictum §. recuperanda.

237 Nemo potest sibi causam possessionis mutare.

238 Qui ingressus est fundum clam, & vacantem possessionem naturalem occupavit, & postea per vim acquisivit civilem, naturalem videtur clam possidere, civilem autem violentè.

239 Hæc naturalis clandestina possessio, civilem postea vacantem, ad se trahat, ita ut possidenti naturaliter, etiam ignorant, acquiratur, & cum ea inveniat.

240 Declarat, hoc casu agi de rest. naturalis possessionis, & etiam civilis.

241 Si clam possidens deiciatur à naturali, restituatur ad clandestinam possessionem, habito respectu ad naturalem, & dicitur etiam restitui ad violentam possessionem respectu civilis.

242 Hoc casu, cum naturalis possessio, tanquam dignior, & axiat ad se civilem, postea vacantem, nomen à digniori imponendum est.

243 Colligit ex dict. §. recuperanda, ibi precario, quod precario possidens, si deiciatur, est ante omnia restituendus.

244 Refert opinionem Rotæ decis. 1. de restit. spol. per quam proxima conclusio impugnatur, ubi etiam tradit multos Doctores, qui eam opinionem sequuntur, & communem dicunt.

245 Impugnat dictam communem resolutionem.

246 Concordiam ad dictas opiniones assignat.

247 Dejectio præsupponit repugnantiam ex parte dejecti.

248 Si precario possidens reluctaverit, & noluerit de possessione precario recedere, videtur intervenire dominii possessionem, & poterit dominus eum incontinenti deicere, non autem ex intervallo.

249 Declarat, quod in terminis, de quibus num. procedit dict. §. recuperanda, in fine, & alii Doctores, quos ibi annumerat.

250 Si quis malo animo deiciatur ab officio, vel beneficio manuali, à suo superiore, si præsumatur, quod animo se vendicandi subdium privavit, veniit restituendus. (probationibus.)

251 Tradit intellectum ad l. vis ejus, 15. Codic. de restit. spol.

252 Tradit ex Baldo, quod possessio damnata per jus, nihil prodest successoribus.

253 Declarat, & advenit adversus decis. d. l. vis ejus, duas argere difficultates.

254 Refert primam difficultatem, & ostendit, quando onus probandi libertatem competat servo fugitivo.

255 Refert secundam difficultatem, & declarat, ultimum delictum debere considerari.

256 Defendit d. l. vis ejus, & respondet ad primam difficultatem.

257 Licet regulariter illi incumbat onus probandi libertatem, qui ex quasi possessione servitutis proclamatur ad libertatem, tamen id non procedit, quando constat, servum ante bonam fidem fuisse constitutum in quasi possessione libertatis, & per vim postea reductum ad quasi possessionem servitutis.

258 Declarat ex dict. l. vis ejus, tantum colligi posse, scilicet injustam possessionem domini, nihil eum juvare quoad eum effectum, ne censetur actor.

259 Respondet ad secundam difficultatem ex Paul. d. l. vis ejus, num. 3.

260 Rejicit Pauli responsum.

261 Refert aliam responsum.

262 Injustè detrusus in carcerem, quocumque tempore fugit licitè à carcere.

263 Rejicit etiam dictam responsum.

264 Assignat veriore responsum, & ostendit, quod si homo liber in vinculis ponitur, tanquam servus, nulla acquiritur possessio illi, qui hanc vim commisit.

265 Homo liber per alium possidere non potest, & idem erit, quando quis in bona fide constituitur in quasi possessione libertatis, per vim abducitur in servitutem.

266 Assignat veram interpretationem ad d. l. vis ejus.

267 Si revera servus, vel existens in quasi possessione servitutis, aufugeret à domino, non procedit d. l. vis ejus, sed inducitur reg. d. l. si quis ad se fundum.

268 Quando exceptio injuste possessiones concludit, injusto possessori nullam omnino fuisse quasi possessionem, tunc restitutio impeditur, quæ non conceditur, nisi illis, qui eam possiderent ab ea fuerunt dejecti.

269 Adversus spoliatum generale est, quod admittatur exceptio, quæ concludat, eum non possidisse, vel possidere non potuisse.

270 Si exceptio tantum concludat, possessionem fuisse injustam, quamvis tunc concludat, eam possessionem, quoad effectus juris, non esse in consideratione, non tamen ex eo de ducitur, spoliatum non esse ante omnia restituendum.

271 Explicat text. in cap. ad decimas, de rest. spol. in 6.

272 Possessio per jus damnata nihil juvat possessorem.

273 Quando quis possidet, repugnantem jure communi, talis possessio non relevat primum possessorem, neque aliquam præsumptionem pro eo inducit, etsi longo tempore possideat.

274 Reprobatur hanc communem resolutionem, & ostendit rationem, in qua se fundat d. cap. ad decimas.

275 Secundum juris principia, licet constet, spoliatum, injustè possessisse, ei tamen debet restitui possessio.

276 Licet constet, spoliatum esse dominum rei, & possessorem injustè possessisse, etiam in his terminis spoliato conceditur restitutio.

277 Declarat ad cap. ad decimas tantum salvari posse in decimis, quæ sunt annexæ spiritualibus, & sequuntur eorum naturam.

278 In spiritualibus vel quasi, non conceditur restitutio, nisi dejectus ultra possessionem probet titulum saltem coloratum.

279 In spiritualibus tum demum denegatur restitutio, quando quis possidet decimas in Parochia aliena aliquo tempore, sed si eas possidet longo tempore, & sic per decem annos, tunc spoliatus restituatur etiam in spiritualibus.

280 Dicta numero proximo debent intelligi, quando ille, qui possidet dictas decimas, est persona Ecclesiastica, capax decimarum: nam si laicus illas possideat, qui illarum est incapax, spoliatus illis indistinctè non restituatur.

281 Proximè dicta procedunt, etiam si incapax decimarum longissimo tempore eas possideat.

282 Refert contrariam opinionem, imò laicum possidentem decimas & illis spoliatum, esse restituendum.

283 Tradit concordiam ad dictas opiniones ex Covarruv. ibi relato, ut scilicet si laicus expellatur à jure decimandi ab eo, cui jus commune non favor, sit restituendus & ibi exemplificat.

284 Rejicit dictam concordiam.

285 Tradit aliam veriore concordiam.

286 Concludit, quod ut laicus spoliatus ad jus decimarum restituatur, oportet probare titulum saltem coloratum, per quem reddidit fuerit capax prædicti juris.

287 Examinat illam questionem, si emphyteusis sit concessa ad certas vias, & illa sint finita, vel incidit in commissum, quia non solvit debitam pensionem per triennium, vel alienavit emphyteusim sine licentia domini directi, utrum dominus directus emphyteutam persistentem in emphyteusis possessione possit licitè expellere propria auctoritate.

288 Refert opinionem glossæ in hac questione l. 2. verba expellere, & de jure emphyteutico, quæ affirmativam partem sequitur, & ibi prope inimitos Doctores refert, qui gl. opinionem sequuntur, quam ipse defendit à num. 313.

289 Refert ex Emanuele Rodriguez in questione, de regularibus, prima parte, questione 38. art. 2. per Pium Quintum fuisse concessam fratribus sanctæ Trinitatis, in Regno Portugaliæ, ut propria auctoritate possint expellere emphyteutas, non solventes debitas pensiones debito tempore.

290 Ejectus propter propriam culpam, etsi justè spoliatus, non obtinet juris amissionem restitutoriam.

291 Adducit pro eadem parte l. 2. C. de jure emphyteutico, quam ad id expendit.

292 Ejectus ex permissione l. & sic justè, & licitè, non est audiendus, si eo casu restitutionem petat.

293 Quando possessio rei licitè & justè pervenit ad dominum sine vitio, licitè dominus eam retinere poterit, & cessat restitutio.

294 Refert contrariam opinionem, imò quod in prædictis casibus emphyteuta expulsi propria auctoritate domini

- domini directi, si ante omnia restituendus, & multos Dd. hanc opinionem tenentes allegat.
- 295 Quando pena incurritur ipso jure, antequam fiat executio, oportet precedere sententiam declaratoriam penae incursum.
- 296 Refert, ad hunc articulum varias concordias assignari, ipse autem solum de notabilioribus agere promittit.
- 297 Refert concordiam assignatam a Bart l. 2. n. 13. C. de jure emphyteut. esse possit.
- 298 Declarat, quando huic communi concordiae locus
- 299 Si dominus directus propria auctoritate ingrediarur per vim, emphyteuta expulsus restituatur, & dominus directus amittet jus suum.
- 300 Notat, quod emphyteutam resistente cum armis, possit dominus directus expellere.
- 301 Cum l. in praedictis casibus permittat, dominum emphyteutam expellere, & sic tanquam executor l. id faciat expulso deneganda est restitutio.
- 302 Emphyteuta resistens vult privare dominum sua civili possessione, vel saltem in ea illum turbare: ergo dominus in defensionem suae civilis licite potuit emphyteutam resistente expellere.
- 303 Rejicit prima concordia tradit secundam, quae fuit Speculatoris in titulo de emphyteute, §. nunc alia, num. 62. ad finem.
- 304 Refert pro eadem concordia dictum Peregrin. de fidei commissis, art. 1. n. 38. quod aut est notorium, extinctum esse jus emphyt. & poterit dominus eum expellere propria auctoritate, aut est dubium, & tunc licite non expellet.
- 305 Rejicit dictam concordiam.
- 306 Assignat tertiam concordiam ex Bald. cap. qua in Ecclesiis, n. 31. de consuet.
- 307 Refert elegantem traditionem Afflicti pro hac concordia Bald. decis. 97. n. 3.
- 308 Refert etiam pro eadem parte resolutionem Caroli Molini in consuetudinibus Paris. §. 30. n. 173.
- 309 Ostendit, hanc concordiam non discrepare a concordia Speculatoris supra relatam, & Baldi, sed tantum videtur eas exemplificare.
- 310 Ostendit etiam utramque concordiam non videri veram.
- 311 Quartam concordiam assignat ex relatam per Cavalcanem dec. 80. alias dec. 36. n. 359. in 3. parte.
- 312 Reprobatur hanc concordiam.
- 313 Resolvit, quod omnibus pensatis prima opinio, de qua num. 288. verior & receptior est, & indistincte approbanda.
- 314 Refert ex Rebuff. hanc opinionem jure communi observandam esse, licet consuetudine contraria in Francia observetur.
- 315 Emphyteuta fructuarius, & similes dicuntur rem naturaliter possidere, nomine quidem suo.
- 316 Dominus directus dicitur eandem rem possidere civiliter.
- 317 Declarat proxime tradita intelligenda esse habito respectu principaliter ad ipsam rem, in qua fructuarius habet jus utendi, & fruendi, emphyteuta autem habet utile dominium.
- 318 Quando agitur de jure illo, quod praedicti possident, dicitur quidem illud naturaliter, & civiliter possidere.
- 319 Declarat, quod hac ratione praedictis dejectis vel turbatis in eo jure, per interdicta possessoria succurritur, sive turbentur a tertio, sive ab ipso proprietario.
- 320 Advertit, quod illud jus utile, quod praedicti videntur possidere naturaliter, & civiliter, videtur suspensum sub tacita conditione, si modo illi impleant ex parte sua id, ad quod tenentur ex natura contractus, & alia resolvitur concessio, & jus ratione illius acquisitum.
- 321 Inferi ex dicta resolutione, quod si emphyteuta incidi-
- dat in commissum, quasi adveniente, & impleta tacita illa conditione resolutiva, concessio ipsa resolvitur, & utile dominium consolidatur cum proprietate
- 322 Declarat etiam, quod ipsa civili possessio, quam praedicti videbantur habere respectu utilis domini jam resoluti, etiam videbitur extincta.
- 323 Eximio usufructu, quem pater habebat in bonis adventivus filii, possessio, quam pater habebat, filio etiam ignoranter acquiratur, & in ejus persona consolidatur.
- 324 Possessio civilis in his terminis trahit ad se possessionem naturalem vasalli, vel emphyteute.
- 325 Proxime dicta intelligenda sunt de civili possessione, quam emphyteuta, & similes videntur habere ratione sui juris.
- 326 Refert multos Doctores tenuisse, praedictos solam naturalem possessionem habere, & in quo sensu ut accipiendi sunt, declarat.
- 327 Refert ex Baldo, quod licet propter censum non solum dominium utile consolidetur cum directo, tamen censuarius non amittit suam possessionem, antequam ab illa sit dejectus, & idem in emphyt. observabitur.
- 328 Respondet ad traditionem Baldi proxime relatam.
- 329 Possessio naturalis propter nullitatem tituli minime impeditur.
- 330 Format elegans argumentum, quo concludit, quod civiliter possidens potest naturaliter tantum possidemem propria auctoritate expellere, ut suam civilem possessionem defendat, & in ea non turbetur per possidemem naturaliter.
- 331 Ostendit, dictam naturalem possessionem, licet a principio fuerit iusta, jam modo reddi injustam.
- 332 Confirmat resoluta ex traditionem hic proponit.
- 333 Precaria possessio dicitur iusta, donec durat concedentis voluntas, ea autem cessante dicitur injusta.
- 334 Tradit, quod emphyteuta, qui extincta emphyteute, permanet in sua naturali possessione, injuste videtur possidere.
- 335 Hoc casu cogitur emphyteuta per interdictum uti possidetis, desistere ab ea molestia, & possessionem domini liberè dimittere.
- 336 Refert etiam pro eadem parte eleganter tradita per Cumanum consil. 173. ad finem.
- 337 Tradit, quod licet injustus possessor non debeat expelli a sua possessione, & expulsus restituatur, hoc tamen locum non habet, quando per dominum civiliter possidemem expellitur, & rationem assignat.
- 338 Possidens naturaliter injuste, & nolens eam admittere, domino directo, id petente, vim ipso domino videtur inferre, & licitum est domino vim repellere.
- 339 Tradit etiam, quod si ipse emphyteuta domino veniente noluerit admittere, & sic eum privavit sua civili, poterit eum incontinenti ejicere, non autem ex intervallo.
- 340 Retinet primam opinionem tanquam veriore, & magis receptam, & ad argumenta contraria respondet.
- 341 Respondet ad primam rationem, de qua n. 295.
- 342 Quando dominus directus spoliatur tanquam minister, & executor legis, non est necessaria sententia, nec citatio partis.
- 343 In hoc casu quoad praedictum effectum, cum non sit necessarium ministerium Judicis, id obtinebit, etiam si non praecesserit sententia declaratoria.
- 344 Refert optimam replicam.
- 345 Respondet ad dictam replicationem, & tradit, quod in penis ipso jure incurris, licet fiat executio, non procedente sententia declaratoria, nec discussis excusationibus, tamen opposita exceptione interim sustinebitur executio, donec constet re vera incurrisse expulsum penam ipso jure.

346 Respon-

- 346 Respondet ad cap. licet Episcopus, de praeb. in 6.
- 347 Rejicit praedictam Responsum, & illius fundamentum diluit.
- 348 Respondet ad cap. quoniam, & cap. constitutus, de filiis presbyt.
- 349 Respondet ad cap. ad decimas, de rest. spol. in 6.
- 450 Tradit casum, in quo opinio Gom. de qua num. 346. in fine, admitti possit.
- 351 Quando constaret, spoliatum retinuisse duo beneficia incompatibilia ultra tempus statutum, perenni restitutione obstat exceptio reservationis Papalis.
- 352 Rejicit Responsum Gom. & suam assignat Auro.
- 353 Episcopus in beneficiis conferendis nullam habet possessionem civilem, sed tantum jus illa conferendi.
- 354 Stante pacto, quod dominus potest expellere emphyteutam in casibus super relatis, ut pactum aliquid operetur, poterit dominus propria auctoritate licite expellere.
- 355 Item si fuerit simplex colonus, a fortiori poterit eum dominus expellere propria auctoritate, cum dominus rem civiliter possideat, & colonus tantum detineat.
- 356 Infert etiam ad locationem domus, vel quando conductor non solvit pensionem, poterit tunc a domino propria auctoritate expelli.
- 357 Explicat, quomodo debet intelligi illud, quod detentor expulso a detensione, potest implorare officium Judicis, ut in sua detentione reponatur.
- 358 Quod juris sit, tradit, si dominus noluit uti praedicta potestate per jus concessa, sed magis voluit habere recursum a Judice remissive.
- 359 Reprobatur Bart. l. 2. nu. 3. C. de jure emphyteut. dum putat, quod emphyteutam resistente non poterit dominus directus expellere propria auctoritate.
- 260 Declarat pari ratione, dominum directum posse petere, ut ea possessio, quam licite propria auctoritate accepit per Judicem, confirmetur.
- 261 Item potest petere a Judice, ut eum conservet in jure expellendi propria auctoritate injustum possessorem.
- 362 Ostendit nihil facere pro opinione Bartol. reg. l. non est singularis, de reg. juris.
- 363 Reprobatur etiam traditionem gloss. cap. licet Episcopus, de praeb. in 6. verb. te non vocato.
- 364 Reprobatur etiam distinctionem, quam ad salvandam dictam gl. tradit Tirac. loco, de quo ibi.
- 365 Per mortem fructuarii extinguatur possessio naturalis, quam fructuarius vivus habebat, nec transit ad ejus haeredes.
- 366 Refert dictum Fulgos. consil. 2. num. 4. quod si emphyteuta alienaverit jus suum in tertium, non requisita Ecclesia, non poterit ille tertius expelli propria auctoritate domini.
- 367 Ostendit contrarium esse verum.
- 368 Tradit remissive, unde colligi possit vera resolutio hujus articuli.
- 369 Incipit agere de articulo, quem gloss. hic tetigit, utrum petitorium & possessorium possint cumulari in eodem libello.
- 370 Refert, in hoc articulo duas fuisse opiniones principales glossatorum antiquorum omnino contrarias.
- 371 Refert opinionem Joannis & Afonis, qui existimabant, cumulari non posse, & advertit multa jura, ex quibus suam opinionem probabat.
- 372 Refert opinionem Martini glossatoris antiqui, qui existimabat, petitorium & possessorium regulariter cumulari posse in eodem libello, & adducit pro hac opinione multa jura, & multas auctoritates.
- 373 Ad resolutionem art. duos casus distinguit.
- 374 Refert primum casum, quando scilicet ab uno, & eodem proponuntur simul petitorium, & possessorium in eodem libello.
- 375 Refert secundum casum, quando a diversis proponuntur ita ut ab uno proponatur petitorium, &
- ab alio possessorium.
- 276 Declarat, quod in primo casu probanda est opinio Martini, ut regulariter licita sit haec accumulatio, praeterquam in interdico uti possidetis, & rei vindicatione.
- 377 Qui vindicat rem, dicit se eam non possidere, sed adversarium. (possidere.)
- 378 Qui agit in interdico uti possidetis, necessario dicit se Impugnare proximam resolutionem ex text. in leg. naturaliter, §. nihil commune, infra de acquirendo possess. quem ad id late expendit, & de ejus intellectu agit.
- 380 Refert expositionem gl. ad dictam difficultatem.
- 381 Rem vindicans ratione suae civilis possessionis, potest nihilominus uti in interdico possidetis in casu, de quo hic.
- 382 Reprobatur hunc communem intellectum ad dict. §. nihil commune.
- 383 Tradit alium intellectum Berengarii ad dictum §. nihil commune, & aliorum Doctorum quos ibi recenset.
- 384 Approbat auctor intellectum, & resolutionem Cuman. §. nihil commune, n. 16. quam hic refert.
- 385 Ostendit, proxima resolutioni bene adaptari rationem expressam in d. §. nihil commune.
- 386 Cumulatio rei vindicationis & interdicti uti possidetis, tunc demum non admittitur, quando clare constat, quod quis rem vindicat, quasi nullo modo possideat.
- 387 Declarat, in quibus terminis accipi debeat cap. pastoralis, ad medium, de causa possess.
- 388 Si sumus in dubio, & vindicans, qui egit rei vindicatione, cumulat interdictum uti possidetis, debet admitti cumulatio, & a fortiori, quando a principio utrumque remedium cumulavit.
- 389 Docet, quod ubi cumulatur possessorium, & petitorium, potest quis vincere in petitorio, & in possessorio succumbere, & ibi ratio traditur.
- 290 Siveus assumpsit in se onus probandi, & quia probavit dominium declaratus fuit dominus rei, in utilem reddidit sententiam, quam aliter obtinuit in possessorio.
- 391 Ad resolutionem secundi casus tres in materia constituit conclusiones.
- 392 Si quilibet ex parte sua proponit petitorium, & possessorium non admittitur hujusmodi cumulatio, sed potius ad ordinandum iudicium prius agatur de possessorio, ut sciat qui in eo debeat subire vires actoris vel rei.
- 393 Enumerat jura, quae in his terminis procedere possunt.
- 394 Tradit ampliationem ad dictam conclusionem ex Bart. communiter recepto, dict. §. nil commune, num. 19.
- 395 Ignorans non videtur renunciare possessionem sibi competentem.
- 396 Refert Doctores, qui illam Bartol. limitationem impugnant, & fundamenta, quibus moventur.
- 397 Bartol. opinionem approbat, & ad rationes contrarias respondet, & hic ad primam.
- 398 Respondet secundo modo ad dictam rationem.
- 399 Ignorantia est iusta causa petendi restitutionem.
- 400 Restitutio in integrum nunquam videtur exclusiva.
- 401 Quando unus proponit petitorium, & adversarius possessorium recuperanda, super sedendum estinguitur dominium, sive praedict. possessorium proponatur per vim exceptionis, sive per viam actionis.
- 402 Si quis proponit possessorium retinenda, hoc est, interdico uti possidetis, non potest cognoscere de dominio actoris, etiam incontinenti probando, quoad effectum, ut in dicto possessorio super sedatur.
- 403 Licet turbans eum in sua possessione dominus sit ipseus proprietarius, non tamen ei licet turbare possessorem in sua possessione.

404 Assi-

- 404 *Aſſignat elegantem declarationem ad proxime tradita, ut ſcilicet intelligatur, quando agens poſſeſſorio retinenda, & eſt juſtus poſſeſſor, nam ſi ſit injuſtus per dominum, civiliter poſſidentem, turbari poteſt quocumque tempore.*
- 405 *Licet agens in interdico recuperanda non poſſit ex intervallo ſpoliatorem dejicere, tamen dominus injuſtum poſſeſſorem quocumque tempore turbare poteſt.*
- 406 *In interdico uti poſſideatis, etiam notorius defectus proprietatis non efficit, ut dominus juſtum poſſeſſorem turbare poſſit.*
- 407 *In interdico uti poſſideatis, etiam ſi ſpoliato patiente conſtet de dominio turbantis, tamen non licebit domino turbare juſtum poſſeſſorem.*
- 408 *In interdico adipiſcenda aliud obſervabitur: nam in eo admittitur exceptio domini incontinenti probandi, & interim impeditur miſſio in poſſeſſionem.*
- 409 *Si in interdico uti poſſideatis exceptio domini non opponitur, ad effectum excludendi actorem, ſed potius ad effectum, ut magis qualificetur opponentis titulus, & poſſeſſio, uno prædicta exceptio admittitur.*
- 410 *Declarat, quod probata dicta exceptione duos notabiles effectus operabitur.*
- 411 *Primum, quod ſi pares fuerint probationes illius, qui dominum probavit, quaſi ob hoc ejus poſſeſſio magis juſtificata, & qualificata eſſe cenſetur, referetur.*
- 412 *Addit huic effectui notabilem declarationem ex Antonio Nata, & Maſcardo locis ibi relatis.*
- 413 *Secundus effectus eſt, quod qui probat de antiquiori poſſeſſione, debet vincere quantumcumque adverſarius probet ex parte ſua titulum, & poſſeſſionem.*
- 414 *Junior poſſeſſio etiam cum titulo præſumitur clandestina.*
- 415 *Declarat dicta num. 413. tunc procedere, quando ille, qui probavit antiquiorem poſſeſſionem, allegaverit eam poſſeſſionem, qua habet adverſarius, eſſe clandestinam reſpectu ſua opinionis, alias obvinebit ille, qui probat titulum, & juniorem poſſeſſionem.*
- 416 *Explicat, qua ratione dominus reſpectu domini non poſſit videri clam poſſidere.*
- 417 *Explicat etiam quomodo dominus reſpectu antiquioris poſſeſſionis dicatur non poſſidere.*
- 418 *Tradit admonitionem Bartol. circa advocatos de modo articulandi in hac materia.*
- 419 *Reſolvit, quod in his terminis licet occupans poſſeſſionem probet ſe dominum, tamen ſuccumbit in interdico, cum ejus poſſeſſio ſit clandestina reſpectu antiquioris poſſeſſionis, ac ideo locum habebit regul. l. 1. §. final. uti poſſideatis.*
- 420 *Examinat, utrum prout petenti reſtitutionem ex cap. violentiæ, non obſtat exceptio domini ſpoliatoris, ita etiam non debeat obſtare petenti reſtitutionem ex c. Clandestinitatis.*
- 421 *Refert Doctores, qui in hac quaſtione partem affirmativam ſequuntur.*
- 422 *Refert etiam Doctores, qui partem negativam hujus quaſtione ſequuntur.*
- 423 *Amplectitur auctor hanc ultimam quaſtione, & eam optimo argumento confirmat.*
- 424 *Reſpon. let. ad l. ſi de eo, §. fin. infra de acquirenda poſſeſſione.*
- 425 *Quemadmodum in re propria non cadit pignus, vel alia obligatio, ita etiam in re propria non cadit vitium clandestinitatis.*
- 426 *Exemplificat proximam rationem.*
- 427 *Declarat, quomodo debeat intelligi diſtinct. illa, quam Docto. tradunt, quando ingrediens timet, ſibi fieri controverſiam ratione domini vel poſſeſſionis.*
- 428 *Declarat dict. l. ſi de eo, §. final. tantum habere locum in poſſeſſore bonæ fidei.*
- 429 *Reſpectu poſſeſſionis in re propria cadit in vero domino vitium clandestinitatis.*
- 430 *Declarat, quando admittitur exceptio domini occupantis, ſi allegetur occupantem clam poſſidere.*
- 431 *Docet, ad quem modum ſit explicandus Bart. d. l. ſi de eo, §. fin. ad finem.*
- 432 *Declarat idem eſſe admittendum, quando quis allegaret, ſe privatam eſſe ſua poſſeſſione clam, non enim admittitur exceptio proprii domini, & ad reſtitutionem compellitur.*
- 433 *Declarat, in hac materia non eſſe admittendam concordiam Bellameræ deciſ. 36.*
- 434 *Aſſignat veram concordiam.*
- 435 *Refert tertiam concluſionem in hac materia.*
- 436 *Tradit, quod ſi duo agant de ſpolio, & alter proponat ſpolium per viam actionis, alter vero excipiat de alio ſpolio contra ſe commiſſo, utiq; in primo ſpolio per viam actionis propoſito ſuſpendendum eſt.*
- 437 *Quando tam primum ſpolium, quam ſecundum proponitur per viam actionis, in nullo ſuſpenderetur, ſed de utroque pariter cognoſcendum eſt, tanquam in cauſa conventionis, & reconventionis.*
- 438 *Expendit pro hac ultima reſolutione c. 2. de ord. cognit.*
- 439 *Refert duas difficultates contra concluſionem deductam ex dict. cap. 2. de ordin. cognit.*
- 440 *Prima difficultas deducitur ex cap. final. de ord. cognit. quod ad id expendit.*
- 441 *Secunda difficultas inſurgit ex deciſ. cap. ex conſuetudine, de reſtit. ſpoliat.*
- 442 *Approbat concluſionem deductam ex d. cap. 2. de ordin. cognit. & ad difficultates proxime motas reſpondet.*
- 443 *Reſpondet ad cap. fin. de ord. & conſtituit in eo artic. duos caſus.*
- 444 *Refert primum caſum & ejus reſolutionem.*
- 445 *Refert item ſecundum caſum, quando quis prius propoſuit petitorium, & Reus proponit ſpolium per viam actionis, & procedit cap. 2. de ord. cog. inductum, ut ſupra.*
- 446 *In hac materia multum intereſt, utrum prius propoſitum ſit poſſeſſorium, & poſtea ſequatur petitorium, & ibi ratio differentiæ traditur.*
- 447 *Reſpondet ad cap. ex conſuetudine, de reſtit. ſpoliat. & pro reſolutione duos caſus diſtinguit.*
- 448 *Refert primum caſum, & declarat, in eo locum habere reg. cap. 2. de ord. cog.*
- 449 *Refert ſecundum caſum, & tradit in eo locum habere dict. cap. ex conſuetudine, de reſtit. ſpoliat.*
- 450 *Tradit rationem hujus differentiæ circa dictos duos caſus.*
- 451 *Secundum juris regulas quilibet puniri debet in eo, in quo deliquit.*
- 452 *Contumax tantum punitur in ea cauſa, in qua fuit contumax.*
- 453 *Explicat tex. in Clem. unica, de cauſ. poſſeſſ.*
- 454 *Judex appellationis non poteſt cognoſcere niſi de ea cauſa, qua per appellationem ad eum fuerit devoluta.*
- 455 *Reſpondet ad difficultatem, & oſtendit, qua de appellatione dicta ſunt, limitari in cauſa beneficii, in quo duo ſpecialia per jus Canonici ſunt introducta.*
- 456 *Refert primum ſpecialia, & ejus reſolutionem.*
- 457 *Refert ſecundum ſpecialia, & judex appellationis non tantum cognoſcat de artic. à quo appellatum eſt, ſed etiam de eo articulo, de quo non fuit cognitum in primo judicio, nec de eo appellatum.*
- 458 *Tradit rationem hujus ſpecialitatis.*
- 459 *Prout coram judice à quo appellatum eſt, poſt intentatum petitorium, prout in quacunque parte litis cumulari poſſeſſorium, idem etiam licet fieri faere coram judice appellationis.*

- 460 *Declarat, quod in aliis cauſis ſolum cognoſcet judex de art. à quo appellatum eſt.*
- 461 *Si tota cauſa ſit devoluta ad judicem appellationis, tunc in quacunque cauſa admittitur deciſio Clem. unica in principio.*
- 462 *Exemplificat dictam reſolutionem, ut oſtendat, quomodo dici poſſit, totam cauſam eſſe devolutam.*
- 463 *Declarat dictam Clementinam unicam tantum procedere in cauſa beneficii.*
- 464 *Declarat item, quod neque in cauſa beneficii hæc ſpecialitas ſimpliciter admittitur, ſed duo copulativè requiruntur.*
- 465 *Declarat, quod requiritur, quod cauſa ſit beneficii, ita quod de ea cognoſcatur in curia Romanæ nam ſi in partibus de ea cognoſcatur coram delegato, idem obſervabitur in cauſa beneficii, quod in aliis cauſis.*
- 466 *Agit de ſecunda parte d. Clem. & declarat, quid in ea probeatur.*
- 467 *Tradit ex Rota hanc ſecundam partem tantum procedere ſpecialiter in cauſa beneficii, cum in aliis cauſis licitum ſit pari ſuſpendere petitorium à ſe intentatum, & obtinere, quod de ſolo petitorio agatur.*
- 468 *Rejicit dictam opinionem, & oſtendit dictam Clementinam in ſecunda parte generaliter loqui in quacunque cauſa.*
- 469 *Ex ſuppoſitis colligit ex dict. Clem. in ſecunda parte notabilem concluſionem, quam ibi proponit.*
- 470 *Addit d. concluſioni, quod uno probeat dict. Clem. unica, licitum eſſe illam ſuſpenſionem facere, uſque ad concluſionem in cauſa.*
- 471 *Refert contrariam opinionem, imo quod hæc ſuſpenſio tantum fieri poſſit uſque ad litem conteſtatam, & poſtea non.*
- 472 *Adducit fundamentum, quo moventur contraria opinionis auctores.*
- 473 *Tradit primam concordiam ad dictas opiniones.*
- 474 *Rejicit dictam concordiam.*
- 475 *Refert Doctores, qui tenent deciſionem dict. Clem. unica. etiam in foro civili eſſe admittendam.*
- 476 *Tradit ſecundam limitationem.*
- 477 *Rejicit dictam concordiam.*
- 478 *Aliqua advertit Auctor notatu digna ad veram concordiam harum opinionum neceſſaria.*
- 479 *Advertit ſecundo, in quo caſu ratio legiſtarum non concludat.*
- 480 *Declarat, quod in his terminis non poterit ſpoliator ſuſpendere petitorium adverſarii, nec in prima inſtantia nec in cauſa appellationis.*
- 481 *Quæ in prima inſtantia fuerunt proponenda ante litem conteſtatam, ſi in eo non fuerint propoſita, non poſſunt proponi in inſtantia appellationis.*
- 482 *Si adverſarius propoſuit petitorium, ſuper quod tantum lis fuit conteſtata, & poſtea ſpoliator proponit poſſeſſorium, poterit petitorium adverſarii ſuſpendere.*
- 483 *Tradit rationem proximæ concluſionis.*
- 484 *Tradit, quod hujusmodi exceptio, quaſi ortum habens poſt litem conteſtatam, ſuper prædicto petitorio, poterit proponi poſt litem conteſtatam, ſuper nudo petitorio adverſarii.*
- 485 *Declarat, quod in his terminis etiam jure civili procedat deciſio dictæ Clem. unica in 2. part.*
- 486 *Oſtendit in dicta Clementina aperte probari facultatem ſuſpendi petitorium adverſarii, non ſequi naturam exceptionum dilatoriæ.*
- 487 *Propoſit aliam rationem in confirmationem proximæ reſolutionis.*
- 488 *Declarat, quod explicando hoc modo dictam Clement. aperte ceſſet præcipua ratio legiſtarum.*
- 489 *Examinat, utrum in remedio attentatorum debeat ea exceptio opponi antequam lis conteſtetur coram ſuperiore, qui debet cognoſcere de cauſa appellationis.*
- 490 *Refert magis communem in hac quaſtione tenere, proponi debere ante præd. litem conteſtationem.*
- 491 *Reſolvit contrarium verius eſſe.*
- 492 *Utrum ſi concurrant interdico unde vi, & remedium attentatorum, debeat ſuſpenderi in interdico unde vi cauſe principali, debeat ſuper utroque remedio procedere remiſſive.*
- 493 *Propoſit difficultatem & argumentatur contra deciſionem d. Clement. unica.*
- 494 *Reſpondet ad difficultatem, & oſtendit in illo textu agi de interdico unde vi, in quo ſpoliator fatetur, ſe non poſſidere, quia poſſeſſione ſua deſectus & ſic nulla eſt contrarietas, ſi cum petitorio cumuletur, & ibi exemplificat.*
- 495 *Utrum in terminis dictæ Clementinæ unicæ per contrarium ſuſpenſio poſſit tractari de ſolo petitorio remiſſive.*
- 496 *Utrum ſæpius poſſit ſuſpendi petitorium ratione poſſeſſorii remiſſive.*
- 467 *Utrum deciſio d. Clement. unica loquens in interdico unde vi, pariter deſiſtens paribus terminis procedat in aliis remediis poſſeſſorii remiſſive.*

Hanc legem ꝑ famoſam appellat Jacobinus hic in principib. & pro ejus declaratione præmittendum eſt, quod in omni re datur dominium, ꝑ poſſeſſio, qua nihil commune inter ſe habere dicit Jureconſult. l. naturaliter §. nihil commune infra de acquir. poſſeſſ. & ideo ꝑ pro illis etiam diverſa remedia ſunt prodita in jure: nam remedia prodita ad dominium petendum dicuntur petitoria l. qui petitorio ſupra de rei vend. Quæ ꝑ verò pertinent ad poſſeſſionem dicuntur remedia poſſeſſoria, gloſ. §. ſumma verb. poſſeſſore Inſtit. de interdico. Omiſſa autem pro nunc materia ꝑ petitorii, de ſolis remediis poſſeſſorii nobis agendum eſt: quia de illis principaliter tractat is text. Item ꝑ eſt præmittendum remedia poſſeſſoria appellari interdico: ita ut ubicunque inveniat facta mentio interdico, intelligendum ſit tractari de remedio poſſeſſorio, in princ. Inſtit. de interdico, bonus text. l. is qui deſtinavit, infra de rei vendicac. tradit Duaren. lib. 1. diſput. c. 19. Appellantur autem interdico non ea ratione, quod omnia remedia poſſeſſoria ſunt prohibitoria, ſed potius, quia ad duos referuntur, qui ſuper poſſeſſione litigant (interim) hoc eſt donec ſuper proprietate pronuncietur, §. ſumma in fine Inſtit. de interdico. & ibi Theophil. quicquid rejecta etymologia Juſtinian. aliam aſſignat Alciat. lib. 3. parergon. c. 15. l. pecuniæ verbum 168. §. actio. numer. 9. infra de ſervit. Formulæ ꝑ autem, quibus olim interdico concedebantur, proponuntur à Theophil. in princ. Inſtit. de interdico.

Quæ ꝑ quidem interdico, in tres dividuntur ſpecies principales: Quædam n. dicuntur adipiſcendæ poſſeſſionis, Quædam ꝑ a. retinendæ, & Quædam reſtituendæ §. ſequens cum ſequem. Inſtit. de interdico. l. 2. infra de interdico. & ſpecialiori ꝑ vocabulo interdico adipiſcendæ nuncupatur Quorum ꝑ honorum & Quorum legatorum. Interdictum autem retinendæ, ſpecialiori ꝑ vocabulo appellatur Uti poſſideatis, & Reſtituendæ dicitur Unde vi ſumpta appellatione à primis verbis quibus prædicta ꝑ interdico fuerunt concepta per præ-torem, gloſ. §. recuperanda, verb. unde vi Inſtit. de interdico. Alciat. lib. 2. parergon. c. ult.

His ꝑ præmiſſis ex iſto text. colligendum eſt, ꝑ quod

quod ſi de vi & proprietate agatur, prius de vi cognoſcendum eſt, & pronunciandum, quàm de proprietate cognoſcatur, ac * ita videtur ſignificare, neq; eodem tempore, neq; in eodem libello ſimul agi poſſe de poſſeſſione & proprietate: Sed * urget in contrario *l. cum fundum §. final. infr. de vi & vi armata, & c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* Quare circa * intellectum hujus textus variat gloſſ. hic; Et primò refert opinionem Joannis & Azonis, qui tenebant, petitorium & poſſeſſorium indiftinctè non poſſe cumulari in eodem libello: ſed quòd ſemper prius ſit agendum & pronunciandum, de poſſeſſorio, & eo finito iudicio, tunc agatur de proprietate in novo iudicio, ut ex iſto textu colligitur, & *l. incerti C. de interd. l. ordinarii C. de rei vend. & l. 1. C. de apell. Sed * non respondent ad jura quæ ſupra adduximus in contrarium: & * ideo is intellectus tanquam in ſe falſus communiter rejicitur. Quare gloſſ. refert & probat intellectum Martini, quòd aut agimus de interdicto retinendæ, & hoc interdictum verum eſt, non poſſe cumulari in eodem libello cum proprietate, propter contrarietatem, & repugnantiam, quæ ex dictis remediis, videtur reſultare. Nam * qui agit petitorio, dicit rem non poſſidere, ſed adverſarium, §. omnium Inſtitut. de actio. l. unica C. de alien. 22. *judicii murandi cauſa.* & * intentando interdictum uti poſſidētis aſſerit ſe eſſe poſſeſſorem, & in poſſeſſione turbari l. 1. §. hujus *infra uti poſſidētis.* Et ideo propter eam repugnantiam, non admittitur cumlatio prædictorum remediorum in eodem libello, juxta regulam l. 1. *Cod. de furt.* Sed prius * agendum eſt de poſſeſſorio; ut ſciatur, quis debeat ſuſtinere partes actoris, & rei in cauſa proprietatis *l. ordinarii Cod. de rei vindicatione.* Cæterum omnia alia remedia poſſeſſoria poſſunt cumulari in eodem libello cum proprietate, cum in illis ceſſet repugnantia, de qua ſupra, quam reſolutionem in hac materia expreſſè probavit Summus Pontifex *cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſſionis,* & hunc eſſe communem hujus textus intellectum aſſerit Paul. Caſtrenſ. *hic 1. lect. col. 2. poſt medium & Jacobin. numero 2.**

24 Sed * utique is communis intellectus, minimè literæ convenit: quæ aperte loquitur, quando agitur de vi, & ſic de interdico reſtituendæ poſſeſſionis, quod * admittit cumlationem cum petitorio, probat *l. cum fundum §. final. infr. de vi & vi armata.* Ad * verum igitur hujus text. intellectum, duo caſus diſtinguendi ſunt. Primus 25 * eſt, quando unus & idem proponit petitorium & poſſeſſorium ſimul in eodem libello. Secundus * eſt quando unus proponit poſſeſſorium, & adverſarius proponit petitorium: In * primo caſu vera eſt tradito *gl. hic per jura ſupra allegata*

30 In * ſecundo autem caſu procedit is textus ut prius audiatur ille, qui agit de vi, & adverſarius ejus proponens petitorium, non audiatur, niſi poſtquam finitum fuerit iudicium poſſeſſorium de vi, 31 quod * etiam in hiſ terminis locum habebit in interdico retinendæ poſſeſſionis: nam ſi quis agat de interdico uti poſſidētis, & adverſarius proponat petitorium, prius de poſſeſſione agendum eſt. Ceſſat enim in hiſ terminis repugnantia, de qua ſupra. Cui tantum eſt locus, quando unus & idem ſimul proponit, interdico uti poſſidētis & petitorium, nam ſi unus proponat interdico uti poſſidētis, & adverſarius proponat petitorium, nulla datur repugnantia, & ſic locum habebit regula generalis hujus text. ut advertit Paulus *prima lectura num. 2. & Jacobin. num. 3.*

32 Præterea * & ultra alios advertendum eſt, quòd is rex. aperte loquitur de vi & poſſeſſione.

Et licet Doctores communiter exponant (*de poſſeſſione*) hoc eſt de proprietate, juxta *l. interdum infra de verbor ſignific.* & videtur colligi ex reſcripto Imperatoris hic relato, tamen ea expoſitio reſtringit verbi generalitatem, & proprietatem, & ideo tutius eſt, text. intelligere, ut litera ſonat. Atque * ita probat, quòd ſi quis agat de vi, & adverſarius adverſum eum opponat aliud remedium poſſeſſorium, prius de vi, quàm de altero remedio poſſeſſorio agendum eſt, ut eſt expreſſum *l. qui coetu §. 1. infra ad l. Juliam de vi publica,* quæ concordat cum iſto text. ut agnoſcit gloſſ. hic & ſic per illum is text. venit omnino explicandus quicquid * Cujat. *libr. 5. obſerva. c. 15.* contendat text. iſtum ita eſſe exponendum, ut ſi de vi criminaliter agatur, hæc cognitio debeat præcedere aliud quodcumque poſſeſſorium civiliter motum *arg. l. fin. C. de ord. cog.* Nam iſte intellectus, & literam impropriat, & præſupponit, quòd ſi civiliter agatur de vi, & alter proponat aliud poſſeſſorium, non debeat præcedere cognitio de vi, & tamen aperte contrarium probat *d. l. qui coetu §. 1. infra ad l. Juliam, de vi publica,* & text. *cap. fin. de ord. cog.* Quæ * autem ſit differentia, quando de ſpolio agitur civiliter, vel criminaliter, explicat Panormit. *c. 2. n. 17. de ordine cognitionum.* Et ¶ advertit, quòd ideo Jureconſult. diſtinxit interdico unde ¶ vi, ab illis poſſeſſoriis, quia ſi adverſarius etiam ageret de vi in alia re commiſſa, in utraque cauſa ex vi reconvencionis ſimul tractandum eſſet, ut eſt expreſſum *c. final. de ordin. cognitionum.*

Juxta igitur hunc intellectum ex iſto text. duæ colligendæ ſunt notabiles concluſiones. Prima * eſt, quòd ſi quis tanquam ſpoliatus agat interdico unde vi, & reus opponat de dominio, non eſt admittenda hæc obſectio, ſed primum de vi agendum eſt. Secunda * eſt quòd ſi conventus per interdico unde vi, opponat de alio poſſeſſorio nihilominus de vi prius agendum eſt. De utraque autem concluſione ſigillatim agemus. Et prima quidem concluſio concordantiam habet *l. 1. in princip. juncta gloſſ. verb. ad reſtituendum, infra de vi & vi armata, l. ad medium juncta gl. verb. reſtituam C. ſi per vim, vel alio modo l. maritus la primera C. de donat. inter virum & uxor. l. ſi quis à ſe C. ad l. Juliam de vi publ. & late agit Maſcard. de probat. 3. part. concl. 1329. à n. 1. Greg. l. final. tit. 10. part. 7. in gl. 2.*

Addit text. *c. 1. de reſtit. ſupl. ubi Pan. nu. 5.* eam exiſtimat eſſe hujus concluſionis rationem, quia * aut adverſarius proponit ſuum dominium per viam actionis, & certum eſt, illum non eſſe audiendum, quia in odium ſpoliatoris induxit jus, ut ſpoliatus pro nulla re teneatur reſpondere, antequam * plenè eſſet reſtitutus, *c. final. de ordine cognitionum, cap. frequens de reſtitutione ſpoliatorum in. 6.* Si verò dominum proponat per viam exceptionis, ad repellendum actorem ab eo iudicio adhuc non erit audiendus, quia cum contra juris prohibitionem jus ſibi dixerit propria auctoritate *l. ſi quis tantam C. unde vi c. eum qui de præbendis in 6. c. placui, 16. q. 1.* & in pœnam hujus delicti jus diſponit, eum non eſſe audiendum, antequam ſpoliatus ſit reſtitutus, ne aliàs aperiatur via delictis, & malitiis, *l. non eſt ſingulis, infra de reg. jur.* Sed non placet hæc ratio, quia * nullibi in jure probatur, quòd in pœnam ſpoliationis factæ non audiatur excipiens de proprio dominio ad excludendum ſpoliatum ab eo iudicio.

Et * ideo verior ratio eſt, quòd etiam ſi quis ſit verus dominus rei, non tamen potuit propria auctoritate

tate, ſpoliare poſſeſſorem, *l. 1. §. & parvi, & ibi Bart. poſt princip. infra quod vi aut clam.* Fruſtra igitur admittetur exceptio, quæ probata non concluderet, ſpoliatum non eſſe ante omnia reſtituendum, neque ſpoliatorem in ea poſſeſſionem eſſe tuendum, quam contra juris prohibitionem obtinuit: Succedit igitur regula *l. ad probationem domini C. de probat. l. 1. ſupra de inoff. teſtam. c. per tuas ad finem, de Simonia c. cum contingat, de offic. delegat. quòd non * eſt admittenda allegatio, quæ probata non relevaret, & eſt de mente Panorm. c. 2. n. 23. de ordine cognitionum, & Maſcard. de probat. 3. part. concl. 1329. n. 3. & apud nos probat Ordin. lib. 4. tit. 58. in principio novæ recopilationis.*

Et ¶ qua ratione ita confirmata primò inferitur, quòd etſi clarè conſtaret, opponentem de dominio eſſe verum dominum illius rei, adhuc non audiretur, niſi prius ſpoliato reſtituto, quia adhuc militat ratio de qua ſupra.

Et ¶ pro hac illatione videtur textus expreſſus, *l. ſequitur §. ſi tu vi in fine, infra de uſucap.* qui clarè probat, quòd ſi verus dominus rei expulſit poſſeſſorem propria auctoritate, nihilominus per interdico unde vi, cogetur ante omnia poſſeſſionem reſtituere. Neque huic * inductioni ſatisfacit reſponſio Menochii *de recuperanda poſſeſſione primo remedio numer. 127.* quòd quamvis in calu illius text. conſtaret, verum dominum expulſiſſe poſſeſſorem, non tamen conſtabat, expulſum eſſe injuſtum poſſeſſorem, & hac ratione ante omnia jubetur reſtitui. Nam replicabitur gloſſ. ibi intellexiſſe illum textum, etiam quando expulſus erat injuſtus poſſeſſor: & clarè deducitur ex mente illius textus, quia præſupponit expulſum eſſe violentum & injuſtum poſſeſſorem, cum dubitet, ſi dominus expellendo poſſeſſorem, & ſic poſſeſſionem recuperavit, *utrum res illa efficiatur uſucapibilis?*

Et * videbatur dicendum reddi tamen licet reſſertive, vel per vim poſſeſſa non ſint uſucapibiles, *§. furtiva inſtitut. de uſucap.* Tamen ſi poſtea redierit ad poteſtatem veri domini, tollitur prædictum vitium, & efficiuntur uſucapibiles *§. aliquando inſt. de uſuc.* Contrarium ¶ tamen determinat Jureconſultus *d. §. ſi tu vi in fine* ea ratione, quia licet ad poteſtatem domini redierit, tamen cum effectu non videtur rediſſe. Nam * cum ipſe dominus conventus per interdico unde vi, cogi poſſit ad poſſeſſionem reſtituendam, non videtur in in ejus rediſſe poteſtatem *l. ſi quis in principio & l. non videtur infra de acquir. poſſeſſ. Ergo d. §. ſi tu vi in fine,* clare probat quòd eſt conſtet, ſpoliatorem eſſe verum dominum rei, & ſimul conſtet, ſpoliatum fuiſſe violentum, & injuſtum poſſeſſorem, tamen ſpoliator cogitur ante omnia reſtituere poſſeſſionem ſpoliato, propter rationem, de qua ſupra.

Item * & pro prædicta illatione urget *l. cum fundum verſ. quaſtrum, infra de vi & vi armata,* in quo colonus noluit recipere emptorem fundi & ſic vim commiſit intervertendo domini poſſeſſionem, & poſtea emptore de mandato venditoris, colonum expulſit à fundo, probat ille textus, teneri interdico unde vi, quia injuſtum mandatum executus eſt: neque enim diceretur injuſtum mandatum executum fuiſſe, ſi dominus poſſet colonum, qui ejus poſſeſſionem interverterat expellere propria auctoritate: nam tunc licite etiam per alium poſſet eum expellere, ut ibi tradit *gl. verb. poſtea communiter recepta.*

Videtur * etiam text. *c. 2. de ord. cog.* in quo nobiles conquerebantur, ſe fuiſſe ſpoliatos per monaſterium Petri Barboſæ, *Comment. de Judiciis,*

rium quodam caſtro, quòd monaſterium allegabat eſſe ſuum, neque nobiles negabant, imò tacentes in iudicio videbantur illud tacite conſiteri, *l. 1. & ibi Bart. n. 5. C. de relatione.* Et nihilominus monaſterium cogitur ad reſtitutionem prædicti caſtri, quòd injuſto modo poſſeſſionem caſtri obtinuit, ſibi jus propria auctoritate, & ibi declarat Innoc. *n. 3. Anton §. 1. n. 6. Dec. conſ. 161. num. 10.* Ergo ibi videtur, text. expreſſus pro noſtra illatione, quam in ſpecie tenet & probat Barojus *c. in literis n. 75. de reſtitutione ſpoliatorum & clare ſentit ord. lib. 4. tit. 58. in princip. novæ recopilationis.*

Advertendum * tamen eſt, quòd contra hanc noſtram illationem, tenet expreſſe Paul. Caſt. *hic 2. lect. n. 15. ad fin.* contindens, quòd ſi conſtet ſpoliatorem eſſe dominum rei, non eſt cogendus ſpoliato poſſeſſionem rei reſtituere, allegat, *l. bona fides verſ. incurrit. infra de poſſeſſ. & eandem opinionem probat Pan. d. c. in literis n. & late probat Menochius de recuper. poſſeſſ. primo remedio à num. 119. & aſſerit receptum Maranta conſil. 109. num. 4. Qui * pro hac opinione inducunt etiam text. *c. cum dilectus, de cauſa poſſeſſ. qui probat, quòd ſi conſtet de dominio, & poſſeſſione, ſemper in executione debet prævalere dominium poſſeſſioni rei, & notat etiam Paul. hic n. 15. verſ. novus caſus.**

Sed hiſ * non obſtantibus, non eſt recedendum à prima opinione, quæ procul dubio verior eſt, & magis de mente juris, ut conſtat ex ſupra traditis. Neque obſtant adducta pro contraria opinione, nam * ad primam de *d. l. bona fides verſ. incurrit, infra de poſſeſſ. reſpondetur procedere, quando tertius ſpoliavit furem. Nam ſi tunc concurrat fur ad petendam reſtitutionem poſſeſſionis, & dominus rei ſe opponat, petens, ut ſibi potius reſtituatur, in hoc concurſu dominus eſt præferendus furi, ut advertit gloſſ. *fn. d. c. in literis de reſtit. ſpoliat. Alexand. l. naturaliter §. nihil commune num. 33. infra de acquir. poſſeſſ. Anton. rubr. conſ. 167. num. 7. & ampliatur Panormitan. cap. veniens el. 1. ad finem, de ſonſai.* Non autem loquimur, quando dominus propria auctoritate expulſit furem: nam quia tunc illicito modo recuperavit poſſeſſionem, tenetur illam ſpoliato reſtituere quantumcumque conſtet ſpoliatorem eſſe dominum rei, per ſupra tradita. Et in ſpecie colligitur ex generalitate *l. 1. §. ſi prædo infra de poſſeſſ. & c. in literis, ad finem de reſtit. ſpoliator.**

Non * obſtat ſecundò de *c. cum dilectus de cauſa poſſeſſ.* quia ibi de voluntate ſpoliati fuit actum de proprietate, quo caſu merito prævalet dominium, & impeditur reſtitutio poſſeſſionis, *c. 1. de reſtitutione ſpoliatorum.* Sed ſi ſpoliatus non conſentiat de proprietate agi eſt reſtituendus, quantumcumque de dominio ſpoliatoris quocumque alio modo conſtet. Ac ita prima opinio eſt verior.

Quinimò ¶ amplianda eſt concluſio, de qua ſupra, procedere, etiamſi ex actis publicis conſtet, ſpoliatorem eſſe dominum: adhuc enim cogitur ſpoliato reſtituere poſſeſſionem, quia adhuc militat ratio ſupra aſſignata, & colligitur ex generalitate jurinum ſupra allegatorum pro noſtra illatione. Et * in ſpecie videtur textus *in c. 2. de ordine cog.* Nam in caſu ibi propoſito conquerebantur nobiles monaſterium eos ſpoliaſſe poſſeſſione caſtri, quòd tamen monaſterium allegabat eſſe ſuum, quòd nobiles non negabant, & ſic tacentes in iudicio videbantur illud ſaceri, *l. 1. & ibi Bart. numer. 5. C. de relatio. & ſic in eo textu ex actis publicis conſtabat de dominio monaſterii*

Dd ſpolia-

ſpoliatoris, c. ſuper quibusdam in princip. de verborum ſignificatione, & nihilominus monaſterium cogitur poſſeſſionem caſtri nobilibus ſpoliatis reſtituere.

61 Cæterum * contrarium, imò quòd quando ex actis publicis conſtat de dominio ſpoliatoris, impedienda ſit poſſeſſionis reſtitutio poſt Innoc. probat Panormitan. c. cum Ecceſia num. 26. de cauſa poſſeſſionis, Anton. Rub. conſil. 167. num. 8. Nevizanus conſil. 82. num. 32. Aymon. conſil. 148. num. 6. & conſil. 302. numer. 6. Burſatus conſil. 129. numer. 4. lib. 2. & plures alii quos refert Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1327. à num. 1. Et in terminis juris communis, id eſſe receptius fatetur Cumin. in ritibus Regni Siciliae c. 4. n. 164. quibus addendi ſunt Brun. conſil. 19. n. 8. Oſta. Cacher. conſil. 67. num. 42. Bapt. Ferrer. conſil. 12. num. 12. & defendunt Menoch. de recuperan. poſſeſſione primo remedio num. 232. Sarmiento Seleſt. lib. 2. cap. 13. num. 5. Joannes Garcia in actu de nobilitate Hiſpaniæ gloſſ. 12. num. 85. qui pro hac opinione adducunt textum quaſi expreſſum c. 1. de reſtitutione ſpoliatorum.

62 Sed * his non obſtantibus conſuſio ſupra firmata verior eſt ex ſupra traditis. Neque * repugnat textus d. c. 1. de reſtit. ſpoliatorum, quia procedit, quando ſpoliatus conſenſit agi de dominio ſpoliatoris, renunciando expreſſim privilegio à jure conſeſſo, quòd ſpoliatus ante omnia reſtituatur, & hunc eſſe communem intellectum reſolvit Berouius ibi numer. 20. cui ſubſcribit Menoch. alios r. ferens de recuperanda poſſeſſione primo remedio numero 161. quibus adde Baldum l. ordinarii nu. 14. verſ. ego credo, C. de rei vindicatione Coraſ. l. naturaliter §. nihil commune numer. 89. infra de acquirenda poſſeſſione. Ergo ſemota renunciatione expreſſa prædicti privilegii, non procedit ille textus.

64 Cæterum * non placet is intellectus, quia aperte divinat, dum præſupponit, quòd ſpoliatus expreſſe renunciavit privilegio, quòd ante ꝑ omnia reſtitueretur, & tantum ſalvari poteſt in eo ſenſu, quòd ſpoliatus nihil oppoſuit contra allegationem domini, factam à ſpoliatore. Unde ꝑ tacendo in Judicio videtur tacite conſentire, quòd de dominio ſpoliatoris cognosceretur l. 1. & ibi Bart. num. 5. C. de reſtit. & advertit gl. 1. c. 1. de reſt. ſpol. Bart. l. ſi quis ad ſe fundum numer. 2. C. ad l. Juliam de vi publ. Afflic. deciſ. 193. & alii relati per Ant. Gabr. lib. 5. communium tit. de reſt. ſpol. concl. 1. num. 193. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 687. n. 14. Burſatus conſil. 140. n. 8. & n. 33. lib. 2. Cumia in ritibus Regni Siciliae c. 4. n. 162. & num. 220. Unde cum in effectu videatur conſentire, quòd de poſſeſſorio & proprietate ſimul cognosceretur, reducitur ad terminos c. cum dilect. de cauſa poſſeſſ. ut advertit Covar. præſt. q. c. 23. num. 3. ad medium & ante eum Coraſ. d. §. nihil commune. n. 89.

67 In qua * tamen difficultate verior reſolutio videtur, quòd * aut ſpoliatus petit ſe ante omnia reſtitui & ſpoliator opponit de proprio dominio, & ſpoliatus tacet, & tunc non erit ſpoliatus ante omnia reſtituendus, juxta generalitatem d. c. 1. de reſt. ſpol. Et eſt ratio, quia ſpoliatus tacendo in Judicio, tacite videtur conſentire in allegatione domini ſpoliatoris l. 1. & ibi Bart. num. 5. C. de reſtit. & conſequenter inducitur deciſ. dict. cap. cum dilectus. Neque tunc * eſt neceſſarium, quòd ſpoliatus expreſſe conſentiat, quòd de dominio ſpoliatoris agatur, ut exiſtimat Menochius poſt alios de recuperand. poſſeſſ. primo remedio num. 162. Valaſc. conſil. 119. n. 7. ad finem, quia ſatis eſt tacere, ut conſtat ex ſupra traditis. Et quia cum tacendo videatur conſentire, quòd de dominio ſpoliatoris agatur, quaſi per actum contrarium videtur

renunciare privilegio, quòd ante omnia reſtituatur, argumento l. commiſſoria C. de pactis inter empro. & c. cum acceſſant de conſtit. Quòd ꝑ ſi ſpoliatus non tacet, imò proteſtetur, quòd non admittatur allegatio ſpoliatoris de proprio dominio, ſed quòd ipſe ante omnia reſtituatur, & nihilominus Judex admittit prædictam allegationem, & poſtea ex inſtrumentis productis in cauſa, vel etiam ex teſtibus conſtat de dominio ſpoliatoris, non ob id impediatur reſtitutio ſpoliati, ut clare ſentit Bart. l. ſi quis ad ſe fundum n. 2. Cod. ad l. Juliam de vi public. Jacobus Puteus deciſ. 99. in fine in 1. parte & alii ſupra allegati.

71 Et eſt * ratio, quia cum per proteſtationem conſtet, ſpoliatum non conſentire, quòd agatur de dominio ſpoliatoris, ſi Judex nihilominus admittit prædictas probationes, nulla fides eis adhiberi debet, ut pote admittiſſis & factis contra juris diſpoſitionem & prohibitionem, ut advertit Ruin. l. naturaliter §. nihil commune additio. numer. 17. infra de acquir. poſſeſſ. & infra latius probavimus. Ex qua ratione ꝑ colligitur, ſatis eſſe, quòd ſpoliatus à principio proteſtetur, ut de dominio ſpoliatoris non cognoscat, nam ſi poſtea taceat, non videtur conſentire, imò magis cenſetur perſiſtere in proteſtatione, l. qui in aliena §. final. ff. de acquir. hered. & infra latius dicemus.

73 Et ꝑ nihilominus advertendum, quòd licet prædicta reſolutio in ſe vera videatur, tamen ratio, in qua nititur, non videtur tuta, cum contra eam urgeat regula, quòd in dubio videatur renunciare juri proprio, l. poſtquam liti C. de pactis, & ibi Decius numer. 16. Neque * eſt aliquo factio, vel non factio illa inducenda eſt, quando alia poteſt ſummi probabiliſſi conjectura, & interpretatio diverſa renunciatione proprii juris, l. elegantè §. qui reprobus ff. de i. gaorat. aſſione, Aymon. conſil. 77. numer. 4. & in * noſtro caſu alia poteſt ſumi interpretatio diverſa à renunciatione proprii juris, ſcilicet quòd tacuit, quia ſciebat jus ſuum durare, l. ſicut non videtur ff. quibus modis pignus vel hypoth. ſolvitur.

Non est tamen * omitendum, decis. dist. c. final. de ordine cognitionum nimis videri obtinere l. si quis ad se fundum Cod. ad l. Juliam de vi publica, quæ probat, quod si quis deiecit aliquem à possessione fundi, & spoliatus ex intervallo deiecit spoliatorem, is secundo loco spoliatus, potest agere interdicto unde vi, adversus primum spoliatum & obtinere: ut ante omnia restituatur. Ergo non est verum dicere, quod adversus spoliatum admittitur reconventio de alio spolio. Imò dicendum videtur, quod qui secundo loco fuit spoliatus, ille solus obtinebit; ut sibi possessio restituatur, neque admittetur reconventio spoliati primo loco, qui agit de spolio in eadem re commisso. Sed * refpondendum in hoc articulo, duos casus esse * distinguendos, aut enim reconventio fit de spolio in alia re diversa commisso, & procedit * dist. cap. final. de ordine cognitionum, aut vero reconventio fit de spolio in eadem re commisso, & procedit d. l. si quis ad se fundum. Et est ratio hujus differentie, quia primo casu, etiam si admittatur * reconventio de alio spolio; utrumque spolum remanebit impunitum, ut jus disponit. In secundo autem casu, si primo expulsus possit reconvenire eum, quem ipsemet expulit à possessione ejusdem rei, utique secunda expulsio remaneret impunita, quod est absurdum, & ita advertit Ant. cap. final. n. 6. & ibi Panorm. num. 11. de ordine cognitionum, Berotus dist. cap. in literis num. 26. Dec. consil. 200. nu. 2. & n. 4. & Anton. Rubens §. nihil commune num. 158. in fine Menoch. de recuper. poss. primo remedio numer. 388. & alii relati per Antonium Gabriel. libr. 5. communium, tit. de restitutione spoliatorum 1. conclus. à num. 154. & Valasc. consultat. 88. à num. 3. quibus adde Alexand. conf. 94. lib. 1.

Ex * qua communi resolutione duæ in hoc articulo sint constituendæ conclusiones. Prima est, quod spoliator potest reconvenire spoliatum de alio spolio in re diversa commisso contra ipsum spoliatorem. Secunda est t̄ quod de spolio ejusdem rei antea commisso eum reconvenire non potest, dist. l. si quis ad se fundum, de utraque sigillatim agemus.

Prima * igitur conclusio clare probatur dist. cap. final. de ord. cognitio. in quo additur, quod si spoliator in vim exceptionis objiciat aliud spolum in re diversa commissum per prædictum spoliatum, non audietur primus spoliatus, qui egit interdicto unde vi ad restitutionem; Sed propter diversum spolum propositum ab adversario in vim exceptionis, non audietur in interdicto unde vi per eum prius intentato, notant plures relati per Ant. Gab. lib. 5. commun. tit. de rest. spol. concl. 2.

De defectu domini vendicantis, & super utraque exceptione videndus est, ut resolvit Jaf. dist. §. nihil commune n. 120. Rip. dist. c. cum Ecclesia n. 16. Alexand. dist. §. Cato n. 24. & ibi Ripa n. 29.

Neque t̄ repugnat textus dist. §. sed hæc super illis, quia loquitur in eo, qui rem possedit per 30. annos, qui licet propter malam fidem non fuerit effectus verus dominus & perfectus illius rei, tamen in odium spoliatoris, quoad effectum rem vendicandi ab eo, lex illum pro domino jubet haberi. Unde meritò hoc casu spoliator, neque ei poterit opponere de proprio dominio, & multo minus de defectu domini vendicantis. Nam t̄ lex ei concedens rei vindicationem, omnes prædictos defectus videtur supplevisse, & ita in effectu Bald. l. 1. in fine inf. famul. heriscum. & l. vis ejus n. 2. Cod. de probationibus, Alex. l. si alienam n. 3. infra soluto matrimonio, & dist. §. cato n. 23. & ibi Jafsonum. 24. Ripa numer. 29. & esse verum intellectum fatetur Balb. præscriptionibus 2. parte 3. principa. §. 6. n. 8.

182 n. 3. Nam ꝑ & aliàs multum interest aliud spoliū proponi per viam actionis, vel per viam exceptionis c. 2. de ordin. cognit. l. 5. tit. 10. part. 3. Et * ideo oppo-
 183 nes, de spolio commissio per spoliatum in alia re, considerare debet, utrum sua magis interfit possidere rem, cuius possessione fuit dejectus, & petat restitutionem per viam actionis sive reconventionis, si vero sua interfit magis possidere rem, à qua alium spoliavit, proponat aliud spoliū per viam exceptionis, per quam primum spoliatum excludet à sua petitione, non tamen obtinebit eam rem, à qua fuit spoliatus sibi restitui: quia exceptio habet vim repellentem
 184 di, non ꝑ autem acquirendi rei restitutionem c. item cum quis, de restitutione spoliatorum, & eleganter declarat Maranta in praxi 4. parte 6. distin. jud. à n. 41.
 185 Secunda ꝑ principalis conclusio est, quod si spoliū ex utraque parte commissum sit, super eadem re non admittetur reconventio, de alio spolio in eadem re commissio: sed ultimo loco dejectus est ante omnia restituendus l. si quis ad fundum C. ad l. Julianam de vi publica, quicquid contrarium secure
 186 teneat Cepol. conf. criminali 59. num. 11. Et * ad hunc modum debet declarari & limitari generalitatis d. c. fin. de ordine cognitionum. Et est ratio, quia prout ultima mora nocet l. illud supra de pericul. & commod. rei vend. ita etiam debet nocere spoliū ultimo loco commissum, & ideo ultimo loco dejectus debet ante omnia restitui. Ex cuius quidem * conclusionis mente aperte colligitur: quem esse restituendum ad possessionem iniustam, & per vim per eum occupatam, quantumcunque de eo constet, & supra dictum est, videnda est tamen l. 5. ad finem tituli 10. partit. 3. & ibi Greg. in gl.
 187 fin. & l. fin. tit. 10. partit. 7. Et * hac etiam * ratione pro regula constituitur, quod etiam prædo ante omnia est restituendus, cap. in literis de rest. spoli. neque enim quis expelli potest privata auctoritate à possessione sua, etiam iniusta, sed debet super hoc judicialiter audiri, Fulgos. conf. 2. n. 4. Pan. c. 2. n. 13. de ordine cognitionum. Decius conf. 200. colum. 1. Ord. Portugallia lib. 4. tituli 58. in principio novæ recopilationis. Unde * cavendum est à Grato conf. 24. n. 13. lib. 1. dicente, quod ubi notorium est, possessionem de jure non petuntur ad spoliatum, deneganda est restitutio. Item &
 191 ab Aymon. ꝑ 4. conf. 35. n. 6. tradente, quod ubi possessio est vitiosa, non debet quis ad eam integrari, & ab eodem Aymon. conf. 302. n. 6. asserente, quod spoliatus non restituitur, quando notorie constat de non jure spoliati: hæc enim omnia saltem in profanis manifeste sunt falsa, ut latius supra probavimus.
 192 Secundo * ex prædicta conclusione infertur explicatio ad §. recuper. in fine, Inst. de interd. dum probat, spoliatum esse restituendum, etiam si respectu spoliatoris possideat, vel vi, vel clam, vel precario. Nam in primis est advertendum, textum
 193 illum videri intelligendum, quando quis * fuit dejectus cum armis: In hoc enim interdicto solum, non apponebatur ea exceptio (si non vi, vel clam, vel precario) sed si quis esset dejectus sine armis, tunc fiebat prædicta exceptio, ut expresse dicit Cic. 10. in Oratione pro Aulo Cecinna, & ibi notat Latomus, videtur colligi ex l. si de vi inf. de vi, & vi armata, & probat Bald. d. §. recuper. Duaren. lib. 1. disp. c. 20. Cuat. ad Paul. Jureconf. lib. 5. recept. sent. c. 6. & meminit Menoch. de recuper. possess. primo remedio n. 235. Sed * rejicienda est hæc declaratio, quia verius est d. §. recuper. in fine generaliter procedere, quacumque vi quis sit dejectus, ut ibi exprimit Theophilus Alciat. lib. 1. parergon.

c. 24. adversus Duarenum late probat Robertus lib. 3. sentent. c. 20. & agnoscit etiam Menoch. de recuper. possess. primo remedio n. 7. Quamvis enim antiqui prætores fecerunt prædictam differentiam in suis edictis, tamen moderniores prætores generaliter interdicto unde vi, in suis edictis prædicta exceptione usi non sunt.
 Quo * præmissis ex d. §. recuperanda, in fine, col. 195. ligendum est, quod si quis aliquem spoliavit sua possessione, & sic per vim possessionem obtinuit, & spoliatus ex intervallo ab eadem possessione eum dejecit, est nihilominus restituendus ante omnia, quamvis constet injuste & violenter possedisse, quod & probat l. si quis ad se fundum C. ad l. Julianam de vi publica, & rationem supra tradidimus. Colligitur etiam ex d. §. recuperanda, in fine, i-196 dem esse, si quis qui nunc spoliatur, clam possidebat respectu spoliantis, & sic cum in d. §. recuperanda ꝑ
 197 quoad effectum restituendi ante omnia à pari habeatur, spoliatum vi possidere, vel clam, inferri ꝑ
 198 videtur, quod prout si per vim expellat vi eandem rem possidentem, & deinde primus spoliatus recuperavit eandem possessionem clam, primus spoliator restituatur ante omnia adversus prædictum clam possidentem, & facit etiam equiparatio l. 1. §. fina. & l. si duo infra, uti possidetis.
 Caterum contrarium * tenet Paul. Castr. conf. 199. 399. n. 4. lib. 1. resolvens, quod licet vi possidens, si etiam per vim postea expellatur, sit ante omnia restituendus, ut dictum est, quia ex utraque parte, par est delictum, tamen si quis dejecit aliquem per vim, & postea expulsus, clam eum privavit prædicta possessione, non erit ante omnia restituendus: quia cum delictum primi spoliatoris fuerit gravius, utpote per vim commissum, & secundum levius, utpote clam commissum, id quod est minus, non debet absorbere id, quod est majus l. heres à debitore §. quod si servus infra de fidejussor. Imo quod * est majus præponderat semper & absorbet id, 200 quod est minus. l. item si obstrictrix §. final. inf. ad l. Aquil. & subscribit Dec. conf. 200. num. 4. Aymon. conf. 4. num. 11. & alii relati Menoch. de recuper. possess. primo remedio num. 383. & facit quia adversus * agentem remedio attentatorum, non potest excipi de alio spolio, & pariter non admittetur reconventio de ꝑ alio spolio quia remedium attentatorum est fortius & favorabilius quam interdictum unde vi. Et ideo c. fin. de ord. cogn. probans, quod spoliatus potest reconveniri de alio spolio, non procedet in remedio attentatorum, Panor. c. bene num. 20. de appell. Asslitt. decis. 98. num. 4. Dec. conf. 200. num. 3. Menoch. de recuper. primo remedio numer. 385. Corras. dict. §. nihil commune, numer. 52.
 Sed * his non obstantibus prima opinio longe 203 verior est, per rationem supra allatam, & per generalitatem cap. finalis de origine cognitionum. Et quia spoliatus dicitur ille, qui privatus est sua possessione, sive vi sive clam, prout igitur vi dejectus potest reconveniri pro alio spolio per vim commissio, pariter & pro alio spolio clam commissio: facit bonus textus l. si alius §. bellissime infra quod vi aut clam, & c. item cum quis de restitutione spoliatorum.
 Nec ꝑ obstant rationes Paul. Castr. quia ad primam respondetur regulam d. l. si quis ad se fundum, 204 non ea ratione procedere, quod secundum delictum tanquam par excludat primum delictum, ut Paulus præsupponit. Neque enim par delictum, aliud par absorbere potest, sed potius procedit ea ratione, quod prout ultima ꝑ mora nocet, l. 205 illud inf. de periculo & commodo rei vendit, ita & ultimum

delictum debet nocere. Quæ ratio pariter militat, sive ultimum delictum sit commissum per vim, sive clam, cum à pari utrumque delictum Judicetur, ut dictum est. Neque * etiam illud quod obijciatur de remedio attentatorum, quod illo agens non poterit reconveniri pro simplici spolio commissio in alia re. Nam responderet, id ea ꝑ ratione procedere, quia attentatum revocatur per solum Judicis officium, neque dato libello, neque lite contestata, gloss. 1. Clem. ut lite pendente, quod ordinariam & singularem appellat Franciscus in disputat. peritorii & possessorii num. 27. Et ideo non admittitur reconventio per interdictum unde vi, in quo ordinarie respectu attentati procedendum est. Quare si reconventio * fieret de alio attentato commissio in diversa re, admitteretur reconventio quia cessat ratio de qua supra, & in specie tradit Valascus consult. 88. ad finem.
 Et * nihilominus advertendum, quod prima facie non videtur dari posse spoliū clandestinum, quin & simul concurrat spoliū violentum. Patet quia si me absente clam occupes meam possessionem, naturalem quidem possessionem clam videris habere, non autem videris habere civilem possessionem, quæ adhuc videtur retineri per absentem. Quod si eum venientem non admittas, amittetur quidem civilis possessio: quam ille qui possessorem non admittit, non jam clam, sed magis per vim videatur obtinere l. clam possidere §. qui ad nudinas & ibi Jaf. n. 47. inf. de acq. p. s. tradit gl. reposita, 3. §. si autem inf. de vi, & vi armata. Ergo non potest dari privatio possessionis clandestine factæ, quin
 210 * cum ea concurrat privatio violententer facta. Neque dicas quod saltem respectu naturalis possessionis, potest dari clandestina possessio absque violentia, quia replicabitur, quod * respectu naturalis, non est necessarium recurrere ad interdictum restitutionarium. Nam dominus retinens civilem, potest propria auctoritate expellere possidentem naturaliter. Nam cum ille qui eam habet, turbet dominum in sua civili, & velit illa eum privare,
 212 licitum est domino ad defensionem suæ ꝑ civilis, eum à naturali expellere l. 3. §. cum igitur & l. qui possessionem inf. de vi, & vi armata, & c. olim o. 1. de rest. spol. tradit gl. l. 1. §. interdictum autem verb. ultro, inf. uti possidetis, quam ibi probat Bart. numer. 3. & asserit receptam esse Alex. l. quemadmodum num. 3. infra de acq. possess. Jaf. d. §. qui ad nudinas n. 23. & num. 52. Rip. c. cum Eccles. num. 9. de causa possessionis.
 Nam * pro responsione est advertendum, plures tenere, quod civiliter possidens non possit propria auctoritate expellere possidentem naturaliter imò si eum expellat, cogitur naturalem possessionem restituere, juxta regulam generalem l. 1. §. de jectur infra de vi & vi armata. Ita enim tenet Cyn. l. 1. C. unde vi, Bart. l. 2. nu. 3. C. de jure emphy. Aret. dict. §. qui ad nudinas num. 12. allegant textum, in l. si alius §. bellissime, inf. quod vi aut clam, ubi ædificium clam ædificatum in solo alieno, dominus propria auctoritate non potest destruere, nisi ex magna causa. Ergo pariter non poterit expellere naturaliter possidentem, & pro illis potest expendi d. §. retinenda in fine ibi (clam) Sentit enim, quod si clam possidens dejectus, ante omnia est restituendus, quod proprie verificatur in terminis, de quibus supra.
 Sed * his non obstantibus, non est recedendum à prima opinione magis communiter recepta, cui non
 215 obstant rationes contrariæ opinionis. Nam ad * primam de l. si alius §. bellissime infra quod vi, aut clam, pro responsione est advertendum, quod gloss. ibi

verb. dari, existimat, eam esse * differentiam inter-216 dictum quod vi aut clam, & interdictum unde vi, quod clam ædificatum possit etiam clam destrui, etiam ex intervallo, sed eum, qui me expellit per vim, non possum expellere ex intervallo, sed tantum incontinenti l. 3. §. cum igitur infra de vi & vi armata. Quam differentiam admittunt Rainer. Albe. d. §. bellissime, & Balduin. §. recuper. inst. de interdictis, iniquis in hoc esse favorabilius interdictum unde vi, & defendit Robertus lib. 3. sentent. c. 20.
 Quæ * tamen differentia non est vera, & est contra text. d. §. bellissime. Nam licet ibi referatur Julia. Jure Consultum ꝑ existimasse, posse quem in-218 distincte destruere clam ædificatum in suo solo, tamen Jure-Consultus Ulpian quasi id corrigens, dicit hoc tantum esse admittendum ex magna & necessaria causa, exemplificando, ut ibi per gl. & Bart. Ergo aperte probat, regulariter non posse quem destruere propria auctoritate, ædificatum clam in suo solo, intelligi scilicet ex intervallo: nam incontinenti sine dubio poterit, ut & expressum fuit in interdicto unde vi, & expresse tradunt Bartol. & Angel. dict. §. bellissime, Socius dict. §. qui ad nudinas num. 9. & ibi Jaf. num. 23.
 Vel pro concordia dici potest, quod ꝑ aut quis 219 clam ædificat in meo solo, & à me possessio, & possit ædificium quocumque tempore destruere, sive ædificatum sit palam sive clam, l. si n. §. si ad januam infra quod vi aut clam, & ibi gl. & Bart. l. probat etiam l. quemadmodum §. 1. infra ad l. aquiliam. Si autem clam ædificatum sit, & in meo, & à me non possessio, non possum illud destruere clam ex intervallo, nisi ex magna & necessaria causa dict. §. bellissime, ubi Angel. in fine, hanc probat resolutionem & Bart. l. 1. §. nunciatio. n. 2. & 3. infra de novis oper. nunciatio. Alciat. lib. 4. parergon. c. 2. & in notabili casu tradit Castr. conf. 293. col. 2. post principium lib. Aymon. conf. 4. numer. 11. Menoch. de recuper. 9. remedio à n. 238.
 Ex qua * communi resolutione, tria valde nota 220 tunda in hac materia colligenda sunt. Primum est, quod licet, si quis occupavit possessionem vacantem, non dicatur vim committere, l. sequitur §. item si occupaverit inf. de nup. tamen appellari potest clandestinus possessor, si metu ne ab alio prohibeatur clam ingressus sit, ut probat d. §. bellissime, secundum prædictum intellectum. Secundum est, non esse verum, quod * pro constanti præ-221 supponit Aret. d. §. qui ad nudinas numer. 12. non competere interdictum, quod vi aut clam, nisi quando quid ædificatur clam, in meo solo & à me possessio. Contrarium enim probat d. §. bellissime intellectus ut supra, & advertunt Soci. n. 5. qui ad nudinas numer. 12. & ibi Jaf. numer. 24. Item & 5. quod si tu vi ædificasti, & ego clam id destruxero: ille, qui per vim ædificavit, potest regulariter contra eum, qui clam destruxit ædificium, uti interdicto quod vi aut clam & sic erit textus expressus contra Paulum Castr. & sequaces.
 Non * est tamen omittendum, quod licet concordia supra, relata in hac materia sit communi-222 ter recepta, tamen quoad terminos d. §. bellissime, aperte divinat, & ideo verior videtur interpretatio. quod * in casu ibi proposito, quis ædificavit clam in solo alieno. Porro prout possessio etiam civilis amittitur per * inundationem fluminis l. 3. §. Labro inf. de acquirenda possess. ita etiam videtur perdi per ædificationem in ea scilicet parte fundi, quam ædificium occupat, l. repet. 1. §. fin. supra, quibus modis usufructus amittitur, tradunt Petr. Cyn. & Bald. n. 3. l. 2. C. de rei vend. Alex. d. §. Labro

225 *Labeo n. 5.* Quod procedit ſive * ædificatum ſit domino ſciente, ſive ignorante quia ſemper militat prædicta ratio, Alexan. l. ſi de eo §. 1. n. 8. *infra de acquirend. poſſeſſe. Ruin. l. 1. §. nunciatio n. 7. infra de novi oper. nunciat.* Unde cum in terminis d. §. bellif. ſine, dominus reſpectu ædificii, videatur amiſiſſe etiam poſſeſſionem civilem; non poterit ex intervallo illud deſtruere vi aut clam, prout etiam diſtinguitur in interdicto unde vi, quando per violentam expulſionem fuit etiam amiſſa civilis poſſeſſio, l. 3. §. eum igitur *infra de vi, & vi armata*, & ſic * erit caſus, in quo datur clandestina poſſeſſio, abſque concurſu violentæ, & quæ tamen regulatur ad inſtar violentæ, ut ſupra probavimus contra Paulum Caſtrenſem. Nec * his repugnat l. ſine §. ſi ad januam *inf. quod vi aut clam*, quia per fixationem ꝑ tabularum in foribus domus non admittitur civilis poſſeſſio, quia non mutatur factum in re mea & à me poſſeſſa, poſſum deſtruere propria autoritate, quia per illud factum turbor in mea poſſeſſione civili, & ideo mihi licitum eſt eam propria autoritate conſervare l. pen. *infra de aqua quodid.* Et * hac etiam ratione procedit l. quemadmodum §. 1. *infra ad l. Aquil. & latius proſequitur Ruin. videndus d. §. nunciatio. à n. 8.*

Ex his igitur ita deductis ex d. §. bellif. colligitur poſſe dari caſum, in quo datur clandestina poſſeſſio, abſque concurſu violentæ, & quæ tamen regulatur ſit ad inſtar violentæ, & ſic retorquetur argumentum contra Paul. Caſtr. Neque etiam ꝑ noſtræ opinioni obſtat §. recuper. *inf. de interd. & inducitur ut ſupra*, quia eſt advertendum, text. illum prima facie videri probare, quod ſi dominus vel poſſeſſor civilis fundi, expulſit clam poſſidentem naturaliter d. §. qui ad nundinas, quod expulſus eſt reſtituendus ante omnia, quod tamen aperte repugnet doctrinæ gl. receptæ l. 1. §. interd. autem, *verb. ultrò infra uti poſſidetur.*

232 Sed * ad evitandam hanc repugnantiam, reſpondendum eſt d. §. recuperandæ, neceſſario intelligendum eſſe, quando clam poſſidens fuit expulſus per alium, qui non poſſidebat civiliter, nec ejus reſpectu expulſus clam poſſidebat. Nam is erit ante omnia reſtituendus, quantumcumque naturaliter tantum poſſideat, l. 1. §. deſicitur *inf. de vi & vi armata, Cornuus conſ. 130. Viſo n. 20. lib. 1.*

233 Quæ tamen * reſponſio non eſt admittenda, quia reſtringit generalitatem d. §. recuper. Quare alio * modo reſpondetur d. §. recuperandæ, eſſe intelligendum, quando propter clandestinam poſſeſſionem dominus amiſit etiam civilem, ut in his terminis d. §. bellif. explicati ut ſupra, vel etiam quando quis occupavit naturalem poſſeſſionem abſentis. Nam * ſi abſens ſciens eſſe occupatam poſſeſſionem naturalem, non fuit auſus revertere, & illam recuperare, amittit civilem l. quod ſi nolit *infra de acq. poſſeſſe.* quo caſu poſſeſſio dicitur clandestina, & non violenta: cum eo caſu poſſeſſor ſuo facto ſe privaverit ſua poſſeſſione civili, & per alium ab ea non fuit expulſus, ut advertit Soc. d. §. qui ad nundinas num. 6. & ibi Jaſ. num. 34.

235 Sed * quia prædicti fatentur, hoc dictum eſſe contra mentem Doctorum magis communiter, qui ſentiunt, hoc caſu violentam eſſe poſſeſſionem, & non clandestinam, ego * ultra alios reſpondeo præmittendo, quod naturalis poſſeſſio, cui poſtea acceſſit civilis violenta, nam ob id naturalis deſinit eſſe clandestina, quia nemo * poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis l. cum nemo C. de acq. poſſeſſe. & in ſpecie probat text. l. ſi de eo §. ſervum *num inf. de acq. poſſeſſe.* Ac * ita, qui ingreſſus eſt fundum clam, & vacantem poſſeſſionem

naturalem occupavit, & poſtea per vim acceſſit civilem, naturalem videtur clam poſſidere, civilem autem violenter, ut tradit gloſſ. d. §. qui ad nundinas, *verb. non clam. in principio* magis communiter recepta ut aſſerit Jaſ. num. 28. & num. 47. Item præmittit, quod hæc * naturalis clandestina, civilem poſtea vacantem ad ſe trahit, ita ut poſſidenti naturaliter etiam ignorantia acquiratur, & cum ea uniatur Bart. l. 3. §. ex contrario num. 11. *infra de acq. poſſeſſe.* & tradit Jaſon. d. §. qui ad nundinas, n. 69.

Ex quibus præſuppoſitis inferendo ad veram poſſeſſionem prædictæ difficultatis, dicendum eſt, quod cum * hoc caſu agatur de reſtitutione naturalis poſſeſſionis, & etiam civilis, juxta reg. l. 1. §. deſicitur *infra de vi, & vi armata*, ſi clam poſſidens * deſicitur à naturali, hæbitus ad clandestinam poſſeſſionem habito reſpectu ad naturalem, & dicitur etiam reſtitui ad violentam poſſeſſionem reſpectu civilis, quam deſectus poſtea obtinuit, ut ſupra dictum eſt, eo maxime, quia hoc caſu naturalis * tanquam dignior traxerit ad ſe civilem poſtea vacantem, nomen à digniori imponendum eſt gl. receptæ l. 1. *in prin. inf. de verb. oblig.* ſic dicitur clandestinum poſſeſſorem reſtitui, hæbitus reſpectu ad naturalem clam occupatam, quæ hoc caſu dignior cenſetur, quia ad ſe traxit civilem poſtea vacantem, & ſic eſt difficultas.

Ultimò ex dict. §. recuper. in fine ibi * precario colligendum eſt, quod etiam precario poſſidens ſi deſiciatur, eſt ante omnia reſtituendus: ac ita videtur textus expreſſus contra deciſionem * Rotæ 1. 244 *de reſt. ſpol. in antiquis*, dum tenet, quod ſi precario poſſidens, deſiciatur per dominum rei, qui precarium conceſſit, deſectus non eſt reſtituendus, & aliud ſit, ſi deſiciatur per tertium, Nam reſpectu hujus dicitur naturaliter poſſidere l. & habet §. cum quis, *infra de precario.* ac ita tanquam naturaliter poſſidens reſtituendus eſt juxta regulam dict. l. deſicitur, quam reſolutionem probavit Bald. l. cum aſſerit *Codic. de liberal. cauſa, Felinus cap. cum deſicta n. 16. de reſcriptis Rebuf. de pacificis poſſeſſoribus, n. 273. Menoch. de recuperand. poſſeſſe. 25. remedio n. 85. Navar. c. non dicatis 12. q. 1. n. 98. verſ. 8.*

Sed adverſus hanc communem reſolutionem, urgere videtur generalitas dict. §. recuperandæ *in fine*, qui probat, quod ſi precario poſſidens deſiciatur per illum, qui precarium conceſſit, eſt nihilominus ante omnia reſtituendus; notavit Capella Tholoſ. q. 495.

Pro * concordia dicendum eſt, quod verbum (deſectio) præſupponit * repugnantiam ex parte deſecti. Cum igitur * precario poſſidens reluctaverit & noluerit à poſſeſſione precaria recedere, videtur intervertere domini poſſeſſionem l. colonus *infra de vi & vi armata, expreſſe Paul. Caſtrenſ. l. Pomponius §. 1. in fine infra de acq. poſſeſſione* poſt hanc igitur reſultationem, poterit dominus eum incontinenti deſicere l. 3. §. eum igitur *infra de vi, & vi armata*, non autem ex intervallo. Et in his terminis procedet, quod ſignificat d. §. recuperandæ *in fine*, & juxta hæc veniunt etiam explicanda tradita per Loſtedum *conſ. 21. n. 7. Ant. Gabr. libr. 5. communium tit. de reſt. ſpol. concl. 1. n. 99.* quod ſi quis deſiciatur ab officio vel beneficio manuali, vel ad nutum removibili, non debet reſtitui: nam debet hoc declarari juxta ſupra tradita.

Illud certum eſt, quod ſi quis malo * animo deſiciatur ab officio, vel beneficio manuali, à ſuo ſuperiore, ſi præſumatur, quod malo animo, & animo ſe vindicandi privavit ſubditum prædicto officio vel beneficio, venit reſtituendus, Innoc. cap. inſinuare qui clerici

qui clerici vel vocentes notat. Navar. capit. non dicatis 12. quaſtione 1. num. 98. verſic. 8. aſſerens, quod ſemper fere Gallica Parlamenta reſtituunt regulares ſic ſpoliatos, quam raro vel nunquam id faciunt ſuperiores, niſi ob indignationem & ſtomachum.

251 His ꝑ ita expeditis ulterius ex ſupra reſolutis, inferitur intellectus ad l. vis ejus 15. C. de probat. quæ videtur probare, quod poſſeſſio violenter quaſita, vel alio modo injuſta, nihil prodeſt poſſeſſori. Ex qua colligunt ibi Bald. *in fine*, & Salicet. 252 numer. 1. Quod * poſſeſſio damnata per jus, nihil prodeſt poſſeſſori, quod aperte repugnat ſupra reſolutis. Sed pro vera reſponſione * advertendum eſt, adverſus deciſionem dict. l. vis ejus, 254 duas urgere difficultates. Prima * eſt: quod probat, ſervo fugitivo non incumbere onus probandi ſuam libertatem, quando allegat dominum eum violenter poſſeſſiſſe: nam ſecundum juris rationes contrarium videbatur dicendum: nam is ſervus fugitivus non poteſt dici eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis bona fide l. 1. C. de ſervis fugitivis, & ſecundum juris regulas, ſi ſervus, qui tempore litis ordinatæ, eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, cum mala fide, non obſtante prædicta quaſi poſſeſſione, ei incumbit onus probandi ſe eſſe liberum, l. liberis §. final. l. igitur §. 1. *infra de liberal. cauſa tradit gloſſ. Auth. de Adonachis §. 1. verb. probare collat. 1.*

255 Secunda * difficultas eſt, quod licet dominus ſervum per vim poſſideat, tamen cum ſervus fugiendo poſtea, ſui furtum faciat, l. 1. C. de ſervis fugitivis, ultimum delictum debuit conſiderari juxta regulam l. ſi quis ad ſe fundum C. ad Julium de vi publica.

256 Sed * defendendo dict. l. vis ejus, ad primam difficultatem reſpondeo, in eo caſu, non excuſari ſervum ab onere probandi ſe liberum eſſe, eo prætextu, quod per fugam conſtituerit ſe in quaſi poſſeſſione libertatis, ſed potius, quia antequam dominus per vim eum conſtituerit in quaſi poſſeſſione ſervitutis, ipſe bona fide erat conſtitutus in quaſi poſſeſſione ſervitutis, ut ex litera conſtat. Probat igitur dict. l. vis ejus elegantem limitationem ad regulam liberis §. final. *infra de liberal. cauſa*, ut licet * regulariter illi incumbat onus probandi libertatem, qui ex quaſi poſſeſſione ſervitutis, proclamatur ad libertatem, tamen id non procedat, quando conſtat ſervum antea bona fide fuiſſe conſtitutum in quaſi poſſeſſione libertatis, & per vim poſtea fuiſſe reductum ad quaſi poſſeſſionem ſervitutis: nam tunc non ipſi incumbit onus probandi libertatem, ſed potius violento poſſeſſori incumbet onus probandi ſervitutem, ut expreſſum l. ſi quis liberum 20. *infra de probat. ſentit Fab. à coram bonis §. nihil commune numer. 121.* Unde ex d. l. vis ejus, id tantum colligi poteſt, injuſtam poſſeſſionem domini nihil eum juvare, quoad eum effectum, ne cenſeatur actor, ſed reus, ſi conſtat antea ſervum fuiſſe conſtitutum in quaſi poſſeſſione libertatis, & per vim fuiſſe conſtitutum in quaſi poſſeſſione ſervitutis Concordat l. ea quaſt. 21. & ibi notat Bald. C. de liberal. cauſ. Alex. l. ſi prius n. 40. *infra de novi oper.* & alii relati per Joan. de Nevizan. *conſ. 81. n. 55.*

259 Neque * etiam obſtat ſecunda difficultas, quia reſpondeo Paul. Caſtrenſ. d. l. vis ejus n. 3. ſpeciale eſſe in apprehenſione perſonæ liberæ, ut conſideretur primum vitium, & non ſecundum, & hoc favore libertatis ſubſcribit Bologn. d. §. nihil commune n. 78. Sed * non placet hæc reſponſio, quia

ſpecialia ſemper fugienda ſunt. Quare Bald. dict. l. vis ejus numer. 1. & ibi Salycet. nu. 2. & Paul. n. 4. aliter reſpondet, quod quando per vim retinetur, continuè ejus perſonæ videtur vis inferri, & * ideo quocumque tempore vim vi repellere poteſt l. 3. §. cum igitur *infra de vi, & vi armata.* Unde cum id quod ſit ſecundo loco, licite fiat, non poteſt conſiderari tanquam delictum, & ideo * merito tantum attenditur primum delictum, ſubſcribit An. Rub. d. §. nihil commune num. 282. & ideo injuſte detrufus in carcerem, quocumque tempore licite fugit à carcere, g. Cl. patorali verb. violentiam *inf. de re judicata, Bart. l. vel qui infra de pœnis late Turq. l. 1. retract. in præſatione n. 69. Sed * etiam non placet hæc reſponſio, quia ſi illa eſſet vera, ſequeretur, quod ſi quis poſſideret per vim ſervum alienum, & dominus ex intervallo eum abriperet, non eſſet reſtituendus injuſto poſſeſſori contra regulam generalem d. c. literis. de reſtit. ſpoliatoris, & in ſpecie tradit Innoc. c. 2. num. 3. de ſervis non ordinandis.*

Verior * igitur reſponſio eſt, quod ſi homo liber per vim abducitur, & in vinculis ponitur, tanquam ſervus, nulla quaeritur poſſeſſio illi, qui hæc vim admittit l. ſi quis liberum 20. *infra de probat.* Neque ꝑ e. nim homo liber per aliam poſſideri poteſt l. cum hæredis §. final. *infra de acquirend. poſſeſſe.* & idem erit quando quis bona fide conſtitutus in quaſi poſſeſſione libertatis, per vim abducitur in ſervitutem, cum præſcriptio libertatis ſit pro illo, qui erat in quaſi poſſeſſione illius d. l. liberis §. final. & c. ſi Index laicus de ſentent. excommunicat. in 6. Opponendo igitur, qui * tunc reperitur in ſervitute prædictam exceptionem in effectu concludit violentum poſſeſſorem nullam in eo acceſſiſſe quaſi poſſeſſionem ſervitutis, & conſequenter, quod fugiendo non privavit dominum poſſeſſione, quam nunquam in eo habuit, ſed potius fugiens reſtituit ſe antiquo ſtatui libertatis, quod non eſt prohibitum, & ſic ſumus extra terminos, l. 1. Cap. de ſerv. fug. & reg. l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Juliam de vi publica, & ita expreſſum d. l. vis ejus interpretatur Bart. ibi 2. *lectura Innocent. cap. 2. num. 3. de ſervis non ordinand. Ant. Rub. d. §. nihil commune n. 282.* Unde ſi re * vera ſervus, vel exiſtens in quaſi poſſeſſione ſervitutis, auſugeret domino: quia tunc dominus per vim acceſſit illius quaſi poſſeſſionem, non procedet d. l. vis ejus, ſed potius inducetur regula l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Juliam de vi publica, & ita Innoc. ubi ſupra quicquid reſuſcetur Florianus l. ſi quis liberum n. 4. *infra de probat.*

Quare ex d. l. vis ejus ſecundum prædictum intellectum, ea colligitur notabilis conclusio in hac materia, quod * quando exceptio injuſta poſſeſſionis concludit, injuſta poſſeſſori nullam omnino fuiſſe quaſitam poſſeſſionem, tunc reſtitutio impeditur, quæ non conceditur niſi illis, qui cum poſſiderent ab ea poſſeſſione fuerunt deſecti, cap. conſultationibus de offic. deleg. quam conclusionem expreſſe ponit & probat gl. c. quo jure 8. *diſtinct. Panorm. cap. item cum quis num. 9. de reſtitutione ſpoliatorum, Jacobin. hic num. 13. ad finem & late proſequitur Anton. Gabr. libr. 5. communem tit. de reſtitutione ſpoliatorum conclus. à num. 66.* Et * generale eſt adverſus ſpoliatum admittatur exceptio, quæ concludat eum non poſſeſſiſſe vel poſſidere non potuiſſe, Joannes Andr. Bald. & Panormitan. num. 9. ad finem cap. 1. de reſtitutione ſpoliatorum, Rip. dict. §. nihil commune à num. 81. notat. Navar. c. accepta 10. oppoſitio à num. 36. de reſtitutione ſpoliatorum Menoch. de recuper. poſſeſſe.

270 *poſſeſſ. primo remedio à num. 334.* Sed ꝑ si exceptio tantum concludat poſſeſſionem fuiſſe injuſtam, quamvis tunc non concludat, eam poſſeſſionem quoad effectus juris non eſſe in conſideratione, *l. neque ex vera Cod. de acquirend. poſſeſſ.* tamen non concludit illa ſpoliatum non eſſe ante omnia reſtituendum *l. ſi quis ad ſe Codic. ad legem Juliam, de vi publica §. retinende Inſtitut. de interd. cap. literis de reſtitutione ſpoliatorum.* Et ideo ea exceptio tanquam concludens non eſſe faciendam reſtitutionem non admittenda *l. ad probationem domini Cod. de probat.*

271 Et ꝑ juxta prædicta venit etiam explicandus textus *c. ad decimas, de reſtitutione ſpoliatorum, libr. 6.*
272 Et ꝑ quo Bald. *l. vis ejus in fine, Codic. de probat. collegit,* quod poſſeſſio per jus damnata nihil juvat poſſeſſorem, & ſubſcribit Florian. *l. ſi quis liberum n. 1. infra de probat. Capit. deciſ. 77. n. 3.* & generalius per illum textum tradit Alexand. *conf. 101. n. 5. libr. 6.* quod ꝑ quando quis poſſidet repugnante jure communi, talis poſſeſſio non relevat primum poſſeſſorem: neque aliquam præſumptionem pro eo inducit, etſi longo tempore poſſideat, ut etiam notat Archi-Diacon. *d. c. ad decimas* & ſubſcribit Joannes de Nevizanis *conf. 81. n. 35.* intelligendo tamen cum gloſſ. ibi quando jus commune reſiſtit poſſeſſori, & faver ſpoliatori, aliàs ceſſat diſpoſitio illius textus, & ſubſcribit Peruſin. *ibi n. 10.* & plures relati per Navarrum *d. c. accepta oppoſitione 10. n. vigesimo primo & accipiendi text. d. c. ad decimas,* in prædictis terminis illius textus diſpoſitio in rebus quibuſcunque locum habet etiam profanis ex Ancharano *conf. 310. n. 12. Paulus Caſtreſis. hic 2. lectura n. 7. Jacobin. n. 18. Faſon. §. nihil commune n. 58. Aymon. conf. 248. n. 5.* & aſſerit receptum Covar. *de ſponſal. 2. part. c. 7. §. 5. n. 10. Joan. Garcia tract. nobilit. Hiſpaniæ c. 12. n. 85. verſ. unum.*

274 Sed ꝑ ſubſiſtendum eſt, quia hæc communis traditio vera eſſe non poteſt, ex ſupra reſolutis Neque repugnat *d. c. ad decimas,* quia imprimis eſt advertendum, quod text. ille in ea ratione ſe fundat, quod cum jus commune reſiſtat ſpoliato, & faveat ſpoliatori, præſumitur poſſeſſionem ſpoliati fuiſſe injuſtam, ac proinde illi non eſſe reſtituendam, ut latius expendit Mench. *illuſtr. q. c. 89. n. 4.*
275 Quæ tamen ratio non videtur vera, neque concludens: nam ſecundum juris principia licet conſtat ſpoliatum injuſte poſſeſſiſſe, tamen ei debet reſtitui poſſeſſio, *c. in literis de reſtitutione ſpoliatorum §. recuperanda Inſt. de interd. Item ꝑ quia prædicta ratio tantum inducere poteſt, præſumi ſpoliatorem eſſe dominum rei, & poſſeſſorem injuſte poſſeſſiſſe: & tamen etiam in his terminis ſpoliato conceditur reſtitutio *l. ſequitur §. ſi tu me vi inf. de uſucap. & late ſu pra probavimus.* Unde ꝑ ut ſalvari poſſit ratio expreſſa in *d. c. ad decima,* dicendum eſt, tantum procedere in decimis, quæ ſunt annexa ſpiritualibus, & ſequuntur eorum naturam, *c. cauſam, de præſcript. Clem. diſpendioſam de jud.* Et in his faciemur quod ſi conſtat vere vel præſumptive deſectum ea injuſte poſſeſſiſſe, non eſſe reſtituendum, *d. c. ad decimas & c. conſtitutus de filiis præbiterorum & ſupra probavimus.* Et ꝑ eſt ratio, quia in ſpiritualibus, vel quaſi non conceditur reſtitutio, niſi deſectus ultra poſſeſſionem, probet titulum, ſaltem coloratum, *gl. fin. Cl. unica de cauſa poſſeſſ. late Covar. præſ. q. c. 23. n. 4. Ant. Gabr. libr. 5. communium tit. de reſtitutione ſpoliatorum conſul. 5. n. 5. & n. 10.* Qui igitur poſſidet contra jus, & ſic præſumptive injuſte, in ſpiritualibus non reſtituitur niſi probet titulum coloratum, & aliud erit dicendum in profanis, ut ſupra late probatum eſt.*

Item ꝑ eſt advertendum, quod etiam in ſpiritualibus tunc demum denegatur reſtitutio quando quis poſſedit decimas in Parochia aliena aliquo tempore, ut exprimitur *d. c. ad decimas.* Aliud igitur erit, ſi eas poſſidet longo tempore (hoc eſt) 10. annis argu. *c. contingit, de dolo, & contumacia,* tunc enim ſpoliatus reſtituetur, etiam in ſpiritualibus ut advertit. *Joan. Andr. d. c. ad decimas, & ibi Dominic. & Peru. n. 8. verſ. 4. limita. Panor. c. cum Eccleſia n. 49. ad finem de cauſa poſſeſſionis, Afflic. libr. 1. conſtit. rubr. 24. n. 19. & Menchac. illuſtrium quaſtionum c. 36. n. 2.* & eſſe receptum aſſerit Bald. *repet. l. Celſus n. 108. ad finem infra de uſucap. & eleganter probat Rota deciſ. 95. n. 3. in 1. parte noviſſimarum.* Quæ ꝑ ſane vera intelliges, quando ille poſſidet prædictas decimas, eſt perſona Eccleſiaſtica capax decimarum. Nam ſi ponas laicum decimas illas poſſidere, qui illarum eſt incapax *c. cauſam de reſcript. ſpoliatus illis indiſtincte non reſtituetur cum non poſſit oſtendere, ſe illarum habuiſſe poſſeſſionem, quæ neceſſaria eſt ad illarum reſtitutionem interpretandam ut dictum eſt. & ita Jacobin. hic n. 19. & prius gloſſ. cap. ex parte verb. commodo de reſtitutione ſpoliatorum, & ibi eleganter Panormitan. n. 19. gloſſ. 2. cap. 1. 14. quaſt. 1. & reſolvit Caſtan. conf. 34. n. 21. & plures relati per Covar. reſolutionum lib. 1. c. 17. n. 6. & Mencha. illuſtrium q. c. 89. num. 4. etſi ꝑ longiſſimo tempore eas poſſideat: Nam ſupra tradita obtinent locum in perſona capaci decimarum, & non incapaci Balb. *de c. Celſus n. 106. in fine infra de uſucap.**

Sed ꝑ ſubſiſtendum eſt, nam contrarium, imo & laicum poſſidentem decimas, & illis ſpoliatum eſſe reſtituendum poſt Bartholomæum Brixienſem tenent Guid. Papæ aſſerens ita ſæpius vidiffe Judicatum deciſ. 288. *Afflic. libr. 1. conſtit. rub. 24. n. 19. ad fin. & niſi nova aliqua præſumptio inſurgat aliunde, contra laicum poſſidentem decimas: nam eo calu tantum impediatur reſtitutio, Ant. Gabr. libr. 5. communium tit. de reſtitutione ſpoliatorum conſul. 1. n. 71.*

Invenio ꝑ tamen quod Covar. *reſol. lib. 1. cap. 27. num. 6.* concordat has opiniones contrarias, quod ſi laicus expellatur à jure decimandi, ab eo, cui jus commune non faver, ſit reſtituendus, quia deſicit unum ex requiſitis, *d. c. decimas,* ſecundum communem ſcribit Mencha. *illuſtrium q. c. 89. num. 5.* exemplificans quando laicus alium ſpoliaret laicum; à jure decimarum, quod poſſideret, vel Eccleſiaſticus, ad quem jus decimandi jure communi non pertineret: aliàs locum obtinebit *dec. d. c. ad decima.* Quæ tamen concordia non placet, quia juxta eam incapacitas poſſeſſoris nihil operaretur: quod tamen eſt contra mentem orationum. Et ꝑ ideo verior concordia eſt, quod ſi laicus ſpoliatus jura decimandi à quocunque, petat ſe reſtitui ad illud jus decimandi, indiſtincte non audietur. Nam cum illius juris ſit incapax, non poteſt dicere, ſe eo jure fuiſſe ſpoliatum. Si autem petat ſe reſtitui ad fructus decimarum, quorum capax eſt, locus erit diſtinctioni Covar. *ſupra relata,* & ita expreſſe Panor. *c. ex parte, n. 19. ad finem, de reſtitutione ſpoliatorum.* Ut ꝑ igitur laicus ſpoliatus ad jus decimarum reſtituatur, oportet probare titulum, ſaltem coloratum, per quem redditus fuerit capax prædicti juris, ut dicunt ſupra all. gati

Et ꝑ juxta hæc venit componenda illa ardua quaſtio, ſi emphyteuſis conceſſa ad certas vitas, & illæ ſint finitæ, vel etiam emphyteuta incidit in commiſſum: quia non ſolvit debitam penſionem per triennium, vel alienavit emphyteuſim ſine licentia domini directi, *Utrum dominus directus emphyteutam*

emphyteutam perſiſtentem in emphyteuſis poſſeſſione, poſſit licet expellere propria authoritate? In ꝑ qua quaſtione gl. l. 2. verb. repellere Codic. de jure emphyteutit dominum in prædictis caſibus, licet poſſe expellere emphyteutam à poſſeſſione propria authoritate quod & tenet gloſſ. cap. potuit verb. expelli de locato, & ibi Anol. num. 32. Andr. Sicil. num. 11. in fine, & aſſerit receptum Aretin. *leg. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 12. infra de acquir. poſſeſſ. & Alexand. conf. 105. num. 18. libr. 3. Dec. conſil. 146. n. 8. Gozad. conf. 86. num. 9. & num. 27. Beroius notab. conſil. 155. à nu. 44. libr. 1. Caſſadorus deciſ. 2. in princip. de locato. Cunia in ritibus Regni Sicilia cap. 40. à num. 84. & num. 88. ad finem Afflic. cap. 1. nu. 29. de controverſia inter dominum & vaſallum lib. 1. feud. Burſat. conſ. 91. num. 21. libr. 1. Julius Clar. §. emphyteuſis, quaſt. 11. Mencha. uſuſrequentium c. 64. num. 5. Vaſſic. de emphyteuſis quaſt. 10. num. 9. & probat. l. 28. tit. 8. part. 5. & ibi notat Gregorius verb. ſin. mandato aſſerens. Et hanc opinionem jure communi magis receptam eſſe, & Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſ. 17. à num. 8. & num. 11. num. 13. & faterur magis receptum eſſe flores ad Gam. deciſ. 4. col. 3. & late comprobat Corbul. tractat. ex quibus cauſis emphyt. amittatur cauſa privationis 15. quaſt. 12. à num. 1. & leg. & q. 13. & ampliat. notab. Jacobin. Auth. qui rem num. 97. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Pium Quintum ꝑ conceſſam fratribus ſanctæ Trinitatis in Regno Portugallia, ut propria authoritate poſſent expellere emphyteutam non ſolventem debitam penſionem in tempore debito aſſerit Emanuël Roderic. in q. Regularib. 1. parte q. 38. art. 2. & ibi reſert ad literam tenorem Bullæ. Pro ꝑ qua opinione prima urget, quod ejectus propter propriam culpam, & ſic juſtè ſpoliatus, non obtinet juris amiſſi reſtitutionem, *c. redintegrandi 3. q. 1. ibi (injuſtas)* à contrario ſenſu, tradit Innoc. *c. ſapè n. 2. de reſt. ſpoliatorum Ruin. conf. 45. nu. 5. libr. 4. Plotus l. ſi quando n. 71. C. unde vi, & notabiliter Marant. tract. de remed. poſſeſſ. num. 40. late Menoch. de recuper. poſſeſſ. 15. remedio à num. 95.* Sed in prædictis caſibus emphyteuta propter naturam conceſſionis, vel propter propriam culpam, ſuit expulſus: Ergo ſpoliatus non eſt reſtituendus. Et ita in ſpecie arguit Alex. *conf. 6. num. 10. libr. 3. Afflic. deciſ. 392. num. 27. Rip. cap. ſapè num. 27. de reſtitutione ſpoliatorum,* facit ꝑ etiam pro eadem ſententia *leg. 2. C. de jure emphyteutico,* ubi lex permittit domino expellere emphyteutam non ſolventem debitum Canonem intra triennium: Cum ꝑ igitur expulſio fuerit facta ex permiſſione legis, & ſic juſtè, & licet ejectus non eſt audiendus, ſic eo caſu reſtitutionem petat, *leg. devotum, & ibi Bart. C. de metatis & epidemeticis libr. 12. & eleganter deducit Corneus conf. 271. in hac num. 2. libr. 3. Gozad. conf. 39. num. 26.* Et ꝑ confirmatur, quia quando poſſeſſio rei, licet & juſtè pervenit ad dominum ſine vitio licet dominus eam retinere poterit, & ceſſat reſtitutio *leg. ſi in area infra de condition. indebit. Socin. conf. 37. nu. 24. libr. 3. Decius notab. conf. 191. à numer. 9.* quod proprie applicatur noſtræ quaſtioni; ut advertit Aymon. *conf. 302. colom. ſin. ad medium,* ubi latius comprobat, & ampliat Anton. Naea *conf. 563. numer. 36. libr. 3. & adde Anton. Gam. deciſ. 333. à num. 2.**

Contrariam ꝑ tamen opinionem, imò quod in prædictis caſibus emphyteuta expulſus propria authoritate domini directi, ſit ante omnia reſtituendus, aſſerit receptum Albe. *leg. 2. numer. 3. Codic. de emphyt. Afflic. alior reſerens deciſ. 97. numer. 2.* & ita ſervari in Curia Delphinali aſſerit Guid. Papæ *deciſ. 107. numer. 1.* & hanc opinionem tutiorem eſſe faretur Julius Clar. *§. emphyteutam*

emphyteuſis quaſt. 11. & Sylveſt. in Summa verb. emphyteuſis nu. 2. verb. 7. Et nova ratione comprobat Socin. *leg. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 12. & ibi Faſon. num. 24. infra de acquirend. poſſeſſione & veriore, & æquiore eſſe opinionem aſſerit Menoch. de recuper. primo remedio num. 79. in fine, ubi multos referit idem tenentes poſt Aymon. conf. 212. nu. 2. & hanc tribunalia omnia probare aſſerit Flores ad Gam. deciſ. 4. col. 3. Pro qua opinione adducitur cap. licet episc. juncta gl. verb. non vocato de præben. in 6. Et quia, quando ꝑ poena incurrit ipſo jure antequam fiat executio, oportet præcedere ſententiam declaratoriam poenæ incurſæ, cap. cum ſecundum, de hæret. in 6. Grammatic. deciſ. 105. numer. 55. Menoch. *conf. 99. à num. r. 168. libr. 1.* Et ſic conſtat articulum eſſe nimis controverſum.*

Pro ꝑ concordia autem harum opinionum variaz reperuntur Doctorum concordia, quas reſert Rodouan tract. de reb. Eccleſ. non alienandis q. à n. 11. p. g. 434 Ego ꝑ autem notabiliores referam. Primam igitur concordiam assignavit Bart. *leg. 2. num. 3. C. de jure emphyt.* quod ſi emphyteut. reſiſtit armis domino non poterit eum expellere propria authoritate *leg. non eſt ſingulis infra de regul. jur. aliàs ſentit, quod ſi non reſiſtat, vel tantum verbis contradicat, licet poterit eum dominus expellere, ut in ſimili etiam diſtinguit Bart. leg. 3. n. 18. Cod. de pigrioribus, & hanc Bart. concordiam, probat Corneus *conf. 193. num. 3. libr. 3. Afflic. c. 1. num. 29. de controverſia inter dominum & vaſallum libr. 1. feudorum Aymon. conf. 18. num. 7. Gregor. l. 28. tit. 8. part. 5. verb. ſin. mandato ad medium, Jul. Clar. §. emphyteuſis quaſt. 11. ad finem.* Et hanc eſſe magis communem reſolutionem aſſerit Ripa. *l. miles §. penult. num. 2. infra de judicata, Aymon. conf. 302. col. ſin. ad medium, & Milanenſis deciſ. Sicilia 17. à num. 60. & num. 62. in 2. parte.**

Sed ꝑ circa hanc communem concordiam primis eſt advertendum, illi tantum poſſe eſſe locum, quando dominus tempore, quo expellit emphyteutam reſiſtentem armis. Nam ꝑ ſi tunc propria authoritate per vim ingrediatur emphyteuta expulſus reſtituetur, & dominus amittet jus ſuum *leg. ſi quis in tantam Cod. unde vi, & in ſpecie Ant. de Marth. in regula ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus num. 67.* Si autem tempore ingreſſus prædictus reſiſtentem non invenit, in poſſeſſione licet occupata tuendus eſt, & ſi poſtea emphyteuta paratus ſit reſiſtere, *Dec. conf. 747. num. 7.* Item quod verius videtur, quod emphyteutam etiam reſidentem armis poſſit dominus expellere: Nam ꝑ cum lex in prædictis caſibus permittat dominum emphyteutam expellere, & licet tanquam executor legis id faciat, expulſo deneganda eſt reſtitutio *leg. devotum, & ibi Bart. C. de metatis libr. 12. & eleganter Felin. poſt Bald. cap. de cætero num. 14. de re jud. Marant. tract. de remedio poſſeſſionis nu. 40.* Præterea ꝑ emphyteuta reſidens, vult privare dominum ſua civili poſſeſſione, vel ſaltem in ea illum turbare: Ergo dominus in deſenſionem ſua civilis licet potuit emphyteutam reſiſtentem expellere, juxta doctrinam gl. receptæ *leg. 1. §. interd. ſi autem verbo ultro. infra uti poſſiditis,* quia ratione in ſpecie hanc opinionem probat Jaſ. *l. 2. n. 103. ad finem, & n. 106. C. de jure emphyt.*

Rejeda ꝑ igitur prima Bart. concordia, ſuccedit ſecunda, quæ ſuit ſpoliatoris *titul. de emphyt. §. nunc aliqua n. 2. ad finem,* quod aut conſtat, emphyteutam cecidiſſe in commiſſam, & nihilominus nolle rem demittere, perturbando dominum in ſua poſſeſſione civili, & tunc dominus licet eum expellere poteſt, deſendendo ſuam civilem: aut verò

emphyteutam perſiſtentem in emphyteuſis poſſeſſione, poſſit licet expellere propria authoritate? In ꝑ qua quaſtione gl. l. 2. verb. repellere Codic. de jure emphyteutit dominum in prædictis caſibus, licet poſſe expellere emphyteutam à poſſeſſione propria authoritate quod & tenet gloſſ. cap. potuit verb. expelli de locato, & ibi Anol. num. 32. Andr. Sicil. num. 11. in fine, & aſſerit receptum Aretin. *leg. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 12. infra de acquir. poſſeſſ. & Alexand. conf. 105. num. 18. libr. 3. Dec. conſil. 146. n. 8. Gozad. conf. 86. num. 9. & num. 27. Beroius notab. conſil. 155. à nu. 44. libr. 1. Caſſadorus deciſ. 2. in princip. de locato. Cunia in ritibus Regni Sicilia cap. 40. à num. 84. & num. 88. ad finem Afflic. cap. 1. nu. 29. de controverſia inter dominum & vaſallum lib. 1. feud. Burſat. conſ. 91. num. 21. libr. 1. Julius Clar. §. emphyteuſis, quaſt. 11. Mencha. uſuſrequentium c. 64. num. 5. Vaſſic. de emphyteuſis quaſt. 10. num. 9. & probat. l. 28. tit. 8. part. 5. & ibi notat Gregorius verb. ſin. mandato aſſerens. Et hanc opinionem jure communi magis receptam eſſe, & Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſ. 17. à num. 8. & num. 11. num. 13. & faterur magis receptum eſſe flores ad Gam. deciſ. 4. col. 3. & late comprobat Corbul. tractat. ex quibus cauſis emphyt. amittatur cauſa privationis 15. quaſt. 12. à num. 1. & leg. & q. 13. & ampliat. notab. Jacobin. Auth. qui rem num. 97. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Pium Quintum ꝑ conceſſam fratribus ſanctæ Trinitatis in Regno Portugallia, ut propria authoritate poſſent expellere emphyteutam non ſolventem debitam penſionem in tempore debito aſſerit Emanuël Roderic. in q. Regularib. 1. parte q. 38. art. 2. & ibi reſert ad literam tenorem Bullæ. Pro ꝑ qua opinione prima urget, quod ejectus propter propriam culpam, & ſic juſtè ſpoliatus, non obtinet juris amiſſi reſtitutionem, *c. redintegrandi 3. q. 1. ibi (injuſtas)* à contrario ſenſu, tradit Innoc. *c. ſapè n. 2. de reſt. ſpoliatorum Ruin. conf. 45. nu. 5. libr. 4. Plotus l. ſi quando n. 71. C. unde vi, & notabiliter Marant. tract. de remed. poſſeſſ. num. 40. late Menoch. de recuper. poſſeſſ. 15. remedio à num. 95.* Sed in prædictis caſibus emphyteuta propter naturam conceſſionis, vel propter propriam culpam, ſuit expulſus: Ergo ſpoliatus non eſt reſtituendus. Et ita in ſpecie arguit Alex. *conf. 6. num. 10. libr. 3. Afflic. deciſ. 392. num. 27. Rip. cap. ſapè num. 27. de reſtitutione ſpoliatorum,* facit ꝑ etiam pro eadem ſententia *leg. 2. C. de jure emphyteutico,* ubi lex permittit domino expellere emphyteutam non ſolventem debitum Canonem intra triennium: Cum ꝑ igitur expulſio fuerit facta ex permiſſione legis, & ſic juſtè, & licet ejectus non eſt audiendus, ſic eo caſu reſtitutionem petat, *leg. devotum, & ibi Bart. C. de metatis & epidemeticis libr. 12. & eleganter deducit Corneus conf. 271. in hac num. 2. libr. 3. Gozad. conf. 39. num. 26.* Et ꝑ confirmatur, quia quando poſſeſſio rei, licet & juſtè pervenit ad dominum ſine vitio licet dominus eam retinere poterit, & ceſſat reſtitutio *leg. ſi in area infra de condition. indebit. Socin. conf. 37. nu. 24. libr. 3. Decius notab. conf. 191. à numer. 9.* quod proprie applicatur noſtræ quaſtioni; ut advertit Aymon. *conf. 302. colom. ſin. ad medium,* ubi latius comprobat, & ampliat Anton. Naea *conf. 563. numer. 36. libr. 3. & adde Anton. Gam. deciſ. 333. à num. 2.**

Contrariam ꝑ tamen opinionem, imò quod in prædictis caſibus emphyteuta expulſus propria authoritate domini directi, ſit ante omnia reſtituendus, aſſerit receptum Albe. *leg. 2. numer. 3. Codic. de emphyt. Afflic. alior reſerens deciſ. 97. numer. 2.* & ita ſervari in Curia Delphinali aſſerit Guid. Papæ *deciſ. 107. numer. 1.* & hanc opinionem tutiorem eſſe faretur Julius Clar. *§. emphyteutam*

emphyteuſis quaſt. 11. & Sylveſt. in Summa verb. emphyteuſis nu. 2. verb. 7. Et nova ratione comprobat Socin. *leg. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 12. & ibi Faſon. num. 24. infra de acquirend. poſſeſſione & veriore, & æquiore eſſe opinionem aſſerit Menoch. de recuper. primo remedio num. 79. in fine, ubi multos referit idem tenentes poſt Aymon. conf. 212. nu. 2. & hanc tribunalia omnia probare aſſerit Flores ad Gam. deciſ. 4. col. 3. Pro qua opinione adducitur cap. licet episc. juncta gl. verb. non vocato de præben. in 6. Et quia, quando ꝑ poena incurrit ipſo jure antequam fiat executio, oportet præcedere ſententiam declaratoriam poenæ incurſæ, cap. cum ſecundum, de hæret. in 6. Grammatic. deciſ. 105. numer. 55. Menoch. *conf. 99. à num. r. 168. libr. 1.* Et ſic conſtat articulum eſſe nimis controverſum.*

Pro ꝑ concordia autem harum opinionum variaz reperuntur Doctorum concordia, quas reſert Rodouan tract. de reb. Eccleſ. non alienandis q. à n. 11. p. g. 434 Ego ꝑ autem notabiliores referam. Primam igitur concordiam assignavit Bart. *leg. 2. num. 3. C. de jure emphyt.* quod ſi emphyteut. reſiſtit armis domino non poterit eum expellere propria authoritate *leg. non eſt ſingulis infra de regul. jur. aliàs ſentit, quod ſi non reſiſtat, vel tantum verbis contradicat, licet poterit eum dominus expellere, ut in ſimili etiam diſtinguit Bart. leg. 3. n. 18. Cod. de pigrioribus, & hanc Bart. concordiam, probat Corneus *conf. 193. num. 3. libr. 3. Afflic. c. 1. num. 29. de controverſia inter dominum & vaſallum libr. 1. feudorum Aymon. conf. 18. num. 7. Gregor. l. 28. tit. 8. part. 5. verb. ſin. mandato ad medium, Jul. Clar. §. emphyteuſis quaſt. 11. ad finem.* Et hanc eſſe magis communem reſolutionem aſſerit Ripa. *l. miles §. penult. num. 2. infra de judicata, Aymon. conf. 302. col. ſin. ad medium, & Milanenſis deciſ. Sicilia 17. à num. 60. & num. 62. in 2. parte.**

Sed ꝑ circa hanc communem concordiam primis eſt advertendum, illi tantum poſſe eſſe locum, quando dominus tempore, quo expellit emphyteutam reſiſtentem armis. Nam ꝑ ſi tunc propria authoritate per vim ingrediatur emphyteuta expulſus reſtituetur, & dominus amittet jus ſuum *leg. ſi quis in tantam Cod. unde vi, & in ſpecie Ant. de Marth. in regula ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus num. 67.* Si autem tempore ingreſſus prædictus reſiſtentem non invenit, in poſſeſſione licet occupata tuendus eſt, & ſi poſtea emphyteuta paratus ſit reſiſtere, *Dec. conf. 747. num. 7.* Item quod verius videtur, quod emphyteutam etiam reſidentem armis poſſit dominus expellere: Nam ꝑ cum lex in prædictis caſibus permittat dominum emphyteutam expellere, & licet tanquam executor legis id faciat, expulſo deneganda eſt reſtitutio *leg. devotum, & ibi Bart. C. de metatis libr. 12. & eleganter Felin. poſt Bald. cap. de cætero num. 14. de re jud. Marant. tract. de remedio poſſeſſionis nu. 40.* Præterea ꝑ emphyteuta reſidens, vult privare dominum ſua civili poſſeſſione, vel ſaltem in ea illum turbare: Ergo dominus in deſenſionem ſua civilis licet potuit emphyteutam reſiſtentem expellere, juxta doctrinam gl. receptæ *leg. 1. §. interd. ſi autem verbo ultro. infra uti poſſiditis,* quia ratione in ſpecie hanc opinionem probat Jaſ. *l. 2. n. 103. ad finem, & n. 106. C. de jure emphyt.*

Rejeda ꝑ igitur prima Bart. concordia, ſuccedit ſecunda, quæ ſuit ſpoliatoris *titul. de emphyt. §. nunc aliqua n. 2. ad finem,* quod aut conſtat, emphyteutam cecidiſſe in commiſſam, & nihilominus nolle rem demittere, perturbando dominum in ſua poſſeſſione civili, & tunc dominus licet eum expellere poteſt, deſendendo ſuam civilem: aut verò

emphyteutam perſiſtentem in emphyteuſis poſſeſſione, poſſit licet expellere propria authoritate? In ꝑ qua quaſtione gl. l. 2. verb. repellere Codic. de jure emphyteutit dominum in prædictis caſibus, licet poſſe expellere emphyteutam à poſſeſſione propria authoritate quod & tenet gloſſ. cap. potuit verb. expelli de locato, & ibi Anol. num. 32. Andr. Sicil. num. 11. in fine, & aſſerit receptum Aretin. *leg. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 12. infra de acquir. poſſeſſ. & Alexand. conf. 105. num. 18. libr. 3. Dec. conſil. 146. n. 8. Gozad. conf. 86. num. 9. & num. 27. Beroius notab. conſil. 155. à nu. 44. libr. 1. Caſſadorus deciſ. 2. in princip. de locato. Cunia in ritibus Regni Sicilia cap. 40. à num. 84. & num. 88. ad finem Afflic. cap. 1. nu. 29. de controverſia inter dominum & vaſallum lib. 1. feud. Burſat. conſ. 91. num. 21. libr. 1. Julius Clar. §. emphyteuſis, quaſt. 11. Mencha. uſuſrequentium c. 64. num. 5. Vaſſic. de emphyteuſis quaſt. 10. num. 9. & probat. l. 28. tit. 8. part. 5. & ibi notat Gregorius verb. ſin. mandato aſſerens. Et hanc opinionem jure communi magis receptam eſſe, & Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſ. 17. à num. 8. & num. 11. num. 13. & faterur magis receptum eſſe flores ad Gam. deciſ. 4. col. 3. & late comprobat Corbul. tractat. ex quibus cauſis emphyt. amittatur cauſa privationis 15. quaſt. 12. à num. 1. & leg. & q. 13. & ampliat. notab. Jacobin. Auth. qui rem num. 97. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Pium Quintum ꝑ conceſſam fratribus ſanctæ Trinitatis in Regno Portugallia, ut propria authoritate poſſent expellere emphyteutam non ſolventem debitam penſionem in tempore debito aſſerit*

de hoc non conſtat, imò emphyteuta id negat, al-
 legando aliquam cauſam probabilem, ob quam
 non incidit in commiſſum, & quia per hujusmo-
 di negationem res efficitur dubia l. 3. Cod. quibus
 ad libertatem proclamare non licet, non poterit domi-
 nus licite emphyteutam expellere, & expulſus
 reſtituetur, ſubſcribit Gam. dec. 4. n. 2. & deci. 333.
 num. 5. & tutius eſſe in praxi hanc reſolutionem
 ſequi, dicit Gregor, l. 28. tit. 8. part. 5. verb. ſin
 mandato ad finem, & Rodoanus tract. de reb. Eccleſ.
 non alienandis quaſt. 19. n. 11. pag. 334. & fatiſ con-
 ſonat reſolutio, quam ex mente multorum propo-
 nit Ant. Peregr. de fidei commiſſi art. 52. n. 138.
 304 quòd ¶ aut eſt notorium, extinctum juſ eſſe em-
 phyteutæ, & poterit dominus eum expellere, pro-
 pria autoritate, aut eſt dubium, & tunc eum licite
 non expellit, quibus adde Bal. ita etiam diſtin-
 guentem c. litera n. 1. ad medium de dilatio. & probat
 Flores ad Gamam. dec. 4. col. 4.
 305 Sed neque ¶ concordia placet, quia ea admiſſa,
 facile eluderetur diſpoſitio jurium permittentium,
 hiſ caſibus domino, ut poſſet emphyteutam ex-
 pellere propria autoritate ut poſt Imol. advertit
 Jaſ. l. 2. n. 103. verſ. 9. C. de jure emphyt.
 306 Quare ¶ tertiam aſſignavit Bald. c. que in Eccleſia-
 rum n. 41. de conſt. Quòd autem juſ emphyteutæ eſt
 extinctum ea ratione, quia juſ conſeſſionis extinc-
 tum eſt, & dominus poterit emphyteutam repelle-
 re, quia tunc ex ipſa conſeſſione conſtat juſ em-
 phyteutæ eſſe extinctum: ſi vero ob aliam cauſam
 privetur, quia tunc inducendum privationem,
 neceſſaria eſt ſententia l. ejus qui delatorem, infra de
 jure ſiſci, ante latam prædictam ſententiam, do-
 minus emphyteutam expellere non poteſt; & ſub-
 ſcribit Andr. Sicul. c. ſin. n. 8. de feud. Curt. Jun. de
 feudis 4. part. 155. verſ. 8. & hac præſertim ratione.
 Hanc * opinionem defendit Aſſiſci. dec. 97. n. 3. aſ-
 ſerens in Senatu Neapolitano judicatum fuiſſe,
 quòd licet alienus emphyteuſim ſine conſenſu do-
 mini, amittat ipſo jure juſ emphyteuticum l. ſin. C.
 jure emphyt. juncta gl. verb. cadit. tamen ad avocan-
 dam poſſeſſionem requiritur ſententia declaratoria
 juris amiſſi, & ad quam oportet emphyteutam
 citari, qui multa allegare poteſt, propter quæ
 non incidit in commiſſum. Et ideo non incide-
 rit citatione & prædicta ſententia declaratoria, non
 potuit dominus emphyteutam expellere propria
 autoritate c. licet Episcopuſ, de præbend. in 6. Et
 308 * fatiſ conſonat reſolutio Caroli Molinei in conſue-
 tud. Parieſi. §. 30. n. 173. quòd aut juſ emphy-
 teutæ extinguitur, propter finitas generationes, &
 poteſt dominus expellere emphyteutam propria
 autoritate, quia poſſeſſio naturalis, quam habeat
 emphyteuta erit reſtriſta ad certum tempus: &
 ideo tranſacto tempore videtur extincta. Præterea
 & utile dominium, quòd habeat emphyteuta,
 tranſacto tempore fuit conſolidatum cum directo,
 & ideo tanquam perfecte dominus, emphyteutam
 excludit, ut advertit Bald. c. v. n. 8. de contentione
 inter dominum & vaſallum, Jaſ. l. 2. n. 100. C. de
 jure emphyt. Tiraq. tract. de morte prima declaratione
 3. part. n. 4. Gozad. conſ. 39. in fine Joſeph. Lud. dec.
 Peruſ. 17. n. 8. Aymon. conſ. 32. col. ſie. ad medium
 Gam. dec. 333. à n. 1. Cæterum ſi ob aliam cauſam
 prætendatur amiſſa emphyteuſim ſemper neceſſa-
 ria eſt citatio emphyteutæ, & ſententia declara-
 toria amiſſionis, & hiſ non præceſſentibus non po-
 terit dominus emphyteutam expellere propria au-
 thoritate, quam reſolutionem admittit Tiraq.
 tract. de morte prima declaratione 3. par. principalis n.
 7. Men. de recuperanda poſſeſſione, primo remedio n.
 79. in fine Aſſiſci. c. ſin. n. 10. quo tempore miles lib.
 1. feudorum,

Sed * circa hanc concordiam imprimis, eſt ad-
 vertendum: quòd hæc concordia in effectu non
 diſcrepat à concordia Speculatoris & Baldus ſupra
 relatis, ſed tantum videtur eas exemplificare, ut
 ſcilicet notorium videatur juſ emphyteutæ eſſe ex-
 tinctum, quando per ſcripturam conſeſſionis conſt-
 tat, extinctas eſſe generationis prædictæ conſeſ-
 ſionis, ſed ſi propter alias cauſas extrinſecas, præ-
 tendatur amiſſam emphyteuſim, non poterit do-
 minus propria autoritate emphyteutam expelle-
 re, quia negante id emphyteuta ſemper dubium
 remanet utrum amiſſa ſit emphyteuſim? Sed ſi aliud
 conſtet, re vera ob alias cauſas amiſſam eſſe, pote-
 rit procul dubio dominus emphyteutam expelle-
 re, quia incipit militare eadem ratio, quæ eſt,
 quando conſtat, extinctam eſſe propter finitas
 generationes.

Præterea ¶ eſt advertendum, quòd utraque con-
 cordia non videtur vera. Nam pone dominum al-
 legare emphyteuſim amiſſam eſſe, & dicat, fe-
 velle id incontinenti probare propter ſolam nega-
 tionem emphyteutæ, non debet dominus prohiberi,
 quominus utatur facultate expellendi em-
 phyteutam generaliter ſibi conceſſa per legem:
 Denique in prædicta concordia ſit differentia,
 utrum emphyteuſim prætendatur amiſſa propter fi-
 nitas generationes, vel ob aliam cauſam, & ta-
 men Doctores communiter hoſ caſus à pari judi-
 cant, ut advertit Valaſc. de emphyteuſi q. 18. numero
 8.

Quartò * igitur concordiam aſſignant relati per
 Cavalc. dec. 80. aliàs dec. 36. n. 359. in 3. part.
 quòd dominus etiam non citato emphyteuta, po-
 teſt alteri concedere emphyteuſim tanquam ad ſe
 devolutam, ſed executionem reaſem facere non
 poterit, niſi citato prius poſſeſſore, ut in ſimili
 diſtinguit tex. c. licet Episcopuſ, de præbend. in 6. Sed
 * neque hæc concordia placet, qui in effectu im-
 pugnat concluſionem, quam nos defendimus.

Quare * omnia penſatis prima opinio, quæ
 ſine dubio receptior eſt, indiſtincte eſt probanda,
 ut ¶ jure communi ſervandam eſſe fatetur Rebuſ.
 conſ. 96. col. 3. in prin. licet dicat de conſuetudine
 obſervari in Francia poſt Guidon. dec. 107. & vide
 eundem Rebuſ. conſ. 109. col. 1. & ſeq. Pro * cujuſ
 deſenſione eſt advertendum, quòd emphyteuta
 fruſtuarius & ſimiles dicuntur rem naturaliter poſ-
 ſidere, l. naturaliter in princ. infra de acquir. poſſeſ.
 nomine quidem ſuo, & non nomine directi do-
 mini. Cæterum * ipſe dominus dicitur eandem
 rem poſſidere civiliter, ut colligitur ex l. ſciendum
 §. 1. ſupra qui 1. ſatisd. cogatur, tradit Speculator
 tit. de emphyteuſi §. nunc aliqua n. 59. Bart. l. 2. n. 3.
 Cod. de jure emphyt. & l. ſi quis in certum n. 12. C. un-
 de vi Aſſiſci. dec. 380. n. 4. Quòd ſane intelligen-
 dum eſt habito reſpectu principaliter ad ipſam rem,
 in qua fruſtuarius habet juſ utendi, & fruendi,
 Emphyteuta autem habet utile dominium. Nam
 ¶ ſi agatur de jure illo, quòd prædicti poſſident,
 dicentur quidem illud naturaliter & civiliter poſſi-
 dere. l. l. ait præ. §. 1. verb. quaſi ſupra quibus ex-
 cauſ. m. jor. Bartol. l. naturaliter in princ. infra de ac-
 quir. poſſeſ. & ibi Jaſo. numero 17. idem Jaſ. lib. 3.
 §. ex c. n. r. n. 30. co. tit. Et * hac ratione præ-
 dicti dejecti vel turbati in eo jure, per inter-
 dicta poſſeſſoria ſuccurritur l. 3. §. unde vi & ibi
 gl. infra de vi, & vi armata notab. Niconitius in rub.
 numero 198. infra de novi oper. ſive turbetur à tertiis
 ſive ab ipſo proprietario, ut adverſus Bartolum
 aſſerit magis eſſe receptum Jaſ. leg. naturaliter
 in princ. numero 20. infra de acquirenda poſ-
 ſeſ.

Item

Item * eſt advertendum, quòd illud juſ utile,
 quòd prædicti videntur poſſidere naturaliter, & ci-
 viliter, videtur ſuſpendi ſub tacita quadam condi-
 tione, ſi modò illi impleant ex parte ſua id, ad
 quòd tenentur ex natura contractus, aliàs reſolvit
 conſeſſio, & conſequenter juſ ratione illius ac-
 quiſitum leg. quæro §. inter locatorem infra locati, l.
 2. & ibi Salyc. num. 3. C. de jure emphyt. Bart. leg.
 eum qui num. 3. inf. de interd. & relegat. notab. Fel.
 conſ. 25. à num. 21. Unde * ſi emphyteuta non
 ſolvat debitum Canonem, vel juſ ſuum alienavit
 ſine domini directi conſenſu, vel etiam rem deterio-
 riorem reddit, quaſi adveniente, & impleta tacita
 illa conditione reſolutiva, conſeſſio ipſa reſolve-
 tur, & conſequenter utile dominium ratione illius
 quaſiſitum, quòd neceſſariò iterum conſolidatur cum
 ipſa proprietate, §. finitur Inſtit. de uſufruct. Qui-
 nimò * & ipſa civilis poſſeſſio, quam prædicti vi-
 debantur habere reſpectu utilis domini jam reſo-
 luti, etiam videtur extincta. Nam cum ab ipſo
 utili dominio pendeat, prout in prædictis caſibus,
 utile dominium conſolidatur cum directo, ut dictum
 eſt, ita etiam prædicta civilis cenſebitur extincta,
 & in dominium directum tranſlata argument. c. tranſ-
 lato de conſtitut. quod in ſpecie ſentit Bart. repet. l.
 3. si arrogat. num. 12. ſupra de adoption. dum ¶ dicit,
 quòd extinctio uſufructu, quem pater habebat in
 bonis adventitiis filii, poſſeſſio quam pater habebat
 filio etiam ignorant acquiritur, & in ejus per-
 ſona conſolidatur, ſentit etiam Bald. leg. 1. num.
 38. ſupra de verum diviſo. dum tradit, quòd in hiſ
 terminis poſſeſſio civilis domini, trahit ad ſe poſ-
 ſeſſionem naturalem vaſalli, vel emphyteutæ,
 ſubſcribit Jaſon. leg. clam poſſidere §. qui ad nudinas
 ad finem infra de acqu. poſſeſ. Anton. Nata conſ. 563.
 num. 37. lib. 3. Gregor. leg. 2. tit. 30. part. 3. in gloſ.
 final. Quòd * etiam tradit Bald. c. cum veniſſent n.
 5. de reſtitutione ſpoliatorum, intelligendo * eos ſane,
 de civili poſſeſſione, quam emphyteuta, & ſi-
 miles videntur habere, ratione ſui juris, quam ſu-
 pra allegari vocant naturalem, ſecuri multorum
 opinionem, qui * tenebant, prædictos ſolam natu-
 ralem videri habere etiam reſpectu ſui juris, vel
 accipiendo illos in eo ſentiu, ut civilis poſſeſſio do-
 mini trahat ad ſe naturalem (hoc eſt) præſter fa-
 cultatem domino, ut accipiat poſſeſſionem natu-
 ralem propria autoritate, ut exponit Bald. in addi-
 tio ad Specul. tit. de emphyteuſi §. nunc aliqua col. 5.
 poſt princip.

Neque * repugnat traditio ejuſdem Bald. tit. de
 pace Conſtantia verb. perſolvere ſcitur, quòd licet prop-
 ter cenſum non ſolutum dominium utile conſolide-
 tur cum directo, l. 2. C. de jure emphyteut. Tamen
 cenſuarius non amittit ſuam poſſeſſionem, ante
 quam ab illa ſit dejectus: Quòd & in emphyteuta
 non ſolvante debitum Canonem tradit idem Bald.
 in additio. ad Specul. diſt. §. nunc aliqua col. 5. poſt me-
 dium, & eſſe de mente Doctorem communiter aſſe-
 rit Jaſon. l. 3. n. 103. poſt princip. C. de jure emphyt.
 Corn. conſ. 271. in hac n. 2. lib. 3. Milanenſiſ dec. Si-
 cilia 17. à n. 57. in 2. part.

Quia * reſponderetur intelligendos eſſe de natu-
 ra-
 li poſſeſſione, quam prædicti videntur habere in
 ipſa re principali, leg. naturaliter in princ. infra de
 acqu. poſſeſ. quæ ¶ propter nullitatem tituli minimè
 impeditur leg. 1. §. ſi vir uxori infr. de acquir. poſſeſ.
 Cæterum poſſeſſio naturalis, & civilis, quam præ-
 dicti videntur habere ratione ſui juris emphyteutici,
 ſimul cum dominio, & poſſeſſione civili domini,
 conſolidantur, Bald. conſ. 257. diſta tenuta n. 1. lib. 5.

Cùm * igitur non ſolum ratione proprietatis fun-
 di, ſed etiam reſpectu utilis domini jam extincti,
 dominus videatur civiliter poſſidere & emphyteuta

tantum naturaliter, reſpectu rei principalis, quam
 adhuc retinet: ſuccedit traditio. gl. recep. l. §. in-
 ter dictum ante verſ. ultro inf. uti poſſi. quòd civiliter
 poſſidens, poteſt naturaliter tantum poſſidentem
 ſua autoritate expellere, ut ſuam civilem poſſeſ-
 ſionem defendat, & in ea non turbetur per poſſi-
 dentem naturaliter. Et * confirmatur, quia licet ca-
 poſſeſſio naturalis à principio fuerit juſta, tamen ſi
 extinctio jure emphyteutico, in ea perſeſſerit em-
 phyteuta, eam retinendo contra domini voluntate-
 tem, ex juſta antea redditur injuſta, Salycet leg. 2. n.
 12. C. de jure Emphyt. Et ideo dominus civiliter
 poſſidens, licite propria autoritate poſſidentem
 naturaliter injuſte expellere poteſt. Id ¶ quòd præ
 ſupponit Bartol. diſt. leg. 2. nu. 4. C. de jure emphyt.
 dum dicit, quòd emphyteuta, qui incidit in com-
 miſſum, ab eo tempore vitioſe viderur poſſidere
 reſpectu domini directi, & ideo juſte dominus po-
 teſt ingredi fundum ratione ſuæ civilis, & licite
 turbare emphyteutam in ea naturali injuſta, & la-
 tius proſequitur Berouſ conſ. 45. à num. 22. lib. 3.
 idem clarius ſentit Bart. leg. 1. §. quòd ait Prator à
 num. 16. infra uti poſſidet. Dum * dicit, quòd præ-
 caria poſſeſſio dicitur juſta, donec durat conceden-
 tis voluntas, ea autem ceſſante: dicitur injuſta l.
 communi §. neque infra communi divid. inferens, quòd
 emphyteuta, qui * extincta emphyteuſim permanet
 in ſua naturali poſſeſſione, injuſte viderur poſſide-
 re, quia reſpectu domini directi dicitur vi vel
 clam, vel precario poſſidere, & ſic injuſte turbare
 dominium in ſua civili poſſeſſione, unde * per in-
 terdictum uti poſſidetis cogitur deſiſtere ab ea mo-
 leſtia, & naturalem poſſeſſionem domino, libe-
 ram dimittere, ſubſcribit Imol. conſ. 16. n. 3. Berouſ
 conſ. 102. num. 37. lib. 1. Quibus adde * Cumanum
 conſ. 173. Galvanus ad fin. quòd poſſeſſio emphyteu-
 tæ, cenſetur injuſta, poſtquam emphyteuſim extinc-
 ta eſt, & ideo dominus in interd. poſſeſſionis vin-
 cere emphyteutam debet, & pari ratione poterit il-
 lum expellere à poſſeſſione prædicta naturali, neq;
 dejectus reſtituetur, ut late probat Berouſ conſ. 155.
 à n. 44. lib. 1. Calcan. dec. 80. aliàs dec. 36. n. 456.
 in 5. parte. Nam * licet etiam injuſtus poſſeſſor non
 debeat expelli à ſua poſſeſſione, & expulſus reſti-
 tuatur, ut ſupra probavimus: tamen quando per do-
 minum civiliter poſſidentem expellitur, ea ratione,
 quia retinendo naturalem injuſtam contra ejus vo-
 luntatem, eum perturbat in ſua civili, utiq; expulſus
 non reſtituetur, quia tunc dominus potius dicitur ſe
 defendere in ſua civili, ne illa privetur, vel in illa
 turbetur, quam expellere aliquem, vel occupare alie-
 nam poſſeſſionem, ut expreſſit Bart. l. 3. nu. 25. ad
 finem, C. de pignoribus. Et colligitur etiam ex recepta
 doctrina Bart. l. 1. §. interd. ſum autem n. 3. infra uti
 poſſidetis, quòd ſi quis poſſideat civiliter, & alius poſ-
 ſideat naturaliter injuſte, poterit civilis poſſeſſor li-
 cite eum expellere propria autoritate, ne aliàs in
 ſua civili præjudicium accipiat, & ſubſcribit Boſſius
 in praxi titulo de pluribus violentis n. 10. Nam * poſ-
 ſidens naturaliter injuſte, & noleus eam deſiſtere
 domino directo id petente, vim ipſi domino
 videtur inferre Bald. conſ. 177. ad evidentiam numer.
 4. libr. 3. unde licitum eſt domino, vim vi repelle-
 re leg. 1. Cod. unde vi. Quòd ¶ ipſe emphyteuta
 dominum vententem noluit admittere, & hic eum
 privavit ſua civili, leg. juxta l. clam poſſidere §. ſin.
 infra de acquir. poſſeſſion. & leg. Colonus infra de vi,
 & vi armata, quia ceſſat ratio, de qua ſupra, po-
 terit eum incontinenti ejicere, non autem ex in-
 tervallo leg. 3. §. cum igitur infra de vi & vi arma-
 ta §. recuperanda Inſtit. de interd. tradit gl. leg. 2.
 verb. repellere poſt principium, C. de jure emphyt. & ibi
 Jaſon. num. 117. & ſupra tradidimus.

340 Et * retenta hac opinione tanquam veriori; & magis recepta, non obſtat ſupra adducta pro contraria opinione: non obſtat igitur prima ratio, quæ fuit Afflic. dec. 97. n. 3. quod etiam in poenis incurſis ipſo jure, requiritur ſententia declaratoria ad quam citandus eſt emphyteuta, antequam à ſua poſſeſſione ejiciatur, c. cum ſecundum de hered. in 6. & citat alios Milaneſis deſiſio. Sicilia 17. n. 57. in 2. parte. Quia reſpondetur, quando lex ſpecialiter permittit, ut dominus poſſit expellere poſſeſſorem ſua authoritate. Nam cum id * faciat ſpolians tanquam miniſter & executor legis: non eſt neceſſaria ſententia, neque citatio partis l. de vorum & ibi Bart. C. de metatis, l. 12. Aymon. conf. 302. col. ſm. verſ. amplius dico Ant. Natta conf. 563. n. 36. lib. 3. Cavalcan. dec. 80. aliàs d. ciſ. 36. n. 60. in 3. parte. Et * meritò, quia cum quoad prædictum effectum, non ſit neceſſarium miniſterium judicis, id obtinebit, etiamſi non præceſſerit ſententia declaratoria, argum. l. qua ſub conditione §. ſm. & ibi Bald. infra de condit. inſt. late Felin. c. Rodolphus num. 38. verſ. 4. limitat. de reſcriptis. Et ita quod poſſit fieri non præcedente ſententia declaratoria neque citatione aſſerit receptum Milaneſis 344 decif. Sicilia 17. n. 65. in 2. parte. Nec * replicet quis, quod expulſo multæ poterant competere deſenſiones & excuſationes, & quod ante eas diſcuſſas non potuit dominus jus ſibi dicere propria authoritate, arg. d. c. cum ſecundum §. final. de hereticis in 6. Quia * reſpondetur, quod in poenis ipſo jure incurſis, licet fiat executio non præcedente ſententia declaratoria, neque diſcuſſis excuſationibus, tamen oppoſita exceptione, interim ſuſtinebitur executio donec conſtet re vera incurſiſſe expulſum, poenam ipſo jure, Bald. c. 1. in princ. n. 2. de ſeudo ſine culpa non amittendo quem ſequuntur plures relati per Antonium Gabr. lib. 7. communitum tit. de criminalibus concl. 12. n. 7. quibus adde Bart. idem clare ſententem in extravaganti, qui ſunt rebelles, verb. rebellando n. 17. & Rininal Seniore notab. loquentem conf. 14. n. 19. & n. 21. l. 1.

346 Neque * etiam pro contraria parte facit ca. licet Episcopus, de præben. in 6. quia textus ille loquitur in ſpiritualibus vel annexis ſpiritualibus. Item non probat Clericum habentem duo beneficia incompatibilia, & altero ſpoliatum reſtitui debere, ſed tantum male feciſſe Judicem, qui eum in auditum altero beneficio ſpoliavit. Si ergo Judex de facto, nihilominus enim altero ex beneficiis ſpoliavit, non erit ſpoliatus reſtituendus, quia diſpoſitio juris communis illi reſiſtebat & ejus poſſeſſioni, ca. quoniam & cap. conſtitutus de filiis præſbyt. c. ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum in 6. quod ita in Rota fuiſſe judicatum aſſerit Gomez. in regul. de trien. poſſeſſore q. 55. colum. 2. Sed * non placet hæc reſponſio, quia de mente illius textus eſt, ſpoliatum eſſe reſtituendum, cum dicat, ideo non eſſe privandum ſua poſſeſſione, quia potuit habere diſpenſationem obtinendi duo beneficia. Cum igitur quoad nos totum pendeat à probandis, utrum ſcilicet juſte poſſideat, vel injuſte, antequam de hoc conſtet, expulſus interim reſtituendus eſt, Oldrad. conſilio 227. num. 4. Rota decif. 3. num. 6. de reſtitutione ſpoliatorum, in novis, & tenent plures relati per Navarum cap. accepta oppoſitio. decima, num. 6. de reſtitutione ſpoliatorum, ubi à n. 10. id late comprobatur.

348 Neque obſtat ca. quoniam, & cap. conſtitutus, de filiis præſbyt. quia procedunt in materia, in qua jus commune ita fortiter reſiſtit, ut rariffime in eo diſpenſetur. Si autem jus non fortiter reſiſtat, ac

ob id ſæpiſſime in eo diſpenſetur, procedet dict. cap. licet Episcopus explicatum, ut ſupra, ut eleganter explicat Navar. d. c. accepta oppoſitio. 10. n. 17. Nec t etiam obſtat cap. ad decimas, de reſtitutione ſpoliatorum in 6. quia loquitur, quando jus commune reſiſtit ſpoliato: & favet ſpoliatori, ut ſupra diximus, quod noſtris terminis applicari non poteſt. Tantum * igitur opinio Com. admitti poteſt, quando defectus tituli ſpoliati eſſet notorius: nam tunc ſaltem in ſpiritualibus impediatur reſtitutio, Pannormit. cap. quia clericus n. 4. jure patro. Decius l. ſi pacto quo poenam n. 1. Cod. de pactis Menoch. de recuperand. poſſeſſ. primo remedio n. 122. Vel * etiam quando conſtare ſpoliatum retinuiſſe duo beneficia incompatibilia, ultra tempus ſtatutum in Extravag. execrabilis, de præben. Joannis 22. Nam cum ea beneficia tunc reſerventur diſpoſitioni Papæ §. qui vero, verſic. qua omnia ejusdem extravaganti, petenti reſtitutionem obſtat exceptio reſervationis Papalis, ut in terminis tradit Navar. de oppoſitio. 10. n. 22.

Rejcta * igitur prædicta reſponſione Gom. ego reſpondeo, quod dict. c. licet Episcopus. loquitur in Epitopo qui * in beneficiis conferendis nullam habet poſſeſſionem civilem, ſed tantum jus illa conferendi: nos autem agimus de eo, qui poſſidens naturaliter & civiliter, expellit poſſidentem naturaliter injuſte, ne aliàs patiatur detrimentum in ſua poſſeſſione civili juſta, quod jure permiſſum eſt, ut ſupra probavimus & in ſpecie advertit Jaſon. leg. 2. n. 108. C. de jure emphyt. Antho. de Matth. in regula ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, n. 67. & notab. Cavalcan. decif. 80. aliàs 36. à n. 461. in 3. parte, & eodem modo etiam poterit reſponderi ad cap. cum ſecundum §. final. de hereticis in 6.

Illud t etiam certum eſt, quod ſtante pacto, quod dominus poſſit expellere emphyteutam in caſibus ſupra relatis, ut pactum aliquid operetur, poterit dominus propria authoritate, etiam reſiſtentem armis licite expellere. Salycet. leg. 2. n. 12. ad ſinem, C. de jure emphyt. & ibi Jaſ. n. 110. Corbullo in tract. ex quib. cauſis emphyt. 15. cauſa privationis q. 13. circa quod tamen videndus eſt Afflic. c. 2. n. 20. quo tempore miles l. 1. feudorum. Item t quod ſi fuerit ſimplex colonus, à fortiori poterit eum dominus expellere propria authoritate, cum dominus rem civiliter poſſideat, & colonus tantum detineat. l. non ſolet infra locati, Unde concludit Guid. Papa dec. 450. n. 1. quod * ſi ædes fuerint locatæ ad tempus, poteſt domus tranſacto tempore colonum expellere propria authoritate, & ſeras domus concludere, & pariter ſi conductor non ſolvat poſſionem. Nam ex prædicto modo poteſt dominus contra eum procedere leg. ad C. de locato Innoc. c. propter n. 3. & ibi Imol. n. 25. Pan. n. 10. de locat. Alex. conſil. 105. n. 17. l. 3. & conſ. 131. n. 1. l. 4. Dec. Aub. qui rem n. 17. C. de Sacroſ. eccleſ. Gargiareus patrocinio 100. n. 5. Et * hoc modo debet limitari quod probat. Aquilinus in ſine inſt. de donatio. quod detentor expulſus à detentione, poteſt implorare officium Judicis, ut ſua detentione reponatur, notat gl. l. & non tantum ſup. de præb. heredit. Neque enim procedet, quando detentor propter propriam culpam à detentione fuit expulſus, nam tunc minimè reponetur in prædicta detentione, ut colligitur ex cap. redintegranda 3. q. 1. Quid * autem juris ſit, ſi dominus noluit uti prædicta poteſtate per jus conceſſa, ſed magis voluit habere recurſum ad Judicem? videndus eſt Jaſ. l. 2. n. 115. C. de jure emphyt. Decius conſ. 146. n. 8. Valaſc. conſult. 88. à n. 7.

Et hac

339 Et hac t etiam opinione ita deſenſa, inferitur primò cavendum eſſe à Bartol. l. 2. n. 3. C. de jure emphyt. dum dicit, quod licet dominus directus ratione ſuæ civilis, poſſit licite turbare poſſeſſionem emphyteutæ in prædictis caſibus, & intentato interdicto uti poſſideris adverſus eum victoriam reportare, quia in eo ſuccumbit is, qui vel vi, vel precario poſſidet leg. 1. §. ſm. infra uti poſſideris, tamen reſiſtentem non poterit expellere propria authoritate, juxta regulam leg. non eſt ſingulis, infra de regulis juris, ſubſcribit Corbul. in tractat. ex quib. cauſis emphyteut. cauſa privationis 15. q. 12. c. 7. & q. 13. & nova ratione comprobatur Soci. l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas n. 12. & ibi Jaſ. n. 24. l. f. de acq. poſſeſſ. Nam contrarium eſſe verius colligitur ex ſupra traditis, nam cum dominus civiliter poſſideat, & emphyteuta tantum naturaliter, & injuſte, poteſt dominum indiſtincte eum expellere propria authoritate, cum aliàs turbationem, & periculum amiſſionis ſuæ civilis poſſeſſionis evitare non poſſit, ut expreſſit Bart. l. 3. n. 25. ad finem C. de pignoriſ. & ſupra diximus. Et pari ratione poteſt petere, ut ea poſſeſſio quam licite propria authoritate accepit, per Judicem confirmetur, Jaſ. l. 2. n. 112. C. ſe jure emphyt. & in terminis tradit Jacobin. in auct. qui rem n. 97. & 98. C. de Sacroſ. eccleſ. Gargiareus elegantes patrocinio 100. n. 6. Quinimo t poteſt petere à Judice, ut eum conſervet in jure expellendi propria authoritate injuſtum poſſeſſorem, Bald. conſ. 177. ad evidentiam in fine l. 3. circa quæ eſt videndus Corbullo in tract. ex quibus cauſis emphyteuta 15. cauſa privatio q. 14. Nec pro opinione Bart. ſupra relata facit reg. l. non eſt ſingulis de reg. juris. Neque enim locum habet, quando per legem alicui conceditur facultas ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate: nam cum tunc tanquam miniſter & executor legis id faciat, & non tanquam privatus aperte ceſſat diſpoſitio dict. l. non eſt ſingulis, & tradit Felin. c. de cætero n. 4. de re judic. Corneus conſ. 271. n. 2. lib. 3. Jaſ. l. 2. n. 106. & 110. C. de jure emphyt.

363 Inferitur * ſecundo, cavendum eſſe à traditione gl. cap. licet Episcopus, verb. te non vocato, de præb. in 6. dam tradit, quod ſi uſufructus finitur, juxta §. finitur inſt. de uſufr. tamen dominus non poteſt fruſtuario expellere propria authoritate, ſed debet illum ab eo vindicare per juris remedia l. uti frui infra ſi uſufr. petat. & l. 1. §. hoc autem inſt. de fruſt. quemad. caveat, cum qua gloſ. tranſeunt Doctores ibi, ſed confunditur ex ſupra dictis, dominus enim habens ſivilem fruſtuario injuſte poſſidentem finito uſufructu, poterit expellere propria authoritate, & ita gloſ. illam erroneam eſſe aſſerit Car. conſuet. Paris §. 30. numero 174. Neque t placet diſtinctio Tiraq. tract. de morte 1. declarat. 3. n. 7. quod opinio prædictæ gloſ. vera ſit, quando uſufructus extinguitur aliqua ratione vivo fruſtuario. Nam ſi per ejus morrem finiatur, vera erit opinio contra prædictam gloſ. quia ut inquit Bald. conſ. 257. dicta tenent n. 1. lib. 4. per mortem fruſtarii extinguitur poſſeſſio naturalis, quam fruſtuario vivus habebat, neque tranſit ad ejus hæredem Cuman. conſ. 173. ad fin. Ergo hoc caſu dominus poſſeſſionem vacantem ſuæ rei licite occupare poteſt: nam prædicta diſtinctio confunditur ex ſupr. traditis, & ex doctrina Bart. l. 1. §. quod ait prætor. n. 17. infra uti poſſideris. Et in his terminis, quod dominus poſſit fruſtuario vivente expellere propria authoritate, ſi quacunque ratione ſit finitus uſufructus, tenet Imol. conſil. 86. n. 4. Caſſianus in conſuetudine Burgundiæ rubr. 7. Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis,

§. 1. col. 5. verſic. 4. ad ſinem, Nata conſ. 57. n. 36. lib. Cavalcan. dec. 80. aliàs dec. 36. n. 4. 8. in 3. parte Inferitur tertio t non videri tutum d. clam Fulgoſ. conſil. 2. n. 4. quod ſi emphyteuta alienavit jus ſuum in tertium, non requiſita Eccleſia, non poterit ille tertius expelli propria authoritate domini per legem ſm. C. ſi per vim, vel alio modo, ſubſcribit Valaſc. de emphyt. quaſt. 18. n. 9. ad ſinem, Burſatus c. 92. n. 21. ad ſinem lib. 1. & prius Afflic. dec. 97. Contrarium enim eſt verius ex ſupr. traditis. Nam ſemper dominus ratione ſuæ civilis, poterit expellere naturaliter poſſidentem, ne aliàs facile privetur ſua civili, & in terminis probat Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 7. §. c. 5. ad ſinem, verſ. dico plus, à quo non recedit Tiraquel, tract. de morte 1. declarat. 3. partis n. 9. veram tamen reſolutionem hujus articuli colliges ex Bart. leg. 1. §. quod ait prætor. n. 6. inſt. uti poſſideris, cui ſubſcribit Boſſius in praxi tit. de pluribus viol. n. 11.

His ita explicatis, quæ pertinebant ad materiam ſpecialeſ conclusionis hujus textus: ut tamen tota materia perfectè remaneat explicata, agendum reſtat * de eo articulo, quem reſerit gloſ. hic utrum petitorium, & poſſeſſorium poſſint cumulari in eodem libello. In * quo articulo, ut reſert gloſ. hic & gloſ. leg. naturaliter §. nihil commune inſt. de acquirenda poſſeſſ. duæ fuerunt opiniones principales gloſtatorum antiquorum omnino contrariæ. Nam t Joannes & Azo. exiſtimabant cumulari non poſſe moti per juſtum textum, & l. ſi quis ad ſe C. ad l. Juliam de vi publica, & l. 1. Cod. de appellatio. quæ videntur probare poſſeſſorio & petitorio ſimul agi non poſſe. Adducebant etiam regulam l. exitus inſt. de acquir. poſſeſſ. & l. ordinari Cod. de rei vindic. & l. incerti Cod. de interdicitis probantes quod exiſtente controverſia ſuper proprietate, & poſſeſſorio ordinario juris eſt, ut prius tractetur de poſſeſſorio, & illa cauſa finita, tunc demum agatur de proprietate, ut ſciatur quis in eo debeat eſſe actor. Adducebant etiam leg. 2. C. de edict. Divi Adriani, & l. ſm. Cod. quorum bonorum in quibus hæres mittitur in poſſeſſionem hæreditatis, & poſtea agatur de cauſa proprietatis: Martini autem gloſt. tor antiquus exiſtimabat, petitorium & poſſeſſorium regulariter cumulari poſſe in eodem libello, præter interdicitum uti poſſideris, & rei vindicationem: hæc enim remedia cumulari non poſſunt propter repugnantiam. Et adducebat pro hac ſua opinione l. cum fundum §. ſm. inſt. de vi, & vi armata, ubi videtur expreſſum & leg. 1. §. quod autem, infra quorum legato. & hanc opinionem Martini probat Accuſ. hic & communiter Doctores, ut reſerimus in principio hujus leg. & expreſſe probata eſt per Summum Pontificem capit. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. Sed * quia jura adducta pro prima opinione, multum videntur urgere ad veram explicationem hujus articuli duo caſus diſtinguendi ſunt.

Primus eſt, quando ab uno & eodem proponuntur ſimul, petitorium & poſſeſſorium, in eodem libello: Secundus eſt, quædo à diverſis proponuntur ita ut ab uno proponatur petitorium, & ab alio poſſeſſorium: in primo caſu prodanda eſt opinio Martini, ut regulariter licita ſit hæc accumulatio præterquam in interdicto uti poſſideris, & rei vindicatione: horum enim remediorum non admitteatur cumulatio propter manifeſtam repugnantiam. Nā qui vindicat rem, dicit ſe eam non poſſidere, ſed poſſeſſori conceditur rei vindicatio l. 1. §. interdictum autem, infra uti poſſideris §. quis ſi agat inſt. de actio. c. examinata de judic. Qui * autem agit

E e 3

agit

- agit interdicto uti possidetis, necessario dicit se possidere §. quorum, instit. de interdict. Unde propter prædictam repugnantiam non admittitur cumulatio juxta reg. leg. 1. Codic. de furti. & hanc esse communem resolutionem asserunt Ripa d. §. nihil commune, n. 153. & Coraf. n. 25.
- 379 Sed huic communi resolutioni nimis videtur obſtare, quod imò interdictum uti possidetis, & rei vindicationem cumulari posse, videtur probare textus leg. naturaliter §. nihil commune infra de acqu. possid. Cui * tamen difficultati respondet gloss. ibi communiter recepta, textum illum procedere, quando constat dominum rem vindicare ab eo, qui eam naturaliter possidet, vel etiam detinet, à quibus proculdubio rem vindicari posse, probat lex.
- 380 Cui * officium in fine supra de rei vindic. quo casu rem + vindicans ratione suæ civilis possessionis, potest nihilominus uti interdicto uti possidetis, l. 1. in principio, & ibi gloss. & Bartol. post principium infra uti possidetis, quia in his terminis nulla datur repugnantia, & ideo admittitur cumulatio prædictorum remedium, ut hic explicat Fulgof. num. 2. Paul. Castrenf. 2. lect. num. 5. Bartol. dict. §. nihil commune, num. 19. Jason. §. æque si agat num. 58. instit. de actio. tradit Paul. Castrenf. cons. 110. num. 5. lib. 2. & hanc esse communem intellectum dict. §. nihil commune, asserunt Alexand. ibi n. 49. Jaf. n. 93. Claud. n. 38. in fine.
- 382 Sed utique * is communis intellectus nimis restringit generalitatem dict. §. nihil commune, neque bene adaptatur rationi, in eo expressæ, ut ibi advertit Alciatus num. 26. Quare * alium intellectum ad §. nihil commune, assignat Bereng. ibi 2. parte n. 106. & alium Bologn. ibi num. 8. & alium Coraf. 7. & denique alium Anton. Goyean. lib. 1. variar. lect. c. 3. & alium Charondas lib. 1. verisimilitum c. 6. & alium etiam Cujat. lib. 7. obs. c. 38. Denique alium Vaconius declaratio juris 44. n. 3.
- 384 Mihi + autem placet intellectus, & resolutio Cuman. dict. §. nihil commune nu. 16. quod aut constet, quem rem vindicare, quasi nullo modo possidet, & postea vult accumulare interdictum uti possidetis quasi possideat: & tunc propter manifestam repugnantiam, non admittitur prædicta cumulatio: aut nobis non constat de animo vindicantis, & in dubio interpretandum est, quod vindicans nullo modo videtur asserere, se non possidere, sed tantum quod non habet omnimodam possessionem illius rei, & ideo nihil impedit postea cumulare interdictum uti possidetis adversus eum, qui rem naturaliter possidet, vel etiam detinet animo possessoris, & ideo in dubio admittenda est prædicta cumulatio, & in his terminis procedit dict. §. nihil commune ut ibi notat Alexand. num. 51. Jason. nu. 93. num. 137. Alciat. num. 27. Anton. de Matth. tractat de causa possessionis, & proprietatis num. 82. Cui * interpretationi bene adaptatur ratio expressa dict. §. nihil commune, quod qui vindicat rem, non videtur possessionem renunciaſſe leg. si quis vi §. differe infra de acquir. possess. Ac ita * resolvendum est: quod tunc demum non admittitur cumulatio rei vindicationis, & interdicti uti possidetis, quando clarè confliterit, quod quis rem vindicat, quando si nullo modo possideat. Tunc enim propter manifestam repugnantiam; non admittitur prædicta cumulatio, & in his terminis debet accipi cap. pastoralis, ad medium de causa possessionis. Sed si * limus in dubio, & vindicans qui egit rei vindicatione; cumulet interdictum uti possidetis, debet admitti cumulatio, propter rationem supra assignatam, & à fortiori id procedet, quando à principio utrumque remedium cumulatur, nam ne videatur
- in continenti sibi repugnare, contra regulam l. non ad ea infra de condition. & demonstration. interpretandum est quod rem vindicat à reo, quasi naturaliter possideat, & ratione suæ civilis intentat contra eundem interdictam uti possidetis. Et + notabis, quod ubi cumulantur petitorium & possessorium, potest quis vincere in possessorio, & in petitorio succumbere, ut quia bene probavit possessionem, & non sic dominium: & ideo quoad petitorium absolvetur reus cap. cum Ecclesia, ad finem, de causa possess. Quinimò * si reus assumserit in se onus probandi, juxta leg. circa infra de probat. & quia probavit dominium declaratus fuit dominus rei, inutilem reddit sententiam, quam alter obtinuit in possessorio, ut est expressum cap. cum dilectus, de causa possessionis; & ideo in hac materia tutius est sequi consilium Juris Consult. l. is qui destinavit infra de rei vindic. Et hæc de primo casu principali.
- In secundo * autem casu, quando possessorium & petitorium proponuntur à diversis, tres in materia sunt constituendæ conclusiones. Prima est, si quilibet ex parte sua, proponit petitorium, & possessorium, non admittitur hujus modi cumulatio, sed potius ad ordinandum judicium, prius agatur de possessorio, ut sciatur quis in eo judicio debeat subire vices actoris, vel rei. Et * in his terminis potest procedere regula leg. ordinarii Codic. de rei vindic. & leg. incerti Codic. de interdict. leg. exitus infra de acquir. possess. & leg. 1. §. hujus autem infra uti possidetis leg. inter litigatores infra eodem. Quod * ampliat Barr. dict. §. nihil commune numer. 39. procedere, etiam si unus intentaverit rei vindicationem, quasi nullo modo possideret, quia scilicet ignoraret, se civiliter possidere: nam comperta veritate poterit petitorio cumulati interdum uti possidetis. Nam * licet attenda forma libelli, propter repugnantiam non possit admitti hæc cumulatio tamen habita consideratione, quod ignorans non videtur renunciaſſe possessionem sibi competentem leg. mater decedens, infra de inoffic. test. ne careat commodò possessionis, ex post facto admittitur prædicta cumulatio, quam Barr. opinionem esse communiter receptam, asserit Jason. dict. §. nihil commune numer. 127. & Claud. numer. 4. ipse tamen Jason. adversus Barr. multa adducit, quæ habuit ab Alexand. ibidem numer. 65. Quinimò * Rip. ibi numer. 154. asserit hanc opinionem Bartol. communiter reprobari, & contra eam præcipue adducitur regula auth. qui semel Codic. quomodo & quando iudex, item & Clement. unica de causa possess. per locum ab speciali. Præterea adducunt, quod cum actor fuerit contestatus super rei vindicatione, jam in ea causa constat quis debeat esse actor vel reus, l. qui prior supra eodem.
- Sed * his non obstantibus Bart. opinio verior videtur, & ad rationes contrariæ opinionis, duobus modis responderi potest. Primo quod cum actor ignoraverit possessionem civilem sibi competere, poterit emendare libellum, etiam post litem contestatam, arg. cap. pastoral. de except. & doctrinæ gl. error verb. facti Cod. de juris & facti ignor. & tradit Claud. l. edita n. 10. & 15. ad fin. C. de edendo, & ibi Purpurat. num. 122. dum igitur in libello virtualiter dicebat, se nullo modo possidere, emendabit libellum, & dicet nullo modo possidere, scilicet naturaliter, & tamen possidere civiliter: quo casu admittitur cumulatio petitorii cum interdicto, uti possidetis, ut dictum est. Item * secundo respondeo, quod licet in prædicto casu actor merò jure sibi præjudicaverit, tamen * ignorantia ejus

- est iusta causa petendi restitutionem, Bart. l. 1. si quis auctorem propter, infra de itinere actuque privato, & sic per restitutionem emendabit libellum, & obtinebit pronunciarum, etiam super interdicto uti possidetis: neque enim restitutio in integrum unquam videtur exciula, gl. fin. leg. postquam liti C. de partit. Et sic hac ratione tolluntur omnia adducta contra Barrolam.
- 401 Secunda * principalis conclusio in hac materia sit, quando unus proponit petitorium, & adversarius proponit possessorium, si quidem sit possessorium recuperandæ possessionis, certum est supersedendum esse in questione dominii, sive prædictum possessorium proponatur per viam exceptionis, c. 1. de rest. spoliat. l. si quis ad se Cod. ad leg. Juliam de vi publica, sive proponatur per viam actionis, cap. fin. de ordine cognitionum. Si + verò sit possessorium retinendæ, hoc est interdictum uti possidetis, etiam dicendum est, non posse cognosci de dominio actoris, etiam in continenti probando quoad effectum, ut in prædicto possessorio supersedeatur. Nam * licet turbans reum, dominus sit ipsius rei, non tamen ei licet turbare possessorem in sua iusta possessione leg. vim facit infra de vi, & vi armata, & ideo exceptio, quod turbans sit dominus, tanquam non concludens, non est admittenda leg. ad probationem dominii Cod. de probat. quod ita pro constanti tenet gl. fin. ad finem l. si de eo §. final. infra de acquir. possess. & ibi notat Bartol. nu. 2. Bart. dict. §. nihil commune num. 3. & ibi Ripa num. 98. asserit ita esse receptum per omnes, & adversus glossam hic observat Bart. in fine jacobin. num. 8. notab. Panormit. cap. in literis num. 7. de restitutione spoliatorum Anton. Natta conf. 419. à num. 5. lib. 2. Boer. decis. 238. n. 2. Muscard. de probat. 3. par. conclus. 1329. à num. 1. quem vide num. 9. & 2. parte conclus. 687. num. 11. & num. 18. Menbac. illustrium questionum c. 58. nu. 3. Adde Angel. Aret. §. quadrupli num. 50. Instit. de actio. Ubi * tamen declarat, id verum esse quando agens possessorio retinendæ est iustus possessor. Nam si sit injustus, cum agendo prædicto interdicto obtinere non potest leg. 1. §. final. infra uti possidetis, licet per dominum civiliter possidentem turbari potest, quocunque tempore, quia semper dominum videtur turbare * in sua civili: adeò quod licet agens interdicto recuperandæ, non possit ex intervallo spoliatorem dejicere leg. 3. §. cum igitur infra de vi armata. tamen dominus injustus possessorem quocunque tempore turbare potest, ut elegantissime ratione probat Bartol. leg. 1. §. quod ait prætor num. 13. infra uti possidetis & Angel. Aretin. dict. §. quadrupli, num. 50. Instit. de actio.
- 406 Amplia prædicta, ut licet controversum sit, utrum notorius proprietatis defectus impediat restitutionem spoliati ut supra tractavimus, tamen in interdicto uti possidetis, etiam notorius defectus proprietatis non efficiet ut dominus iustum possessorem turbare possit, ut ex mente Panormitan. dict. cap. in literis num. 7. de restit. spol. deductis Anton. Nata conf. 411. num. 7. lib. 2. Amplia etiam ut quamvis impediatur restitutio, si spoliatus passus sit agi de dominio spoliatoris, cap. 1. restitutio ne spol. Tamen * aliud erit, in interdicto uti possidetis: nam etsi eo patiente constiterit de dominio turbantis, tamen non licebit ei turbare iustum possessorem, leg. 1. §. & parvi infra, quod vi aut clam. probat Beronius q. fawni. 3. à numer. 4. Gregor. leg. 27. titul. 2. part. 3. verb. quel he entregasse colom. 2. ante medium, & ad finem quicquid contrarium sentiat Anton. Rub. dict. §. nihil commune num. 175.
- 408 Cæterum in interdicto adipiscendæ aliud observabitur: nam in eo admittitur exceptio dominii incontinenti probandi & interim impeditur mis-
- ſio in possessionem leg. 2. cum gloss. Cod. de edit. Divi Adriani, & tenent relati per Mascard. 2. parte de probat. concl. 687. num. 7. Gregor. leg. 27. tit. 2. part. 3. verb. quel he entregasse ad finem ampliando ut per Gigantem cons. 10. num. 4. & cons. 26. num. 8. rationem assignat Anton. Rub. dict. §. nihil commune num. 184. & ante eum Panorm. c. 1. num. 5. & ibi Beronius num. 40. de restitutione spoliatorum. Quare si alius ab eo rem vindicet, poterit opponere de possessorio: nam cum fateatur se adhuc non possidere, non poterit ab eo res vindicari, ut tradit Bar. d. §. nihil commune, n. 28.
- Limitat + secundo, si in interdicto uti possidetis exceptio dominii non opponitur ad effectum excludendi actorem, sed potius ad effectum, ut magis qualificetur opponentis titulus & possessio: nam cum tunc cesset repugnantia, admittitur prædicta exceptio, & probata duos * operabitur notabiles effectus, Primus + quod si pares fuerint probationes illius: qui dominium probavit, quasi ob hoc ejus possessio magis justificata, & qualificata esse censetur, Bart. hic in fine, & leg. si duo nu. 4. infra uti possidetis, Jacobin. hic num. 7. ad finem & num. 11. Rip. dict. §. nihil commune, num. 100. Declarando * ut per Antonium Natam conf. 419. num. 10. libr. 2. & per Mascard. ad probat. 3. p. conclus. 119. à n. 12. quod si adversus agentem in interdicto uti possidetis, conventus per viam petitionis alleget se esse dominum, certum est, quod respectu interdicti succumbet, cum agens rei vindicatione fateri videatur conventum possidere. Ergo agens in interdicto obtinebit, non obstante dominio rem vindicantis, 8. quorum instit. de interdict. tradit Bart. d. §. nihil commune n. 27.
- Secundus * effectus est, quod licet, qui probat de antiquiori possessione, debeat vincere, quantumcumque adversarius prober ex parte sua titulum, & possessionem Angel. Aretin. §. quadrupli numer. 49. instit. de act. Quia + junior possessio etiam cum titul. præsumitur clandestina, ut probat cap. licet causam, de probat. Bart. leg. si duo numer. 4. infra uti possidetis. Men. de recap. possess. 15. remedio num. 334. Id tamen * tunc procedet, quando ille, qui probavit antiquiorem possessionem allegaverit eam possessionem, quam habet adversarius, esse clandestinam respectu suæ possessionis: nam aliàs obtinebit ille, qui probat titulum, & juniorem possessionem, Anton. Nata conf. 419. numer. 8. lib. 2. Et est * ratio, quia licet dominus, vel credens se dominum respectu dominii non possit videri clam possidere leg. si de eo §. fin. infra de acquir. possess. notat gloss. leg. Pomponius §. cum quis verb. vitis in fine eo em. titul. quia cum sciat se esse dominum, vel pro certo id habeat, non esse verisimile, quod super hoc timuerit, sibi controversiam moveri, ac ita eo respectu non potest videri clam possidere, ut declarat Paul. dict. leg. si de eo §. fin. num. 2. Tamen * respectu possessionis, quam scit ab antiquiore possessore occupatum esse, debuit timeere, respectu illius sibi movendam esse controversiam. Si igitur eam clam ingreditur, dicitur clam possidere, gloss. fin. ad finem dict. leg. si de eo §. final. & sic succumbet in hoc interdicto leg. 1. §. final. infra possidetis. Unde * merito Bart. dict. leg. si de eo §. fin. ad finem, admonet advocatos, ut in hoc casu non allegent simpliciter adversarium clam possidere, quia poterit intelligi clam possidere respectu dominii, cuius tamen respectu, non potest hoc casu considerari clandestinitas, ut dictum est, & ideo debent addere in prædicta allegatione, adversarium clam possidere respectu suæ possessionis, cuius respectu considerari potest clandestinitas etiam in dominio ipsius rei, gloss. fin. in fine

- 419 *fin. d. l. si de eo §. fin.* Et ideo licet occupans possessionem probet se dominum, tamen succumbet in interdicto. Nam cum ejus possessio sit clandestina, respectu antiquioris possessionis, locum habebit regula, l. 1. §. fin. *infra. uti possidetis, ut resoluit Alex. cons. 110. n. 4. l. 1. & cons. 45. n. 8. l. 3. Soc. cons. 266. num. 16. l. 2. Ant. Nata. cons. 419. n. 9. lib. 3. Nevizanis cons. 81. n. 23. & n. 26. Ant. Rub. cons. 4. n. 12. Menoch. de recuperand. possess. l. remedio n. 144.* Circa quem articulum videndus est omnino Matc. de prob. 3. p. concl. 1194. n. 28.
- 420 Ex * quibus infertur vera resolutio ad eam controversiam questionem, *utrum quemadmodum petenti restitutionem ex c. violentia*, non obstat exceptio domini spoliatoris ex cap. de restitutione spoliatorum ita etiam non debeat obstat petenti restitutionem ex c. clandestinitatis. In ¶ qua questione Bart. l. *vi. tit. n. 6. C. de acq. possess. concludit* obstat exceptionem domini, per text. in l. si de eo §. fin. *infra de acq. possess. & Idem tradit Bart. l. si quis emptiois §. sed hoc super illis, & ibi Ang. n. 4. C. de prescript. 30. annorum, Angel. l. 1. §. 1. n. 6. inf. de vi, & vi armata Corsetus ad regulam quod spoliatus ante omnia restituatur, fallentia 29. Jacob. Novel. in praxi criminali tit. de spoliatis de facto n. 30. Marant. in praxi iudicii l. p. 17. distinctione iudiciorum n. 23. Amilius Ferrerius l. naturaliter §. nihil commune n. 72. inf. de acq. possess. & alii relati per Antonium Gabr. l. 5. communium, titulo de restitutione spoliatorum concl. 1. n. 125. & defendit Menoch. de recuperand. l. remedio à n. 123. Circa quem articulum est etiam videndus Mascard. de probat. 3. part. cons. 1194. à n. 29.*
- 422 Contrariam ¶ tamen opinionem imo petenti restitutionem ex capite clandestinitatis, non obstat etiam exceptionem domini occupantis possessionem clandestine resolvit Alex. nihil commune n. 16. & ibi Rip. n. 73. Claudius Amarius n. 79. & asserit magis esse receptum Jacobin. hic n. 1. ver. secundo fallit. & plures quos refert Anton. Gabriel. lib. 5. communium titulo de restitutione spoliatorum concl. 1. n. 126. & Valasco consultatione 93. colum. fin. l. Quam * opinionem tanquam veriore jam supra probavimus, & probatur ex eo, quod ille, qui petit sibi restitui possessionem ab eo, qui illum clam occupavit, virtualiter allegat, adversarium clam possidere ratione possessionis. Quo casu etiam dominus vitium clandestinitatis incurrit, ut dictum est. Ergo tenetur eam restituere eodem modo, quo si per vim illum occupasset juxta æquationem l. si vi me à secunda, & ibi notat Bart. *infra de vi & vi armata, & c. item cum qui, & ibi notat Panorm. n. 4. de restitutione spol. & in specie videtur text. l. 1. §. denique & ibi Ang. infra quod vi aut clam.*
- 424 Et retenta hac opinione non obstat textus l. si de ea §. fin. *inf. de acq. possess.* quia advertendum est, textum illum loqui, quando qui rem in veritate propriam clam occupavit, & probat vitium clandestinitatis non incurrere, non quidem ob rationem quam ibi assignat Paul. n. 2. & Socin. *dist. §. nihil commune n. 8.* sed potius * ob eam, quæ in eo textu assignatur, quod quemadmodum in proprio non consistit pignus, neque alia obligatio nec pignus *infra de regul. juris*, ita etiam in propria non cadit vitium clandestinitatis, ut ibi notant omnes. Ex * qua ratione colligitur, quod si quis rem in veritate suam occupat clam, quia scilicet timeret moveri sibi controversiam ratione domini, tamen vitium clandestinitatis non incurrit, cum semper militet ea ratio, quod clandestinitas non cadit in re propria. Quicquid Doctores com-
- muniter in d. §. fin. contrarium sentiant.
- Distinctio * igitur illa Doctorum, quod si ingre-
- diens timeret sibi fieri controversiam ratione domini dicatur clam possidere etiam respectu domini. Si autem timeret fieri sibi controversiam ratione possessionis, tunc dicatur clam possidere tantum ratione possessionis, ut declarat Cum. & Paul. uterque n. 2. d. l. si de eo §. final. tantum ¶ locum habere potest, in possessore bonæ fidei, ut colligitur ex d. l. si de eo §. servum tuum. Nam in vero domino respectu proprietatis, non potest cadere vitium clandestinitatis ut dictum est, & aliud erit dicendum respectu possessionis in re propria. Nam ¶ cum respectu prædictæ possessionis cadat in v. ro dominio vitium clandestinitatis, gl. fin. ad finem d. l. de eo §. fin. locum habebunt jura supra citata, quod dominus omnino teneatur restituere possessionem etiam rei propriæ clam occupatæ.
- Juxta * quæ dicendum est, quod si simpliciter al- legetur, occupantem clam possidere, semper admit- tetur exceptio domini occupantis, quia concludit, saltem respectu proprietatis, nullam fuisse com- missam clandestinitatem, sed respectu possessionis que etiam dicitur clandestine occupata, non ad- mittetur prædicta exceptio, quia respectu illius non concluderet, non fuisse commissam clandes- tinitatem, ut dictum est, & ita non obstante præ- dicta exceptione cogetur ante omnia illam resti- tuere possessori, quod sentit Socin. d. §. nihil. com- mune, n. 8. Anton. de Matb. tractatu de causa possess. & propriet. n. 92. verb. non obstat gloss. ad quem ¶ modum, est explicandus Bart. in leg. si de eo §. fin. ad finem. Et * eadem ratione idem erit admitten- dum, quando quis allegaret se privatum sua posses- sione clam, nec enim tunc admitteretur exceptio proprii domini occupantis possessionem clam: quia re propria respectu possessionis cadit clandestinitas & consequenter non obstante exceptione domini tenetur eam ante omnia restituere, ut dictum est, & ad hunc modum est etiam explicandus Rip. *dist. §. nihil commune n. 73.*
- Nec in hac * re admittenda est concordia Bel- lameræ dec. 36. quod in his terminis potest oppo- ni de proprio dominio, non autem alieno, & sub- scribit Anton. Gabr. lib. 5. communium, titulo de restitutione spoliatorum concl. 1. à n. 129. Hæc enim distinctio confunditur ex supra traditis, & ideo verior concordia est, quod si simpliciter * allegat dominum clam possidere, admittetur exceptio domini. Si autem expressum vel tacite alleget, eum possidere clam respectu possessionis, tunc non admittetur prædicta exceptio propter rationes su- pra relatas, & ita in effectu Socin. l. rem que nobis, n. 20. circa finem ver. tandem *infra de acquir. possess.*
- Tertia * & ultima conclusio in hac materia sit, si prius agatur petitorio, & deinde objiciatur pos- sessorium, si quidem possessorium sit recuperandæ possessionis, tunc si per viam exceptionis oppo- natur, suspendendum est petitorium, & de solo possessorio agendum est, c. frequens de restituti- one spoliatorum lib. 6. Adeo * quidem, ut si duo agant de spolio, & alter proponat spolum per vim actionis, alter vero excipiat de alio spolio contra se commisso, utique in primo spolio per vim actionis proposito suspendendum est ut probat final. in fine, de ordine cognitionum, & ibi notat Anton. numero 14. Panormitan. nume- ro 11. rationem reddentes. Si * autem tam pri- mum spolum, quam secundum proponatur per viam actionis, in nullo suspendetur. Sed de utro- que pariter cognoscendum est, tanquam in cau- sa conventionis & reconventionis. Ita probat

textus

- textus cap. 2. de ordine cognitionum, considerando, quod in eo text. Monasterium conquerebatur de damnis sibi illatis per homines armatos nobilium, & sic non allegabat spolum, sed tamen monaste- rium in rebus suis damnum fuisse passum, ubi ad- verterunt Innocent. num. 1. Hostiens. post principium, & Panorm. numer. 50. & nihilominus probat text. quod si ex altera parte nobilium spolum allegetur per viam petitionis, de utraque causa simul cog- noscendum esset. Ergo ex illo text. clarè colligitur, quod si propositum sit petitorium quod non respiciat restitutionem rei, sed tantum rescirari dama- na illa, quod per spolum propositum per viam actionis, non suspendetur petitorium adversarii, sed semper in utraque causa simul sit proceden- dum id quod notat Panorm. cap. fin. num. 5. de or- dine cognitionum, & cap. ex conquestione numer. 6. de restitutione spoliatorum Cardin. Clem. 1. num. 6. ad finem de causa possess. Maranta in praxi 4. parte 6. dis- tinctione iudiciorum numer. 40. & 41. part. 3. & ibi Greg. in gl. final.
- 439 Hæc tamen * conclusio deducta ex dict. c. 3. de ordine cognitionum, duas magnas patitur difficultates. Prima est ex c. final. de ordine cognitionum, ubi quis * proposuit possessorium recuperandæ posses- sionis per viam actionis, & adversarius proposuit rei vindicationem, & probat text. quod in tali pe- titione superfedetur, quia non admittitur reconven- tio, nisi de alio spolio. Ergo è contra idem vide- batur recipiendum, ut petitorium attentatum prius suspendatur propter spolum postea intentatum, etiam per viam actionis.
- 441 Secunda difficultas * infurgit ex decisione cap. ex conquestione de restitutione spoliatorum, ubi mari- tus proposuit petitorium super matrimonio, pe- tens illud illegitimum pronunciari, & postea mu- lier proposuit spolum per viam petitionis, & ta- men jubetur superfederi in petitorio per maritum intentato.
- 442 Sed his non * obstantibus, non est recedendum à præcedenti conclusione. Neque obstant ¶ in contrarium adducta: nam ad primam de cap. final. de ordine cognitionum, respondetur in hoc articulo distinguendos esse duos casus. Primus * est, quan- do quis proposuit prius possessorium per viam actionis, & reus conventus proponit postea pe- titorium: & non admittitur hæc secunda petitio, quia spoliatus hoc habet privilegium, ut minime teneatur respondere super aliqua actione, ante- quam plenè sit restitutus, cap. frequens, de restituti- one spoliatorum lib. 6. & in his terminis procedit cap. fin. in principio, de ordine cognitionum, ut explicat Maranta in practic. 4. parte 6. distinctione iudiciorum num. 32.
- 445 Secundus * casus est, quando quis proposuit petitorium, & reus proponit spolum per viam actionis, & procedit cap. 2. de ordine cognitionum, inductum ut supra. Ita * ut in hac materia mul- tum intersit, utrum prius propositum sit posses- sorium, & postea sequatur petitorium. Nam tunc procedit cap. fin. in princip. de ordine cognitionum, notat Panormitan. cap. pastoralis numer. 34. de causa possessionis. Aut verò procedat petitorium & se- quatur possessorium: nam tunc locus erit deci- sioni cap. 2. de ordine cognitionum, notat Panorm. cap. final. numer. 4. eodem titulo. Ratio hujus dif- ferentiæ est, quod in hoc secundo casu actor, qui prius proposuit petitorium, nihil de novo pe- tit à spoliato, sed in jam petitis persistit, & sic cessat ratio privilegii cujus sit mentio *dist. c. fin. in prin. de ordine cognitionum.*
- 447 Non * obstat secundo d. c. conquestione, de resti- tione spoliatorum quia pro vera responsione, duo etiam casus distinguendi sunt in materia. Aut enim proponitur petitorium super diversa re, ut ipsa possessorium intentatum nihil commune habeat, cum prædicto petitorio, & locum ha- bet regula cap. 2. de ordine cognitionum, aut verò petitorium erat intentatum super certa re, & pos- tea proponitur possessorium respiciens eandem rem, super qua prius petitorium fuerat inten- tatum, & in his terminis procedet dict. cap. ex conquestione, ut spolum postea oppositum etiam per viam actionis, faciat suspendi petitorium, prius intentatum super eadem re, & ita Imol. & ibi ad finem Panormitan. numer. 6. ad finem i o- manus *dist. §. nihil commune, numer. 20.* quicquid involvat Maranta in praxi 4. part. 6. distinctione u- dicatorum numer. 40. Ratio hujus differentiæ est, quia quando petitorium respicit diversam rem non est æquum, ut propter possessorium respiciens aliam rem diversam, suspendatur petitorium ante intentatum super diversa re, quod tamen est æquum, quando possessorem etiam per viam ac- tionis proponitur super eadem re, super qua fue- rat intentatum petitorium. Cum * secundum ju- ris regulas, quilibet puniri debeat in eo, in quo deliquit, Auth. sed novo jure cum gloss. Codic. de servis fugitivis, Auth. omnes Codic. communis de suc- cess. & ideo contumax tantum * punitur in ea cau- sa, in qua fuit contumax leg. generaliter §. 1. Cod. de rebus creditis & jurejur. gloss. cap. 2. verb. non teneris de dolo, & contumacia lib. 6. Quicquid aliam rationem differentiæ assignet Pan. *dist. cap. ex con- questione n. 7.*
- Et juxta hæc venit explicandus textus Clement. unica, de causa possessionis, qui quidem textus duas habet partes. In prima probat, quod si causa be- neficialis per appellationem, legitime fuerit devo- luta ad Romanam Curiam, poterit quilibet ex partibus coram Judice appellatoris cumulare pos- sessorium, etiam si in causa, à qua appellatum fuit, tantum actum fuerit de petitorio. Cui tamen con- clusioni nimis videtur obstat, quod Judex appella- tionis non potest cognoscere, nisi de ea causa, quæ per appellationem ad eum fuerit devoluta leg. eos C. de appellat. & ideo si de proprietate actum fuit in primo iudicio in causa appellationis, mini- mè tractari potest de possessorio, de quo nihil ac- tum fuit in primo iudicio, & consequenter neque potuit devolvi ad Judicem appellationis. Sed * respondendum est, hæc omnia limitari, in causa beneficii, in qua duo specialia inveniantur per jus Canonicum inducta in ejus favorem. Prima, est quod licet, * regulariter si appelletur ab aliquo articulo ad Curiam Romanam, tota causa non possit in ea retineri, nisi causa appellationis justificata sit, vel si fuerit omissa appellatio, & partes consen- tiant, quod in curia agatur de causa principali, c. de appellation. in 6. & tamen in causa beneficii, si appellatum sit ab aliquo articulo, tota causa re- tinetur apud Romanam Curiam, etiam non justifi- cato articulo appellationis cap. primo de elect. in 6. notat Paul. Castrensis. cons. 277. num. 2. & 3. libr. 1. Secunda * specialitas est, quod licet in aliis causis tantum Judex appellationis cognoscere possit de eo articulo, de quo ad eum appella- tum est, & non de alio diverso *dist. leg. eos Cod. de appellation.* Tamen in causa beneficii spe- ciale est, ut Judex appellationis non tantum cognoscat de articulo à quo appellatum est, sed etiam de eo articulo, de quo non fuit cogno- scatum in primo iudicio, neque de eo appellatum ut probat dict. Clement. unica in principio, & no- tat Paul. Castrensis. cons. 277. numer. 2. ad finem & sequ. libr. 1. Panormitan. cap. pastoralis num. 34. de

de causa possessionis, & ibi Anton. S. si verò num. 4. Joanne Garcia tractat. nobilitat. Hispania gloss. r. S. 2. num. 21. ad finem. Et * est ratio, quia cum hoc speciale sit inductum, in causa beneficii, ut Judex appellationis non solum cognoscat de articulo ad eum devoluto per appellationem, sed & de tota causa principali, quia tota videtur devoluta ad Romanam Curiam, ut dictum est, utique is Judex non solum videtur successisse loco Judicis à quo appellatum est, in articulo à quo appellatum est, sed etiam in tota causa: ac proinde prout coram Judice à quo appellatum est, post intentatum petitorium, potuit in quacunque dante litis cumulari possessorium, c. pastoralis de causa possess. c. significaverunt de testibus lex cum fundum S. finem infra de vi, & vi armata. Idem etiam licebit facere coram Judice appellationis, qui in causa beneficii quoad totam causam videtur successisse loco Judicis, à quo appellatum est, ut dictum est, & ita * Panorm. d. c. 459 pastoralis nu. 34. ad medium. In * aliis autem causis, cum solus articulus à quo appellatum est, videatur devolutus ad Judicem appellationis, & sic tantum in eo articulo videatur successisse loco Judicis à quo, de alio diverso articulo cognoscere non poterit.

461 Ex * qua ratione inferitur, quòd si tota causa sit devoluta ad Judicem appellationis, tunc in quacunque causa admittetur decisio dict. Clement. unica in principio, quia in ea incipit militare eadem ratio, quæ in causa beneficii. Exemplum * erit si ante oblatum libellum, vel litem contestatam appellatum sit ad Judicem appellationis, quia tunc cum primus Judex non cognoverit de causa, tota causa cognoscenda devolvitur ad Judicem appellationis. Verificata igitur causa appellationis, coram eo poterit cumulari possessorium, uti poterat coram primo Judice, & ita Panormitan. dict. c. pastoralis, n. 34. ad medium. Si verò post libellum oblatum vel litem contestatam appellatum sit, quia tunc primus Judex incepit cognoscere de causa non videtur tota causa devoluta ad Judicem appellationis, sed tantum articulus specialis, à quo appellatum est, & consequenter coram eo non potuerit cumulari possessorium, de quo coram primo Judice actum adhuc non erat, Panormitan. ubi supra Paul. Castrenf. conf. 217. numer. 3. libr. 1. Valascus 463 consultat. 41. numer. 3. Præterquam † in causa beneficii, in qua speciale est, ut tota causa videatur devoluta ad Judicem appellationis, & ideo in ea tantum procedet dict. Clement. unica de causa possess. 464 in 1. parte. Quinimò * neque in causa beneficii hæc specialitas simpliciter admittetur, sed duo copulative * requiruntur, scilicet quòd causa sit beneficii: item quòd de ea cognoscatur in Curia Romana. Nam si in partibus de ea cognoscatur coram delegato, non habebit locum prædicta specialitas. Sed idem observabitur in causa beneficii, quod in aliis causis. Panormitan. dict. cap. pastoralis num. 34. ad finem. Paul. Castrenf. consil. 277. numer. 2. libr. 1. & de materia est videndus Marian. cap. 2. num. 39. ad finem de nutus petitio. Et hæc de prima parte d. Clement. unica.

465 Succedit igitur † secunda pars principalis, prædictæ Clementinæ, quæ probat, quòd si tota causa videatur devoluta ad Judicem appellationis, tunc quælibet pars, licite potest petere, ut suspensio petitorio, de solo possessorio recuperandæ agatur. Quam † secundam partem etiam specialiter procedere in causa beneficii existimat Rota decis. 5. de causa possessionis, in novis, quia in aliis causis licitum est quidem parti suspendere petitorium à se intentatum, & obtinere quod de solo possessorio agatur, cap. de pastoralis, de causa pos-

sessionis, non autem poterit suspendere petitorium ab adversario intentatum, quia hoc jure cautum non invenitur. Igitur dict. Clement. unica probans, quòd etiam petitorium ab adversario intentatum possit suspendere, tantum procedat in causa beneficii, de qua procul dubio agit dict. Clement. unica in principio ut supra diximus. Quod ita tenent multi relati per Antonium Gabrielem lib. 5. communium rit. de restitutione spoliatorum concl. 5. num. 90. & per Covar. resolut. lib. 1. c. 16. colum. penult. Ant. Capitius decis. 28. à n. 2. Antonius de Math. tractat. de causa possessionis, n. 43. pag. 82. Joan. Garcia tract. nobilitatis S. 1. gl. 2. numer. 21. ad finem & num. 22. ver. tum etiam.

Sed † non est vera hæc opinio, quia licet d. 468 Clement. unica in prima parte loquatur in causa beneficii, tamen in secunda parte generaliter loquitur in quacunque causa, addita ratione generali, scilicet hæc admitti in odium spoliatoris, quæ ratio pariter militat in quacunque causa. Et ita contra Rotam advertit Panormitan. dict. cap. pastoralis numer. 34. ad finem, Paul. Castrenf. conf. 277. numer. 3. libr. 2. & post alios Ant. Gabriel. ubi supra à num. 98. quod non satis percipit Valascus consultatione 91. num. 3.

Quo præsupposito † ex dict. Clement. unica in secunda parte colligenda est notabilis conclusio, quòd tam in prima causa, quam appellationis legitimum est parti suspendere petitorium à se vel ab adversario intentatum & facere quòd de solo possessorio recuperandæ agatur. Quinimò * probat dict. Clement. unica licitum esse hanc suspensionem facere usque ad conclusionem in causa, notat Panorm. dict. cap. pastoralis n. 34. & ibi Anton. S. si verò nu. 4. de causa possessionis, item Panormitan. cap. ex conquestione, n. 8. de restitutione spoliatorum, & hanc esse opinionem Canonistarum fatetur Rip. dict. S. nihil commune, n. 161. quam & consulendo probavit Paul. Castrenf. consil. 277. numer. 3. libr. 1. & judicando Jacobus Puteus decis. 298. in parte, & uti veriores probarunt Cuman. Paul. & Socinus colum. ult. d. S. nihil commune, & ibi Jason. num. 138. Cora. num. 86. Franciscus Marcus decis. 316. num. 0. in 1. parte Capitius decis. 28. num. 7. & defendit Mencha. illustrium qu. c. 87. num. 27.

Contrariam * tamen opinionem, imò quòd hæc 471 suspensio tantum fieri possit usque ad litem contestatam, & postea non, tenet Bartol. dict. 6. nihil commune, n. 24. cujus opinionem receptam esse à legistis asserunt Jason ibi num. 137. & Rip. num. 161. & secundum illam consuluit Romanus conf. 39. per totum, & eam uti veriores probat Covar. resolut. lib. 1. cap. 16. num. 13. Menoch. de recuperanda possessione 15. remedio num. 382. & defendit Joannes Garcia tract. nobilitat. S. gloss. 11. num. 43. verb. & ad ver. & plures quos citat Valascus consultat. 92. post principium, quibus adde Ant. Math. in regula quòd spoliatus sit ante omnia restituendus, num. 69. pagin. 42. Moventur, qui hanc opinionem, probant, ea præcipue ratione, quia hæc suspensio conceditur in 472 odium spoliatoris, propter regulam quòd spoliatus est ante omnia restituendus ut exprimitur dict. Clement. unica, & tamen hæc regula tantum producit exceptionem dilatoriam, quæ opponenda est ante litem contestatam super dominio adversarii cap. 1. de restitutione spoliatorum, notat gloss. cap. 1. 2. qu. 2. & gl. c. 1. verb. perimitur, de restitutione spoliatorum in 6. Ergò post litem contestatam opponi non potest, l. fin. c. de except.

Solent tamen assignari inter has contrarias opiniones quedam concordie, quas breviter perstringemus. Prima igitur concordia est, in hoc articulo * constituendam esse differentiam inter jus Ca-

nonicum, & civile: nam attento jure Canonico procedet dict. Clement. unica in parte. Attento autem jure civili procedet opinio Bartol. magis communiter recepta, & ita plures, quos refert Antonius Gabr. lib. 5. communium tit. de restitutione spoliatorum conclus. 5. num. 87. Sed * hæc concordia non est admittenda, quia non est facile admittenda differentia inter jus civile & Canonicum, 475 cap. 1. de novi oper. nunciat. Ac ita * decisionem d. Clement. unica etiam in foro civili esse admittendam defendit Bologner. post Cuman. dict. S. nihil commune num. 86. & ibi Claudius Mamerius num. 171. & Hieronymus Detus num. 101. & pro constanti præsupponit Gozad. dict. cons. 10. num. 22. & Covar. practicarum questionum c. 23. nu. 3. & Menchac. illustrium questionum cap. 87. n. 27.

476 Rejeda igitur * prima concordia succedit secunda, quòd si spoliatus contingit ante litem contestatam super petitorio, procedat communis opinio Legistarum. Si verò post litem contestatam super petitorio, de novo contingat spoliatus, tunc proponi poterit post litem contestatam juxta doctrinam gl. leg. 2. C. de consortibus ejusdem litis, & locum habebit communis opinio Canonistarum, quam concordiam probat Menoch. de recuperand. 15. remedio num. 282. & Joannes Garcia tractat. nobilitatis S. prima, gl. 2. num. 22. vers. tamen etiam, gl. 1. numer. 44. quam concordiam ante eos posuit Bart. dict. S. nihil commune num. 23. Sed etiam non placet, quia multum restringit generalitatem

477 dict. Clement. unica, & minus * concordia quam assignavit Anton. Rub. dict. S. nihil commune numer. 315. Neque alia quam assignat Ant. de Math. in regula spoliatus est ante omnia restituendus, numer. 69. pag. 42.

478 Quare † ego ad veram concordiam harum opinionum adverto, quòd ratio Legistarum supra data, tantum concludit in suspensione petitorii danti per eum, qui illud vult suspendere, aperte cessat: & ita eam suspensionem usque ad conclusionem in causa admittit cap. pastoralis vers. consultationi de causa possessionis, & leg. cum fundum S. fin. infra de vi & vi armata, & advertit Ripa decis. 5. de causa possessionis, in novis, Gozadin. cons. 10. num. 22. Anton. Capit. decis. 28. n. 2.

479 Præterea adverto, qui & quoad suspensionem petitorii propositam per adversarium, prædicta ratio legistarum non concludit, nisi quando possessorium suspendentis, & petitorium adversarii concurrunt eodem tempore. Nam si tunc spoliatus patitur litem contestari super petitorio adversarii, præjudicabit sibi in possessorio tam jure civili quam Canonico dict. cap. 1. de restitutione spoliatorum, & consequenter in his terminis non poterit spoliatus suspendere petitorium adversarii, neque in prima instantia, neque in causa appellationis: Nam * quæ in prima instantia fuerunt proponenda ante litem contestatam, si in ea non fuerunt proposita, non possunt proponi in instantia appellationis, leg. ita demum, & ibi Jason. numer. 6. Codic. de procurat. advertit in terminis Capit. decis. 28. numer. 8. ad finem Valasc. consultat. 91. num. 4. & ad hunc modum est explicandus Anton. de Math. de causa possessionis nu. 43. pag. 82.

482 Unde si * adversarius proposuit petitorium super quo tantum lis fuit contestata, & postea spoliatus proponit possessorium, poterit petitorium adversarii suspendere, quia sumus extra terminos cap. de restitutione spoliatorum ut advertit Covar. practicarum questionum cap. 23.

483 Neque * enim patiendò litem contestari super petitorio adversarii, potest videri sibi præjudicasse in possessorio, quod eo tempore non erat deduc-

tum in judicio, neque de eo agebatur, leg. naturaliter S. nihil commune infra de acquir. poss. ff.

Quinimò dici * potest, quòd hujus modi exceptio quasi orum habens post litem contestatam super prædicto petitorio, poterit proponi post litem contestatam super nudo petitorio adversarii, juxta doctrinam gloss. leg. secunda, Codic. de consortibus ejusdem litis. Et * in his terminis etiam 485 jure civili procedet decisio dictæ Clement. unice in 2. parte quæ & illud aperte significat, propter odium * spoliatoris, hanc facultatem suspendendi petitorium adversarii non sequi naturam exceptionum dilatoriarum. Nam probat in causa appellationis locum obtinere, quod tamen non esset verum, si propriam naturam dilatoriarum sequeretur, in qua regulariter non possunt proponi exceptiones dilatorie, quæ in prima instantia fuerunt omittæ, dict. leg. ita demum Codic. de procurat.

Item * quia dict. Clement. unica præsupponit 487 prædictam suspensionem admitti posse usque ad conclusionem in causa, quòd non esset verum, si naturam propriam dilatoriarum sequeretur: nam tunc ante litem contestatam proponi debuit l. final. Cod. de except. & ita adverterunt Romanus consilio 381. in principio, & Rota decis. 8. num. 2. de causa possessionis, in novis, & ad hunc modum est explicandus Anton. Capitius decis. 102. num. 4. Et * 488 explicando hoc modo aperte cessat ratio præcipua Legistarum.

Et * juxta hæc venit etiam resolvenda alia controversia Doctorum, utrum in remedio attentatorum debeat ea exceptio opponi, antequam lis contestetur coram superiore, qui debet cognoscere de causa appellationis, & magis † communis opinio existimat, 490 proponi debere ante prædictam litem contestationem, ut tradit Covarruv. practicarum questionum cap. 23. numer. 3. & Valasc. consultat. 91. post princip. Sed * contrarium verius esse apparet ex supra traditis. Nam si supra resoluta admittenda sunt 491 in interdicto unde vi, à fortiori erunt admittenda in remedio attentatorum, quod est fortius & favorabilius Rota decis. 5. num. 2. de restitutione spoliatorum, in novis.

Utrum * autem si concurrant interdictum unde vi & remedium attentatorum, debeat superferri in interdicto unde vi, causæ principatis, an verò debeat super utroque remedio procedi, tractat Afflictus decis. 131. numer. 2. & Mynsinger. in decisione Camera centuria 3. observat. 33.

Postremo non est omittendum, quòd dum de 492 Clement. unica præsupponit petitorium, & possessorium super eadem re posse proponi per eandem personam, videtur procedere non possessorium. Nam qui proponit petitorium, videtur fateri se non possidere, sed adversarium possidere, & qui proponit postea possessorium præsupponit contrarium: Ergò audiri, non debet juxta regulam leg. prima Codic. de furtis, & ita opponit Maranta in praxi 4. parte 6. distinctione judiciorum num. 40. Sed * facile respondetur textum agere de interdicto possessorio unde vi, in quo spoliatus fatetur se non possidere, quia possessione fuit dejectus, & sic nulla est contrarietas, si cumuletur cum petitorio. Poterit etiam exemplificari ut per Imolan dict. Clement. unica num. 6. & Jacobi. hic num. 14. & Covaruv. resolut. libr. 2. cap. 16. ad finem. Et utrum * in terminis dict. Clement. unica per contrariam suspensio possessorio, possit tractari de solo petitorio: videnda est decisio Rotæ 5. numer. secundo & decis. 10. num. 1. de causa possessionis, & proprietatis in novis. Item * utrum sæpius possit suspendi petitorium ratione possessorio, videnda est decisio Rotæ 8. de causa possessionis in novis & Anton-

ton. Gabr. libr. quinto communium titul. de restitu-
 497 tione ſpoliatorum conſul. 5. à num. 94. & tandem *
 utrum decifio dict. Clement. unica loquens in in-
 directo unde vi, pariter datis paribus terminis, pro-
 cedat in aliis remediis? videndus eſt Bonifacius ibi
 numer. 44. & numer. 52. poſt Bartolam dict. §. nihil
 commune à num. 25. Et hæc ſatis in materia hujus
 legis. Sequentes autem leges explicatæ fuerunt l.
 2. §. legatis ſupr. eodem, & ideò peculiaris earum
 omittitur interpretatio.

Ad Legem in omnibus 41. ff. de Judiciis.

SUMMARI A

- 1 Lex eſt utilis, & quæ ſæpè verſatur in praxi, quæ due colliguntur conſuſiones.
- 2 Ante adventum diei vel conditionis, non poteſt promiſſor cogi præſtare cautionem de ſolvendo.
- 3 Tradit pro ratione conſuſionis, quod in contractibus non præſtatur niſi id, quod verbis expreſſum eſt.
- 4 Tradit regulam procedere etiam in debito puro.
- 5 Declarat eadem ratione procedere leg. 3. in principio, infra de condiſt. cauſa data.
- 6 Pecunia debita non ſequeſtratur, ſi de hoc nil fuit conventum.
- 7 Si creditor petat cautionem, ad quam præſtandam debitor non tenebatur, tunc quaſi creditor plus petierit, duplicabuntur debitori induciæ.
- 8 Reſtat proximam reſolutionem, & oſtendit, contrarium verius eſſe.
- 9 Limitat conſuſionem procedere primò quando dilatio ad ſolvendum conceſſa eſt conventionem partium: nam ſi conceſſa ſit per Principis privilegium parte petente, tenetur impetrans cavere de ſolvendo.
- 10 Ille, cui tribuitur dilatio ad ſolvendum, ex diſpoſitione legis tenetur cavere de ſolvendo.
- 11 Limitat ſecundò dictam conſuſionem per legem, quod ſi in diem 18. in principio, infra de petit. hæred. quam ad id indecè.
- 12 Tradit reſponſionem Alciat. ad hunc textum.
- 13 Rejicit reſponſionem Alciat.
- 14 Tradit meliorem reſponſionem ad dictam legem, quod ſi in diem.
- 15 Aſſignat tertiam limitationem, ut conſuſio non procedat in debito ratione ultimæ voluntati: nam quamvis ſit debitum in diem, vel ſub conditione hæres tenetur cavere de illis ſolvendis ſuo tempore quamvis nulla juſta cauſa de novo ſuperveniat.
- 16 Demonstrat, unde ratio hujus limitationis colligi poſſit.
- 17 Adducit ex Gom. l. 10. Taur. num. 78. quod ſi majoratus fuerit inſtitutus in teſtamento, poſſiſſor tenetur indiſtinctè cavere ſequenti ſucceſſori: ſecus ſi per viam contractus, tunc tenebitur, ſi juſta cauſa de novo ſuperveniat.
- 18 Expendit pro hac reſolutione text. in l. inter omnes, ſupra qui ſatisdare cog.
- 19 In contractibus bonæ fidei poteſt debitor cogi ad cavendum ex juſta cauſa de novo ſuperveniente.
- 20 Ad perfectam explicationem conſuſionis de tribus promittit tractare. Primò utrum hæc conſuſio procedat in omni contractu: ſecundò quanam cenſeatur juſta cauſa in hac materia, tertio, utrum conſuſio indiſtinctè ſit admittenda.
- 21 Quoad primam quaſtionem adducit Doctores, qui tenent, conſuſionem tantum procedere in contractibus bonæ fidei.
- 22 Reſtat contrariam opinionem tenentes, imò quod

- conſuſio etiam obtinet in contractibus ſtriſti juris.
- 23 Hanc ſecundam opinionem, ut magis receptam admittit, & ad fundamentum prima opinionis reſpondet.
 - 24 Reſtat ad hunc textum ex Bart. l. 2. in princ. n. 11. infra ſolut. matrim.
 - 25 Rejicit reſponſionem Bartol. quæ communiter reprobat.
 - 26 Tradit aliam reſponſionem ex Lorioto tract. de actionib. axiomate 40. quam tamen non admittit.
 - 27 Reſtat probabilior reſponſionem ex Fulg. hic ad finem, ubi differentiam conſtituit inter contractus bonæ fidei, & ſtriſti juris.
 - 28 In contractibus ſtriſti juris non poteſt actor petere, ut jure actionis ſibi caveatur per debitorem, ſed tantum implorato Judicis officio.
 - 29 Rationem differentie aſſignat, quod in contractibus bonæ fidei jure actionis venit id, quod bonum & æquum eſt, etiamſi non fuerit expreſſum.
 - 30 In contractibus ſtriſti juris id tantum venit, quod verbis expreſſum eſt.
 - 31 Impugnat dictam reſponſionem Fulgoſ. ex traditis hic per Paulum ad finem.
 - 32 Solvendo expoſitionem Fulgoſ. ad expoſitionem Caſtr. reſpondet.
 - 33 Verbum agere proprietate ſignificat actionem, non autem implorationem Judicis.
 - 34 Declarat, quid interſit petere cautionem per viam actionis, vel per officium Judicis.
 - 35 Judex, qui jure actionis juſſit debitorem cavere, non poteſt revocare ſuam ſententiam.
 - 36 Judex ſententiam, quam tulit, ex officio ſuo nobili revocare poteſt ex cauſa, cum adhuc ſuperſit æquitas propter quam Judex interpoſuit officium ſuum.
 - 37 Movet difficultatem contra proximam conſuſionem ex l. poſtea quam, infra de re judicata.
 - 38 Reſtat ad difficultatem.
 - 39 Sententia, quæ Judex jubet caveri, ſive fidejuſſores præſtari, licet cenſeatur diſſinitiva, quia determinat articulum, de quo principaliter agitur, tamen per Judicem poteſt mutari, & revocari.
 - 40 Agit de ſecundo membro, de quo num. 20. & reſolvit, quod cum hæc cauſa in jure non interveniatur expreſſa, relinquenda eſt Judicis arbitrio.
 - 41 Tradit, quod Judex interponendo hoc præcepto, ad multas circumſtantias reſpicere debet.
 - 42 Declarat, quod illi Judici juſta cauſa videri debet, quæ ſuperveniens facit probabiliter timeri, ne debitor adveniente die, vel conditione non ſit ſolvendo.
 - 43 Rejicit traditionem gloſſ. l. penult. Codic. de oper. libert. & oſtendit, non eſſe juſtam cauſam mutationem domicilii.
 - 44 Si tantum creditor petat debitorem non cavere, ſed recognitionem debiti facere, etiam ſine nova cauſa cogetur instrumentum debiti facere, ut facilius creditor poſſit præſtare debitum.
 - 45 Declarat, quod ſi non ſolum ſit ſuſpicio, quod debitor poſſit eſſe non ſolvendo, ſed etiam ſit ſuſpectus de fuga, etiam propter debitum conditionale, vel in diem, poterit capi perſonaliter.
 - 46 Tradit, quod cautio, de qua in hoc textu, debet eſſe fidejuſſoria.
 - 47 Declarat remiſſive, quid ſit dicendum extra hunc caſum, utrum ille, qui jubetur cavere, teneatur præſtare fidejuſſores.
 - 48 Adit de tertio quaſito, utrum conſuſio hujus textus indiſtinctè procedat.
 - 49 Reſolvit conſuſionem generaliter procedere, ut ex litera conſtat: recipere, tamen tres notabiles limitationes.
 - 50 Prima limitatio eſt, non procedere, quando creditori alia via poteſt eſſe conſultum, quam per cautionem,

- tori alia via poteſt eſſe conſultum, quam per cautionem, ut pote per viam exceptionis, vel retentionis.
- 51 Oſtendit proximam limitationem non probari in l. 3. in princ. inf. de conditione cauſa data, & tex. ad id expendit.
 - 52 Limitat ſecundò, per legem ſeja, in fine principii inf. de donatione cauſa mortis, quam ad id expendit.
 - 53 Donatio cauſa mortis æquiparatur legatis.
 - 54 Pro legatis etiam conditionalibus præſtatur cautio, licet nova cauſa non ſuperveniat.
 - 55 Declarat rationem decidendi ad eum textum.
 - 56 Donans cauſa mortis, poteſt ad libitum donationem revocare.
 - 57 Reſtat tradita per Cujatium libr. 17. obſervationum, capit. 37.
 - 58 Limitatur tertio, limitationem non procedere, quando tempore contractus, jam aderat hæc juſta cauſa quæ poſtea deſertata eſt.
 - 59 Declarat, quod ſi ita jam aderat cauſa, ut creditor notitiam illius haberet, & nihilominus ſimpliciter contraxit, jam debitor non obligabitur ad cautionem præſtandam.
 - 60 Tradit, ut quod conſuſio hujus text. obtineat, oportet, quod nova cauſa ſuſpectionis emergat.
 - 61 Qui petit debitorem cavere oportet allegare juſtam cauſam de novo ſuperveniente poſt celebratum contractum, alijs obtineri non poterit ſibi caveri.
 - 62 Debitor ſuſpectus de fuga capi non poterit, ſi tempore contractus jam ſuberat ea ſuſpicio.
 - 63 Proximam limitationem tribus modis ampliatur, & trib. limitat.
 - 64 Si debitor eſſiciatur non ſolvendo poſt contractum celebratum, & creditores per multum tempus tacuerunt, neque debitorem coegerunt ad cavendum, poſtea eum compellere non poterunt, quaſi per eam negligentiam ſibi præjudicaverunt.
 - 65 Debitor non tenetur cavere, ſi tantum modice reditus eſt pauper.
 - 66 Debitor non tenetur cavere, ſi poſt contractum celebratum, ſupervenit paupertas, caſu fortuito, & ſine culpa debitoris.
 - 67 Proximam limitationem reprobat, & contrarium eſſe verius oſtendit.
 - 68 Reſtat ad l. creditores, in fine, infra de privilegiis creditorum.
 - 69 Ut debitor non tenetur cavere, oportet probare, creditorem, ſcientem cum eſſe pauperem, ſcienter cum eo contraxiſſe.
 - 70 Reſtat contrariam opinionem, imò onus probandi ignorare debitorem eſſe pauperem, incumbere creditori.
 - 71 Tradit Claud. in principio, infra ſoluto matrimonio n. 26. hæc opinionem concordare.
 - 72 Reſolvit, creditorem debere allegare præſumptam ignorantiam.
 - 73 Declarat, ſupra dicta non procedere, ſi debitor tempore contractus aſſerit ſe divitem: nam tunc quaſi per falſam aſſertionem deceperit creditorem, cogitur caveri, eſi cauſa de novo ſuperveniat.
 - 74 Debitor cogitur cavere, ſi communiter reputabatur dives, & tamen re vera erat pauper, & minus idoneus quia cum de novo id ad creditoris notitiam pervenerit, cauſa nova ſuperveniente cautionem præſtabit.
 - 75 Si debitor juſtus cavere non potuit præcepto Judicis poſſunt creditores ex primo decreto bona debitoris poſſidere, & ex ſecundo decreto illa vendere, ſi perſiſtat in contumacia.
 - 76 Tradit ex Bartol. quod propter contumaciam, per quam pervenitur ad primum decretum, poteſt etiam perveniri ad ſecundum, abſque nova contumacia, Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

ſed ob ſolam perſeverantiam in prima quæ commiſſa eſt in primo decreto.

Albericus hiſ * in principio appellat hæc legem utilem, & quæ ſæpè verſatur in practica, & ex ea ducè colliguntur conſuſiones, quas ſigillatim explicabimus. Prima colligitur ex iſto textu à contrario ſenſu, quod ante adventum diei, vel conditionis, non poteſt promiſſor cogi præſtare cautionem de ſolvendo, poſtquam dies vel conditio venerit, Concordat l. inter omnes in fine ſupra qui ſatisdare cogantur, notat Jacobin. hic num. 5. in fine Aretinus l. 2. n. 6. infra ſoluto matrimonio. Ant. Gom. 2. tom. cap. 3. num. 6. Et ratio illius ¶ 3 eſt, quod in contractibus non præſtatur, niſi id quod verbis expreſſum eſt, l. quicquid obſurgenda infra de verb. obligat. Unde cum nihil dictum fuerit de cautione præſtanda, non cogetur debitor eam præſtare: & imputet ſibi creditor, qui hoc non declaravit, Alber. hic n. 3.

Ex qua * ratione inferitur, hæc regulam procedere etiam in debito puro, quod probat l. 2. Codic. de hæred. vel actione vendita, de qua opponit gloſ. hic & male reſpondet: Opponit etiam Antonius Gom. 2. tom. capit. 11. num. 57. Et hac ¶ 5 ratione procedit l. 3. in principio, infra de conditione cauſa data. Nam quamvis Doctores aliam rationem aſſignent ad eum textum, ut infra dicemus, tamen textus ille, ea præcipue ratione nititur, quod de præſtanda cautione nihil actum eſt, ut ibi advertit Faſon, n. de cimo, prout ¶ & pecunia debita non ſequeſtratur, ſi de hoc nihil fuit conventum, l. unica Codic. de prohibita ſequeſtratione pecunie.

Inferitur * etiam, quod ſi creditor petat cautionem, ad quam præſtandam debitor non tenebatur, tunc quaſi creditor plus petierit, duplicabuntur debitori induciæ, juxta regulam §. hodie Inſtit. de exception. & ca. unico de plus petitio. Ord. Portugalia lib. 3. tit. 26. & hodie lib. 3. tit. 35. ad finem nova recopilationis. Contrarium tamen eſt verius, quia § jura ſupra allegata loquuntur, quando creditor ſimpliciter petit ſibi caveri de ſolvendo debito adveniente die, vel conditione, quo caſu petenti nulla pœna invenitur impoſita, ſed tantum creditor id petens non auditur in Judicio l. 3. in principio ſupra de condiſt. cauſa data, & tradit gl. fin. hic.

Hanc * conſuſionem ita explicatam limitabis primò procedere, quando dilatio ad ſolvendum conceſſa eſt conventionem partium: nam ſi conceſſa ſit per Principis privilegium parte petente tenetur impetrans cavere de ſolvendo l. univerſa C. de precib. Imper. offerend. ubi Cynus & Paul. rationem aſſignant, & notant Alber. & Paul. hic uterque n. 3. Alex. l. 2. in principio n. 15. & ibi Alciat. num. 41 inf. ſoluto matrimonio. Et pari * ratione ille, cui tribuitur dilatio ad ſolvendum ex diſpoſitione legis, tenetur cavere de ſolvendo l. ſi debitori ſupra eodem. l. ſi conſtante §. quoties infra ſoluto matrimonio. adjuncta l. unica §. cum autem C. de rei uſorie actione, probat etiam l. ſi cum militi §. fin. infra de compenſatio. tradit Jacobin. hic n. 2. notab. Felin. c. quoad conſultat. n. 9. de re jud.

Limita * ſecundò per l. quod ſi in diem 18. in princ. infra de petition. hæred. in quo quis debebat in diem, vel ſub conditione conventus ante adventum diei, vel conditionis, tenetur cavere de ſolvendo adveniente die, vel conditione, quod aperte repugnat huic primæ conſuſioni noſtri text. Lancelot. Dec. hic ad finem. Opponit de * eo text. & non ſolvit Alciat. autem l. 2. in princ. ¶ 2.

num. 4. *infra ſoluto matrimon.* reſpondet, textum illum procedere, quando reus conveniebatur per petitionem hæreditatis, quæ eſt univerſalis, & bonæ fidei. Sed * non placet, quia non assignatur ratio congrua hujus reſponſionis. Item confunditur per illum textum, dum probat, quod etiam in contractibus bonæ fidei, non tenetur debitor cavere de ſolvendo, niſi juſta cauſa ſuperveniat: & ideo * melius reſpondetur, quod in ſpecie d. i. quod ſi in diem, in principio, ille debitor in diem vel ſub conditione allegabat, ſe hæredem eſſe. Nam abſque hac allegatione tanquam debitor hæreditarius non poſſet conveniri per petitionem hæreditatis, & ſi debitor *infra de petitiõ. hæreditat.* Cum igitur valide fuerit conventus petitione hæreditatis, ob prædictam rationem, ut illa etiam reſpectu debiti, aliquid operetur, debitor, contra quem lata fuit ſententia in petitione hæreditatis, tenetur cavere, modo in ea lege expreſſo, ut latius tradidimus in interpretatione *l. non poteſt videri, ſupra codem.*

35 Limita * tertio hanc concluſionem hujus textus non procedere, in debito ratione ultimæ voluntatis. Nam quamvis ſit debitum in diem, vel ſub conditione, hæres tamen tenetur cavere de illis ſolvendis ſuo tempore, quamvis nulla juſta cauſa de novo ſuperveniat, *l. 1. & per totum titulum, infra ut legato. ſeu fideicommiſſi. nomine.* & probant omnes hic Alexand. *l. 2. in princip. n. 14. in fine.* & ibi Aret. *n. 6.* & Alciat. *n. 43. infra ſoluto matrimonio.* Ratio ꝑ hujus limitationis colligitur ex *l. 2. Codic. ut in poſſeſſione legatorum,* quam ad id notar Alexand. *l. ſi conſtante S. quoties, num. 2. infra ſoluto matrimonio.* Ex qua ꝑ infert Anton. Gom. *l. Tauri 40. num. 78.* quod ſi majoratus fuerit inſtitutus in teſtamento, poſſeſſor tenetur indiſtincte cavere ſequenti ſucceſſori de reſtituendo, ob rationem, de qua ſupra, & videtur probare textus *l. peto S. ſatre, infra de leg. 2.* Si autem ſit inſtitutus per viam contractus, non tenetur cavere, niſi juſta cauſa de novo ſuperveniat, juxta regulam hujus textus, & ſubſcribit Molina *lib. 1. de primogeniis c. 15. n. 7.* adducunt

38 * textum *l. inter omnes ſupra qui ſatidare cogantur* qui quidem textus duas habet partes. In prima probat, quod ſi debitum deſcendat ex ultima voluntate, indiſtincte pro eo cavendum eſt, etiamſi controversia moveatur inter inſtitutum & ſubſtitutum, ut ibi expendit Bartol. *num. 1. Paul. Caſtrenſ. n. 2. Jaſon. n. 1.* quicquid controvertat Peralta *l. 3. S. final. num. 3. infra de hæredibus inſtituendis.* Si autem dubitum ex alia cauſa procedat, probat ille textus, in ſecunda parte non eſſe cavendum, niſi ex juſta cauſa de novo ſuperveniente, juxta regulam hujus textus, ac ita textus ille optime comprobatur diſtinctionem Antonii Gomez. Et hæc de prima concluſione principali hujus textus.

39 Succedit ſecunda principalis concluſio illius, quod in contractibus bonæ fidei, poteſt debitor cogi ad cavendum ex juſta cauſa de novo ſuperveniente, concordat *l. inter omnes in fine, ſupra, qui ſatidare cogantur, & l. ſi creditores infra, de privilegiis creditorum.* Sed * ad perfectam explanationem hujus ſecundæ concluſionis principalis, de tribus modis videndum eſt. Primò *utrum hæc concluſio procedat in omni contractu.* Secundò *quænam cauſa juſta cauſa in hac materia.* Tertio *utrum hæc concluſio indiſtincte ſit admittenda,*

41 Et quoad * primum, cum is textus reſtringat ſe ad contractus bonæ fidei, innuit aliud eſſe, in contractibus ſtricti juris, quod ita ſentit gl. 1. *hic in fine, gl. l. 2. in principio verbi neq. cogitur infra ſo-*

luto matrimonio, & ibi ſubſcribunt Crotus *n. 55. Alciat. n. 38. Claudius n. 19. ad finem.* qui admonet ab hac opinione, neque judicando, neque conſulendo eſſe recedendum, & eam late comprobatur Cujatius *lib. 17. obſer. c. 37.* quibus adde Baldum *conf. 175. caſus ſuper quo n. 1. & 3. lib. 3.*

22 Contrariam tamen * opinionem imo hanc concluſionem etiam obtinere in contractibus ſtricti juris, probat *l. ſi creditores, infra de privilegiis creditor. & admittunt Bart. Alber. & Paul. Caſtr. hic poſt principium, Bar. . . in poſſeſſionem infra ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur, & eſſe receptum aſſerit Jaſ. l. 3. in princip. n. 14. infra de condiçtio. ob cauſam & l. ſi conſtante n. 58. infra ſoluto matrimonio, Rip. l. 2. in princ. n. 39. infra eodem tit. Afflicti decif. 108. n. 3. Stracha de mercatura 2. parte n. 32. Carol. in conſuetu. Pariſ. S. 22. n. 16. Padil. l. ſive apud acta n. 28 C. de tranſact. Soar. de pace, in praxi 3. tom. cap. 9. S. 3. pag. 127. col. 2. ad finem, ita ut merito Jaſ. S. actionum n. 64. *Inst. de actionibus* aſſerunt, hunc articulum eſſe admodum dubium.*

23 Admiſſa * autem hac ſecunda opinione tanquam magis recepta, non obſtat illi is textus, quia reſpondet * Bart. *l. 2. in principio n. 11. infra ſoluto matrimonio,* quod Jureconſultus hic reſtringendo ſe ad contractus bonæ fidei voluit inſinuare in his præſtandam eſſe cautionem ex juſta cauſa, etiamſi onerofum ſit debitori, invenire fidejuſſores: in contractibus autem ſtricti juris tenebitur cavere, quando non fuerit laborioſum debitori fidejuſſores invenire ſubſcribit Jaſ. S. actionum *num. 64. inſtit. de actio.* Sed non * eſt admittenda hæc reſponſio, quia nimis reſtringit generalitatem *l. inter omnes ſupra qui ſatid. cogantur, & l. ſi creditores infra de privileg. creditorum,* & ita communiter reprobari aſſerit Alex. *l. 2. n. 14. ad finem, & ibi Vincentius n. 39. & Rip. n. 34. infra ſolat. matr. Afflicti, decif. 108. n. 1.* Quare * alio modo reſpondet Loriotus *tract. de action. avicmate 40.* quod in contractibus bonæ fidei indiſtincte, tenetur debitor cavere. In contractibus autem ſtricti juris ita demum, ſi cauſa juſta de novo ſuperveniat. Cui tamen reſponſioni aperte repugnat is text. qui probat, etiam in contractibus bonæ fidei non eſſe cavendum niſi ex juſta cauſa ſuperveniente, & notar Paul. *hic n. 2. & infra latius dicemus.*

27 Et ideo ꝑ probabilior videtur reſponſio Fulgoſ. *hic ad finem,* quod ideo Jureconſultus hic reſtringit ſe ad contractus bonæ fidei, quia ſubdit, creditorem agere poſſe, ut debitor caveat, & ſic jure actionis id poſſe obtinere, & jure actionis condemnandum eſſe debitorem ad cavendum, * & tamen in contractibus ſtricti juris non idem admittetur, quia in illis jure actionis non poteſt peti, ut debitor cogatur cavere: ſed tantum implorato Judicis officio *l. ſi creditores, infra de priv. credit. Et eſt * ratio differentie, quod in contractibus bonæ fidei jure actionis venit id, quod bonum, & æquum eſt, etiamſi non fuerit expreſſum l. quis tantumdem ſupra de negot. geſtis. S. unum inſtit. de oblig. que ex conſenſu. * In contractibus ſtricti juris, jure actionis, id tantum venit, quod verbis expreſſum eſt, l. quicquid aſtringenda infra de verborum oblig. Merito igitur ſi juſta cauſa ſuperveniat in actionibus bonæ fidei, jure actionis cogatur debitor cavere: in contractibus autem ſtricti juris tantum implorato officio Judicis nobili, ut dictum eſt.*

31 Cæterum * & huic reſponſioni Fulgoſ. illud videtur obſtare, quod dum is text. dicit, creditorem agere, ut debitor præſtet cautionem Paul. Caſtr. *hic finalibus verbis* exponit, quod eſt implorato Judicis officio nobili, ſubſcribit Lancelotus Decius *hic in princip.*

princip. Matheſi. ſingul. 32. Cujatius lib. 17. obſervat. c. 37. Si ergo in contractibus bonæ fidei id tantum obtineri poteſt implorato Judicis officio, non poteſt procedere prædicta Fulgoſ. reſponſio.

32 Sed ſaltando eam ꝑ reſpondendum eſt, expoſitionem Paul. Caſtr. hic & ſequacium, non eſſe admittendam, cui aperte repugnant verba hujus textus. Nam ꝑ verbum (*agere*) quo utitur ex proprietate deſignat actionem, non autem implorationem officii Judicis *l. qui per colluſionem S. fin. infra de arbitrio. empt.* Et ideo expoſitio * Fulgoſ. magis probanda eſt. Neque exiſtimit quis parum intereſſe jure actionis peti poſſit cautio, vel implorato officio Judicis. Quia imò inter hos caſus plures ſunt differentie, & utilitates, quas congerit Purpuratus *l. 1. ad num. 116. ſupra de juſtificatione omnium Judicium.* Inter quas ea eſt præcipua, quod * Judex, qui jure actionis juſſit debitorem cavere, non poteſt revocare ſuam ſententiam juxta regulam *l. Judex poſtea quam infra de re judicata, & tamen * ſententiam, quam tulit ex officio ſuo nobili revocare poteſt ex cauſa: quia adhuc ſuperest aquitas, propter quam Judex interpoſuit officium ſuum l. quod ſi Epheſi infra de eo quod certo loco quam differentiam conſtituit Bartol. *l. 1. S. final. numer. 3. infra de prætoris ſtipulationibus, & l. Judex poſtea quam poſt principium, & Alexand. numer. 4. infra de re judicata & ſentit idem Bartol. l. quod juſſit num. 20. eodem titulo. & ibi Jaſon. num. 50.* Et quamvis Alexand. *ibi num. 38. & Rip. num. 56.* dubitent de veritate hujus differentie propter rationem Angeli & Paul. Caſtrenſ. *colum. 2. poſt principium l. 1. S. fin. infra de prætoris ſtipulationibus,* ſcilicet * quod ea admilla, ſequeretur Judicem poſſe revocare ſententiam latam ſuper cauſa reſtitutionis, quia & hæc conceditur ex officio Judicis nobili, *l. quod ſi minor S. fin. ſupra de minorib.* quod tamen videtur falſum, & contra generalitatem *d. l. Judex poſtea quam infra de re judicata,* tamen * facile reſpondetur, quod per reſtitutionem reſcinditur id, quod factum eſt in præjudicium minoris & loco prioris actionis competet reſciſſoria actio: & ideo hoc Judex mutare non poterit, & aliud erit in alia ſententia ſimpliciter lata, ſuper officio Judicis nobili * ob rationem, de qua ſupra. Quare ſententia, qua Judex jubet cavere, ſive fidejuſſores præſtari, licet conſeatur diſſinitiva, quia determinat articulum, de quo principaliter agebatur *l. final. infra de quibus appellare non licet. l. arbitr. ſupra qui ſatid. cogantur. Matib. ſing. 32. Felin. in rubr. n. 18. de re judicata,* tamen per Judicem poteſt mutari & revocari *l. penultim. & ibi Doctores infra de prætoris ſtipulationibus, adjuvata l. inquilino infra de damno infecto.* Et hæc de primo quaſito.*

40 Succedit igitur * ſecundum, quænam dicatur juſta cauſa, ob quam debitor jubeatur cavere? Et reſolvendum eſt, quod cum hæc in jure non inveniantur expreſſa, relinquenda eſt arbitrio Judicis, juxta regulam *l. 1. infra de jure deliberandi, & ita gl. ſin. hic l. itaq. l. 1. retract. S. 1. gl. 18. n. 46.* qui quidem Judex in interponendo hoc præcepto ad * multas circumſtantias reſpicere debet, ut eleganter tradit Stracha de mercatura 2. part. n. 31. & Menoch. de arbit. *lib. 2. caſu 140.* Et autem * Judici juſta cauſa videri debet, quæ ſuperveniens facit probabiliter timeri, ne debitor adveniente die vel conditione non ſit ſolvendo, *l. ſi creditor: infra de privileg. credit. Pariſ. conſ. 99. n. 2. lib. 3.* Nec placet traditio gloſſ. *2. l. penult. c. de oper. libertor.* quod ſi debitor * tranſferat domicilium in alium locum, cogetur creditor cavere, quia juſta cauſa cavendi videtur ſupervenire, ſequitur Jaſon. *hic n. 6. & poſt Petri Barboſæ, Commento de Judiciis.*

Bald. Aretin. *l. 2. in principio col. S. ad finem infra ſoluto matrimonio.* nam contrarium videtur verius; Nam cum debitor licite tranſferat domicilium ſuum in alium locum, *l. cum quadam ſupra de juſtificatione omnium Judicium,* neque propter eam mutationem ſit timor aliquis probabilis, ne efficiatur ob id non ſolvendo, nulla videtur ſupervenire cauſa juſta, ob quam jubeatur creditori cavere.

44 Debet tamen * declarari hæc concluſio, ut procedat, quando agitur de cogendo debitore ad cavendum: nam ſi tantum creditor petat debitorem recognitionem debiti facere, ut ſic facilis creditor poſſit probare debitum *l. ſicut, Cod. de liberali cauſa, & ibi gloſſ. & leg. plures apo. his c. de fide inſtrument. Paul. Caſtrenſ. hic n. 4. & notabiliter Rip. l. 2. in princip. n. 48. infra ſoluto matrimonio.* Item * ſecundo declarat, quod ſi non ſolum ſit ſuſpicio, quod debitor poſſit effici non ſolvendo, ſed etiam ſit ſuſpectus de fuga, etiam propter debitum conditionale, vel in diem, poterit capi perſonaliter juxta deciſionem *l. ait prætor S. ſi debitorem infra, que in fraudem creditorum.* Quod in ſpecie probat *l. quaſitum cum gloſſ. infra de pignoribus, & ibi notant Bart. & Angel. Jaſon. l. vinum numer. 3. infra ſi certum petatur, & in principio Inſtit. de actio. num. 77.* quicquid ibi repugnet Com. *num. 66.* magis enim communem etiam probat Pariſ. *conſil. 99. num. 4. lib. 3.*

46 Et addendum * eſt prædictis, quod cautio, de qua in hoc textu, debet eſſe fidejuſſoria: aliàs parum cautum eſſet creditori, qui probabiliter timeret, ne debitor efficiatur non ſolvendo, ut contra gloſſ. hic concludunt Bart. & Fulgoſ. *num. 1. Alexand. l. ſi finita S. eleganter num. 115. infra de damno infecto. Molina libr. 1. de primogen. cap. 15. numer. 14. Anton. Gom. 2. tom. cap. 11. num. final.* Extra * autem hunc caſum, utrum ille, qui jubetur cavere, teneatur præſtare fidejuſſores? videndus eſt Alber. *hic num. 2. & Menoch. libr. 2. de arbitrar. caſu 140. el. 1. & Gregor. l. 10. tit. 33. partit. 7. in verb. cautio.* Et hæc de ſecundo quaſito principali.

48 Succedit ꝑ igitur tertium quaſitum, *utrum conclaſio hujus textus indiſtincte procedat?* Et reſolvendum * eſt, generaliter procedere, ut ex littera conſtat, recipere tamen tres notabiles limitationes. Prima * eſt non procedere, quando creditor alia via poteſt eſſe conſultum, quam per cautionem utpote per viam exceptionis, vel retentionis. Neque enim tunc debitor cogetur cavere *l. 1. S. ſi debitori, infra in poſſeſſ. legato & in ſpecie videtur text. l. 3. in principio infra de condiçtio. cauſa data,* quam ita interpretatur Alex. *ibi num. 2. & Jacobin. hic numer. 4.* Quod licet in ſe * verum ſit, tamen non probatur *d. l. in principio,* qua in ea debitum erat purum, non autem in diem, vel ſub conditione. Item ibi nulla intervenit cauſa de novo, quæ tamen eſt neceſſaria, ut debitor jubeatur cavere pro debito conditionali, vel in diem, ut probat noſter textus, & tradit Fel. *c. quoad conſultationem num. 9. de re judicata.* Unde male adducitur ad limitationem noſtri textus, & utique in ſpecie *d. l. 3. in principio,* non ea ratione, poterat debitor liberari à cautione, quod debitori alia via poterat eſſe conſultum, ſed potius quia ea non fuerat promiſſa, neque cauſa de novo ſupervenit, ut ibi advertunt Paul. Caſtrenſ. *n. 6. Jaſon. num. 14. ad finem.*

52 Secundam * limitat concluſionem hujus textus per *l. Sja in fine principii infra de donation. cauſa mortis,* quæ probat, quod is, qui dominat poſt mortem ſuam alteri, non cogetur donatarius cavere

- donatori, niſi ſponte id faciat, in quo textu rationem dubitandi videtur feciſſe, quòd donatio cauſa
- 53 * mortis æquiparatur legatis l. ſin. c. de donatio. cauſa
- 54 ſa mortis, & pro * legatis etiam conditionalibus præſtatut cautio, licet nova cauſa non ſuperueniat l. 1. infra de legatorum fideicommiſſi. nomine.
- 55 Ratio * autem decidendi eſt, id procedere poſtquam ille, qui legata reliquit, mortuus eſt l. 2. c. ut in poſſeſſ. legat. Quare & mortuo donatore cauſa mortis ejus hæres tenebitur cavere, ſed vivo donatore cauſa mortis, cavendum non eſt: quia cum donator poſſit ad libitum * prædictam donationem cauſa mortis revocare, l. non omnia infra ſi certi petatur, nulla eſt ratio quæ ſuadeat ei cavendum eſſe per donatarium, ut advertit Cuman. d. l. Seja num. 3. Rom. ſingul. 646. Ripa l. 2. in prin. num. 36. infra ſoluto matrim. Unde cavendum ¶ eſt à Cuijatio lib. 17. obſerv. c. 37. dum intellexit in terminis dict. l. Seja. rationem dubitandi feciſſe regulam textus. Neque enim id verum eſſe poteſt, quia cum terminis d. l. Seja, non ſupervenit cauſa de novo, certum erat, non poſſe eſſe locum regulæ hujus textus, ut ſtatim dicemus.
- 58 Tertio ¶ limita hanc conſuſionem non procedere, quando tempore contractus jam aderat hæc juſta cauſa, quæ poſtea detecta eſt. Nam ¶ ſi jam aderat, ita ut creditor notitiam illius haberet, & nihilominus ſimpliciter contraxit, imputet ſibi, ſi non fecit, quòd debitor ſibi expreſſim caverat pro ſecuritate debiti, text. eſt l. ſi creditores infra de privileg. creditor. l. qui bona ſ. de illo infra de damno infecto l. ſi is à quo ſ. ſin. infra ut in poſſeſſio. legato l. ſi ab arbitro, ſupra, qui ſatisdare cogant. l. ſin. c. de ſponſalibus. Ut igitur conſuſio * hujus text. obtineat: oportet quòd nova cauſa ſuſpicionis emergat Paul. Caſtr. hic n. 2. Jacobin. num. 5. Paul. Caſtr. conſ. 207. num. 4. lib. 1. Paris. conſ. 99. num. 25. l. 3. Rip. l. 2. in principio n. 37. infra ſoluto matrimonio, Anton. Gom. l. Tauri 40. num. 78. & 2. tom. c. 3. n. 6. & c. 11. n. 29. & n. ſin. quibus adde Alex. l. pecuniam num. 4. inf. ſi certi petat. Soares tit. de los emplazamientos ſ. ſin. n. 32. & probat Ord. Portugaliæ lib. 3. tit. 20. ſ. ſin. & hodie lib. 3. tit. 31. ſ. ſin. nova recopilationis. Et ideò * qui petit debitorem cavere, oportet allegare juſtam cauſam de novo ſuperveſſe, poſt celebratum contractum, aliàs obtinere non poterit ſibi caveri, Alciatus l. 2. in principio n. 44. inf. ſoluto matrimonio, & ante eum Angel. videndus l. ſi ab arbitro ſ. 1. n. 2. ſupra qui ſatisdare cogantur. & l. ſi creditores n. 5. inf. de privileg. credit. Alex. l. qui bona ſ. de illo n. 1. inf. de damno infecto. Unde tradit Bart. l. ait prætor n. 5. infra qua in fraudem creditor, quòd * debitor ſuſpectus de fuga capi non poterit, ſi tempore contractus jam ſuberat ea ſuſpicio, defendit Aretin. l. 2. in principio num. 6. & ibi Claud. num. 25. in fine infra ſoluto matrim. Soares tit. de los emplazamientos ſ. ſin. num. 34.
- 63 Quoniam * autem materia hujus limitationis præcipua in hac materia, ut perfectè remaneat explicata, eam tribus modis ampliabis & aliis tribus limitabis. Prima, * ergo ampliatio fit, ut ſi debitor efficiatur non ſolvendo poſt contractum celebratum, & creditores per multum tempus tacuerunt, neque debitorem coegerunt ad cavendum, poſtea eum compellere non poterunt, quaſi per negligentiam ſibi præjudicaverint, l. ſi creditores ſ. plane infra de privileg. creditorum, & ibi declarat gl. penult. extollit Lancelot. Dec. hic poſt principium Angel. l. ſi ab arbitro ſ. 1. num. 2. ſupra qui ſatisdare cogantur, Hippol. conſ. 85. num. 45. Xuar. tit. de los emplazamientos ſ. ſin. n. 33.
- 65 Secunda ampliatio * fit, non teneri cavere debi-

torem, ſi tantum modice redditus eſt pauper, quia modica paupertas toleratur, neque propter eam tenetur debitor cavere, ut ſignificat l. ſi ab arbitro ſupra, qui ſatisdare cogantur, & ibi. notat Ang. ſ. 1. num. 2. Xuar. ſupra num. 33.

Amplia * tertio, eſti poſt contractum celebratum ſupervenit paupertas, caſu fortuito & ſine culpa debitoris, neque enim debitor tunc cogetur cavere, ita Paul. Caſtr. hic num. 2. per l. ſi creditores, in fine infra de privileg. credito. Sed cavendum * eſt, quia in contrarium eſt textus l. plane. inf. ut in poſſeſſ. legato. & l. ſi ab arbitro. ſupra qui ſatisdare cogantur, & ibi ſecure notat Angel. ſ. 1. nu. 2. Molina lib. 1. de primogen. c. 15. n. 13. quod generaliter admittendum eſt, per prædicta jura, quicquid Lancelot. Decius ad medium diſtinguat inter principalem, qui caſu fortuito efficitur non ſolvendo, & inter fidejuſſores ab eo datos, neque obſtat l. ſi creditores, in fine infra de privileg. creditorum, quia loquitur * in hærede paupere adeunte hereditatem, & qui ex ea nihil diminuit, neque enim tunc cogetur cavere, quia nulla cauſa de novo ſupervenit, & quoniam in effectu reducitur ad terminos quando creditor contraxit cum debitore paupere ſcienter, qui ob id non tenetur cavere de debito exolvendo, ſi cauſa de novo ſupervenit, ut diſſum eſt, & ideo fatiſ erit præſtare cautionem de hæreditate non minuenda, & ita debet intelligi diſſ. l. ſi creditores in fine.

Prædicta * ita ampliata declarabis: Primò, quòd ut debito non cogatur cavere, oportet probare creditorem ſcientem eum eſſe pauperem, ſcienter cum eo contraxiſſe, ut videtur probare text. l. final. Cod. de ſponſalibus, & ibi notat Baldus num. 5. Alexand. l. qui bona ſ. de illo num. 3. infra de damno infecto. Xuares titulo de emplazamientos ſ. ſin. n. 41. Contrarium imò * onus probandi, ignorat ſe debitorem eſſe pauperem, incumbere creditori, per regulam l. qui cum alio. infra de regulis juris. reſolvit Alex. d. l. 2. in principio num. 25. Et ita Alciatus num. 45. infra ſoluto matrimonio, ubi tamen videndus eſt ¶ Claudius num. 26. concordans opiniones, illud certum eſt, creditorem debere allegare ¶ præſumptam ignorantiam, juxta regulam l. ſi adulterium ſ. idem Politi. infra de adulter. Alex. diſſ. ſ. de illo num. 3. Claud. l. 2. in principio n. 29. infra ſoluto matrimonio.

Secundò * declara prædicta non procedere, ſi debitor tempore contractus aſſeruerit ſe divitem. Nam tunc quaſi per falſam aſſertionem deceperit creditorem, cogetur cavere, eſti cauſa de novo non ſupervenit, argumento l. penult. infra eodem, Paul. Caſtr. l. etiam ſ. licet n. 3. infra ſoluto matrimonio. Alex. diſſ. ſ. de illo n. 3. & l. 2. in principio, n. 2. in fine infra ſoluto matrimonio.

Tertio * & ultimò declara, non procedere, ſi debitor communiter reputabatur dives, & tamen revera erat pauper, & minus idoneus: nam comperita veritate cogetur debitor cavere, quia cum de novo ad creditoris notitiam id pervenerit, quaſi nova cauſa ſupervenit, cogetur debitor ad cavendum, argumento l. in confirmando infra de confirmando tuto. & cap. paſtoralis de exceptio. & in materia probat l. final. Cod. de ſponſalibus, & ibi notat Bartol. tradunt Paul. hic n. 2. ad finem. Jacobin. n. 5. notat. Angel. l. ſi creditores n. 3. infra de privileg. cred. Alex. l. 2. in principio n. 24. ad finem infra ſoluto matrimonio, Xuares titulo de los emplazamientos ſ. ſin. num. 38. Paris. conſil. 99. num. 26. lib. 3. Molina lib. 1. de primogen. cap. 15. num. 13. & probat Ordin. Portugaliæ libro tertio titulo 20. ſ. final. & hodie libro tertio tit. 21. ſ. final. nova recopilationis.

Ultimò

- 75 Ultimò * in hac materia addendum eſt, quòd ſi debitor juſtus eſt, non parit præcepto Judicis, poſſunt creditores ex primo decreto bona debitoris poſſidere, & ex ſecundo decreto illa vendere, ſi perſiſtat in contumacia non cavendi, l. ſi creditores infra de privileg. creditor. explicat Paul. Caſtr. hic ad finem. & Bart. l. ir. cujus num. 11. 76 infra ſi ſervus vendicetur, ex quo idem * Bart. l. ſi finita ſ. Julianus, num. 44. infra de damno infecto; collegit, quòd propter contumaciam, per quam pervenitur ad primum decretum, poteſt etiam perveniri ad ſecundum abſque nova contumacia, ſed ob ſolam perſeverantiam in prima, quæ commiſſa eſt in primo decreto, quod licet impugnet ibi Bologninus n. 158. tamen eleganter defendit Michael Ulcurrus n. 203. Leges ſequentes in præcedentibus fuerunt explicatæ, & ideo peculiaris earum omittitur interpretatio.

Ad Leg. Venditor XLIX. ff. de Judiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Agitur in hoc textu de materia eviſtionis per quam venditor obligatur emptori ad intereſſe, ſi res vendita ab eo evincatur.
- 2 Venditor tenetur de eviſtione rei vendita, etiam ſi in contractu venditionis non fuerit expreſſum, quod de ea teneretur.
- 3 Tradit, hoc caſu venditorem tantum tenere ad ſimplum, vel conventus actione ex empto tenebitur ad intereſſe.
- 4 Declarat, poſſe emptorem cogere venditorem, ut expreſſim ſibi promittat duplum, ſi res evincatur.
- 5 Oſtendit, quid probetur in l. quòd ſi nolit, ſ. quia aſſidua, infra de aedilitio edicto.
- 6 Venditor promiſſionem dupli non cogetur indiſtincte facere, ſed tantum, quando res vendita eſt priora, ſi vero promiſſio omittatur, tantum ad ſimplum tenebitur.
- 7 Ut emptor poſſit agere de eviſtione contra venditorem oportet, quòd venditori denunciaretur litem & eum requiratur, ut veniat ad defendendam cauſam.
- 8 Quod effectum agendi de eviſtione non ſufficit conſtare venditorem ſciſſe litem moveri ſuper re vendita, niſi ipſe emptor eam denunciaret, & eum requiratur, ut veniat ad defendendam cauſam.
- 9 Si denunciatio tantum requiritur ad aliquem certifiandum, ſcienti non eſt neceſſarium facere prædictam denunciationem. (certificandi.)
- 10 Denunciatio in dubio videtur requiri ad effectum.
- 11 Denunciatio, que requiritur non ſolum ad certifiandum, ſed etiam ad invitandum alium, ut quid faciat, vel non faciat, indiſtincte etiam ſcienti ea denunciatio fieri debet.
- 12 Pari ratione non ſufficit, venditorem certifiatum eſſe de lite per aliquem tertium, cum jus requiratur certificari per ipſum emptorem, niſi certius habuerit mandatum emptoris.
- 13 Emptor, ſufficit denunciare litem illi emptori, à quo immediate cauſam habet, quomòvis immediatus venditor ab alio emerit, adverſus quem immediatus poteſt agere de eviſtione, ſi modo illi litem motam denunciaret.
- 14 Si medicus venditor ceſſit jura ſua emptori, poterit emptor directo agere de eviſtione contra primum venditorem, facta prædicta denunciatione.
- 15 Ut emptor poſſit agere de eviſtione adverſus venditorem, non ſolum debet ei litem motam denunciare, ſed etiam debet ad eum tranſmittere copiam libelli Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

- ut ſi ſit omnino certus de qualitate litis mota.
- 16 Tradit ex Bald. proximè reſoluta conſuetudine generali non obſervari, ſed ſufficere ſimplicem denunciationem litis mota.
- 17 Declarat dictam conſuetudinem ſecutam fuiſſe Ordin. Portug. lib. 3. tit. 45. ſ. 2.
- 18 Addit, quòd non ſolum requiritur denunciatio litis, ſed etiam, quòd emptor incitet venditorem, ut veniat ad defendendam cauſam.
- 19 Refert contrariam opinionem, & ejus authores.
- 20 Tradit elegantem reſolutionem Anton. de Burg. ex qua dictæ opiniones concordantur.
- 21 Reſicit diſtinctionem Socini in hac materia l. 2. ſ. final. n. 13. infra ſolut. macrim.
- 22 Si venditor cauſam non defendat, & emptor in cauſa obtinuerit, tenetur venditor ad expenſas litis.
- 23 Si venditor ſpecialiter ſit vocatus ad cauſam per emptorem, ea denunciatio ſufficiet, cum per citationem ſatis videtur certificatus, & incitatus ad cauſe deſenſionem.
- 24 Tradit ex Anto. Rub. quòd ſi venditor ſit abſens, ſive præſens, ſemper eſt neceſſarium, quòd emptor formaliter ei denunciaret litem motam.
- 25 Tradit ex Socin. concordiam ad has opiniones.
- 26 Refert ex Ripa, quòd ſi venditor propter contumaciam fuit etiam condemnatus, nil opus eſt alia nova condemnatione.
- 27 Refert concordiam Caballin.
- 28 Proponit Autor elegantem diſtinctionem ad componendas illas duas opiniones.
- 29 Quando emptor, qui non denunciavit venditori, & contra eum lata fuit ſententia, probat nullam deſenſionem venditori potuiſſe competere in cauſa, licet ei denunciarum fuiſſet, poterit hoc caſu de eviſtione agere, eſti non denunciaverit, & quomòda excipiet, declarat.
- 30 Inducit pro hac conſuſione l. ſi fundo 53. ſ. ſin. infra de eviſtione.
- 31 Tradit concordiam contraria opinionis, imò quòd nec in prædictis terminis emptor, qui non denunciaverit venditori, non poſſe contra eum agere de eviſtione.
- 32 Assignat concordiam ad has contrarias opiniones ex Rip. l. 2. ſ. voluntatem, n. 22. infra ſoluto matrimonio, & diſtinguendo procedit.
- 33 Reſpondet ad rationem Cavalcan. de qua ſupra.
- 34 Si emptor non denunciaverit venditori litem motam tanquam dolose in hoc negotio verſatus, non agit de eviſtione.
- 35 Diviſio equalis à principio facta inter partes, licet poſtea ob aliquam cauſam magna inſurgat inæqualitas, non retractatur.
- 36 Declarat, quòd qui voluerit ſequi opinionem Imol. de qua n. 30. eam limitet cum Carolo in conſuetudinibus Pariſienſi. ſ. 44. n. 16.
- 37 Limitat item, quòd venditor hoc caſu non tenebitur, niſi ad ſimplum.
- 38 Limitat item prædicta procedere, quando mota lite evincitur res, non facta denunciatione venditori: ſi enim lite non mota emptor deſiſtat à re, & paciatur actor illam occupare, non agit de eviſtione, etiam ſi velit probare, venditorem nullum jus habuiſſe ad ſe defendendum.
- 39 De eviſtione nemo agere poteſt, niſi res deducta in Judicio per ſententiam eviſta ſit.
- 40 Declarat quòd ſi res extra judicialiter evincatur nullo modo agi poteſt de eviſtione.
- 41 Explicat, quòd locus ſit opinioni Imol. & ſequacium; de qua num. 30. neceſſarium eſſe libellum & proceſſum.
- 42 Tradit ex Dec. quòd quando ex parte emptoris nulla facta fuit deſenſio, nec acta publica intervenerunt, ceſſet decif. Imol. ſupra relata.

- 43 Declarat, quod, quando emptor, qui non denuncia-
vit, præten- dit, nullum jus jure competere, onus
probandi in se suscipere debet.
- 44 Reprobatur Imol. d. c. fin. num. 24. verſ. ſed adverte-
dum putat, onus probandi venditori competere.
- 45 Declarat, quæ ſit differentia inter emptorem, qui
denunciavit venditori, & inter eum, qui ei non
denunciavit.
- 46 Colligit præſumptionem, de qua in dict. l. ſi fundo
final. infra de evict. eſſe juris tantum, contra quam
admittitur probatio.
- 47 Refert Socinum contrarium tenentem, & ejus fun-
damenta adducit.
- 48 Sententia lata contra emptorem contumacem, &
non comparentem, præſumitur lata ex eo, quia em-
ptor cauſam non defendit præſumptione juris &
de jure.
- 49 Oſtendit opinionem Ripæ, de qua num. 46. verio-
rem eſſe.
- 50 Reſpondet ad primam opinionem rationis contraria
deductam ex d. l. ſi fundo §. final.
- 51 Reſpondet ad tradita ex gl. d. l. ſi de eo.
- 52 Si per ſtatutum procedi poſſit contra abſentem, &
contumacem ad ſententiam diffinitivam, & ad pro-
bationes, & ex ipſis probationibus conſtet de jure
evincentis, poterit emptor victus agere de eviſione.
- 53 Examinat illam quaſtionem ſi emptor non expecta-
ta ſententia agnoſcat bonam fidem, & rem reſtituat
actori, nulla facta denunciatione venditori, utrum
ſi probet, ſe ideo agnoſſe bonam fidem, quia
ſciebat nullam juſtam deſenſionem competere ven-
ditori, poſſit agere de eviſione.
- 54 Tradit magis communem opinionem tenere, poſſe
agere de eviſione.
- 55 Cuiuslibet licitum eſt agnoſcere bonam fidem, & in-
juſtam litem non proſequi.
- 56 Ut emptor poſſit agere de eviſione, tenetur à ſen-
tentia contra ſe lata appellare, & coram ſuperiore
eam proſequi.
- 57 Si conſtat ſententiam juſte fuiſſe latam, quia de-
ſenſio venditoris erit injuſta, non tenetur emptor
appellare, nec appellationem injuſtam proſequi, ſed
poterit bonam fidem agnoſcere, & nihilominus
ager de eviſione.
- 58 Distinguit in hoc articulo, quod ſi venditor ſit præ-
ſens tempore, quo fertur ſententia contra emptorem,
indiftincte emptor victus non teneatur appellare,
ſed magis ipſe venditor.
- 59 Si venditor ſit abſens, tunc emptor tenetur appel-
lare adhibita ea deciſ. ut ſiquidem conſtet, cauſam
appellationis fuiſſe juſtam, teneatur emptor appel-
lationem proſequi.
- 60 Si per contrarium conſtet, cauſam appellationis eſſe
juſtam, non tenebitur appellare.
- 61 Tradit ex gl. fin. ad finem §. Caja, & ſentit quod
ſi reſ. ſit dubia, non tenebitur emptor appellare.
- 62 Sententia præſumitur juſte lata, & conſequenter,
cauſam appellationis eſſe injuſtam, & ob id em-
ptor non tenetur eam proſequi.
- 63 Declarat verius videri, quod in re dubia teneatur
emptor appellare, niſi venditor præſens ſit.
- 64 Addit, quod emptor victus a principio appellavit, &
tamen poſtea appellationem non fuit proſecutus, vel
ille renunciavit, non poterit agere de eviſione.
- 65 Declarat verius videri prædicta procedere, quando
conſtat cauſam appellationis eſſe juſtam, vel ſumus
in dubio.
- 66 Si conſtat cauſam appellationis eſſe injuſtam, licet
eam emptor non proſequatur, ager nihilominus
de eviſione.
- 67 Explicat text. in l. emptore, in principio, infra de
actionibus empti.

- 68 Movet difficultatem contra reſolutionem text. ex
gl. ſi ibi in principio, verbo poſſe, in fine, cujus
opinio communis eſt.
- 69 Tradit reſolutionem Fulgoſi, quod ſi non eſt noto-
rium jus evincentis, oportet denunciari venditori,
& in his terminis procedit opinio gl. n. proxime.
- 70 Si notorium ſit jus evincentis tunc non erit neceſ-
ſaria denunciatio faciendæ venditori.
- 71 Advertit, quod ſi notorium ſit jus evincentis, em-
ptor non ſolum non tenetur denunciare venditori
litem, ſed etiam neque probare jus evincentis.
- 72 Notoria relevare ab onere probandi.
- 73 Si jus evincentis non ſit notorium, tunc etiam em-
ptor agere poterit de eviſione, & obtinere ſi mo-
do probet, nullum jus poſuiſſe competere venditori
ad ſe defendendum.
- 74 Declarat prædicta eſſe intelligenda, quando forma-
tio proceſſu, & non expectata ſententia emptor agno-
vit bonam fidem: nam ſi ante litem, & ante for-
matum libellum, non poterit agi de eviſione.
- 75 Plura ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt.
- 76 Examinat quaſtionem, ſi emptor qui non denun-
ciavit contra ſe reportavit ſententiam, & tamen
quia probavit nullam deſenſionem competere ven-
ditori, admiſſus eſt ad agendum de eviſione, utrum
poſſit agere ad duplum, vel ad ſimplum tantum.
- 77 Tradit magis communem opinionem tenere, quod
ſi is emptor non denunciavit litem venditori, nec
expectata ſententia agnoſcit bonam fidem, non
poterit agere ad duplum etiam promiſſum, ſed
tantum ad ſimplum.
- 78 Tradit opinionem Fulgoſi, qui utroque caſu negat
agere poſſe ad duplum.
- 79 Promiſſio dupli videtur facta ſub tacita conditio-
ne, ſi modo emptor denunciavit litem venditori.
- 80 Tradit ex Caballino totum contrarium, imo quod
utroque caſu agat emptor ad duplum promiſſum.
- 81 Tradit etiam, quod ſi quis velit defendere hanc
opinionem, poterit reſpondere ad legem emptori
37. §. fin. inf. de evict. modo ibi relato.
- 82 Quando emptor, qui non denunciavit, vult agere ad
duplum, eo tantum prætextu, quod ſententia ſit lata
contra eum, non ſolum repellitur a petitione dupli,
ſed jus agendi de eviſione ei in totum denegabitur.
- 83 Si emptor, qui non denunciavit, vult probare, nul-
lam competere deſenſionem venditori, ager de evi-
ſione ad duplum promiſſum.
- 84 Reſpondet ad legem ſi vendideris 9. infra de evict.
cum ſimilibus, & quo caſu procedat, declarat.
- 85 Reſolvit magis communem opinionem, de qua nu-
77. verio- rem eſſe.
- 86 Docet, hanc denunciationem poſſe fieri venditori,
quocumq; tempore, dummodo fiat eo tempore, quo
venditor poſſit producere jura ſua, & probationes.
- 87 Quando eviſio eſt ſecuta propter rei venditæ, vel
actus naturam, non poſſit agi de eviſione: qui ade-
bit emptor cogitare, illum caſum evenire poſuiſſe.
- 88 Quod ampliatur procedere, etiam ſi hoc caſu emptor
ſibi caverit expreſſim de eviſione.
- 89 Declarat, quod, ut in hoc caſu veniat eviſio,
oportet quod ea ſpecialiter promittatur.
- 90 Reprobatur gl. traditorem l. cum pæna, ſupra de recep-
arb. & Rotam loco ibi relato. (opinione eſſe.)
- 91 Oſtendit Tirag. per Rotam allegatum in contraria
- 92 Verba univerſalia reſtringi debent ſecundum natu-
ram actus, de quo agitur.
- 93 Verba univerſalia ſaris eſt aliquid operari, &
quoad alia reſtringi ſecundum actus naturam.
- 94 Quando res venditur tanquam ſubjecta reſtitutio-
ni, & conſequenter eviſioni, procedit conclusio,
de qua num. 88.
- 95 Si res venditur tanquam libera, & non ſubjecta

ill

- illi periculo eviſionis, veniet ea eviſio, etiam qua
propter rei naturam contingit.
- 96 In dubio res tanquam libera debet videri vendita.
- 97 Declarat verius eſſe, quod ſi onus, cui ſubjecta erat
res, vere, vel præſumptive, erat notum emptori,
cum prædicto onere cenſetur emiſſe.
- 98 Venditor tenetur defendere emptorem coram judi-
ce competentis ipſius emptoris, na ut quamvis ven-
ditor ratione ſori privilegiatus ſit, tamen non poſ-
ſit dictam cauſam trahere ad judicem ſuum.
- 99 Qui propter proprium intereſſe aſſiſtit in judicio, de-
bet aſſiſtere, & defendere coram judice rei conventi.
- 100 Tradit rationem conclusionis.
- 101 Declarat quod ſententia ferenda in hoc caſu ſem-
per concipienda eſt in perſonam emptoris, & non
vendiſoris.
- 102 Aſſiſtens liti conſideratur tanquam actor, & ideo
debet ſequi forum rei.
- 103 Quando venditor non comparet in judicio, non
potest emptor obtinere, ut liberetur ab inſtantia ſed
in ea procedatur, ac ſi venditor nunquam com-
paruiſſet in judicio.
- 104 Declarat, quod venditor à fortiori non poterit
trahere cauſam ad judicem, quem jure communi
fortiur.
- 105 Venditor comparens in judicio ad defendendum
emptorem juxta terminos hujus text. admittetur
tanquam ſimplex deſenſor, vel procurator in rem
ſuam, propter proprium intereſſe, ſed non ad de-
clarandum judicium. & ibi ratio traditur.
- 106 Novatio judicij, vel obligationis, non poſſit fieri
ſine conſenſu illius, cui jus agendi vel obliga-
tionis competit.
- 107 Expendit contra hanc opinionem text. in l. ſed
etiſ lege §. item ſi rem, infra de petit. hæred.
- 108 Aſſignat concordiam ad has opiniones, & decla-
rat quomodo procedendum ſit cum venditore qui
ante inchoatum judicium comparet, & petit in ſe
transferri judicium.
- 109 Declarat venditorem eam translationem invito
Actore impetrare non poſſe, eo autem conſentiente
obtinere.
- 110 Si venditor compareat non animo novandi actio-
nem, ſed quod ea ſalva remaneat actori, & tantum
petat mutari judicium futurum, ut ſcilicet cum eo
inchoetur, & non cum emptore, audiendus eſt,
dummodo ſe obliget, quod in re petitæſt executio.
- 111 Declarat, quod in proximis terminis procedit d.
l. ſed etiſ lege §. item ſi rem in fine, & l. plane
infra famil. herediſcund.
- 112 Tradit quod licet in his terminis Actor reluctetur,
tamen etiam invitus cogetur litem inchoare
cum venditore.
- 113 Reſpondet ad legem ſi mandato §. 1. ſupra mand.
& quo caſu procedat, declarat.
- 114 Declarat, quod ſi ex judicij mutatione actor præ-
tendat aliquod præjudicium ſibi inferri, utpote, quia
allegat emptorem faciliorem eſſe ad convenien-
dum, tunc judicium non mutabitur, ſed cogetur
venditor in foro actoris cauſam defendere.
- 115 In dubio videtur ceſſare actoris præjudicium, cum
regulariter nil interſit cum uno vel alio cauſam
movere & agitare.
- 116 Sententia lata contra venditorem præjudicat em-
ptori ſcienti litem agitari cum venditore.
- 117 Si venditor comparet poſtquam judicium eſt in-
choatum cum emptore, tunc neque judicij muta-
tionem obtinere poterit.
- 118 Declarat, quod in his terminis venditor tantum
poterit aſſiſtere emptori ſumendo litem in termi-
nis in quibus eſt tempore aſſiſtentie.
- 119 Aſſiſtens poterit eum adjuvare allegando & pro-

- bando omiſſa per emptorem. (cognoviſcit.)
- 120 Aſſiſtens poterit recuſare Judicem qui de cauſa
- 121 Aſſiſtens poterit omnia alia facere, quæ enumerat
Gailus præſ. obſerv. lib. 1. obſerv. 71. à n. 13.
- 122 Declarat proxime reſoluta pariter admittenda eſ-
ſe quando venditor comparet ante litem inchoa-
tam, & tamen non petit in ſe transferri judicium,
ſed tantum aſſiſtere emptori.
- 123 Si venditor compareat poſt finitam dilationem con-
ceſſam emptori ad probandum, non poterit hoc
caſu novas probationes facere, quantumcumque
alleget ſe ignoraffe dilationem datam emptori.
- 124 Si aſſiſtens ſit minor beneficio reſtitutionis impe-
trabit ut poſſit producere novos teſtes.
- 125 Si rei vindicatione conveniatur ille qui rem deti-
net nomine alterius, ſi dominus compareat in ju-
dicio, in eo debet transferri lis, & conventus de-
bet omnino ab ea liberari.
- 126 Conventus hoc caſu non poſſidet, ſed dominus cu-
jus nomine poſſidetur.
- 127 Declarat quod in hęc terminis ſi dominus ſit cle-
ricus, cauſa eſt remittenda ad Ecclèſiaſticum, cum
clericus re vera ſit poſſeſſor illius rei, & contra
quem directo lis debet moveri.
- 128 Declarat prædicta intelligenda in colonis, & aliis qui
nullo modo poſſident ſuo nomine, ſed nomine domini.
- 129 Propoſit urum idem recipiendum ſit in feudata-
rio, & emphyteuta, & refert Gam. varias opinio-
nes Doctorem tradentem.
- 130 Tradit veram reſolutionem ad hunc articulum,
ut ſcilicet ſupradicti emphyteuta, & feudatarius te-
neatur ſuſcipere litem contra eos motam, & tantum
poſſunt nominare dominum directum ut eis aſſiſtat.
- 131 Declarat, quod ſi agatur de perinuenibus ad di-
rectum dominum comparentem domino directo, in
eum transferendum eſt judicium.
- 132 Reprobatur tradita à Barto. locis hoc numero ſigna-
tis, dum exiſtimat fratrem convenientem empto-
rem ad retractum, eſſe cogendum compromittere.
- 133 Refert contrariam opinionem, & Doctores qui il-
lam ſequuntur, quam verio- rem cenſet.
- 134 Reſpondet ad rationem Bart. de qua n. 133.
- 135 Venditor tenetur defendere emptorem in foro il-
lius, neque poſſit ratione privilegij perſonalis tra-
here cauſam ad ſuum forum particulare.
- 136 Aſſiſtens cauſe poſſit uui aliis privilegij ex ſua
perſona competentibus.
- 137 Amplia conclusionem nu. 136. procedere, etiam ſi
privilegium venditoris tale ſit, cui ipſe renunciare
non poſſit, utpote quod ſit clericus.
- 138 Refert contrariam opinionem, imo regulam hujus
textus non procedere, quando venditor eſt clericus,
quaſi tunc poſſit trahere actorem ad ſuum judicem
Ecclèſiaſticum, & fundamenta quibus hæc opinio
nititur & ejus autores recenſet.
- 139 Si fiſcus vendat & compareat ad defendendum a-
ctorem, trahit cauſam ad ſuum judicem, hoc eſt fiſc.
- 140 Fiſcus & Ecclèſia æquiparantur.
- 141 Defendit communem opinionem, de qua à n. 38.
& a fundamenta contraria reſpondet.
- 142 Reſpondet ad primum de authoritate gl. c. cleri-
cus nullum 11. q. 1.
- 143 Si clericus tanquam principalis comparet in judi-
cio coram ſeculari pro ſuo intereſſe quatenus cauſa
ipſum tangit, remittendus eſt ad ſuum judicem
Ecclèſiaſticum.
- 144 Si clericus non compareat tanquam principalis, ſed
ad defendendum principaliter conventum, tunc
coram judice rei tenetur eam deſenſionem facere.
- 145 Reprobatur concordiam, quam inter has opiniones
aſſignat Ang. Aret. in rub. n. 17. poſt medium
Inſtit. de excepti. & ejus fundamentis reſpondet

ff 4

146 in

- 146 Incommodum actoris eſt notorium, ſi cogeretur litigare coram Eccleſiaſtico.
- 147 Reſolvit, quod clericus venditor non poteſt obtinere in ſe tranſferri Judicium, quia ſi vult litigare coram ſeculari, id ei non licet, ſi coram Eccleſiaſtico audiri non debet propter incommodum actoris.
- 148 Reſpondet ad l. 3. C. de iure ſiſci lib. 10.
- 149 Clericus non vitur privilegiiſ conſeſſus Eccleſia, niſi in caſibus in iure expreſſis.
- 150 Reſponder ſecundò ad dictam legem 3. Cod. de iure ſiſci, & oſtendit, quòd iure non probatur, quòd ſiſcus venditor habeat privilegium trahendi actorem ad ſuum iudicium.
- 151 Propoſit & defendit regulam huius text. etiam in ſiſco venditore locum habere, cum in eo militent rationes, quæ in clerico venditore.
- 152 Oſtendit non repugnare huic reſolutioni d.l. 3. Cod. de iure ſiſci lib. 10. quam ad id expendit.
- 153 Venditio vitiori pretio facta per ſiſcum cenſetur facta per dolum, vel etiam per gratiam officialium, & his caſibus cenſetur nulla.
- 154 Declarat, quòd ex dict. leg. 3. illud tantum colligi poteſt, quòd ubi emptor convenitur ea cauſa, quòd venditio facta per ſiſcum fuerit nulla, merito coram Iudice ſiſci ea lis agitari debet, quantumcunque ſiſcus non curet defendere emptorem.
- 155 Si lis non eſſet ſuper validitate venditionis facta per ſiſcum, ſed ea preſuppoſita actor conveniret emptorem ex alia cauſa, & ſiſcus compareat ad eum defendendum, inducenda eſt regula huius textus.
- 156 Declarat, in quo ſenſu admitti poſſit alia ſolutio quam ad dict. l. 3. assignat Corn. & Socin. ubi ſupra.
- 157 Reſpondet & diluit aliam difficultatem in hac materia traditam per Cagnol. hic n. 17.
- 158 Reſpondet ad deciſionem l. bene à Zenone Codic. de quadiſ. preſcrip. & declarat quo caſu procedat regula l. 3.
- 159 Declarat in quòd dictum eſt in ſiſco, recipiendum pariter eſſe in Eccleſia, quæ vult defendere emptorem.
- 160 Limitat conſuſionem huius text. ut licet venditor non poſſit opponere declinatoriam ſori ex perſona ſua, tamen ex perſona emptoris illam poterit opponere.
- 161 Quamvis emptor dilatoriam jam opponere non poſſit, quia omiſit eam opponere, tamen venditor aſſiſtens poterit eam opponere.
- 162 Malitia ſeu negligentia emptoris, non poteſt preiudicare venditori ignoranti.
- 163 Movet difficultatem contra proxime reſoluta ex eo quòd veniens ad aſſiſtendum alteri, debet litem aſſumere in eo ſtatu, in quo eſt tempore aſſiſtentiæ.
- 164 Conſirmat proximam difficultatem ex eo, quia aſſiſtens debet proſequi eundem proceſſum, & non novum formare.
- 165 Tradit concordiam ad dictas opiniones ex Bart. l. ſi perluſorio §. 1. n. 3. infra de appellat. ubi diſtinguendo procedit.
- 166 Reſicit proximam concordiam, & illius fundamentis ſatisfacit.
- 167 Oſtendit nihil pro Bart. opinione facere l. pen. infra de re iudicata.
- 168 Declarat, in quibus terminis non habeat locum diſtinctio dict. l. penult. infra de re iudicata.
- 169 Sententia lata contra heredem nocet legatariis etiam ignorantibus.
- 170 Declarat etiam, in quo caſu opinio ſupra allegatorum ſalvari poſſit.
- 171 Si deſenſor ſit minor vel perſona, cui aliàs competebat beneficium reſtitutionis, obtinebit cauſam reponi in ſuo initio, & ſic mediante reſtitutione poterit allegare, quocunque tempore ea, quæ ad cauſam deſenſionem pertinent.

- 172 Declarat, quo caſu ſalvari poteſt opinio Bartol. ſupra relata.
- 173 Venditor coram Iudice emptoris poteſt opponere omnes exceptiones, etiam perſonales, quæ ſibi competunt ex propria perſona, etiamſi tales ſint, quòd illi non poſſet emptor uti, quia in perſona venditoris eſſent mere perſonales.
- 174 Probat conſuſionem exemplo exceptionis perſonalis competentis principali, quæ ſecundum iuris regulas non prodeſt fidejuſſori illi, tamen proderit ſi principali propter proprium intereſſe compareat in iudicio, & actori ex propria perſona objiciat prædictas exceptiones. (parte Judicii.)
- 175 Exceptio peremptoria poteſt opponi in quacunque
- 176 Venditor comparens in Iudicio propter proprium intereſſe, poterit exceptionem peremptoriam opponere quantumcunque limitata ſit ad ejuſ perſonam.
- 177 Aſſiſtens liti poteſt opponere exceptionem, quam emptor omiſit opponere, vel quia noluit, vel quia non potuit
- 178 Aſſiſtens poterit in executione opponere exceptiones modificantes ipſam executionem.
- 179 Aſſiſtens, qui exceptionem executioni proponit, illas proponere debet Iudice executionis.
- 180 Regula huius text. in cauſa executionis etiam locum habet.
- 181 Iudex, qui cognovit de cauſa principali, & ſententiam contra emptorem, cui venditor aſſiſtit, tulit, poterit emptor coram eo convenire venditorem ſuper eviſtione.
- 182 Expediſt in conſirmatione conſuſionis l. cum majorem Cod. de ſententiis, & interlocut.
- 183 Expediſt etiam pro eadem parte l. cum vendente, C. ubi cauſa ſiſcales.
- 184 Tradit rationem proximæ conſuſionis.
- 285 Reſprobat gl. penult. d. l. cum vendente, in intellectu, quem ad illam textum assignat.
- 186 Reſprobat etiam tradita per Imol. conſ. 140. ad ſinem & oſtendit contrarium probari in d. l. cum vendente
- 187 Cum in hoc caſu notorium ſit Iudici, & ſibi conſtat ex actis publicis, factis in cauſa principali, in hac ſecunda lite dependente à prima procedere ex officio via executiva.
- 188 Ampliat proxime reſoluta procedere, quando cauſa ſecunda habet immediatam dependentiam à cauſa principali.
- 189 Si cauſa habet dependentiam mediatam, ſive remotam prædicta locum non habebunt.
- 190 Reſolvit illam quaſtionem, de qua per Panormitanum c. P. & G. n. 13. de offic. deleg. & determinat eam pro parte aſſirmativa.
- 191 Limitat ſecundò in clerico venditore: is enim licet teneatur defendere emptorem coram iudice ſeculari, tamen ſi ſeratur ſententia contra emptorem, non poterit emptor eum convenire ſuper eviſtione coram iudice laico.
- 192 Agit de explicatione gl. verb. ſolvere in ſin.
- 193 Movet difficultatem contra gl. ex l. cui reſtituere, ſupra de re iudicata.
- 194 Difficultati reſpondet ex Angel. & Paulo hic.
- 195 In bonis deſenſoris neceſſarii, qui fecit ſe conſortem litis, poterit fieri executio, ac ſi principaliter in ſententia fuiſſet condemnatus.
- 196 Tradit proximam conſuſionem veram eſſe, cum contra non condemnatum per ſententiam non poſſit fieri executio. (declarat quo caſu procedat.)
- 197 Reſpondet ad l. Plautius ſupra de procuratoribus, &
- 198 Reſpondet item ad l. procuratorem §. ſi ignorantur infra mandati, & de ejuſ intellectu agit.
- 199 Reſpondet ad l. ſin. §. final. C. de uſur. rei jud. & de ejuſ intellectu agit.
- 200 Declarat, in quo caſu poſſit defendi contraria opinio.
- 201 Quando procurator in rem ſuam ſurrit condemnatum nomi-

in nomine proprio, & non ſit ſolvendo, tunc ratione illius ſententiæ ſet executio in bonis princip. abſentis.

202 Tradit ex Bald. fidejuſſores condemnati ſi fuerint ſolvendo, ex ſuo debent ſatisfacere ſi autem non ſint ſolvendo, ne detrudantur in carcerem, poterunt ſolvere ex bonis debitoris principalis.

- 1 Agitur * in hoc textu de materia eviſtione, per quam venditor obligatur emptori ad intereſſe, ſi res vendita ab eo evincatur. Et ad illius explicationem * prætermittendum eſt, venditorem teneri de eviſtione rei venditæ etiamſi in contractu venditionis non fuerit expreſſum, quòd de ea teneretur l. in vendendo infra de contrahend. emptione, quo * caſu tamen venditor tantum tenebitur ad ſimplum, vel conventus actione exempto, tenebitur ad intereſſe, l. in venditione 60. infra de eviſtione. * Poteſt tamen emptor cogere venditorem, ut expreſſim ſibi promittat duplum, ſi res evincatur, l. 2. & ibi notant Bart. & Fulgoſ. infra de eviſt. l. quod ſi nolit §. quia aſſidua infra de edit. quæ fortius videtur probari, & quòd etſi omiſſa ſit, tamen ſuppletur per legem, quia inter partes ſolet fieri: Quod tamen textus ille non probat, ſed illud tantum, quòd emptor coget venditorem per actionem exempto, ut ſibi illam præſtet, quia de conſuetudine generali, in venditionibus ſolet fieri hæc promiſſio, ut ibi advertit Fulgoſius, Socin. leg. Gallus §. idem credendum in fine, & ibi Galeaul. num. 17. infra de liberis. & poſthumis. quicquid repugnet Menoch. conſ. 37. num. 29. lib. 1. * non tamen indiſtincte cogetur venditor hanc promiſſionem duplæ facere, ſed tantum quando res vendita, eſt pretioſa l. emptori 37. infra de eviſtione. ſi tamen prædicta promiſſio omnino ſit omiſſa, tunc venditor tantum tenebitur ſimplum ſolvere. ut dictum eſt. & probat. l. in venditione l. eviſtione 70. infra de eviſtione. Probat Ordinatio Portugaliæ lib. 3. tit. 30. §. 2. & hodie lib. 3. tit. 45. §. 3. nova recopilationis.
- 2 Secundò præmittendum * eſt, quòd ut emptor poſſit agere de eviſtione contra venditorem, oportet quòd venditori denunciati litem, & eum requiratur, ut veniat ad defendendam cauſam, aliàs non poterit agere de eviſtione contra venditorem. Oportet igitur quòd venditori denunciati litem, & eum requiratur, ut veniat ad defendendam cauſam, aliàs non poterit agere de eviſtione, ut præſuppoſitio iſtæ textus & l. C. de periculo. & commod. rei vendit. & l. emptor fundi 8. C. de eviſtione c. ſin. de emptio. & vendit. l. 32. tit. 5. partit. 5. & ord. libr. 3. tit. 45. §. 1. nova recopilationis, & receptiſſimum principium in materia eviſtione Bald. l. libera numer. 8. C. de ſentent. Anton. conſ. 38. numero 5. lib. 1. Duenb. reg. 241.
- 3 Quod ampliatur adeo eſſe verum, ut quoad * effectum agendi de eviſtione, non ſufficiat conſtare venditorem ſciſſe litem moveri emptori ſuper re vendita, niſi ipſe emptor eam denunciaret venditori, & eum requiratur, ut veniat ad defendendam cauſam: Recepta tamen eſt reſolutio in hac materia, quòd ſi denunciatio tantum requiritur ad aliquem certificandum, ſcienti non eſſe neceſſarium facere prædictam denunciationem l. item veniunt §. petitam cl. 2. infra de petitiõ. hered. l. 1. §. final. infra de actionibus empti. ex quibus iuribus deducta fuit regula capit. eum qui certus eſt de regulis iuris in 6. quia ut ibi tradit Dynus, denuntiatio in dubio videtur t requiri ad effectum certificandi, ſubſcribit Alexand. conſil. 24. num. 4. lib. 4. Declarando tamen, ut per eundem Alexand.

conſilio 27. num. lib. 6. Cæterum t quando denunciatio non ſolum requiritur ad certificandum, ſed etiam ad incitandum alium, ut quid faciat, vel non faciat, indiſtincte etiam ſcienti ea denunciatio fieri debet l. denunciaſſe §. quid ergo infra de adult. tradit Alexand. conſ. 24. numer. 4. lib. 4. & conſ. 138. num. 2. lib. 7. Carol. in conſuetud. Pariſienſibus §. 13. gloſſ. 11. num. 5. Unde cum in materia eviſtione denunciatio requiritur, ut venditor aliquid faciat, hoc eſt veniat, ad defendendam cauſam etiam ſcienti denunciatio faciendæ eſt, l. parentes C. de eviſtione, & docet Bart. l. 2. §. ſin. num. 7. infra ſoluto matrimonio, & l. non ſolum §. morte. n. 51. infra de novi oper. nunciat. & aſſerit receptum Alexand. conſ. 138. n. 4. lib. 7. Decius conſ. 74. n. 2. Rip. d. l. 2. §. final. n. 17. infra ſoluto matrimonio. Covar. reſolut. lib. 3. cap. 17. n. 3. Duenb. regul. 241. Cabalin. de eviſt. §. 3. n. 4. Probat Ordinatio Portugaliæ l. 3. tit. 30. §. 2. & hodie lib. 3. tit. 45. §. 2. Unde t pari ratione non ſufficiet venditor. m certificatum eſſe de lite per aliquem tertium, cum ius requiratur certificari per ipſum emptorem, ut reſolvit Alex. dict. §. morte num. 45. & l. 2. §. ſin. n. 12. infra ſoluto matrimonio, capitulus deciſionis 106. n. 2. Caballinus de eviſt. §. 3. n. 6. niſi ille tertius habuerit mandatum emptoris, ut faciat prædictam denunciationem: nam tunc ſufficiet iuxta regulam capit. qui per alium de reg. iuris in 6. & tradit Anton. de Burgos cap. final. n. 4. ad ſinem de empt. & venditio. Item * ſufficiet emptorem denunciare illi venditori à quo immediate cauſam habet, ut ſentit gl. l. ſi pro re §. 1. verb. agere infra de eviſtione. Anania conſ. 18. n. 4. quamvis ille immediatus venditor ab alio emerit, adverſus quem immediatus venditor poteſt agere de eviſtione, ſi modo ille litem motam denunciaverit Anton. de Burgos c. final. n. 2. ad ſinem de emptione & venditione. Cagnol. hic n. 7. Decius conſil. 47. colum. 2. ad mediũ, inferens quòd ſi immediatus venditor ceſſit iura emptori, * poterit, emptor directo agere de eviſtione, contra primum venditorem facta prædicta denunciatione l. ſi res 59. infra de eviſtione. tradit Bart. dict. l. ſi pro re §. 1. ad ſinem Capitulus deciſ. 197. nu. 9. quibus addendum eſt, quòd t ut emptor poſſit agere de eviſtione adverſus venditorem, non ſolum debet ei litem motam denunciare, ſed etiam debet ad eum tranſmittere copiam libelli adverſus eam producti, ut ſic ſit omnino certus de qualitate litis motæ, argum. Clemen. cauſam de electio. tradit Bart. dict. §. morte n. 48. & ibi Alexand. n. 42. Faſo, n. 38. Alexand. conſ. 33. n. 5. lib. 1. Felin. capit. cum M. n. 63. & ibi Rip. n. 163. de conſtit. Covar. reſolut. lib. 3. cap. 17. num. 3. verſ. 3. Duenb. reg. 243. Ant. G. m. deciſ. 79. n. 1. & ita in praxi obſervari aſſerit Cag. hic n. 4. Cabalin. de eviſtione. §. 3. ubi quamvis ſequentibus iſtæ late comprobatur.

Est tamen * advertendum, quòd Baldus l. emptor n. 4. & ibi Angel. n. 2. C. de eviſtione. aſſerunt, conſuetudine generali id non obſervari, ſed ſufficere, ſimplicem denunciationem litis motæ, & admonet ab hac conſuetudine non eſſe recedendum, ſubſcribit Ant. Rub. de §. morte n. 415. Duenb. reg. 143. n. 2. Sed tu adverte, quòd in primis hæc generalem conſuetudinem negat Alex. d. §. morte n. 41. & Cabalin. de eviſt. §. n. 37. * Hanc tamen conſuetudinem nihilominus probavit Ordinatio Portugaliæ lib. 3. tit. 30. §. 2. & hodie lib. 3. tit. 45. §. 2. nova recopilat.

Præterea eſt addendum, quòd non ſolum * requiritur denunciatio litis, ſed etiam quòd emptor incitet venditorem, ut veniat ad defendendam cauſam, ut

12
13
14
15
16
17
18

lam, ut colligitur ex isto textu, & l. si parentes in fine C. de evictio. l. 1. Codic. de peric. & commod. rei vend. l. qui absentem 76. supra de procurat. & reprobat Bart. d. §. morte n. 51. & asserit receptum Felin. cap. cum M. n. 64. & ibi Rip. n. 165. de constitut. Cagnol. hic n. 2. Covar. resolut. libr. 3. capit. 17. n. 3. versic. secundo. Caballin. de evictio. §. 3. n. 21. & quamvis sequentibus late defendit respondens contrariis.

19 Contrarium * tamen, imò sufficere litem notificari venditori, etiam si non incitetur, quòd veniat ad defendendam causam, tenent Bald. & Salycetus l. 1. Codic. de pericul. & commod. rei vendit. Alexand. l. 2. §. final. n. 12. & ibi Arevius col. penultim. Socin. v. 13. infra soluto matrimonio. Alex. d. §. morte n. 45. ad finem, & ibi Jason. n. 39. Burgos capit. fin. n. 5. de emptione & venditione, & verius esse existimat Covar. resolut. libr. 3. cap. 7. n. 3. ad finem, & satis probat Ordinatio Portugaliæ lib. 3. titul. 45. §. 2. nova recopilationis, & pro illis videtur text. l. si quæstio. Cod. de evictio. Probanda tamen est resolutio Ant. 20 * de Burgos d. capit. final. n. 5. quòd emptor, qui denunciat litem motam venditori, virtualiter cum videtur incitare, ut veniat ad causam defendendam: quia ad nullum alium effectum videtur facta prædicta denunciatio, arg. leg. denunciaste vers. quid ergo infra de adul. ita ut inter tenentes has diversas opiniones, ea tantum videatur discrepantia, quòd tenentes primam opinionem, expressam videntur requirere denunciationem, tenentes autem secundam tacitam & virtuales denunciationem sufficere existimant: Quod verius videtur per regulam l. cum quid infra si cert. petat. Et ex his venit rejicienda distinctio. * Soc. l. 2. §. fin. num. 13. infra soluto matrim. quòd si emptor agat de evictione, ex eo capite, quòd res sit evicta, procedat secunda opinio: si vero ex eo capite, quòd venditor causam non defenderit, * quo casu venditor nihilominus teneret ad expensas litis, etiam si emptor in causa obtinuerit, juxta tradita per Bartol. l. venditores de verborum obligator. locum obtinebit prima opinio Nam confunditur hæc distinctio ex ratione supra allata quæ utroque casu militat, ut advertit Ripa capit. cum M. num. 165. de constitution.

23 Prædictam conclusionem ita explicatam, limitabis primò, * nisi per emptorem venditor sit specialiter vocatus ad causam: neque enim tenetur emptor ei aliam facere denunciationem cum per citationem satis videatur certificatus & incitatus ad causam defensionem, glos. l. si dictum §. si presente verb. possit infra de evictio. Extollit Alexand. l. non solum §. morte numer. 84. infra de novi operis & leg. 2. §. final. numer. 15. infra soluto matrimonio, Capitius decisione 106. numer. tertio. Est tamen advertendum quòd Antonius Rubeus dict. §. morte num. 208. circa hanc declarationem resolvit, receptum esse, quòd si venditor sit præsens sive absens, semper est necessarium, quòd emptor ei formaliter denunciet litem motam. Cæterum Soc. d. l. 2. §. final. numer. 19. * opiniones concordat; quòd si venditor citatus per emptorem, comparuit in Judicio: & in eo fuit præsens, non est necessaria alia denunciatio, & probat Nata consilio 208. numer. secundò libro 1. & Franciscus Marcus decisio. 583. numer. secundò in prima parte. Si autem venditor citatus non compareat in Judicio notificatio erit necessaria, Ripa tamen ibidem dict. leg. 2. §. final. numer. vigesimo tertio advertit, quòd si venditor propter contumaciam fuit etiam condemnatus nihil opus est alia condemnatione, Caballinus autem de evictione paragra. pho tertio, n. 97. * existimat, quòd si tantum fuit

citatus venditor ad causam, & non compareat, vera sit opinio Socini: si vero in citatione fuit incerta copia libelli, verior sit opinio Ripæ: Ego potius * distinguem, quòd si ad requisitionem emptoris fuerit citatus venditor, ut veniat ad defendendam causam, tunc etsi non compareat venditor, satis ei videtur denunciatum per emptorem: juxta regulam capit. qui per alium de regul. juris in sexto. Si vero ex officio Judicis, vel ad alterius requisitionem, venditor fuerit citatus, & non compareat, necessarium est, quòd ei lis denunciatur, juxta supra tradita.

29 Secundò limita, quando emptor, qui non denunciavit venditori, & contra eum lata fuit sententia, probat, nullam defensionem venditori potuisse competere in ea causa, licet ei denunciatum fuisset: Poterit enim tunc adversus eum agere de evictione, etsi ei non denunciaverit. Agat igitur hoc casu emptor de evictione: & si venditor excipiat litem sibi non fuisse denunciata, replicabit emptor, ut nulla venditori posset competere defensio, & sic denunciationem minime fuisse necessariam, ut colligitur ex l. si fundo 53. §. final. infra de evictio. quæ probat * quòd ideò emptor, qui non denunciavit litem, non potest agere de evictione, quia præsumit jus, quòd ob defectum denunciationis fuit emptor victus, quia non fuit instructus per venditorem. Ergo à cessante ratione; si velit probare, quòd etsi instructus fuisset per venditorem, nihilominus succubuisset, quia jus actoris erat clarum, & irrefragabile, audiendus est, & hoc probato agere poterit de evictione contra venditorem, ita expresse Imola capit. final. n. 24. versic. sed adverte de emptione & venditione. Fulgos. leg. si ideo num. sexto, infra de evictio. Alexand. dict. §. morte n. 47. & leg. 2. §. final. n. 14. infra soluto matrimonio, & consil. 63. num. 11. lib. 6. & alii relati per Covar. resolut. libro 3. capit. 17. n. 6. Anton. Gomez. 2. tom. cap. 2. n. 39. & elegantè comprobat Gregor. leg. 32. titul. 5. parit. 5. in glos. nolo hic esse colum. 2. quibus adde Rota Avenionensem, decis. III. n. m. 8. Nata consilio 232. v. 5. libr. 2. Afflictiis decis. 49. n. 3. Capitius decis. 166. n. 2. Jason. leg. si domus §. final. n. 14. infra de legatis. Cabalin. de evict. capit. 3. num. 73.

31 Sed subsistendum est, quia contrarium imò quòd neque in prædictis terminis, emptor, qui non denunciaverit venditori, non possit contra eum agere de evictione, sentiunt glos. verbo posse in fine, & ibi Bart. & Salyc. l. emptorem in principio infra de actio. empti. Albericus l. at qui natura §. cum me absente, in fine, de negotiis gestis, Angelus §. final. numer. 5. Instit. de emptione & venditione, & hanc esse communem opinionem asserit Decius consil. 74. colum. final. post principium, Gratius consil. 1. n. 57. lib. 1. Joan. Crocus consil. 248. n. 3. libro 2. & late defendit Socin. leg. 2. §. final. num. 15. infra soluto matrimonio, & ibi Alciatus n. 29. Et ita hanc opinionem in praxi esse observandam dicit Rebus. 3. tom. ad ll. Gallicas titul. de dilationibus articul. 5. glos. unica num. 38. Quinimo & Imola auctor contrariæ opinionis, in distinct. final. in fine de emptio. & vendit. fateatur, hanc secundam opinionem tutiorem esse: Moventur per regulam generalem hujus textus, & jurium similitum, & quia in hac materia denunciatio requiritur pro forma Bald. l. 1. n. sexto Codic. de pericul. & comodo rei vendite, & à forma data per legem, nullo modo est recedendum l. constitutionibus infra ad municip.

Inter

22 Inter has autem † opiniones contrarias, probabilis videtur concordia, & distinctio Ripæ leg. 2. §. voluntatem numer. 22. infra soluto matrimonio, quod aut tempore motæ litis erat notorium, nullam posse competere defensionem venditori, & procedat opinio Imolæ, & sequacium, aut id eo tempore non erat notorium, sed ex post facto incepit constare de non jure venditoris, & procedet secunda opinio: nec enim tunc emptor poterit se excusare, eo prætextu, quòd non denunciaverit; quia esset notoria injustitia venditoris, cum tempore inchoatæ litis de hoc non constaret, & ideò fuit in manifesta culpa non denunciando, unde non poterit agere de evictione dict. leg. si fundo 53. §. final. infra de evictio. subscribit Aymon consilio 179. numer. 6. & consilio 83. numero 6. Neque † obstat ratio Caballini (hanc concordiam impugnans) de evictio. §. 3. numero 89. quasi sit verbalis, quia quocumque tempore constet, de non jure venditoris, admittendum est, agere posse emptorem non denunciante de evictione. Nam * responderetur, quòd emptor teneret litem defendere, & denunciare venditori, quòd veniat ad causam defendendam, ut dictum est, aliàs tanquam dolose in hoc negotio versatus non ager de evictione, ut est expressum dict. leg. si fundo 53. §. final. infra de evictio. Ergo cum antequam constaret de non jure venditoris, emptor non denunciando videatur fuisse in dolo, ac proinde non possit agere de evictione, hoc jus quæsitum venditori, ex eo quod postea evenit, non debet retractari l. 2. infra de itinere actuque privato. Nam & divisio æqualis à principio * facta inter partes, licet postea ob aliquam causam magna inlurgat inæqualitas non retractatur, ut per Socinum junioem consilio 119. Viso n. 28. libr. tertio Berouis consil. 108. in fine lib. primo, Roland. consilio quinquagesimo primo, ad finem libr. 4.

26 Et nihilominus * tibi magis placeat, probare indistincte opinionem Imolæ & sequacium, eam limitabis cum Carolo in consuetud. Parisiensibus §. 44. numero 16. Item limitabis, * quòd venditor hoc casu non tenebitur nisi ad simplicium, Imol. dict. capit. final. num. 24. de empt. & vendit. Anton. Rubr. dict. §. morte num. 456. & admittit Covar. resolutionum lib. 3. c. 17. numer. de quo tamen infra latius agemus. Item * limita prædicta procedere quando mota lite evincitur res non facta denunciatione venditori: nam si lite non mota emptor deficiat à re, & patiatore actorem illam occupare, non ager de evictione, etsi vellet probare emptorem nullum jus habuisse ad se defendendum: cum regula sit: de evictione agi non posse, * nisi res deducta in Judicio, per sententiam evicta sit, leg. non tamen numero 24. infra de evictione, & ibi notat glos. penult. Nam si extrajudicialiter id contingat, nullo modo agi potest de evictione l. fin. C. de action. empt. bonus textus in leg. si cum quasi. 41 17. de evictio. * Et ita necessarium esse libellum, & processum, ut si locus traditioni Imolæ, & sequacium supra relatæ, sentit Bart. l. empti, & prius gl. leg. at qui natura §. cum me absente. verb. non committat post principium, & ibi Barto. numer. 3. Paul. numer. 5. supra de negotiis gestis. Imol. cap. fin. in fine de emptione & venditione. Afflictiis decis. 49. numer. 3. Rip. leg. 2. §. voluntatem numer. 22. infra soluto matrimonio. Et ideo Decius conf. 74. col. fin. tradit, quòd quando ex parte emptoris nulla facta fuit defensio, nec acta publica intervenerunt, cessat decisio Imolæ supra relatæ. Denique limitabis, onus * probandi venditori nullum jus competere, quando emptor

illi non denunciavit, incumbere prædicto emptori, ut colligitur ex mente supra allegatorum, & expressit Paul. Castrenf. l. at qui natura §. cum me absente, n. 4. & 5. supra de negotiis gestis.

44 Quare † cavendum est verbis Imolæ cap. fin. num. 24. vers. sed adverte, de emptione & venditione, quòd emptor qui non denunciavit venditori, nihilominus obtinebit in causa evictionis, nisi venditor probaverit quòd si ei denunciatum esset, posset instruere emptorem, ne actor contra eum obtineret sententiam, subscribit Aymon consil. 83. numer. 6. & consilio 179. numer. 6. Nam dum præsupponunt, quòd in his terminis incumbit onus probandi venditori, quòd sibi competeat jus defensionis, falsum est, quia imò incumbit emptori qui non denunciavit, ut dictum est, in specie advertit Burgos capit. final. numero decimo septimo de emptione & venditione Antonius Rubeus dict. §. morte num. 456. Riminaldus Senior consilio 205. numero decimo quinto libro secundo & laicius presequitur Covar. resolutionem lib. 3. cap. decimo septimo, numero 6. Caballin. de evictionibus §. 1. numero 91. Anton. Gomez. 2. tom. cap. 1. numero 9.

45 Atque ita † hæc est differentia inter emptorem, qui denunciavit venditori, & inter eum, qui ei denunciavit: Nam primo casu, per solam sententiam probat emptor, venditorem jus non habuisse in re vendita, & evicta l. Hecrenius §. Caja infra de evictio. In secundo autem casu licet etiam sententia præsumatur juste lata, capit. in præsentia de renunciatione, tamen præsumetur ita fuisse laram, quòd venditor propter omissam denunciationem non potuit instruere emptorem, qualiter se defenderet, leg. si fundo 53. §. fin. de evictio. & ideo tunc emptori incumbit onus probandi, nullam defensionem potuisse competere † venditori. Et ex his etiam manifeste colliges præsumptionem, de qua d. l. si fundo §. final. infra de evictionibus, esse juris tantum, contra quam admittitur probatio, esse juris tantum, contra quam admittitur probatio, ut advertit Rip. l. 2. §. voluntatem numero 21. ad finem infra soluto matrimonio, ubi tamen Socin. numero 15. ad finem contrarium tenet, * quia cum jus præsumat, emptorem non denunciante, culpa sua non bene instructum fuisse de justitia venditoris, ac ob id disponat non posse agere de evictione dict. l. si fundo §. final. videtur inde resultare quædam præsumptio juris, & de jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, juxta notata cap. is qui fidem, de sponsalibus, quod & probat Decius consilio 74. colum. final. ad medium, ea ratione quia sententia lata contra emptorem contumacem, * & non comparentem, quia præsumitur lata, quia emptor causam non defendit, l. si ideo 55. infra de evictionibus. Et quidem præsumptio juris & de jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, & ideo non agit de evictione.

49 Sed * opinio Ripæ verior est ex supra traditis: Nec obstant rationes in contrarium adductæ, nam ad primam * responderetur, quòd dict. * l. si fundo §. final. illud disponit, tanquam super præsumpto & non tanquam super certo, & ideo resultat præsumptio juris tantum juxta notata dict. cap. 15. qui fidem contra quam admittitur probatio in contrarium.

59 Non obstant secundum, * quia responderetur, quòd licet glos. 1. in principio dict. l. si ideo, inferat prædictam opinionem, tamen postea ab ea recedit, concludens eam præsumptionem esse juris tantum, & ob id si emptor probaverit, nullam defensionem competiisse venditori, ager de evictione.

Et

Et eam gloſſ. traditionem probat Fulgoſ. *ibi num. 3. Alexand. l. 2. §. final. num. 14. infra ſolutio matrimonio. & leg. non ſolum §. morte numer. 46. infra de novi oper. nunciat. Felinus capit. cum Bertoldus num. viſimoquarto de re iudicata, Caballinus de eviſionibus §. numer. 77. Unde ſi per ſtatutum * procedi poſſit contra abſentem & contumacem, ad ſententiam diſſinitivam, & ad probationes, & ex ipſis probationibus conſtet de jure evincētis, poterit emptor victus agere de eviſione gloſſ. l. 2. Codic. contrario iudicio tutela, Avendannus in tractatu 1. & 2. decreti in parte num. 4.*

Et juxta ꝑ hæc venit etiam reſolvenda ardua quæſtio, ſi emptor non expectata ſententia agnoſcat bonam fidem, & rem reſtituat actori, nulla denunciatione venditoris, *Utrum ſi probet, ſe ideo agnoſſiſſe bonam fidem, quia ſciebat nullam juſtam deſenſionem competere venditori, poſſit agere de eviſione?* Et magis communis opinio tenet poſſe agere de eviſione, quia cuilibet licitum eſt * cognoscere bonam fidem, & injuſtam * litem non proſequi, l. quoties §. ſicut infra de adminiſtr. tuto. ex l. ſecunda, juncta gloſſ. verb. non abſens. Codic. de contrario iudicio tutela, & ita in terminis ſentit gloſſ. l. & qui natura §. cum me abſente, & ibi Bart. & Paul. num. 4. & 3. ſupra de negot. geſtis. Imol. cap. final. n. 24. de emptione. & venditio. Alexand. diſt. §. morte num. 47. & conſil. 63. num. 11. lib. ſexto Capit. decif. 106. num. 2. Carolus alios referens, in conſuetudin. Pariſienſibus §. 44. num. 25.

Nam ꝑ videmus in ſimili, quòd licet, ut emptor poſſit agere de eviſione, teneatur à ſententia contra ſe lata appellare, & coram ſuperiore eam proſequi Bartol. ſi procuratorem §. ſi ignorant in fine, infra mandati, Angel. §. actionum numer. 20. ad finem Inſtitut. de accuſationibus. Alexand. leg. invitus num. 10. Codic. de procurato. Decius conſilio 74. numer. 3. Caballin. de eviſio. §. 3. numer. 10. Pinel. leg. 1. Codic. de bonis maternis 3. parte numer. 50. verſicul. limita. 3. Probat Ordinatio Portugalie libro 3. titulu. 30. §. 2. & hodie libro 3. titulu. 45. §. 3. nova recopilationis. Tamen ſi conſtat * ſententiam juſte fuiſſe latam, quia deſenſio venditoris erat injuſta, non tenetur appellare, neque appellationem injuſtam proſequi, ſed poterit bonam fidem agnoſcere, & nihilominus agere de eviſione, leg. bonam Codic. de adminiſtrat. tutorum tradit gloſſ. 2. l. Herennius §. Caja infra de eviſio. & ibi Baldus ad finem Afſiſt. decifio. 49. num. primo Capitius decifio. 106. num. quarto Gama decifio 306. num. 2.

Quinimò in hoc articulo * ita videtur diſtinguendum, ut ſi venditor ſit præſens tempore, quo fertur ſententia contra emptorem, indiſtincte emptor victus non teneatur appellare, ſed magis ipſe venditor, ut probat l. Herennius paragraſo Caja infra de eviſio. ſi verò venditor ſit abſens, tunc emptor tenetur ꝑ appellare, ut ſentit d. §. Caja, à contrario ſenſu: adhibita tamen ea diſtinctione, ut ſi quidem conſtet, cauſam appellationis fuiſſe juſtam, tenetur emptor appellare & appellationem proſequi, tenent ſupra allegati & Baldus diſt. leg. Herennius §. Caja in fine, & Angelus Aretinus §. actionum numer. vigefimo Inſtitut. de accuſationibus. Si autem * per contrarium conſtet, cauſam appellationis eſſe injuſtam, non tenebitur appellare. In dubio * autem gloſſ. final. ad finem §. Caja ſentit, quòd ſi res ſit dubia, non tenetur ꝑ appellare, quia ſententia præſumitur juſte lata, & conſequenter cauſam appellationis eſſe injuſtam, & ob id non tenetur eam proſequi, ſubſcribit Bartol. *ibi in fine*, & aſſerit receptum Anton. Gom. 2. tom. capit. 2. numer. 40. ante finem, Nata

conſil. 208. numer. primo libro tertio Caballin. de eviſion. §. 3. num. 145. Verius tamen * videtur, quòd imò in re dubia teneatur appellare, niſi venditor præſens ſit, ut eleganter probat Cavarruv. reſolut. libr. 3. capit. decimoſeptimo numer. nono & ſatis probat Ordinatio Portugalie libro tertio, titulu. trigefimo, §. ſecundo, & hodie libro tertio, titulu. 45. §. 3. nova recopilationis. Adde, ꝑ quòd ſi emptor victus à principio appellavit, & tamen poſtea appellationem non fuit proſecutus, vel illi renunciavit, non poterit is agere de eviſione, ut videtur probare textus d. leg. Herennius §. Caja, & ibi notat gloſſ. fin. Ruin. conſilio 84. numer. tertio, libro quinto Caballin. de eviſion. §. 3. numer. 145. quamvis verius videatur * prædicta procedere, quando conſtat cauſam appellationis eſſe juſtam, vel ſumus in dubio, in quibus terminis procedit d. §. Caja. Nam * ſi conſtet cauſam appellationis eſſe injuſtam, tunc etſi ea non proſequatur, ages nihilominus de * eviſione, ut dictum eſt, juxta quæ venit explicandus textus l. emptorem, in principio, infra de actionibus empti, dum probat, emptorem poſſe agere de eviſione, quamvis rem evictam non deſenderit quia jus evincētis erat notorium, notat gloſſ. 2. l. ſi cum quaſt. Codic. de eviſio. quo tamen calu * gloſſ. l. emptorem in princip. verb. poſſe ad finem, & ibi Bartol. numero 2. Saiyr. ad finem dicunt, oportere, quòd fiat denunciatio venditori, ut veniat ad cauſam defendendam, vel appellandum à ſententia condemnatoria, ſi ei viſum fuerit. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Decius conſilio primo, numer. quinquageſimo octavo libr. primo, Joannes conſil. ducentiſſimo quadageſimo octavo, numer. 3. lib. 2.

Cæterum Fulgoſ. diſt. l. emptorem numer. 2. & 3. * reſolvit, quòd ſi non eſt notorium jus evincētis, oportet denunciare venditor, ut veniat ad cauſam defendendam, & in his terminis procedat opinio gloſſ. & Bartol. ſupra relata; ſi autem notorium ſit jus evincētis, tunc non erit neceſſaria * denunciatio facienda venditori, quod & tenet Imol. d. cap. fin. n. 24. de emptione & venditione Alexand. diſt. §. morte numer. 46. & conſilio 63. numer. undecimo libr. 6. circa quas tamen opiniones * advertendum eſt, Quòd ſi notorium ſit jus evincētis, emptor non ſolum non tenetur denunciare venditori litem, ſed etiam neque probare jus evincētis, * cum notorium ſit, & notoria relevant ab onere probandi, capit. evidentia de accuſat. gloſſ. ſecunda Clement. appellanti. de appellat. & in terminis admonet Antonius de Burgos capite final. numer. ſexto, de emptione & vendit. one. Quòd * ſi jus evincētis non ſit notorium, tunc etiam emptor agere poterit de eviſione, & obtinere, ſi modò probet, nullum jus potuiſſe competere venditori, ad ſe defendendum, per ſupra tradita, & in terminis ita reſolvit Gregor. l. 32. titulu. 5. partit. 5. verb. nolo hixieſſe colum. 2. & poſt alios Covar. reſolut. libr. 3. cap. 17. n. 6. Anton. Gomez. 2. tom. cap. 2. n. 39. & ſupra diximus.

Denique eſt * advertendum, prædicta eſſe intelligenda; quando formato proceſſu, & non ſpectata ſententia emptor agnovit bonam fidem: nam in his terminis loquuntur plerique ex ſupra citatis. Si enim ante litem, & ante formatum libellum emptor agnovit bonam fidem, non poterit agere de eviſione, ne aliàs concurrant plura ſpecialia circa * idem contra regulam l. 1. Codic. de dotis promiſſ. ſcilicet, quòd emptor, qui non denunciavit venditori, poſſit agere de eviſione contra regulam l. 1. Codic. de pericul. & commod.

rei vendit. leg. emptor Codic. de eviſione. Item quòd propter eviſionem extrajudicialiter contingentem, teneretur venditor de eviſione contra regulam leg. non tamen 24. cum gloſſ. pen. infra de eviſio. & l. fin. Cod. de actio. empti. & ſupra tetigimus.

Juxta *quam conſiderationem venieriam conponenda ea Doctorum controverſia, ſi emptor, qui non denunciavit, contra ſe reportavit ſententiam, & tamen quia probavit nullam deſenſionem competere venditori, admiſſus eſt ad agendum de eviſione, ut dictum eſt, poſſit agere ad duplum vel ad ſimplum tantum? Et magis omnium opinio * tenet, quòd ſi is emptor non denunciavit litem venditori, neque expectata ſententia agnovit bonam fidem, non poterit agere ad duplum etiam promiſſum, ſed tantum ad ſimplum. Quam conſuſionem videtur tradidiſſe Imol. capit. fin. n. 24. de emptione, & venditione, & ex cuius mente illam deduxerunt, & tanquam veram probaverunt Anton. Rub. diſt. §. morte numero 456. Covar. reſolut. libr. tertio capit. 17. numer. ſexto poſtmed. & ſupra tetigimus.

Cæterum ꝑ Fulgoſ. l. ſi ideo n. 6. infra de eviſio. negat utroque caſu agere poſſe ad duplum, quia * promiſſio dupli videtur facta ſub tacita conditione, ſi modò emptor denunciaret litem venditori, l. emptori 37. §. final. infra de eviſionibus, quòd etiam reſolvit Carol. in conſuetudin. Pariſ. §. 44. n. 25. allegat. l. ſi vendideris 9. & leg. ſi tamen 24. infra de eviſio. Sed totum contrarium, * imò quòd utroque caſu agat emptor ad duplum promiſſum defendit Caballin. de eviſionibus §. 3. n. 93. & ante eum Angel. leg. at qui natura §. cum me abſente n. 2. ante finem ſupra de negotiis geſtis, & conſentit tradita per Alexand. leg. fin. n. 13. infra de condiſt. cauſa data. Et ſi quis vellet hanc ꝑ defendere opinionem ad l. emptori 37. §. fin. inf. de eviſio. reſpondere poſſet, quòd * procedit quando emptor, qui non denunciavit venditori, vult agere ad duplum promiſſum, eo tantum prætextu, quòd ſententia ſit lata contra eum. Nam tunc non ſolum repellitur à petitione dupli, ſed jus agendi de eviſione ei in totum denegabitur l. 1. Codic. de pericul. & commod. rei vend. Cæterum * ſi emptor, qui non denunciavit, velit probare nullam competere deſenſionem venditori, agere de eviſione ad duplum promiſſum, Afflic. dec. 49. ad finem. Neque etiam obſtat l. ſi vendideris 9. infra de eviſionibus cum ſimilibus, quia procedit, quando alienatio facta emptori de re aliena, ex poſt facto confirmatur in perſona emptoris, propter acquisitionem novi tituli, ita ut ſecurus ſit, ne ab eo res evincatur, eo enim caſu emptor non poteſt agere de eviſione, quia res evicta non fuit, neque jam ab eo evinci poteſt leg. habere licere 57. infra de eviſio. & tamen quia emptor deceptus fuit, quia res vere aliena ei vendita eſt, poteſt agere actione ex empto ad intereſſe: & noſtra quaſtio eſt, quando res vendita cum effectu evicta eſt, & tantum obicitur emptori, quòd non denunciavit litem venditori, tunc enim videtur locum habere ſupra tradita.

Sed nihilominus opinio Imolæ magis recepta, verior eſt. ut ſic evitentur concuſſus plurium ſpecialium diſt. l. 1. C. de dotis promiſſis. tenebis autem * mente hanc denunciationem poſſe fieri venditori, quocunque tempore, dummodo fiat eo tempore, quo venditor poſſit producere jura ſua, & probationes facere, leg. ſi rem 29. §. fin. infra de eviſionibus. Circa quòd videndum eſt Anton. de Burgos capit. final. num. 2. de emptione & vend. Cognol. hic n. 4. ad finem, & Covar. reſolut. l. 3. cap. 17. numer. 17.

mero. 8. & videnda eſt ordinatio Portugalie, lib. tit. 30. §. 3. & hodie lib. 3. tit. 45. §. 2. nova recopilationis.

Tertio principaliter * limita hanc materiam eviſionis, ſi eviſio ſit ſecuta, propter rei venditæ vel actus naturam: neque enim poteſt agi de eviſione, quia debuit emptor cogitare illum caſum evenire potuiſſe leg. ſi quis domum §. hic ſubjungit ff. locati, & ibi notat Bart. num. 2. Paul. num. 5. rationem aſſignans, & ſequuntur relati per Hypolyt. Riminald. conſilio 1. numer. 44. libr. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 118. num. 11. Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. gloſſ. 9. numero 35. Molin. lib. 1. de primogen. c. 21. à numero 8.

Quam ꝑ limitationem ampliabis procedere, etiam ſi hoc caſu emptor ſibi caverit expreſſim de eviſione, juxta l. ſi fundus Codic. de eviſionibus. Nam * non obſtante ea ſtipulatione, non tenetur venditor de eviſione, quæ ſecuta eſt propter rei naturam. Neque enim in generali promiſſione eviſionis, iſ caſus includitur, & ideo, ut hoc caſu veniat prædicta eviſio, oportet quòd ea ſpecialiter omittatur, etiam ſi eviſio contingat, propter rei naturam gloſſ. final. ad finem, l. ſi familia Cod. famil. herciſc. & ita ibi reſolutio Bartol. Baldus Paul. & Saiyc. Aretinus conſil. 3. numer. 1. Ruin. conſil. 146. n. 3. l. 1. Aymon. conſil. 211. antequam num. 6. Roland. 51. num. 19. libr. 4. & multi alii quos reſert Anton. Peregr. de ſid. commiſ. ar. ic. 52. n. 69. Carol. in conſuetud. Pariſienſib. §. 1. gl. 8. n. 40.

Denique licet * gloſſ. l. cum pæna ſupra de arbitris, teneat, quòd ubi promittitur eviſio per verba univerſalia, ſcilicet (quocunque modo res evincatur) veniat indiſtincte eviſio, & propterea Rota dec. 152. n. quinto in 2. p. noviffimarum, concludat quòd etiam hoc caſu veniat eviſio, quæ contingat propter rei naturam allegando Tiraq. libro primo retract. §. 1. gloſſ. 9. n. 36. tamen * contrarium eſt verius ex ſupr. traditis, Tiraq. allegatus per Rotam, magis probat, quòd ſi conſanguineus evincat ex vigore ſtatuti, non veniet ea eviſio, quæ contingit propter rei naturam, & idem Tiraq. lib. 1. retract. in fine n. 98. proponens quaſtionem in terminis, poſt longam diſputationem concludit, illam non venire, quando propter retractum conſanguineo competentem ſecuta eſt eviſio: & merito, quia ut advertit Covar. reſolut. l. 3. cap. 17. n. 7. ad finem ex traditione gl. diſt. l. cum pæna, non eſt colligenda conclusio generalis, & faciunt aliqui Doctores, cum * regula ſit verba etiam univerſalia reſtringi debere ſecundum naturam actus, de quo agitur, leg. ſi ſtipularis inf. de uſuris leg. ſi uno inf. locati expreſſe Bald. conſ. 67. in fine l. 3. Satis igitur * eſt, verba univerſalia aliquid operari, & quoad alia debere reſtringi ſecundum actus naturam, Ruin. in terminis conſil. 137. de duobus n. 2. l. 2. quem ſequitur Rol. conſ. 51. n. 12. l. 4.

Limitabis autem * prædicta procedere, quando res venditur tanquam ſubjecta reſtitioni, & conſequenter eviſioni, nam ſi tanquam libera, & non ſubjecta illi periculo eviſionis vendatur, veniet ea eviſio, etiam quæ propter rei naturam contingit, Rip. à reſponſ. 80. n. 65. quæ ſequitur Menoch. conſilio 87. n. 89. libr. primo & Petrus Surdus conſilio decimoquinto n. ſexto & n. 12. lib. 1. Quinimo in dubio tanquam libera debet * videri vendita, Molina lib. 1. de primogen. cap. 21. n. 12. Sed verius eſt, * quòd ſi onus, cui ſubjecta erat res, vere vel præſumptive erat notum emptori,

cum prædicto onere cenſetur emiſſe l. qui tabernæ infra de contrahenda emptione leg. 2. final. infra de aſſimibz empti, tradit Baldus l. 1. n. 5. Codic. qui reſtam. facere poſſunt, & aſſerit receptum Alex. l. ſi domus §. ſin. n. 4. infra de legat. 1. Gozad. conſil. 24. n. 7.

99 His igitur ita ꝑ præmiſſis circa materiam evic-tionis, de qua is textus agit, colligenda eſt ex eo principalis conſuſio, quòd venditor tenetur defendere emptorem coram iudice competenti ipſius emptoris, ita ut quàmvis venditor ratione fori privilegiatus ſit, tamen non poſſit prædictam cauſam trahere ad iudicem ſuum, extollit Bald. conſilio 490. factum numer. quinto, libr. quarto, Socinus Jun. conſilio 46. numer. 5. libr. 1. Aſſiſt. dec. 227. numer. 2. Gama dec. 332. numer. 1. & concordat 57. titul. 6. partit. 1. & ibi notat Gregor. in

100 gloſſ. fin. id quòd generaliter procedit, * in eo, qui propter proprium intereſſe aſſiſtit in iudicio: nam debet aſſiſtere, & defendere coram iudice rei conventi, tradit Ancha. an. conſilio 313. ad dubia n. 1. Anton. Nata conſil. 99. n. 8. libr. 1. Silvanus conſil. 49. num. 71. Andr. Gaillus lib. 1. obſervationum obſervat 71. num. 2. Rationem huius conſuſionis * aſſignat gl. 3. hic. Sed ea eſt probabiliſſor, quòd rei vendicatio movetur contra poſſeſſorem, & non contra venditorem l. 1. Codic. ubi in rem actio, & ideo merito attenditur forus rei conventi, & non venditoris, Socinus conſilio 91. colum. final. poſt principium libr. 3. Cagnol. hic num. 1. Caballin. de evicſio §. 3. numer. 118. Qua-

101 re ſententia fereuda, ꝑ concipienda eſt in perſonam emptoris, & non venditoris, Bartol. h. c. Nata conſilio 360. numer. quarto libr. tertio. Accedat quòd aſſiſtens liti propter proprium intereſſe, conſideratur tanquam actor, & ideo debet ſequi forum rei, ut proſequitur Andr. Gaillus præcticarum obſerv.

102 libr. primo obſerv. 71. à numer. 3. Neque ꝑ enim comparente venditore in iudicio, poteſt emptor obtinere, ut liberetur ab inſtantia, ſed in ea procedetur, ac ſi venditor nunquam comparuiſſet in iudicio, Joannes de Amicis conſilio 19. numer. primo, Socinus Jun. conſil. 46. n. 5. l. 1.

103 Ex qua ratione ꝑ inſertur primò, quòd dum is textus probat, quòd venditor propter ſuum privilegium non poteſt trahere cauſam ad iudicem ſuum, à fortiori, nec poterit trahere ad iudicem, quem iure communi fortitur, quia militat ratio, de qua ſupra, & probat l. 1. Codic. ubi in rem actio. tradunt Paul. Caſtrenſ. Lancelotus Decius, & Cagnol. hic numer. octavo probat Ordinat. Portugalicæ lib. tertio titul. 20. §. & hodie l. 3. tit. 45. §. ſin. novæ recopilationis.

104 Inferitur ſecundo, quòd venditor comparens in iudicio ad defendendum emptorem, juxta terminos huius textus, admitteatur quidem tanquam ſimplex defenſor, vel tanquam procurator in rem ſuam, propter proprium intereſſe: ſed ſi compareat animo mutandi iudicium, ut demiſſo emptore, cum eo lis agatur, audiri non debet, neque enim in ejus poteſtate debet eſſe mutare juris ordinem, & diſpoſitionem, quæ jubet, quòd contra emptorem, & ſic rei poſſeſſorem moveatur iudicium, uti probat l. 1. Codic. ubi in rem actio. Et ꝑ quia novatio iudicii vel obligationis, non poteſt fieri ſine conſenſu illius, cui jus agendi, vel obligationis competit, l. ſi mandato §. 1. infra mandati, Bartol. l. ſolutionem numer. ſexto infra de ſolutio. Bald. leg. ſi actorum ad finem ſupra de procurato. & reſolvit Nata conſilio 630. numer. ſecundo, ad finem lib. tertio & eſſe receptam opinionem aſſerit Joan-

105 de Amicis conſilio 19. numer. 2. Ruin. conſil. 84. n. 2. lib. 5. notab. Benintendi dec. Bononiens. 92.

106 Non eſt * tamen omittendum, quòd adverſus hanc communem reſolutionem non videtur textus expreſſus l. ſed eſt lege §. item ſi rem. infra de petit. hered. qui videtur probare, quòd venditor comparens ad defenſionem emptoris, & petens in ſe transferri iudicium, ut cum eo tanquam cum poſſeſſore inchoetur, auditur, & incipit competere exceptio emptori, ſi actor cum eo velit litem proſequi: notant Angel. ibi num. 4. Paul. Caſtrenſ. num. 3. Angel. hic num. 3. Jacobin. num. 6. Caſtrenſ. l. 1. nu. 2. Codic. ubi in rem actio. Sed pro concordia * dicendum eſt, quòd ſi ante iudicium inchoatum cum emptore, compareat venditor, & petat in ſe transferri iudicium animo novandi actionem, quia emptor poterit conveniri, ita ut emptor remaneat omnino liberatus ad iudicium, & ab actione, ut omnia transferantur in ipſum * venditorem, id invito actore impetrare non poterit, juxta regulam leg. ſi mandato §. 1. infra mandati. tradit Bart. l. liberto §. final. n. 5. ſupra de negot. geſt. & l. ſolutionem numer. 6. & ibi Paul. Caſtrenſ. numer. 1. infra de ſolutio. Angel. Aretin. l. à ſententia numer. 8. infra de appellat. probat Ordinat. Portugalicæ lib. 3. titul. 30. §. 5. & hodie lib. 3. tit. 45. §. 6. novæ recopilationis. Conſentiente autem actore id obtinebit, ut eſſe de mente omnium aſſerit Ruin. conſil. 84. n. 2. l. 5. Sed * ſi compareat non animo novandi actionem, ſed quòd ea ſalva remaneat actori, & tantum petat mutari iudicium futurum, ut ſcilicet cum eo inchoetur, & non cum emptore, audiendus eſt, dummodo ſe obliget, quòd in re petita fiat executio, & in his terminis * procedit diſt. l. ſi ſed eſt l. §. item ſi rem in fine & lege plane infra famil. herediſcand. Et quamvis auctor reluctetur, tamen ꝑ etiam invitus coegetur litem inchoare cum venditore, Bart. conſil. 209. n. 1. Ruin. conſil. 84. n. 6. l. 5. notab. Benintendi. dec. Bononiens. 92. n. 5. probat Ordinat. Portugalicæ l. 3. tit. 30. §. 6. & hodie l. 3. tit. 45. §. 7. novæ recopilationis.

107 Neque in his terminis * obſtat regul. leg. ſi mandato §. 1. infra mandati, quia procedit, quando agitur de novanda actione, quòd noſtris terminis applicari non poteſt: Neq; enim agimus de mutanda actione, ſed tantum de movendo iudicio contra venditorem, remanentem emptore obligato, ut antea: Id enim licitum eſt etiam invito actore, ut conſtat ex ſupra traditis, & ſentit Baldus l. 1. ad finem Cod. ubi in rem actio. Angel. Aretin. l. à ſententia n. octavo infra de appellat. niſi * ex hac iudicii mutatione actor prætentat aliquid præiudicium ſibi inferri, utpote quòd alleget emptorem faciliorem eſſe ad conveniendum l. ſi actor ſupra de procurat. Ordinat. Portugalicæ lib. 3. titul. 30. §. 7. & hodie lib. 3. titul. 45. §. 8. novæ recopilationis, vel ſi eo prætextu vellet trahere cauſam ad forum ſuum, & ſic coram iudice ſuo cauſa ageretur, tunc enim non mutabitur iudicium, ſed coegetur venditor in foro emptoris cauſam defendere, juxta iſtum textum tradit Anton. Nata conſilio 630. num. 2. lib. 3. Rebuſ. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de dilatio. art. 5. gloſſ. unic. numer. 7. In * dubio autem videtur ceſſare actoris præiudicium, cum regulariter nihil interſit, cum uno vel altero cauſam movere, & agitare, * & ſententia lata contra venditorem, præiudicet emptori ſcienti litem agitari cum venditore l. ſape verſicul. ſed ſcientibus, infra de re iudicata, tradit Angel. in rubr. num. 14. Inſtitut. de excep. quòd * ſi venditor compareat, poſtquam jam iudicium erat inchoa-

inchoatum cum tempore, tunc neque prædictam iudicii mutationem obtinere poterit, cum hoc caſu reſpectu iudicii, videatur agi de quadam novatione, ac ita debeat induci regula l. ſi mandato §. 1. infra mandati, tradit Paulus l. 1. numer. 2. Codic. ubi in rem actio. Angel. Aretinus in rubr. numer. 17. poſt medium, Inſtitut. de excep. In * his ergo terminis venditor tantum poterit aſſiſtere emptori, ſumendo litem in terminis, in quibus eſt tempore aſſiſtentia, cap. 2. in fine ut lite pendente l. 6. & poteſt * cum adjuvare allegando & probando omiſſa per emptorem, gloſſ. 2. l. ſi ſuſpecta ſupra de inofficioſo teſtamen. gl. fin. cap. 2. de procur. in 6. Et poterit eam recuſare iudicem, qui de cauſa cognoviſt, quia non poteſt videri in illum conſenſiſſe, capit. cum ſuper, de offic. delegati, & ibi Panor. tit. m. numer. ſecundo, Aſſiſt. dec. 235. in fine, Rebuſ. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de dilatio. art. 5. gloſſ. unica num. 13. & infra dicemus. Poteſt etiam alia facere, quæ enumerat Andr. Gaillus præcticarum obſervatio lib. 1. obſervat. 71. num. 13. Quæ * pariter ſunt admitenda, quando venditor compareat ante litem inchoatam, & tamen non petit in ſe transferri iudicium, ſed tantum aſſiſtere emptori, non aſſiſtendo ſatisfacere videtur obligationi, defendendo Fulgoſ. l. qui abſentem col. final. ſupra de procuratoribus Falcon. l. venditores numer. 2. inſr. de verb. oblig. Si * autem compareat poſt finem dilationem conſeſſam emptori ad probandum, cum debeat aſſumere litem in terminis, in quibus erat tempore aſſiſtentia, ut dictum eſt, non poterit hoc caſu novas probationes facere, quantumcumque alleget, ſe ignoraviſſe dilationem datam emptori, ut contra multos probat & reſolvit Covar. præcticarum quaſtionum c. 13. n. 2. niſi aſſiſtens ſit minor, qui beneficio reſtitutionis impetrabit * poſſe producere novos teſtes, gl. ſi parentes verb. ex perſona C. de evicſio. Covar. præcticarum c. 14. n. 3. Mures de majoratu 4. parte q. 14. n. 4. ad finem & infra latius dicemus.

119 Addendum tamen eſt prædictis, quòd ſi rei vendicatione conveniatur ille, qui rem detinet nomine alterius, ſi dominus compareat in iudicio, in eum debet transferri lis, & conventus debet omnino de ea liberari, nam in his terminis ceſſat ratio, de qua ſupra, cum conventus non poſſideat, * ſed potius dominus, cujus nomine poſſidetur, l. quod meo in principio, inſr. de acquirenda poſſeſſione, cap. cum veniſſet, de reſtitutione ſpoliatorum. Ergo cum domino debet lis agitari, & non cum eo, qui ejus nomine detinet, quòd probat l. 2. Cod. ubi in rem actio. & cap. quoniam frequenter §. in aliis, ut lite non conteſtata, tradit Panor. tit. m. cap. fin. num. 8. de emptio. & venditio. Platea l. 3. col. 2. C. de jur. ſiſc. l. 10. notab. Angel. Aretin. l. à ſententia n. 10. infra de appell. Socin. Jun. conſil. 46. n. 5. l. 1. Ant. Gama dec. 332. n. 1. probat Ordinat. Portugalicæ lib. 3. tit. 30. §. final. ad finem, & hodie l. 5. tit. 45. & 10. novæ recopilationis. Unde licet clericus venditor teneatur defendere emptorem coram iudice ſeculari, ut ſtatim dicemus, * tamen in his terminis cauſa eſt remittenda ad Eccleſiaſticum, cum clericus revera ſit poſſeſſor illius rei, & contra quem directò lis debet moveri, Angelus, & Imol. l. non ſolum §. quod vulgo infra de uluc. Angel. Aretin. in rub. n. 17. Inſtitut. de excep. Decius conſil. ultim. n. 7. & notab. Ripa cap. 2. n. 24. de iudic. Ant. Nata conſil. 324. ad finem l. 2. Grammat. dec. 21. n. 3. & dec. 61. n. 6. Joſephus Ludovicus dec. Lucenſi 34. ad finem.

120 Quæ tamen ꝑ ut intelligenda, in colonis & aliis, qui nullo modo poſſident ſaltem ſuo nomine, ſed nomine domini, * Unde dubium eſt, quid dicendum ſit in ſendatario & emphyteuta, qui ſuo nomine poſſident, ſaltem naturaliter? leg. naturaliter, in principio, infra de acquirenda poſſeſſione, in quo articulo varias Doctorem opiniones reſert ꝑ Gama dec. 332. Sed vera reſolutio eſt, quòd in his terminis obtinebit locum decilio huius textus. Nam cum ſuo nomine poſſideant, litem contra eos motam ſuſcipere tenentur, & tantum poſſunt nominare dominum directum, ut eis aſſiſtat, niſi forſitan agatur de ꝑ pertinentibus ad directum dominum: nam cum horum reſpectu prædicti etiam videantur poſſidere nomine domini, incipit militate eadem ratio, quæ in colono, & ſic comparent domino directò, in eum transferendum eſt iudicium, & ita Bartol. l. 2. num. 6. Codic. ubi in rem actio, & ibi Salycet. num. 5. Paul. num. 12. quos ſequitur Rebuſ. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de dilatio. artic. 5. gloſſ. 1. num. decimo Valaſcus de emphyteut. quaſt. 18. nu. 24. ad finem, quicquid aliter reſolvat Gama dec. 332. & juxta hanc Bartol. reſolutionem, explicandus eſt Cagnol. hic numer. 19. & Nata conſilio 34. n. 4. libr. 2. & venditione, poſt Panor. tit. m. ibi num. 8. Item & Anton. de Burgos c. final. num. 16. de emptione & explicanda eſt ordinatio Portugalicæ lib. 3. tit. 40. §. ſin. & hodie l. 3. tit. 45. §. final. novæ recopilationis.

121 Ultimo ex conſuſione huius text. * & ſupra traditis conſequi videtur, non eſſe verum dictum Bartol. hic & in l. procurator ad exhibendum, §. 1. numer. 2. infra rem ratam haberi, & leg. 1. ad finem Cod. ubi in rem actio. & diſput. 2. Quòd ſtante ſtatuto, quòd cauſe compromittantur inter conſanguineos, ſi frater vendat, & alius frater compareat emptorem ad retractum, frater autem venditor compareat ad defendendum emptorem, cogendus eſt frater, qui conveniebat emptorem de cauſa compromittere, quia per huiusmodi compromiſſum non dicitur mutari iudicium, cum illud compromiſſum, cenſeatur quædam tranſactio, & amicabile compoſitio inter conſanguineos, ant. ut differentes iudices §. 1. gloſſ. collat. 9 ſubſcribunt Fulgoſ. hic numer. 3. Paul. n. 3. Platea l. 3. col. 2. Codic. de iure ſiſc. libr. decimo & ſecundum hanc opinionem vidiffe bis iudicatum aſſerit Angel. Aretinus in principio numer. 16. Inſtitut. de excep. & multos eam ſequentes & aſſerentes eſſe communem reſert Silvanus conſil. 49. numer. 70. ad finem, quòd etiam aſſerit Lancelotus. Decius hic colum. 2. ad finem, Cagnol. numer. vigefimo primo, & probat Anton. de Burgos capit. final. numer. 21. ad finem de emptione & venditione & defendit Caballinus de evicſ. §. 3. numer. 128. poſt Aretinum conſil. 129. n. 3.

122 Contrariam tamen opinionem, imò fratrem, * convenientem emptorem ad retractum, non eſſe cogendum compromittere hanc cauſam cum fratre, juxta decilionem & rationem huius text. tenent Bal. & Salyc. l. 1. C. ubi in rem actio, Jacob. hic finem, & tanquam verius probat Lancelot Dec. hic col. fin. & plures quos reſert & ſequitur Alex. aſſerens id contra Bart. magis receptum eſſe conſil. 65. num. 5. l. 7. & latius Silvanus conſil. 49. numer. 7. Neque * obſtat Bartol. ratio, quia quamvis iudicium proprie non dicatur mutari, tamen negari non poteſt, quòd frater aſſiſtens vult ex proprio privilegio trahere fratrem ad iudicem ſuum, & perimere iudicium coepitum cum emptore, quòd tamen juris rationes non patiuntur, & conſtat ex iſto textu & l. 1. C. ubi in rem actio.

123 G g 2

124 Uti.

Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

136 Ultimo ex ꝑ isto textu colligendum est, quod venditor tenetur defendere emptorem in foro illius, neque potest ratione privilegii personalis trahere causam ad suum forum particularem, notat Paul. Castrenſ. consil. 350. colum. 1. ante finem libr. 1.

137 Rationem * supra assignavimus, quamvis assistens causæ, possit uti aliis privilegiis ex sua persona competentibus, ut tradit Angel. Aretin. in rubr. num. 13. ad finem Institut. de exception. Aretinus consil. 129. num. 3. & infra latius dicemus: Et * amplia hanc conclusionem procedere, etiam si privilegium venditoris tale sit, cui ipse renunciare non possit, utpote quod sit Clericus. Nam si is veniat ad defendendum emptorem, debet eum defendere coram Iudice Seculari, neque actorem potest trahere ad suum forum Ecclesiasticum, juxta generalem decisionem hujus textus, & rationem supra assignatam. Quam ampliacionem probant quam plurimi Doctores, quos refert, & sequitur Cagnol. hic numer. 13. & esse communiter receptam, asserit Lancelotus Decius hic col. 2. post principium, & probat Panormitan. capit. fin. numer. final. & ibi Anton. de Burgos numer. 10. de emptione & venditione, Decius consil. ultim. n. 7. Rebus. 3. tom. ad ll. Gallicas titul. de dilatio. articulo 5. gloss. unica nu. 8. Covar. practicarum questionum capit. 8. num. 3. Cabalin. de evictio. §. 3. numer. 119. & eleganter comprobatur Socinus consil. 91. colum. pen. & final. libr. 3. Hippol. singular. 694. Corn. consil. 79. colum. final. lib. 4. Boer. decis. 69. ad num. 27. Grammatic. decis. 21. num. 3. Et ita in Camera Imperiali fuisse judicatum asserit Mynsingerus in decisione Camera Imperialis centuria prima observat. 22. ad finem, & Andr. Gailius practicarum observat. 37. num. 7. & probat Cagnol. de individuis 2. parte num. 464. adde Anton. Gam. 2. tom. cap. 2. numer. 39. vers. item adde quod talis venditor. ubi allegat leg. 57. titul. 6. partit. 1. expressè probantem hanc receptam conclusionem, & ibi notat Gregor. in gloss. final. & probat ordinatio Portugalix libr. 2. tit. 1. §. 11. nova recopilacionis.

139 Contrariam ꝑ tamen opinionem imò regulam hujus textus non procedere, quando venditor est Clericus, quasi tunc possit trahere actorem ad suum Iudicem Ecclesiasticum, tenet Bald. in auth. nunc si heres numer. 3. Codic. de litigiosis, Angel. Paulus, & Jacobin. hic Imol. leg. non solum §. quod vulgò infra de usucap. Platea leg. 3. colum. 2. Codic. de jure fisci libr. 10. & hanc opinionem in praxi servari asserit Angel. Aretin. §. actionum num. 19. Instit. de actio. & eam probant plures, quos refert Grammatic. decis. 21. num. 9. Boer. decisio. 69. num. 31. qui & hanc opinionem veriorē fatentur, & pro ea adducunt auctoritatem gloss. 2. capit. Clericus nullum 11. q. 1. Et quasi fiscus * vendat & compareat ad defendendum emptorem, trahit causam ad suum Iudicem, hoc est fisci procuratorem leg. 3. Codic. de jure fisci libr. 10. & secundum novum intellectum gloss. ibi quem probant Paul. & Jacobin. hic, Angel. Aretinus §. actionum numer. 19. Instit. de action. Decius consilio ultim. numer. 8. Ergo idem ꝑ recipiendum est in Ecclesia, vel Clerico juxta æquiparationem, quam inter eos facit gloss. leg. Imperatores infra de re judicata, & sic constat articulum esse controversum quam in utramque partem disputat Florian. leg. final. num. 2. infra de noxalib. actio.

142 Sed non * est recedendum à prima opinione magi communiter recepta. Nec obstant rationes contrarie opinionis, * nam ad primam de auctoritate gloss. 2. cap. Clericus nullum 11. quest. 1. respondetur, quòd imò ea gloss. benè expensa sentit, quòd Clericus venditor tenetur defendere emptorem coram Iudice Seculari, licet addat,

quod tunc propriè non dicitur litigare coram Seculari, sed tantum auxilium & favorem prestare emptori convento coram Seculari, ut advertit Fulgos. numer. 2. Et notabilis est * resolutio in hac materia, quòd si Clericus tanquam principalis comparet in iudicio coram Seculari pro suo interesse, quatenus causa ipsum tangit, remittendus est ad suum Iudicem Ecclesiasticum, cap. si diligenti, de foro competent. Si verò non * compareat tanquam principalis, sed ad defendendum principaliter conventum, tunc coram Iudice rei, tenetur eam defensionem facere: juxta regulam hujus textus tradit Corneus consil. 79. numer. 13. lib. 4. Decius consil. ultim. numer. 7. Nata consil. 324. num. 2. lib. 2.

Ex qua resolutione manifestè corrumpit concordia, quam inter prædictas opiniones assignat Angelus Aretinus in rubr. num. 17. post medium Institut. de exceptionibus quòd si Clericus venditor comparet in iudicio, antequam lis sit inchoata cum emptore, tunc causa remittenda sit ad Ecclesiasticum, & aliud sit si compareat post iudicium inchoatum cum emptore: nam tunc locum habebit prima opinio, subscribit Decius consil. ultim. num. 9. hæc enim concordia confunditur ex supra traditis, quia quamvis venditor comparens ante iudicium inchoatum cum emptore, possit obtinere, ut in se transferatur iudicium, ut supra dictum est, tamen id intelligitur sine incommodo actoris leg. si actor supra de procurat. quòd incommodum * esset notorium, si comparetur litigare coram Ecclesiastico, ut advertit Corneus consil. 79. num. 13. lib. 4. Capit. decis. 197. n. 7. Grammatic. decisio. 21. num. 9. Unde verius est, quòd ꝑ Clericus venditor non potest obtinere, in se transferri iudicium. Nam si vult litigare coram Seculari, id ei est prohibitum, capit. si diligenti in capit. significasti de foro competent. Si autem coram Ecclesiastico, audiri non debet propter incommodum actoris. Ergo minimè est ei concedenda prædicta iudicii translatio, & ita prædictam concordiam Angel. esse contra mentem communis opinionis, asserit Socinus consil. 91. col. final. ad finem libr. 3. cui subscribit Cagnol. hic num. 14. & Cabalin. de evictio. §. 3. numer. 122. & eleganter comprobatur Ant. de Burgos c. fin. n. 20. de emptione & venditione.

Non obstat * etiam secundò dict. leg. 3. Codic. de jure fisci libr. 10. Nam etsi admittamus illum intellectum, quòd speciale sit in fisco venditore, quòd possit trahere actorem ad suum Iudicem: non tamen inferitur, idem esse recipiendum in Clerico, * qui non utitur privilegiis Ecclesiæ, nisi in casibus in jure expressis, ut advertit Anton. de Burgos capit. fin. numer. 19. de emptione & venditione, & ideò contra Clericum intrepidè probanda est magis communis sententia, quam probat leg. 57. ad finem titul. 6. partit. 1. & ibi notat Gregor. in gloss. final. probat etiam ordinatio Portugalix libr. 2. titul. 1. §. antepenultim. & hodie libr. 2. titul. 1. §. 11. nova recopilacionis.

Item secundò * respondeo, quòd non probatur jure, quòd fiscus venditor habeat privilegium trahendi actorem ad suum Iudicem. Nam licet dict. leg. 3. Codic. de jure fisci libr. 10. juxta secundum intellectum gloss. ibi, prædictam conclusionem videatur probare, & ibi notat Bart. numer. 4. ad finem Ancharan. cap. ea qua. quest. 7. de reg. juris in 6. Florian. leg. fin. in fine infra de noxalibus actio. Decius consil. ultim. numer. 8. Et hanc esse magis communem opinionem asserat Cagnol. hic numer. 17. & post Plateam admittat Socinus consil. 46. numer. 1. libr. 4. & magis communem fateatur Antonius Peregrinus de jure fisci libr. 7. tit.

tit. 1. numer. 9. saltem quando fiscus compareat in iudicio, ad defendendum emptorem, capit. decis. 197. numer. 7. Tamen contrarium, imò etiam * in fisco venditore locum habere regulam hujus textus tenet Baldus dict. leg. 3. numer. 2. Codic. de jure fisci lib. 10. & Lancelotus Decius hic colum. 2. ad finem, quia rationes, quæ militat in Clerico venditore, pariter militat in fisco venditore, quod probat Angel. in rub. num. 17. ad finem Institut. de except. & latè Socinus consil. 91. colum. final. libr. 3. Kebus. 3. tom. ad ll. Gallicas titul. de dilatio. art. 4. gloss. unic. numer. 9. & magis probat Anton. de Burgos dict. cap. fin. ad num. 16. de emptione & venditione, Covarruv. practicarum questionum cap. 8. num. 3. Cabalin. de evictio. §. 3. numer. 124. & latè Thesaur. decis. Pedem. 213. num. 3. asserens ita fuisse iudicatum, & videtur textus l. unic. ad finem cum gl. Cod. de venditione rerum fiscalium lib. 10.

153 Neque * repugnat dict. leg. 3. Cod. de jure fisci lib. decimo quia ad eum textum tres responsiones assignat Angel. Aretin. in principio ad finem Institut. de exception. quarum tertia videtur probabilior: quòd in casu ibi proposito, ille, qui repetebat rem venditam per fiscum, allegabat eam venditionem fuisse nullam, utpote * minori pretio factam per dolum emptoris, vel etiam per gratiam officialium, in quibus casibus venditio facta per fiscum censetur nulla, leg. 2. Cod. de fide instrumen. libr. decimo & leg. si quos Co. in. de rescind. venditione, tradit Paul. Castrenſ. consil. 156. colum. 1. ante finem libr. 2. Franciscus à Ponte consilio 54. numer. 22. & ideò meritò de hac nullitate contractus facti per fiscum agitur coram procuratore fisci, subscribit Socinus consilio 91. colum. fin. ad medium lib. 3. Cabalin. de evictio. §. 13. numer. v. primo quinto ad finem. Unde * ex dict. leg. 3. cum gl. illud tantum colligi potest, quòd ubi emptor convenitur ex ea causa, quòd venditio facta per fiscum fuit nulla, quia tunc principaliter agitur de facto fisci, utrum valuerit, meritò coram Iudice fisci ea lis agitari debet leg. 1. Cod. de fide instrumen. libr. 10. leg. final. Codic. si adversus fiscum, & ibi Paul. numer. 4. quantumcumque fiscus non curet defendere emptorem, Cornel. consil. 79. ad finem lib. 4. Socin. consil. 91. colum. final. 3. Sed si lis non esset super validitate venditionis factæ per fiscum, sed ea præsupposita, ex alia causa actor conveniret emptorem, & fiscus compareat ad eum defendendum, inducenda est regula hujus text. In hoc * sensu potest etiam admitti alia solutio, quam ad dict. l. 3. assignant Corneus & Socinus ubi supra, quòd in eo textu actor, qui rem venditam per fiscum repetebat, non solum habebat actionem adversus emptorem, sed & adversus fiscum, ut oblatio pretio ei rem venditam restitueret, quia venditio facta per officiales fisci fuit nulla: & ideò cum ea causa æque principaliter tangeret fiscum, meritò recurrit, ad illius Iudicem leg. ad fiscum Codic. ubi causæ fiscales: Quæ ratio cessat in nostro casu, nam in eo actor solum habebat actionem adversus emptorem, & nullam habebat adversus fiscum, & ideò à diversis non fit bona illatio, subscribit Covarruv. practicarum questionum cap. 8. numer. 3. Hæc enim solutio admitti potest, si dicamus, principaliter agi de venditionis factæ per fiscum validitate, & ideò locum habere supra tradita.

158 Et minus supra ꝑ resolutis obstat ea difficultas, quam excitat Cagnol. hic numer. 17. male præsupponi in prædicta questione, emptorem posse conveniri per tertium, super proprietate rei venditæ per fiscum, cum in contrarium sit regula leg. benè à Zenone Codic. de quadrien. prescript. & §. final. Institut. de usucap. Nam faciliè respondetur, illud privilegium fisci locum obtinere, quando alienatio fuit valida: Nam cum tunc non emptor, sed fiscus debeat conveniri per dominum rei venditæ, ut probant prædicta jura, meritò ea causa est tractanda coram procuratore fisci, sed quando venditio fuit nulla, cessat fisci privilegium, & nihilominus lis agenda est coram procuratore fisci, ob rationem supra assignatam, & ita Bart. l. unica post principium c. de venditione rerum fiscalium lib. 10.

Item ꝑ respondetur, decisionem dict. leg. benè à Zenone multas habere limitationes, de quibus per Duenh. regul. 238: in illis igitur poterit conveniri emptor, & procedit regula hujus text. quòd si actor prætedat alienationem fuisse nullam, procede leg. 3. Codic. de jure fisci libr. 10. explicata ut supra. Si autem non negatur venditionem mero jure valuisse, juxta regulam leg. rem alienam, infra de contrahend. emptione, tunc emptor erit conveniendus coram proprio Iudice, leg. unica ad finem Codic. de venditione rerum fiscalium lib. 10. leg. 2. Codic. si adversus fiscum, etsi fiscus fortè compareat ad defendendum emptorem, inducetur regula hujus textus. Et eadem ꝑ ratione idem erit recipiendum in Ecclesia, quæ vult defendere emptorem, Cagnol. hic numer. 19. Boer. decisio. 69. numer. 30. & Covarruv. practicarum questionum capit. 8. numer. 3. ad medium, & pariter procedet in scholari, qui vult defendere emptorem, nam & in his terminis locus erit decisioni hujus textus, quicquid contrarium existimet Carol. tractat. de individuis 2. parte numer. 464 ad finem, & videnda est Ordinatio Portugalix libr. 3. tit. 45. §. final. ad finem nova recopilacionis.

Limitabis * tamen conclusionem hujus textus, ut licet venditor ex persona sua possit opponere declinatoriam fori, ut probat is textus, & notat Aretin. consil. 129. num. 3. tamen ex persona emptoris, ꝑ illam poterit opponere, ita ut quamvis emptor eam jam nunc non possit opponere, quia omisit eam opponere ante omnia, ut tenebatur l. penultim. Codic. de except. tamen venditor assistens poterit eam proponere, quia non declinando non fuit in culpa, cum adhuc non comparuisset in iudicio, & ita post Innocent. concludit Angel. hic in principio. Paul. Castrenſ. numer. 3. Jacobin. numer. 2. Cagnol. numer. 9. Angel. leg. quidam conculabat, in fine infra de re judicata, extollit Rom. sing. 624. Felin. cap. qualiterio primeiro numer. 13. de accusat. Et ꝑ ne aliàs malitia, sive negligentia emptoris præjudicet venditori ignorant, Cabalin. de evictio. §. 3. numer. 131. Cui tamen limitationi nimis videtur obviare, quòd ꝑ veniens ad assistendum alteri debet litem assumere in eo statu, in quo est tempore assistentiæ, cap. 2. ut lite pendente libr. 6. Sed venditor in hoc casu invenit litem in eo statu, in quo jam non possit agi de declinatoria fori. Ergo nec ille eam proponere potest. Et confirmatur, * quia assistens debet prosequi eundem processum, & non novum formare, dict. cap. 2. Absurdum igitur viderur, quòd in processu, in quo jam agi non potest de declinatoria, de novo de illa agatur.

Videntur ꝑ tamen concordandæ opiniones ex traditis per Bartol. leg. si per usorio §. 1. numer. tertio infra de appellation. quòd aut venditor scivit litem agitari, & debet eam assumere in terminis, in quibus eam invenit, & ideò non poterit excipere de incompetencia Iudicis, aut testes producere, si status litis id non patiat. Si autem ignoravit litem, quocumque tempore poterit prædictis opponere, quia acta facta cum emptore eo ignorante, illi præjudicare non poterunt, leg. penultim. infra de re judicata, lib.

- ſcribit Panormitanus cap. veniens el. 2. numer. 7. & ibi Felin. numer. 18. de teſtibus Felinus cap. qualiter el. 1. num. 13. de accuſat. Afflic. dec. 235. n. 3. Cephalus conf. 106. n. 6. & n. 9. l. 1. & conf. 276. n. 6. l. 2.
- 167 Quæ tamen concordia * tuta non videtur, quia illi repugnat generalitas cap. 2. ut lite pendente libr. 6. quæ vendicat ſibi locum, etiamſi defenſor ignoraverit, litem moveri emptori, Imoc. c. cum ſuper de re iudicata, & ibi Antonius n. 18. Baldus. l. ſi eo tempore ad finem, Codic. de remiſſione pignorum, & in auth. nunc ſi hæres num. 1. Codic. de litigioſ. Angel. l. ſi ſuſpecta col. 2. ſupra de inoffic. teſtam. & hanc opinionem praxim admiſiſſe aſſerit Covar. practicarum queſt. c. 13. n. 2.
- 168 Neque pro Bart. diſtinctione * aliquid facit l. penultimam infra de re iudicata, quia in hac materia diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, quando * venditor tanquam principalis defendit cauſam, ſciente & patiente emptore, cui tamen primo loco competebat deſenſio, & venditor poſtea comparat ad eum adjuvandum, tunc non habet locum diſtinctio dict. l. penultimam, infra de re iudicata, ſed procedit generalitas capit. 2. ut lite pendente libro ſexto & ideo * ſententia lata contra hæredem nocet legatariis etiam ignorantibus litem, quia hæredi primo loco competebat deſenſio l. ſi ſuſpecta infra de inoffic. teſtam. facit l. 3. infra de pignoriſ, & l. 1. ſ. final. infra de liberis agnoſcendis, & ita prædictos caſus diſtinguit Paul. Caſtr. l. penultimam. num. 5. & ibi Alexand. num. 82. infra de re iudicata. Sententia igitur lata contra emptorem, cui primo loco competebat deſenſio, nocebit venditori etiam ignorantem litem, & pari ratione ſemper venditor tenebitur aſſumere litem, in terminis, in quibus erat tempore aſſiſtentia, & ſi litem ignoraverit, & probat eleganter Covar. practicarum queſtionum cap. 13. n. 3. & ante eum tradit Angelus l. ſi ſuſpecta col. 2. ſupra de inoffic. teſtam. quod minimè percepit Afflic. deciſ. 235. n. 4. Poterit igitur ſupra allegatorum opinio tantum ſalvari, quando venditor comparuit tempore, quo declinatoria opponi poteſt: Nam licet emptor ea nolit uti, defenſor tamen eo invito eam opponere poteſt, prout & emptore invito, poteſt iudicem recuſare tanquam ſuſpectum, capit. cum ſuper de offic. delegati. Item ſi defenſor ſit, minor, vel perſona, cui aliàs competebat beneficium reſtitutionis, obtinebit cauſam reponi in ſuo initio, & ſic mediante reſtitutione poterit allegare, quocumque tempore, ea quæ ad cauſa deſenſionem pertinent gloſſ. penultimam. l. parentes Codic. de eviſtione. Cagnol. hic n. 15. Afflic. deciſio 15. & notabiliter Covar. practice. queſtionem capit. 14. numer. 3. quicquid aliter explicet Lancelot. Deciſ. hic col. 2. ad medium
- 173 Item * poteſt ſalvari opinio Bart. quoad effectum, ut venditor poſſit appellare à ſententia lata contra emptorem: nam ſi ſcivit litem agitari, non poterit appellare à prædicta ſententia, niſi intra decem dies à die notitiæ connumerandos, auth. hodie C. de appell. Sed ſi ignoravit, quocumque tempore poterit appellare, propter proprium intereſſe, & præiudicium l. ab executione §. 1. & ibi Paul. Caſtrenſ. infra de appellat. Caballin. de eviſtione §. 3. num. 145. ad finem, Cephal. conf. 106. n. 6. l. 1. & conf. 279. n. l. 2.
- Secundò principaliter limita ſupra tradita, ut licet venditor competens in iudicio non poſſit mutare iudicium jam inchoatum cum emptore, neque actorem trahere ad ſuum iudicem, ut probat 174

terit opponere omnes exceptiones etiam personales, quæ ſibi competunt ex propria perſona, etiam ſi tales ſint, quod illis non poſſet emptor uti, quia in perſona venditoris eſſent mere personales. Ita probat * textus l. idemque 10. §. generaliter, infra 175 mandati, ubi exceptio personalis competens principali, & quæ ſecundum juris regulas non prodeſt fidejuſſori. l. exceptiones infra de exception. illi tamen proderit, ſi principalis, propter proprium intereſſe compareat in iudicio, & actori ex propria perſona obſtinet prædictas exceptiones. Extollit Jaſon. §. ſed eſt quis n. 12. Inſtit. de action. Decius l. divus n. 6. infra de reg. juris, & alii relati per Pinel. l. 2. Codic. de reſcind. vendit. pag. 105. n. 44. Duenh. reg. 330. n. 4. Unde * receptum eſt in hac materia, quod cum 176 exceptio peremptoria poſſit opponi in quacumque parte iudicii l. peremptorias Codic. ſententiam reſcindi non poſſe, venditor * comparens in iudicio propter 177 proprium intereſſe, poterit eam opponere in quacumque parte iudicii, quantumcumque limitata ſit ad ejus perſonam, Bald. auth. nunc ſi hæres n. Codic. de litigioſ. Angel. l. ſi ſuſpecta col. 2. ſupra de inoffic. teſtam. Paul. hic n. 3. in fine. Ergo pariter venditor comparens in iudicio ad deſenſionem emptoris, poterit proponere etiam exceptiones personales ſibi competentes, quia eadem militat ratio, Angel. Aretin. in rubr. Inſtit. de except. n. 13. ad finem Cagnol. hic n. 15. Corn. conſilio 79. ad finem l. 4. & Socinus conſilio 91. colum. penultimam. ad finem libr. tertio. Et juxta hæc accipienda eſt traditio Barro. l. ita tamen §. quoties numer. primo infra ad Trebellianum. quod ſi aſſiſtens liti proprium intereſſe, poteſt 178 opponere exceptionem, quam emptor omiſit opponere, vel quia noluit, vel * quia non 179 potuit. Quinimò & in executione poterit aſſiſtens opponere exceptiones modificantes ipſam executionem, juxta l. Neſennius §. final. infra de re iudicata, & tradit Bart. l. 1. numer. tertio & ibi Jaſon, numer. 16. Codic. de juris & facti ignorantia. Quamvis * eam debeat proponere co- 180 ram iudice executionis, non obſtant quocumque * privilegio, juxta regulam hujus text. 181 etiam in cauſa executionis locum obtinet, Ancharan. conſil. 333. ad dabilia, numer. 2. Cagnol. hic n. 8. ad finem.

Ulterius ad ſ complementum materiæ addendum eſt, quod iudex, qui cognovit de cauſa 182 principali mora contra emptorem, cui venditor aſſiſtit, ſi lata ſit ſententia contra emptorem, poterit emptor convenire venditorem coram eodem iudice ſuper eviſtione: textus eſt l. minor. infra de eviſtione. & ibi notat Baldus in 2. lectura. idem * 183 probat l. cum eorum Codic. de ſententiis, & interlocut. ubi iudex ſiſci, qui cognoviſit adverſus fidejuſſores debitoris ſiſcalis, eſt iudex competens ad cognoscendum inter ipſum principalem, & ejus fidejuſſores, qui pro eo coacti ſunt ſiſco ſolvere: & ſic pro eorum indemnitate, poterit ille iudex bona principalis eis in pignus concedere. Ad idem * bonus textus l. cum vendente Codic. ubi cau- 184 ſe ſiſcales, ubi ſi quis ex mandato alterius emit prædium à ſiſco, & pro mandato ſolvit pretium, & prædium emptum mandanti tradit, poterit coram eodem iudice mandantem convenire, ut ſibi reddat pretium, quod pro eo ſiſco ſolvit, ad idem l. in fraudem 45. §. qui pro alio infra, de jure ſiſci, & tradunt in ſpecie Paul. Caſtrenſ. hic n. 4. Jacob. n. 8. Cagnol. n. 22. Capit. dec. 197. n. 2. Cagnol. in rub. n. 38. Codic. de edendo. Ruin. l. ſervi electi in principio n. 42. infra de l. 1. Xuar. titulo de los emplazamientos §. 5. n. 23. notat Caballin. de eviſtione. §. 3. n. 129. quibus adde Paul. Caſtrenſ.

- Caſtrenſ. conf. 210. num. 2. & conf. 232. col. final. in principio libr. 2. & Aretin. conf. 48. col. final. in principio. Et ratio eſt, quia * hæc cauſæ ſunt connexæ, & invicem dependentes, & iudex, qui fuit competens ad cognoscendum de cauſa principali, efficitur etiam competens, ad cognoscendum de connexis, & dependentibus à cauſa principali, leg. ſi quis ex argentariis §. rationem, & ibi notat Bald. ſupra de edendo, Clement. diſpendioſam de Judiciis tradit Socin. conf. 244. num. 4. lib. 2. Decius cap. tranſlato, num. 5. de conſtit. Purpurat. in rubr. à num. 20. ſupra de officio ejus, & exornat Afflic. deciſ. 125. à num. 20. & Patianus tractat. de probation. lib. 1. cap. 26. à num. 46.
- 186 Unde cavendum eſt * à gloſſa penultima dicta leg. cum vendente, dum intellexit illum textum, ea ratione procedere, quia partes prorogaverunt jurisdictionem procuratoris ſiſci: quia aliàs inter privatos cognoscere non poterat, leg. 1. Codic. de jurisdictione omnium iudicum, ſubſcribit Imol. conſilio 140. ad finem. Nam * is intellectus apertè divinat pariter, & cavendum eſt ab eodem Imol. dict. conf. 140. ad finem, dum dicit, dictam legem, cum vendente, ſpecialiter procedere in ſiſco, ad quod allegat Jacobum Butrigar. dict. leg. cum vendente, qui tamen non dicit, quod ſit ſpecialiter in ſiſco, ſed potius eſſe ſpecialiter in procuratore ſiſci: quod poſſit de ea cauſa cognoscere inter privatos, quia habet dependentiam à cauſa ſiſcali, cuius procurator ſiſci, erat iudex competens, ut ibi declarant Paulus, & Salyc. num. 2. quod & probat l. in fraudem 45. §. qui pro 188 alio, infra de jure ſiſci. Quinimò * cum id notorium ſit iudici, & ſibi conſtet ex actis publicis factis in cauſa principali, poterit in hac ſecunda lite dependente à prima procedere ex officio via executiva, ut videtur probare text. l. minor infra, de eviſtione. l. fin. §. fin. & ibi notat Ang. C. de exec. rei iudicat. tradit Paul. dict. l. cum vendente, in fine, quicquid poſt Baldum controvertat Xuar. tit. de los emplazamientos §. 5. n. 24.
- 189 Sunt tamen * prædicta duobus modis limitanda, & primò procedere, quando cauſa ſecunda habet immediatam dependentiam à cauſa principali, ut contingit in iuribus ſupra citatis, & proſequitur 190 Aret. conf. 83. à num. 8. Nam * ſi habeant dependentiam mediatam ſive remotam, prædicta locum non obtinebunt, ut in eleganti calu probat Imol. 191 conf. 139. à num. 6. Et juxta hæc venit * decidenda queſtio, de qua dubitat Panor. c. P. & G. num. 13. de offic. delegati, ſi iudex delegatus ſit, ad cognoscendum de cauſa movenda contra emptorem, utrum poſſit etiam cognoscere deſenſionem venditoris aſſiſtentis cauſæ de quo in reſcripto nulla fuit facta mentio? Et dicendum eſt poſſe propter connexitatem & dependentiam, arg. c. 1. de mutuis petitiis. & in ſpecie Afflic. deciſ. 227. nu. 2. Rebuff. ad ll. Gallicas 3. tom. tit. de dilatio. artic. 5. gloſſ. unic. n. 12. Caballin. de eviſtione. §. 3. nu. 118. ad finem.
- 192 Secundò limita * in Clerico venditore. Nam licet is teneatur defendere emptorem coram iudice ſeculari, ut ſupra dictum eſt, tamen ſi feratur ſententia contra emptorem, non poterit emptor eum convenire ſuper eviſtione, coram iudice laico. Nam cum hæc cauſa nova agenda ſit contra perſonam Clerici, locum habet regula cap. ſignificasti, & cap. ſi diligenti, de for. competentis, & ita tradit Angel. leg. qui abſentem ſupra de procur. Lancelot. Deciſ. hic col. 2. ante finem, Cagnol. n. 23. Grammatic. deciſ. n. 3. Ripa cap. 2. n. 24. de iudic. Caballin. de eviſtione, §. 3. n. 130.
- 193 Expedita * materia hujus textus, ut tamen nihil intactum remaneat, reſtat agere de explicatione gloſſæ hic verbo ſolvere, in fine, dum dicit, quod ſi in terminis hujus text. ſententia feratur contra emptorem poterit fieri executio in bonis venditoris aſſiſtentis, cum qua tranſeunt Bartol. Angel. & Paul. Caſtrenſ. & alii communiter, ut hic aſſerit Cagnol. n. 25. Sed urget in contrariam, quod in caſu ſi hujus 194 textus petebatur res certa, & ſic in ea debet fieri executio, l. qui reſtituere, ſupra de rei vendicat. Ergò impoſſibile eſt, poſſe fieri executionem in bonis venditoris aſſiſtentis: qui rem petitam minimè poſſidet, Cui tamen difficultati ſi reſpondent Ang. & 195 Paul. hic in fine, Jacobin. num. 7. & Cagnol. ſine gloſſ. eſſe intelligendam, quando emptor ultra reſtitutionem rei, fuit etiam condemnatus in fructibus, & expenſis: Nam horum reſpectu poterit fieri executio in bonis venditoris aſſiſtentis, ſubſcribit Xuar. tit. de los emplazamientos §. 5. numer. 18.
- Unde ex * hac gloſſ. explicata ut ſupra, colligenda eſt notabilis conſuſio: Quod in bonis defenſoris neceſſarii, qui fecit ſe conſortem litis, poterit fieri executio, ac ſi principaliter in ſententia fuiſſet condemnatus, quod probat leg. Plantius, ſupra de procuratoribus, ubi Bald. col. 1. poſt medium, illam ad hoc expreſſè notat, quod etiam videtur probare textus leg. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes, infra mandati, ubi fidejuſſores condemnati poſſunt ſolvere condemnationem, ex bonis debitoris principalis, pro quo fuerunt condemnati, & ibi notat, Bart. Jaſon. leg. 4. §. Cato num. 34. infra de verborum obligat. poſt Bartol. numer. 15. Ergò pari ratione, cum emptor condemnatur propter venditorem, poterit fieri executio, in bonis venditoris, Idem colligitur ex leg. final. Codic. de uſuris rei iudicata, ex qua Bald. ibi numer. 2. colligit, quod quicumque facit ſe participem litis, ſive tanquam principalis, ſive tanquam fidejuſſor, in ejus bonis poteſt fieri executio.
- Hanc tamen * conſuſionem ita explicatam, 197 non admittunt Fulgoſ. & Lancelotus Deciſ. hic uterque in fine, & magis probat Cagnol. numero vigefimoquinto, & videtur verius, neque enim contra non condemnatum per ſententiam poteſt fieri executio. Neque * obſtant rationes adductæ pro opinione gloſſ. magis communiter receptæ: nam ad primam de leg. Plantius, ſupra de procuratoribus, reſpondetur procedere, quando ipſe defenſor neceſſarius fuerit condemnatus, nam tunc merito in ejus bonis poterit fieri executio: Sed ſi non fuiſſet condemnatus, non patiuntur juris rationes, ut in bonis non condemnati fiat executio, ut adverterunt Fulgoſ. & Lancelot. Deciſ. hic uterque in fine.
- Non obſtat * ſecundò de leg. ſi procuratorem §. 199 ſi ignorantes, infra mandati, quia placet intellectus Ruini dict. §. Cato numer. 63. quod in eo textu fidejuſſores habebant facultatem, ut ſolvere poſſent de bonis principalis, quod patet ex eo, quia textus tantum dubitat: an ſi fidejuſſores ſolvant illud, de quo principalis erat jam liberatus, teneantur actione mandati? Quæ dubitatio eſſe inanis, niſi præſupponatur eos habuiſſe facultatem ſolvendi de bonis principalis, ſed extra hunc caſum, non debet eſſe licitum fidejuſſoribus ſolvere de bonis principalis.
- Non obſtat * tertio de leg. fin. in fine C. de uſuris 200 rei iudicat. quia procedit ſpecialiter in fidejuſſore iudicii, cujus obligationis conditio cum purificata ſit per ſententiam Bart. & Paul. leg. 1. iudicatum ſolvi, merito ratione ſententiæ poterit fieri executio in ejus bonis, leg. cum pro quo, juncta gloſſ. final. ſupra de in jus vocando. Quod noſtris terminis appli-

applicari non poteſt, cum venditor aſſiſtens in nihilo ſe obligaverit actori, & ſic non poteſt dici, ejus obligationem fuiſſe purificatam per ſententiam. Poteſt ſane defendi * contraria opinio, quando procurator in rem ſuam fuerit condemnatus, nomine proprio, & non * ſit ſolvendo: tunc enim ratione illius ſententiæ fiet executio in bonis principalis abſentis, ut probat textus auth. *qua in Provincia, C. ubi de crim. agi oporteat*, quam allegat gl. *hic verb. ſolvere in fine*, & per eam id tradit Bald. *auth. captivi, num. 6. C. de Episcop. & Clericis*, iniquis quod fidejussores condemnati fuerint ſolvendo, ex ſuo debent ſatisfacere, ſi autem non ſint ſolvendo, ne detrudantur in carcerem, juxta leg. *1. C. qui bonis cedere poſſunt*, tunc poterunt ſolvere ex bonis debitoris principalis, ſic intelligens leg. *ſi procuratorem S. ſi ignorantes infra mandati*. ſubſcribit Xuar. *tit. de los emplazamientos S. 5. num. 26. Ducibus reg 337. num. 6.* Et hæc fatiſ in materia hujus legis. Intellectum autem legis exigere dotem 45. in eo jam ſupra tractavimus.

Lex LXV. Exigere dotem, ſupra ſub lege.
XIX. Hæres abſens, explicata eſt.
Sequitur:

Lex ſi quis intentione. LXVI. ff. de Judiciis.

SUMMARI A

- 1 Notat hinc legem eſſe ſingularem & utilem.
- 2 Examinat, quæ ſit differentia inter intentionem, & orationem.
- 3 Refert ex gloſſ. *hic*, quod verbo intentio referatur ad actorem, & verbo oratio ad reum.
- 4 Tradit, quod ſi reperiatuſ ambiguitas in libello actoris, vel in exceptione rei, ſemper aſſumatur ea interpretatio, quæ favorabilior ſit proferenti.
- 5 Reiciit prædictam expoſitionem.
- 6 Refert ſi eundem expoſitionem gloſſ. ut verb. (intentione) referatur ad caſum, in quo in uno tantum verbo ſit ambiguitas, ratio verò referatur ad caſum, in quo in tota oratione eſt ambiguitas.
- 7 Reſtat prædictam expoſitionem, & veriorẽ expoſitionem aſſignat.
- 8 Si facta ſit confeſſio in judicio, & illa ſit ambigua, ea admittitur interpretatio, quæ fuerit utilior conſtanti.
- 9 Tradit cautelam circa illum, qui ſe vult juvare ex confeſſione adverſarii, ut ſi ambigua ſit, petat per partem declarari, ne aliàs in dubio fiat interpretatio.
- 10 Supplicatio ambigua pari ratione accipietur in favorem ſuppliantis.
- 11 Item interpretatio ambigua accipietur in favorem impetrantis.
- 12 Examinat, quanam dicatur intentio, vel oratio ambigua.
- 13 Refert opinionem gloſſ. 2. lib. veteribus, ſupra de pactis.
- 14 Tradit verius eſſe, quod in materia hujus text. ambiguitas latius accipitur, ut generaliter quancunque ambiguitatem comprehendat.
- 15 Declarat verba hujus text. ibi, quod eſt utilius, eſt accipiendum.
- 16 Verba ambigua libelli debent accipi ſecundum declarationem actoris.
- 17 Impugnat hanc communem intellectum.
- 18 Tradit ex Bald. *hic*, text. hanc probare, quod verba ambigua ex ſola interpretatione juris, abſque alia

- hominis declaratione, debent accipi in favorem proferentis.
- 19 Reſpondet ex Bald. ad legem Pomponius S. *final. ſupra de rei vend.*
 - 20 Verba libelli ſunt latiffimè accipienda, ut videantur concludere intentionem libellantis.
 - 21 Libellus debet accipi groſſo modo, ut intentio libellantis ſalvetur.
 - 22 Concordat opiniones, ut ſi pars adverſa petat, ut Judex cogat partem declarare intentionem ſuam ambiguum, debeat Judex id jubere, ſi verò nil petat, tunc Judex ex officio poterit declarare in favorem libellantis.
 - 23 Judex ſemper debet interpretari verba ambigua in favorem libellantis.
 - 24 Declarat, locum non eſſe verifimilitudini deductæ ex mente partis, in qua hic textus fundatur, ſi ex deductis in proceſſu, vel aliunde verifimiliter contrarium eſſe videatur.
 - 25 Fortior præſumptio ſemper præfertur.
 - 26 Declarat etiam, quod hic text. non procedit in caſibus cumulatis per Doctores, de quibus hoc nu.
 - 27 Verba ambigua prolata in judicio ſemper accipiuntur in favorem proferentis.
 - 28 Impugnat proximam conſuſionem ex regul. *1. veteribus*, ſupra de pact. & jurium ſimilium.
 - 29 Refert reſponſionem gl. ad difficultatem.
 - 30 Tradit rationem differentia, quam gl. aſſignat ex Bart. *hic*.
 - 31 Advertit *l. inter ſtipulantem, S. 1. infra de verb. obl. non loqui in terminis hujus text. ſed quando inter actorem & reum movetur controverſia, de qua re actum ſit.*
 - 32 Reiciit reſponſionem Curt. *hic n. 2. & ejus fundamentum reſpondet.*
 - 33 Tradit Doctores, qui alias rationes differentia aſſignant, ipſe autem aſſignat tutiorem.
 - 34 Reſtat regulam hujus text. locum ſibi vindicare in caſu criminali.
 - 35 Advertit, hanc illationem non approbare Romanum loco hic relato, illum tamen reſtat, & illius fundamento ſatisfacit.
 - 36 Reſpondet ad reg. *l. ſi præſes, infra de penis.*
 - 37 Si libellans velit interpretari verba tertii, & non ſua, locum non habebit regula hujus text.
 - 38 Actor non poteſt interpretari verba ambigua teſtium: imò probatio dubia interpretari debet in præjudicium illius, qui probare debet.
 - 39 Tradit ex Bart. quod ubi ambiguitas reſpicit ſubſtantialia judicii, ſtatim declarationi libellantis, ſed quoad alia, non ſtatim ejus interpretationi.
 - 40 Explicat, proximè tradita ita declaranda eſſe, ut ſi verba libelli clara ſint, verba ambigua teſtium ab illis debeant accipere interpretationem.
 - 41 Si verba libelli ſint ambigua, & verba teſtium ſint clara, ex illis recipient interpretationem verba ambigua libelli.
 - 42 Probationes declarant libellum.
 - 43 Si libellus ſit incertus, & etiam dicta teſtium ſint ambigua, obtinebit locum regul. *dict. cap. in præſentia.*
 - 44 Declaratio libelli ambigui poteſt fieri uſque ad conſuſionem in caſu, & ſemper ſecundum eam interpretantur dicta teſtium.
 - 45 Libellanti tantum eſt permiſſum verba ſui libelli declarare non autem alteri, etiamſi hæres ſit libellantis.
 - 46 Ei, qui aliquid dicit in judicio, licitum eſt interpretari ſuam dictum.
 - 47 Interpretatio nil aliud eſt, quam declaratio abſcondita voluntatis, quæ abſcondita voluntas ſoli Deo eſt nota, vel ei, qui dixit in judicio.
 - 48 Dominus non poteſt declarare verba procuratoris ambigua, neque è contra,

- 49 Refert contrariam opinionem, imò quod ſaltem hæres deſuncti poſſit declarare verba ambigua libelli producti per deſunctum.
- 50 Hæres & deſunctus cenſetur eadem perſona.
- 51 Hæres poteſt declarare voluntatem deſuncti incertam, quia verifimiliter eſt ei magis nota.
- 52 Prout inſtantia tranſit in hæredem, ita etiam debet tranſire declaratio libelli ambigui prædicti inſtantia annexi.
- 53 Deſendit opinionem, de qua à numer. 49. & ad contraria argumenta pro magis communi adducta reſpondet.
- 54 Reſpondet ad autoritatem gl. pen. *l. idem Pomponius, S. fin. ſupra de rei vend.*
- 55 Oſtendit, non facere pro opinione d. gl. *l. idem Pomponius, S. fin. ſupra de rei vend.*
- 56 Reſpondet ſecundo ad tradita ex dict. gl. penult.
- 57 Ad incertitudinem facti tollendam, neceſſaria eſt hominis declaratio, congruo tempore facta.
- 58 Lex non poteſt ſe intromittere ad declarandum, quid utilius ſit petenti, cum incerta ſit de his, quæ in factu conſiſtunt.
- 59 Declarat, quid tantum colligi poſſit ex illa gl. relata ad illum textum.
- 60 Reſpondet ad legem generaliter in principio, *C. de rebus cred. & jurejur.*
- 61 Reſpondet ad *l. centeſimus, S. fin. inf. de verb. obl. & de ejus intellectu agit.*
- 62 Declaratio, quæ inducenda eſt ex verifimilibus conjecturis præcedentibus, fieri poteſt per hæredem.
- 63 Declaratio, quæ verbis expreſſis non convenit, minime eſt admittenda.
- 64 Declarat, quod in terminis dict. *l. idem Pomponius, S. final. ſi hæres ante conſuſum in caſu declarafſet, de quo ſervo intellexit deſunctus, & ejus declaratio adjuvaretur verifimilibus conjecturis, utique obſervanda eſſet.*
- 65 Reſpondet ſecundo ad *l. centeſimus, S. final.*
- 66 Per mortem actoris non extinguitur judicium captum cum deſuncto.
- 67 Declarat, in quibus terminis non procedat conſuſio d. gl. pen. *l. idem Pomponius, S. fin.*
- 68 Tradit concordiam ad hæſ opiniones, & caſus diſtinguit.
- 69 Quando declaratio reſpicit aliquid futurum, non tranſit ad hæredem.
- 70 Voluntas per ſe conſiderata non eſt tranſmiſſibilis ad aliud.
- 71 Quando declaratio reſpicit præteritum, per hæredem fieri poteſt, & illi ſtabitur, ſi modo verifimilibus conjecturis fulciatur.
- 72 Tradit, quod ſi emphyteuta incidat in commiſſum, & dominus directus decedat, antequam declarat velle, quod emphyteuta amittat emphyteuſim, hæres ejus non poterit facere hanc declarationem adverſus emphyteutam.
- 73 Refert ex Angel. *hic*, quod procurator non poteſt declarare libellum, à domino productum, nec contra.
- 74 Reſtat proximè traditum ab Ang. & ejus fundamentum reſpondet.
- 75 Tradit, declarationem libelli ambigui ſemel tantum fieri poſſe.
- 76 Refert, qui proximam conſuſionem impugnent.
- 77 Communem traditionem amplectitur, & reſpondet ad *l. qui ex pluribus, 106. inf. de verb. oblig.*
- 78 Quando partes ſenſerunt de certo fundo, & non ſtat. de quo, hoc caſu propriè videtur agi de declaratione, & non de electione.
- 79 Declarat, quod in his terminis locum ſibi vindicat gl. *d. legis quidquid aſtringenda.*
- 80 Quando partes non ſenſerunt de aliquo certo fundo, ſed generaliter de uno fundo ex certis, hoc caſu non videtur agi de declaratione, ſed potius de electione, quæ competit debitori.
- 81 In contractibus, in quibus competit electio, licita eſt variatio.
- 82 Declarat, in quibus ſerminis procedat *l. qui ex pluribus, infra de verborum obligat.*
- 83 Quando ambiguitas non conſiſtit in verbis libelli, ſed potius in caſu, ex qua actum eſt, hoc caſu non ſtabitur interpretationi libellantis, ſed potius adverſus eum fiet interpretatio.
- 84 Reſtat proximam limitationem, cum utroque caſu militet ratio hujus textu.
- 85 Reſpondet ad *l. duobus, S. igitur, infra de jurejur. & declarat, quo caſu procedat.*
- 86 Declarat, quod quoad interpretationem juramenti delati, non ſtabitur interpretationi jurantis, ſed ad intentionem deferentis juramentum.
- 87 Reſtat proximam reſponſionem, quia etiam juramento delato per partem ſtabitur declarationi jurantis.
- 88 Aſſignat meliorem reſponſionem.
- 89 Poſt caſum juramento decifam non poteſt jurans declarare ſuum juramentum, ad propriam utilitatem, licet ad utilitatem ulterius cogatur illud declarare.
- 90 Tradit ex gl. *hic*, quod Princeps poteſt declarare ſuam intentionem ambiguum.
- 91 Tradit ex Paul. *Caſtr.* quod aliquando Papa facit declarationes circa gratias factas per eum, & hæ declarationes præjudicant his, quibus antea videbatur jus queſitum.
- 92 Cum declaratio à principio videatur ineſſe conſeſſioni, ea adhibita, apparet nullum jus fuiſſe parti queſitum.
- 93 Tradit, quod hujusmodi declaratio nunquam cenſetur excluſa, dummodo fiat circa verba, vel orationem ambiguum.
- 94 Si verba ſint clara, non eſt locus declarationi, & magis dicitur nova diſpoſitio, quam declaratio, ac perinde non poterit tolli per illam jus parti queſitum.
- 95 Ut propria declaratio locum habeat, debet eſſe verifimilis.
- 96 Si urgentibus præſumptionibus colligatur, declarationem ex gratia factam fuiſſe, non habebit vim declarationis, ſed nove diſpoſitionis.
- 97 Limitat ſupra dicta non procedere in his, quæ ad libitum per Principem mutari poſſunt.
- 98 Declarat, quod in his, de quibus num. proximo ſtabitur Principi declarationi, etiamſi non conveniat verbis, ſed magis videatur corrigere, vel modificare diſpoſitionem antea factam.
- 99 Cum Papa de beneficiis poſſit ad libitum diſponere, indiſtinctè in illis obſervanda eſt Papæ declaratio.
- 100 Princeps poteſt declarare corrigenda, dummodo conſtet de ejus voluntate, nam in dubio non eſt credendum voluiſſe alicui tercio præjudicare.
- 101 Declarat, quæ ſit differentia inter prædictos caſus.
- 102 Quando Princeps ex certa ſcientia aliquid declarat, non eſt neceſſaria citatio partis.
- 103 Quando Princeps corrigit ſive modificat præcedentem diſpoſitionem, requiritur citatio partis, de cuius præjudicio manifeſtè agit.
- 104 Judo poteſt declarare ſententiam ſuam, quamvis mutare vel revocare non poſſit.
- 105 Judex ex intervallo, poſt jam prolata ſententiam, eam emendare poteſt.
- 106 Tradit, quod Judex poteſt facere prædictam declarationem, poſtquam ab ejus ſententia fuerit appellatum.
- 107 Declarat, prædicta intelligenda in Judice ordinario, habentem merum & mixtum imperium, quia alii Judici non eſt licitum interpretari ſententiam à ſe latam.

- 108 Refert contrariam opinionem, imò quemlibet Judicem posse declarare sententiam suam ambiguum.
- 109 Tradit, hanc opinionem probasse Ord. Portugal. lib. 3. tit. 66. §. 6.
- 110 Arbitrator, qui nullam habet jurisdictionem, non potest declarare sententiam suam.
- 111 Reprobatur Felinus, & Alex. locis hic relatis, qui contrarium tenent.
- 112 Ostendit verius esse, quod arbitrator, nec incontinenti, possit prædictam declarationem facere.
- 113 Tradit ad prædictam limitationem remissive.
- 114 Licet arbitrator non possit facere prædictam declarationem tanquam Judex, poterit tamen eam facere tanquam testis.
- 115 Exemplificat proximam traditionem, & ostendit, quod arbitrator in dicto suo tenetur causam addere, per quam verisimilis reddatur ejus declaratio.
- 116 Examinat, utrum quando Judex declarat suam sententiam citanda sit pars, quæ lædi possit per interpretationem.
- 117 Refert Doctores, qui existimant, citari debere.
- 118 Proponit in contrarium traditionem Bartol. & aliorum Doctorum.
- 119 Testis potest declarare dictum suum ambiguum, absque novo juramento, & absque citatione partium.
- 120 Qui declarat, nihil novum dicit, sed tantum explicat id, quod jam dixerat citata parte.
- 121 Reprobat hanc opinionem, de qua n. 118. & magis communem, de qua n. 117. amplectitur.
- 122 Respondet ad ea, quæ pro reprobanda opinione adducta sunt num. 119.
- 123 Testis ex se, vel ad petitionem partis, non potest declarare dictum suum ex intervallo, sed tantum Judex, id potest jubere ex officio ad veritatem indagandam.
- 124 Declaratio testis tendit ad hoc, ut Judici concludat, & idem partis citatio non requiritur.
- 125 Licet pars debeat videre, jurare testes, deponentes, non tamen debet audire illorum dicta.
- 126 A declaratione Judicis licitum est parti læsæ appellare.
- 127 Limitat proximè dicta, quando Judex fundat suam declarationem in actus processu, tunc enim non est necessaria partis citatio.
- 128 Judex potest declarare sententiam sui prædecessoris absque citatione partis, si modò ea declaratio fiat verisimilis, & e. deductis in actus publicis.
- 129 Judex, qui aliquem condemnavit de vi commissa, declarat sententiam, de qua vi intellexerit.
- 130 Declarat, quod Judex declarationem semel tantum facere potest.
- 131 Si ex declaratione facta per Judicem, nulla pars læditur, ad eam faciendam non est necessaria citatio partis.
- 132 Actor invitus cogetur declarare libellum suum ambiguum.
- 133 Tradit ex Bart. proximam resolutionem procedere, quando adhuc lis non erat contestata, secus si post litem contestatam.
- 134 Quando verba testium sunt clara, non est admittenda alia interpretatio.
- 135 Resolvit questionem, quam jam resolverat, n. 49.
- 136 Testis poterit ex intervallo declarare dictum suum ambiguum prolatum in Judicio ex mandato Judicis, non verò ex se, nisi incontinenti se declarat.
- 137 Tradit ex Bart. quod neque ad requisitionem partis testis ex intervallo potest declarare dictum suum.
- 138 Judex non potest declarare dictum testis ambiguum, quia esset declarare dictum alienum, quod non licet.
- 139 Judex potest jubere, ut testis suum testimonium declarat, etiam post didicita & publicata testimonia.
- 140 In Judice semper cessat timor subornationis.
- 141 Judex non solum potest repetere testem, ut declarat

- dictum suum ambiguum, sed etiam, ut aliquid addat priori dicto, de quo postea magis certificatus fuit testis.
- 142 Judex post conclusum in causa potest interrogare partem, non solum ut declarat, sed ut addat.
- 143 Quando testis ex præcepto Judicis declarat dictum suum, non requiritur, quod de novo juret, vel quod citetur pars.
- 144 Testis non debet declarare dictum suum, nisi iterum ejus dictum sibi legatur.
- 145 Resolvit questionem, quem hic tradit Bart. num. 5. si intentio actoris & res sint ambigua, quid faciendum sit?

Hanc legem singularem, & utilem appellat Calefatus hic in principio. Ut autem melius intelligatur, in primis literam illius explicabimus, & primo videamus, quæ sit differentia inter intentionem & orationem? quæ is text. pro diversis ponit? Et gl. hic duas assignat expositiones. Prima * est, quod verbum (intentio) referatur ad actorem, & verbum (oratio) * ad reum quasi text. dicat, quod si reperitur ambiguitas in libello actoris, vel in exceptione rei semper assumatur ea interpretatio, quæ favorabilior sit proferenti, & subscribit Bart. hic, & alii communiter. Sed * non placet hæc expositio, quia verba hujus textus ad unius tantum personam referuntur, & non ad diversas, ut prædicta exceptio præsupponit. Quare * secunda expositio gl. est, ut verbum (intentio) referatur ad casum, in quo in uno tantum verbo est ambiguitas & verbum (oratio) referatur ad casum, in quo in tota oratione ambiguitas, quam expositionem etiam sequuntur Dd. sed * etiam non placet, quia verb. text. impropriat. Quare vera expositio est, quod si ambiguitas sit in intentione, hoc est in libello, in quo actor declarat id, quod intendit §. si quis agens, inst. de act. l. Pompon. §. proinde, & ibi gloss. infr. ad exhibend. sive in aliqua alia oratione prolata in judicio semper ea præfertur interpretatio, quæ sit utilior præferenti.

Quare * si facta sit confessio in judicio, & illa sit ambigua, ea admittitur interpretatio, quæ fuerit utilior consentienti, quod sentit gloss. hic in primo intellectu, Bartol. in fin. & Bald. l. lect. post principium, Bartol. l. si is, qui reus num. 10. ad fin. infr. de publ. jud. Alex. conf. 30. n. 3. lib. 7. & conf. 80. num. 7. cod. leg. 7. Hypol. in practica criminali, §. postea, quam num. 25. Gargiar. patrocinio. 93. num. 1. & * ideo sit cautus ille, qui vult se juvare ex confessione adversarii, ut si ambigua sit, petat per partem declarari, ne aliàs in dubio contra eum fiat interpretatio, tradit gl. cap. ex literis, de sponsal. Alex. conf. 171. num. 14. leg. 6. Et † pari ratione sup. plicatio ambigua, accipietur in favorem supplicantis. Imol. conf. 147. num. 5. & * denique impetratio ambigua accipietur in favorem impetrantis, Cassado decif. 6. num. 4. de rescript. circa quæ videndus est Bart. in tract. de ordine judicii, n. 15.

Uterius * pro declaratione literæ videndum est: quænam dicatur intentio vel oratio ambigua? Et † est respondendum, quod licet gloss. 2. leg. veteribus, supra de pact. constituat differentiam inter orationem ambiguum, & obscuram: quasi ambiguitas referatur ad totam orationem, & obscuritas ad particularem dictionem orationis: tamen † verius est, quod in materia hujus textus ambiguitas latius accipiat, ut generaliter quamcumque ambiguitatem comprehendat, ut est de mente gl. hic in secundo intellectu, & communiter Doctorum, & exempla inveniens apud glossam primam leg. quoties in stipulationibus, 80. infra de regul. jur. quam extollit hic in principio.

Ultimò

- 15 Ultimò * refert explicare ea verba hujus text. (quod est utrius, est accipiendum) & dicendum est significare, ut Judex accipiat id, quod parti est utilius, præcedente scilicet declaratione ipsius partis, & ita Bart. leg. naturaliter, §. nihil commune, n. 13. infra de acquir. p. sss. quem defendunt Alexand. ibi num. 51. Dec. num. 81. & Ripa n. 137. & juxta hanc interpretationem is textus vulgò citatur, quælibet prober, * quod verba libelli ambigua debent accipi secundum declarationem actoris, & ita Cætelian. in memorabilib. verb. dubius, Socin. regul. 237. Navar. consil. 7. sub tit. de hæreticis, num. 6. & 8. & probat l. 3. tit. 33. part. 7. Antonius Gom. 3. tom. 17. cap. 11. num. 8. Obstet * tamen huic communi intellectui, quod in litera textus, nulla fit mentio de declaratione libellantis, & ideo Baldus hic 1. lect. in 2. notab. advertit, textum * istum probare verba ambigua, ex sola interpretatione juris, absque alia hominis declaratione debere accipi in favorem proferentis. Neque (secundum eum) obstet text. leg. Pomponius §. supra rei vendit. ubi requiritur, incertitudinem dispositionis declarari per partem, quia (secundum Bald.) procedit, quando ambiguitas consistit in facto, nam si consistat in jure, quia scilicet * verbum (secundum jus) habet varias significaciones, & hac ratione est ambiguum in jure, non est necessaria declaratio partis, quia lex eam favorem ipsius partis, subscribit Socin. dict. §. nihil commune, num. 19. & ibi Anton. libens num. 256. Fabius num. 92. Calefatus hic num. 19. & numer. 23. ad finem, Roman. consil. 136. in princip. & consil. 157. ad finem, & consil. 455. numer. 4. Alexan. conf. 55. num. 16. lib. 5. Decius leg. edita, num. 50. in fine Cod. de edendo, & ibi Cagnol. num. 145. & num. 157. quibus adde Paul. Cast. conf. 138. num. 3. lib. 2. & conf. 376. col. 1. ante fin. lib. 1. & consil. 204. col. ad medium lib. 3. Panormit. cap. cum venissent nu. 10. de re iudic. in integum. And. Gail. practicarum lib. 1. observ. 66. num. 9. ad finem, notab. Purpur. leg. postquam liti n. 24. rationem assignans C. de pact. consolat. 20. et ea vulgaris traditio, quod verba libelli sunt latissimè accipienda, ut videntur concludere intentionem libellantis, Alexand. conf. 127. n. 4. lib. 6. Panormit. conf. 77. ad finem lib. 2. And. Gail. pract. observ. 61. num. 16. Et * quod debent accipi profuso modo, ut intentio libellantis salvetur Cagnol. l. si quis major num. 134. Cod. de transactib. Gail. pract. observat. 96. n. 7.
- 22 Poterunt * tamen concordari opiniones, ut si pars adversa petat, ut Judex cogat partem declarare intentionem suam ambiguum, debeat Judex id jubere, Corn. conf. 130. num. 5. l. 1. si verò nihil petat, tunc Judex ex officio poterit eam declarare in favorem libellantis, ut in simili distinguit leg. fin. Cod. de annali exceptione. Et fundatur hæc Judicis interpretatio in verisimili, quia verisimile est, quod pars esset declaratura in proprium favorem, argum. l. 1. infra de solutio. & ita concordat, & resolvit Socin. dict. §. nihil commune num. 19. ad finem, Purpurat. leg. edita num. 99. Cod. de edendo. Et hac ratione pro regula constituitur, quod † Judex semper debet interpretari verba ambigua in favorem libellantis, Jason. leg. prescriptione num. 21. Codic. si contra jus, & leg. omnes Populi num. vigesimo quarto & numer. 27. supra de justitia, & jure. Cùm * autem ex prædictis constet regulam hujus textus niti in verisimilitudine deducta ex mente partis, illi locus non erit, si vel * ex deductis in pro essu, vel aliunde, verisimilior constet arium esse videtur: cum semper fortior præsumptio præferatur leg. divus supra de in integ. restitut. & in terminis tradit Bartol. dict. §. nihil commune num. 12. in fine, & ibi

Socin. numer. 19. Ripa numer. 138. Neque etiam * procedet in casibus cumulatis per Alex. nd. conf. 26. 55. num. 13. lib. 5. Angufoia conf. 9. num. 1. lib. 1. & notab. Purpurat. leg. p. tens num. 50. Cod. de pactis. His * ita explicatis ex isto textu colligenda est notabilis conclusio. Quod verba ambigua prolata in judicio semper accipiuntur in favorem proferentis, & concordat leg. 3. tit. 33. part. 7. Exornat Joan. de Nevizan. consil. 4. num. 8. Anton. Gom. 3. tom. cap. 5. n. num. 8. ad finem, & hanc regulam deductam ex isto textu probat Bart. rep. l. de quibus n. 9. supra de legibus, & l. omnes Populi n. quinquagesimo sexto supra de justitia & jure. Sed in * contrarium videtur urgere, regula leg. veteribus, supra de pactis, quod verba in dubio debent accipi contra proferentem, qui legem apertius non dixit: quod etiam probat leg. si emptio in princip. & l. Labeo scribit, infra de contrab. emptioe & leg. stipulatio ista §. alteri vers. in stipulationibus infra de verbor. oblig. Sed * huic difficultati respon. det gloss. hic ad finem, contraria procedere, in verbis prolatis in contractu, in nostro autem textu. in verbis prolatis in judicio. Sequitur * Bart. hic in 30. inquiens, rationem hujus differentie colligi, ex l. inter stipulantem §. 1. infra de verborum obligat. ubi similis differentia constituitur inter contractus & judicia, addita etiam ratione, quia in judiciis staretur declarationi rei, sæpius actor excluderetur à judicio & hanc esse communem rationem regulæ hujus textus, asserit Curt. Jun. hic num. 1. Est * 3. tamen advertendum dict. l. inter stipulantem §. 1. non loqui in terminis hujus textus, sed quando inter actorem & reum movetur controversia, de qua re actum sit: Nam in his terminis stabitur declarationi actoris, etiam inviro reo: propter rationem ibi expressam. Nos autem agimus, quando ambiguitas tantum est in verbis proferentis: in quibus terminis non militat ratio expressa dict. l. inter stipulantem §. 1. Et patet ex eo, quia textus ille probat in illis terminis nunquam esse standum declarationi rei, & tamen in terminis hujus textus statuitur declarationi rei, si ambiguitas versetur circa ejus exceptionem ut hic per glossam, & Doctores: Neque * latissimè 3. responsio Curt. Jun. hic num. 2. & num. 11. ad finem, quod reus in exceptione, censetur actor leg. 1. infra de exceptione. Nam replicatur, quod censetur actor, quoad effectum, ut plenè teneatur probare suam intentionem leg. in except. infra de probat. Sed quoad alios effectus reus minimè censetur actor quoad exceptionem. Aliam * igitur rationem prædictæ differentie, assignat Curt. Jun. hic num. 13. & aliam Calefatus num. 8. sed nulla videtur esse conclusio: & ideo tutior ratio est, quod contractus pendent à duorum consensu, & sic nulla est ratio ob quam magis debeat stari declarationi unius, quam alterius, & ideo lex facit interpretationem, contra eum qui fundat se in verbis, & legem apertius non dixit, d. l. veteribus, supra de pact. quæ ratio adjuvatur ex regula l. si repetenti C. de conditio. ob causam, sed libellus vel exceptio pendet ex solo facto & voluntate proferentis, & ideo æquum est stare ejus declarationi, ut expressè tradit Navar. conf. 7. nu. 6. sub rub. de he et, quam considerationem in simili facit Bart. l. ita stipulatus. n. 8. infra de verb. oblig. & videnda est l. 3. tit. 33. part. 7. Ex qua * ratione ita comprobata infertur primò regulam hujus text. sibi etiam locum vindicare, in causa criminali, quia in ea procedit etiam prædicta ratio, & ita clarè Bart. l. libellorum n. 15. inf. de accusat. Alex. l. divortio in princip. n. 11. & ibi Soc. n. 15. infr. sicut. matrim. Rip. d. §. nihil commune n. 163. Jacobin. hic nu. 8. &

8. & Curt. Jun. n. 3. Socin. reo. 237. Cagnol. leg. edita n. 158. Cud. de eden. Catelian. in memorabilib. verb. lib. lllus ambiguus Greg. l. 14. tit. 1. part. 7. verb. el. legat. & ampliatur Ant. Gom. 3. tom. c. 11. n. 7.

35 Est tamen advertendum, quod ab hac illatione recedit Roman. d. l. divorzio, in principio nu. 23. infra soluto matrimonio, per ea, quæ scribit Bald. ubi col. 2. vers. item nota, dum allegat l. si præses infra de penis sed non est recedendum a communi opinione, quam probat Bald. dict. l. divorzio col. final. ad finem. Neque * obstat regula d. l. si Præses, infra de penis, quia loquitur in verbis ambiguis Judicis, nos autem agimus de verbis ambiguis partis. Vel est dicendum cum Dec. in rub. ad finem, C. de edendo, quod statuitur interpretationi accusatoris, quoad hoc, ut libellus accusatorius procedat, & salvetur juxta regulam hujus textus, sed quoad alia fiet interpretatio in mitiorem partem, d. l. si Præses, infra de penis.

37 Infertur t̄ secundo, quod si libellans velit interpretari verba tertii, & non sua, non habebit locum regula hujus textus: quia cessat ratio, de qua supra, & * ideo actor non potest interpretari verba ambigua testium, imò probatio dubia interpretari debet in præjudicium illius qui probare debebat, cap. in presentia de probatio. Bart. hic col. 2. & communiter Doctores, ut asserit Curt. Jun. numer. 15. & hac etiam ratione procedit leg. idem Pomponius §. final. supra de rei vendit. secundum intellectum Bart. leg. inter stipulantem §. 1. numer. 6.

39 infra de verb. oblig. resolventem, quod * ubi ambiguitas respicit substantialia judicii, statur declarationi libellantis, sed quoad alia non statur ejus interpretationi, sed potius observabitur regula capitis in presentia de probat. subscribitur Jason. ibi numer. 8. Quæ * tamen ita declaranda sunt, ut si verba libelli clara sint, verba ambigua testium, ab illis debeant recipere declarationem juxta regulam leg. si defensor §. 1. infra de interrogator. actio. tradit Bald. leg. sed etsi possessori §. item si juravero, ad medium, infra de jurejur. Angel. Aretin. §. si de certa numer. 2. Instit. de inutil. stipulat. & * e contra si verba libelli sint ambigua, & verba testium sint clara? ex illis recipient interpretationem verba libelli ambigua; quia * probationes declarant libellum, Innocent. cap. cum dilectus, de ordine cognit. & in specie Bartol. hic numer. 1. ad finem, Bald. dict. colum. ad finem Fulg. numer. 3. Angel. Aretin. dict. §. de certa numer. 2. Marian. cap. 2. numer. 31. ex numer. 33. de libelli oblatione Alexand. dict. §. nihil commune, numer. 51. & ibi Decius numer. 81.

43 Quod si libellus sit incertus, & etiam dicta testium sint ambigua, obtinebit locum regul. dict. c. in presentia, ex Bartol. hic numer. 1. ad finem, Lancelot. Dec. in fine Hypo!. sing. 267. Quare * cum declaratio libelli ambigui, possit fieri usque ad conclusionem in causa, Jacobin. hic numer. 13. Dec. leg. edita 47. & ibi Cagnol. numer. 143. de edendo, facta etiam tempore declarationis libelli, semper secundum eam interpretabuntur dicta testium ambigua, ut supra dictum est.

45 Conclusionem * hujus textus ita explicatam limitabis primò, ut tantum libellanti sit permittum, verba ambigua sui libelli declarare, non autem alteri, etiam hæres sit libellantis, gloss. penultim. leg. idem Pomponius §. fin. supra de rei vendit. per quam ita concludit Bart. hic numer. 3. Fulg. numer. 2. & Paul. Castrenf. numer. 2. Alber. hic circa finem, qui pro hac opinione allegat bonum text. leg. generaliter, post principium C. de rebus creditis, & jurejur. ibi (cum multum discrepet juramentum) & illis contentum Bald. hic 1. lect. 2. notab. Curt. Jun. numer. 15. & idem tradit Bart. dict. §. nihil commune, nu-

mer. 13. & dict. leg. edita numer. 9. & leg. inter stipulantem §. 1. numer. 9. infra de verb. obligat. & esse receptum fateretur Jason. leg. quicquid astringenda nu. 8. infra de verb. obligat. Felin. cap. 2. numer. 15. ad finem de libelli oblatione Ripa dict. §. nihil commune num. 139. Cag. dict. leg. edita numer. 147. Consonat traditio gl. hic, quod * ei, qui aliquid dicit in judicio, licitum est interpretari suum dictum, & sic sentit, quod non licebit idem facere ei, qui nihil dixit in judicio, ut hic expendit Angel. numer. 4. inquires, rationem esse, quia t̄ interpretatio nihil aliud est, quam declaratio absconditæ voluntatis, quæ abscondita voluntas soli Deo est nota, vel ei, qui dixit in judicio, gl. §. sed alia Institut. de action. ex hoc inferens, quod * dominus non potest declarare verba ambigua procuratoris, neque e contra, subscribunt Paul. hic num. 2. Curt. nu. 16. Fulgos. leg. idem Pomponius §. fin. post princip. supra de rei vendit. Felin. cap. 2. numer. 15. in fine, de libelli oblatione, Dec. cap. cum venissent numer. 4. de jud. adde Bart. leg. inter stipulantem §. 1. numer. 9. & ibi Alexand. numer. 9. infra de verb. obligat. & alii plures quos refert Ant. Gabr. lib. 6. communium tit. jur. concl. 3. n. 8. & videtur tex. l. certissimus §. final. inf. de verb. obligat. & ibi notat Jaf. num. 12. Alci. num. 11.

Sed * subsistendum est, quia contrariam opinionem, imò quod saltem hæres defuncti possit declarare verba ambigua libelli producti per defunctum, defendit Jaf. l. inter stipulantem §. 1. numer. 7. infra de verb. obligat. Dec. edita n. 50. & ibi Purpur. n. 97. C. de edendo, Lancelot. Dec. l. si quis à filio §. 1. infra de leg. 1. Moventur quia * hæres & defunctus censentur eadem persona, autb. de jurejurand. à moriente præstito collat. 5. Ergò hæres poterit facere eam declarationem, quam poterat defunctus: & hac ratione leg. si quis à filio §. si quis plures infra de leg. 1. probat hæredem posse declarare voluntatem defuncti incertam, quia verisimiliter est ei magis nota, ut ibi tradunt gl. & Bart. & tradit idem Bart. l. gerit n. 17. infra de acqu. hæred. & l. si sic §. fin. n. 1. infra de verb. obligat. Et pro eadem opinione urget l. si stipulatus fuerim illud aut illud, inf. de verb. oblig. ubi jus eligendi dependens à declaratione voluntatis, transit in dominium servi, ut est ratio secundum Bart. ibi nu. 3. quod prout obligatio alternativa transit in dominum, ita & electio illi annexa: Ergò * ita etiam in nostro casu, prout instantia tranfit in hæredem l. si petitor, supra eodem l. si cum hominum inf. de fidejuss. Ita etiam debet transire declaratio libelli ambigui, prædictæ instantiæ annexa, denique cessante declaratione partis, lex ipsa declarat verba ambigua in favorem libellantis, ut supra probavimus. Ergò nulla est ratio, cur hæc etiam interpretatio fieri non debeat in favorem hæredis, ut advertit Rip. d. §. nihil commune, n. 140.

Et * qui hanc vellet defendere opinionem, facit 53 lè ad rationes magis communis opinionis respondere poterit: nam ad primum de autoritate gl. penult. l. idem Pomponius §. final. supra de rei vendit. responderetur, quod * quamvis recepta sit, ut asserit 54 Crotus l. nemo potest nu. 61. ad finem infra de leg. 1. Ex ea de part. n. 175. Tiraq. l. si unquam, verbo revertatur n. 302. C. de revocand. donationib. Ant. Gabr. lib. 6. communium tit. de reg. jur. concl. 3. n. 74. Gamma decil. 18. ad finem, & rationem reddat Bald. leg. liberti n. 9. C. de oper. libert. tamen * non videbitur 55 vera, neque jure probari, ut ostendit Jason. d. l. inter stipulantem §. 1. n. 7. Neque enim pro ea facit d. l. idem Pomponius §. fin. supra de rei vendit. nam tantum probat, quod si ambiguitas, vel incertitudo rei petite, perseveret usque ad sententiam, non potest sequi condemnationem, significans declarationem ambiguitatis, vel incertitudinis, fieri non posse, nisi

nisi usque ad conclusionem in causa ut supra diximus. Non autem negat, quod si hæres ante conclusionem in causa declarasset, non posset sequi condemnationem, juxta illius declarationem, imò magis significat contrarium, ut advertit Purpuratus d. l. edita n. 97. & ibi Cagno. n. 150. C. de edend. & videtur text. l. si quis à filio §. si quis plures, infra de leg. 1.

56 Item * respondeo, quod & admissa pro vera opinione prædictæ glossæ, adhuc non facit pro magis communi opinione; quam impugnamus: si ad veritas d. l. idem Pompon. §. fin. supra de rei vendit. agere de incertitudine ratione rei petite, quæ magis factum videtur respicere l. duo sunt Titii, inf. de testamentaria tuel. ad quam incertitudinem tollendam, necessaria est hominis declaratio congruo tempore facta, ut in specie probat l. inter stipulantem §. 1. infra de verb. obligat. ea autem cessante certa sententia ferri non potest, d. l. idem Pomponius §. fin. quia lex non potest se intromittere ad declarandum, quid utilius sit petenti, cum incerta sit de his, quæ in factis consistunt l. cum ex plurib. infra de manumissis testa. Unde t̄ ex gl. penult. d. l. idem Pomponius §. fin. relata ad textum, illud tantum colligi potest, quod si ambiguitas vel incertitudo respiciat factum, lex non intromittit se ad hanc incertitudinem declarandam, sed oportet, quod hæc declaratio fiat per partem, ut hic advertit Baldus 1. lect. 2. notab. quem probat Alex. conf. 55. n. 16. lib. 5. Dec. c. consuluit el. 2. col. 2. de appell. & l. edita n. 50. ad finem C. de edendo Dec. dict. §. nihil commune n. 81. nos autem agimus de ambiguitate circa verba, quorum interpretatio magis respicit jus, & ideo lex potuit se intromittere ad declarandum, cessante declaratione partis, etiam si hæc interpretatio tendat in favorem hæredis, ut advertit Rip. d. §. nihil commune n. 140. Calefatus hic num. 25. ad finem l. non idcirco. C. d. juris & facti ignorantia.

58 Neque t̄ etiam obstat l. generaliter in princip. C. de reb. cred. & jurejur. quia loquitur in juramento delato per hominem, non autem procedit in juramento delato per legem: nam hoc hæres debet & potest subire ut eleganter probat Rom. (rationem differentie assignans) l. penult. §. hoc interdicitur nu. 6. & 7. supra ne qui cum quis in jus vocatus est, & ibi Alex. Sed declaratio libelli ambigui in defectu partis, fit per legem, ut supra dictum est, ergo debet etiam prodesse hæredi, ut advertit Dec. l. edita n. 50. ad finem C. de edendo.

61 Denique * obstat l. centesimus §. fin. infra de verb. oblig. (quia ultra Jaf. dict. l. inter stipulantes §. 1. numer. 7.) ego respondeo, in hac materia recurrendum esse ad doctrinam Bart. d. l. inter stipulantem §. 1. n. 12. communiter receptam ut ibi asserit Alciat. n. 22. Ant. Gabr. lib. 6. communium tit. de reg. jur. conclus. 3. n. 85. Cagnol. dict. l. edita num. 156. quod aut declaratio pendet à sola, & mera voluntate declarare debentis, & procedit d. l. centesimus §. final. aut * hæc declaratio inducenda est, ex verisimilibus conjecturis præcedentibus, juxta reg. l. semper in stipulationib. inf. de reg. jur. & hæc fieri potest per hæredem, d. l. si quis à filio §. si quis plures inf. de leg. 1. & utique declaratio libelli ambigui, debet fieri præcedentibus legitimis conjecturis, adeo quod si fortiores conjecturæ urgeant in contrarium, non fit admittenda prædicta declaratio, Bart. dict. §. nihil commune n. 12. in fine, & Soc. num. 19. Alex. conf. 55. num. 17. lib. 3. & supra diximus, imò t̄ neque admitretur, si verbis expressis minime conveniat, l. item veniunt §. præ. in fine supra de pet. hæ. l. quicquid astringenda, secundum communem intellectum Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis,

tum infra de verb. oblig. tradunt Ang. hic num. 4. Fel. c. exhibita col. fin. ante medium de jud. & c. 2. num. 15. ad medium de libelli oblatione Tiraq. l. si unquam verb. libertis numer. 13. Ant. Gabr. libr. 6. communium tit. de reg. jur. concl. num. 87. ad quem modum explicandus est Alex. in l. divorzio in princ. num. 12. inf. solut. matrim. & Curt. Jun. hic num. 15. ut in terminis admonet Purpuratus l. edita n. 100. C. de edend. Ergo etiam in nostris terminis debet admitti declaratio hæredis qualificata, ut supra.

Quare t̄ & in his terminis d. l. Pomponius, §. fin. si hæres ante conclusum in causa declarasset, de quo servo intellexerit defunctus & ejus declaratio adjuvaretur verisimilibus conjecturis, utique observanda esset, l. si quis à filio, §. si quis plures, infra de legat. 1. quod in eleganti casu tradit Falat. l. Tauri 45. n. 17. & Molina lib. 1. de primogen. c. 8. num. 38.

Item * & secundo respondeo ad d. l. centesimus §. final. quod in specie illius textus, stipulatio fuit concepta sub conditione (cum voluero) si ergo promissor moriatur, antequam promissor declarat se velle, quasi deficiente conditione defecit stipulatio principalis, & consequenter declaratio voluntatis illi annexa per mortem actoris, non * extinguitur 66 Judicium conceptum cum defuncto l. si cum dominem, infra de fidejuss. Ergo prout transit in hæredem Judicium, ita etiam ad eum debet transire jus declarandi libellum ambiguum illi annexum, l. si stipulatus fuerim illud aut illud, inf. de verb. oblig. & quod ibi Bart. num. 3. & in simili casu tradit Panorm. conf. 80. num. 4. lib. 2. Ant. Gabr. lib. 6. communium tit. de regul. juris, concl. 3. n. 79. Eo maxime, quia * cum hoc casu adhuc durer Judicium inceptum, declaratio magis videtur respicere illius effectum, & executionem, in quibus terminis non procedit conclusio glossæ penultim. d. l. idem Pomponius, §. fin. ut eleganter probat Jason. videndus l. post datem, n. 51. inf. soluto matrimonio, Alciat. l. inter stipulantem, §. 1. n. 18. infra de verb. oblig.

videntur * tamen concordandæ opiniones, 68 quod aut declaratio respicit aliquid futurum, aut respicit præteritum, & jam factum. Primò * casu declaratio non transit ad hæredem, d. l. centesimus, §. fin. inf. de verb. oblig. quia * voluntas per se simpliciter considerata, non est transmissibilis ad alium, Bart. l. 1. numer. 5. inf. de condit. inst. Bald. l. liberti. numer. 9. C. de oper. liberti. & l. captatorias, numer. 7. C. de testam. milit. In * secundo autem casu cum agatur de declaranda re, jam inesse producta: per hæredem fieri poterit, illi itabitur, si modo verisimilibus conjecturis fulciatur, l. quem hæredi, inf. de reb. dubiis, l. si quis à filio, §. si quis plures, inf. de leg. 1. Et * juxta hæc accipienda est traditio Bald. l. fin. num. 4. C. de revocand. donit. quod * si emphyteuta incidat in commissum, & dominus decedat, antequam declararet velle, quod emphyteuta amittat emphyteusim, hæres ejus non poterit facere hanc declarationem, adversus emphyteutam, quia cum hæc declaratio pendeat à voluntate domini, l. 2. C. de jure emphyt. & respiciat quid futurum, non transibit ad hæredem, d. l. centesimus, §. fin. & asserit receptum Jason. l. omnimodo, num. 10. Codic. de inofficio. testament. Casador. decisi. 3. de locato, Gigas de pension. quest. 77. num. 23.

Ex t̄ quibus ita explicatis infertur annotatio ad tradita per Angelum hic num. 4. quod procurator non potest declarare libellum productum à domino, vel e contra. Nam quamvis istud dictum Ang. approbetur per supra allegatos, & per Ang. Aret. §. si de alia re n. 2. inf. de inutil. stipul. Cagn. dict. l. edita numer. 155. Tamen contrarium * videtur verius: imò

imò quòd procurator poteſt declarare libellum productum à domino, vel e contra, quia credendum eſt, de hoc prædicto bene fuiſſe inſtructos, & ita in terminis Jaſ. d. l. inter ſtipulantem. §. 1. n. 9. & ibi Alciat. n. 17. Caleſtius hic n. 25. & pro conſtanti præſupponit Paul. Caſtr. conſ. 199. in ſinel. 2. Purpur. d. l. edita, n. 97. & omnino probandum eſt, retenta opinione quam ſupra defendimus, quòd hæres poteſt declarare libellum à deſuncto productum, ſi declaratio aliquibus conjecturis fulciatur.

76 Limita* ſecundò conſiſtunt hujus textus, ut declaratio hæc libelli ambigua, ſemel tantum fieri poſſit, ut expreſſe tenet gl. 3. quicquid aſtringendæ infra de verborum, communiter recepta ex Jaſone, ibi n. 8. elegantem rationem aſſignans Cumanum, & tradit idem Jaſ. l. quod juſſit, n. 45. infra de re judicata, Dec. cum veniſſent, n. 4. de Judiciis, Hypoſit. ſingul. 213. & extollunt Angel. hic n. 4. Paul. n. 3. Curt. Jun. n. 21. Purpurat. diſt. ll. edita, n. 101. late Anton. Gabr. libr. 6. communiū titul. de regul. juris, concluſ. 3. n. 91. quibus adde Matheliſian. ſing. 171. & ibi lat. additio n. 4.

77 Hanc* tamen communem limitationem impugnat Math. ſil. ſingul. pen. per textum l. qui ex plurib. 106. inf. de verb. obl. adjuncta gl. fin. de quo textu opponit etiam Curt. Jun. hic n. 21. & illi non reſpondet.

78 Sed ꝑ non eſt recedendum à communi traditione, cui minime obſtat d. l. qui ex plurib. quia advertendum eſt, in hac materia duos caſus eſſe diſtinguendos. Primus* eſt, quando partes ſenſerunt de certo fundo, & non conſtat de quo, & hoc caſu proprie videtur agi de declaratione, & non de electione l. ſi quis à fundo, §. ſi quis plures, & ibi gl.

79 inf. de leg. 1. Et* in his terminis locum ſibi vendicat traditio gloſ. 3. diſt. l. quicquid aſtringendæ. Secundus ꝑ caſus eſt, quando partes non ſenſerunt de aliquo certo fundo, ſed generaliter de uno fundo ex certis, quo caſu non videtur agi de declaratione, ſed potius de electione, quæ hoc caſu videtur competere debitori, juxta regulam legis plenæque §. fin. infra de jure dotum. Cum igitur agatur de electione ratione contractus competente, ſuccedit ꝑ regula, quòd in contractibus, in quibus competit electio, licita eſt variatio l. cum, qui certarum,

80 §. fin. inf. de verb. obl. & in his terminis* loquitur & procedit l. qui ex pluribus infra de verborum obligationibus, juncta gloſ. final. & ibi notant Barto. & Jaſ. n. 3. Alciat. n. 4.

81 Limita* tertiã conſiſtunt hujus text. quando ambiguitas non conſiſtit in verbis libelli, ſed potius in cauſa, ex qua actum eſt: hoc enim caſu non ſtabitur interpretationi libellantis, ſed potius adverſus eum fiet interpretatio l. duob. §. igitur infra de jurejur. & ibi notat Bart. n. 2. ſubſcribit Areti. l. ſi quis à filio §. ſi quis plures col. 2. infra de legat. 1. Lancelot. Dec. & Curt. Jun. hic n. 6.

82 Quæ* tamen limitatio non eſt tuta propter generalitatem hujus textus, & quia utroque caſu eadem videtur militare ratio: ut advertit Aret. d. §. nihil commun. col. 8. ad finem, & ibi Jaſ. n. 95. infra de ac-

83 quir. poſſeſſ. Neque* contrarium probat d. l. duobus §. igitur, quia imprimis reſpondetur procedere in juramento delato per partem, in quo principaliter habetur reſpectus ad intentionem deferentis l. 3. §. fin. infra de jurejurando. Et* ideo quoad interpretationem juramenti delati, non ſtabitur interpretationi jurantis, ſed ad intentionem deferentis juramentum, & ita reſpondet Jaſ. d. §. nihil commun. n. 95. ad finem,

84 & ibi Fabius n. 94. Sed non* videtur tuta hæc reſponſio, qui etiam in juramento delato per partem ſtabitur declarationi jurantis l. duobus §. 1. verſ. ei qui

85 infra de jurejurand. & ideo ꝑ melius reſponderetur,

quòd in ſpecie diſt. §. igitur cauſa fuit deciſa per juramentum l. ſupra de jurejurand. & poſt conſuſum in cauſa, vel poſt eam deciſam, non eſt locus regulæ hujus textus l. idem Pomponius §. final. ſupra de rei vendic. & ſupra diximus. Et* ideo poſt cauſam juramento deciſam, non poteſt jurans, declarare ſuum

90 juramentum ad propriam utilitatem licet ad utilitatem alterius cogatur illud declarare diſt. l. duobus §. 1. verſ. ei qui infra de jurejur. & tradit Bart. d. §. igitur n. 2. Aret. d. §. nihil commune col. 8. ad finem, n. 95. ubi etiam Dec. num. 76. & Ripa. nu. 137. ad finem, aliter reſpondent,

91 His ita explicatis reſtat agere de veritate quorundam dictorum, quæ ponit gloſ. hic. Dicit* igitur gloſ. quòd & Princeps poteſt declarare ſuam intentionem ambiguum, l. Neratius infra de reg. jur. l. 4. tit. 33. part. 7. circa* quod eſt elegans traditio Paul. Caſtr. l. hæredes palam §. 1. n. 4. infra de

92 teſtament. quòd aliquando Papa facit declarationes circa gratias per eum, & hæc declarationes præjudicant his, quibus antea videbatur jus quaſitum. Nam cum* declaratio à principio videatur ineſſe conſeſſioni, diſt. l. hæredes palam §. 1. ea adhibita apparet nullum jus fuiſſe parti quaſitum ſubſcribit Felin. c. qualiter el. 1. num. 29. de accuſatio. & plures relati per Aymon. de antiquit. tempor. pag. 15. à num. 28. & in notabili caſu tradit Soc. Jun. conſ. 95. n. 76. lib. 3. exornat. Menoch. de arbit. 1. q. 73. à n. 16. Neque* hujusmodi declaratio unquam cenſetur excluſa Boer. deciſ. 172. à num. 23. Quod ſane ꝑ intelligendum eſt, quando declaratio, circa verba vel orationem ambiguum verſatur, nam ſi ſit clara non eſt locus declarationi, l. ille aut ille §. cum in verb. infra leg. 3. Sed magis dicitur nova diſpoſitio, quàm declaratio, ac proinde per illam non poterit tolli jus parti quaſitum, Paul. d. hæredes palam. §. 1. n. 4. ad finem & late Manduſius regula 17. Cancellaria, de non tollendo jure quaſito. q. 6. n. 2. & Men. lib. 1. de arbitrar. q. 73. à n. 23. Tiraq. l. ſi unquam verbo libertas n. 15. Cagn. l. edita n. 145. C. de edendo, quibus adde Bart. l. ab executeure n. 7. ad finem infra de appell. Anchara. conſ. 398. Quinimo ꝑ ut propria de claratio locum habeat, debet eſſe veriſimilis, ut hic tradit Bald. Alex. conſ. 55. n. 17. lib. 5. Et ꝑ i-

93 deo ſi exurgentibus præſumptionibus colligatur ex gratia factam fuiſſe, non habet vim declarationis, ſed potius novæ diſpoſitionis, Mandof. ubi ſupra q. 6. n. 4.

94 Quod ꝑ tamen limitandum eſt, non procedere in his quæ ad libitum per Principem mutari poſſunt Nam ꝑ in his ſtabitur ejus declarationi, etiam ſi non conveniat verbis, ſed magis videtur corrigere, vel modicare diſpoſitionem antea factam, & ideo ꝑ cum Papa de beneficiis poſſit ad libitum diſponere, cap. 2. de præb. in 6. indiltincte in illis obſervanda eſt Papæ declaratio Dec. l. edita n. 94. C. de edend. notab. Calder. conſ. 12. de reſcript. & quamvis contrarium teneant multi, quos reſert, & ſequitur Aymon. tract. de antiquitat. tempor. p. 15. n. 32. tamen opinio Decii magis communiter recepta eſt, ut aſerit Meno. lib. 1. de arbitrar. q. 73. n. 27. Et colligitur ex doctrina Bart. l. ab executeure n. 7. infra de appell. quòd ꝑ Princeps poteſt declarare corrigendo l. 1. §. fin. infra de q. dummodo conſtet de ejus voluntate, nam in dubio eſt credendum voluiſſe alicui tertio præjudicare l. 2. §. merito infra ne quid in loco publico & ſubſcribit Dominus conſ. 11. numer. 3.

95 In eo ꝑ tamen eſt differentia inter prædictos caſus quia quando Princeps, tantum declarat verba ambigua conſeſſionis, non eſt neceſſaria citatio partis, quia declarando prædictam ambiguitatem, conſtat ſciuiſſe

ſciuiſſe tenorem conſeſſionis, &* tamen ex certa ſcientia feciſſe prædictam declarationem, & ſic non fuit neceſſaria citatio partis, cap. olim. tibi Innoc. de verbor. ſignif. & in terminis tradit Ang. hic n. 4.

103 Decius cap. cum veniſſent n. 3. de jud. Sed ꝑ ſi non ſit propria declaratio, ſed potius correctio, ſive modificatio præcedentis diſpoſitionis, requiritur citatio partis; de cujus præjudicio manifeſte agitur, l. 2. infra de natal. reſtitur. l. nam ita divus ſupra de adoptio. Bartol. l. 2. num. 3. Codic. de temporibus appellat. & in ſpecie tradit Calcaneus conſ. 60. n. 40. Alex. conſ. 11. à n. 15. lib. 7.

104 Addit ꝑ præterea gl. hic, quòd Judex poteſt declarare ſententiam ſuam, quamvis enim eam mutare vel revocare non poſſit, l. Judex poſtea quàm infra de re judicata, poteſt tamen eam declarare l. in conventionalibus, infra de verb. oblig. tradit Bart. l. ab executeure n. 7. infra de appellat. & l. hæredes palam §. 1. n. 6. infra de teſtam. ubi ꝑ Bald. n. 2. addit, Judicem hoc poſſe facere §. intervallo, poſt jam prolata ſententiam, quod & tradit Rom. conſ. 45. n. 1. late Fel. c. qualiter el. l. n. 23. de accuſat. probet Ordinatio Portugallia lib. 3. tit. 61. §. fin. & hodie lib. 3. tit. 69. §. 6. novæ recopilationis. Quinimo

105 poteſt facere prædictam declarationem, poſtquam de ejus ſententia fuerit appellatum: Guid. Papæ ſingul. 349. in fine: quæ* omnia videntur intelligenda in Judice ordinario habente merum, & mixtum Imperium, quia alii Judici, non eſt licitum interpretari ſententiam à ſe latam l. ab executeure & ibi Bart. n. 6. infra de appellat. idem l. 2. C. de ſententiis ex breviloq. recitand. Panorm. c. 1. n. 22. de poſtul. Prelatorum probat l. 3. ad finem tit. 33. part. 7. & ibi notat Greg.

106 Contrarium* tamen, imo quemlibet Judicem poſſe declarare verba ambigua ſuæ ſententiæ, juxta rationem generalem l. hæredes palam §. 1. infr. de teſtam. poſt alios tenet Felin. c. qualiter el. 1. n. 24. ad fin. de accuſat. Caleſt. hic n. 27. Andr. Guil. præſ. obſ. l. 2. obſ. 1. n. 6. quorum* opinio nem probavit ordinatio Portugallia l. 3. tit. 61. & fin. & hodie lib. 3. tit. 96. §. novæ recopilationis.

107 Arbitr* ſane, qui nullam habet jurisdictionem, non poteſt declarare ſententiam ſuam Panor. c. cum olim n. 1. de arbit. & c. 1. n. 23. de poſtul. Prelatorum Cuman. conſ. 143. n. 1. Alex. conſ. 18. n. 2. l. 7. Curt. Jun. hic n. fin. Caleſtius n. 32. & notab. profe-

108 quitur Theſaur. deciſ. Pedemontan. 253. n. 1. Unde* cavendum eſt à Felin. in c. qualiter 1. n. 28. de accuſat, qui contrarium ſecure dicit, transferendo verba Alex. in additio. ad Bart. l. ab executeure ſub littera (A) infra de appellat. ſed utique tam Alex. quàm Felin. aperte falluntur, quia allegant Specul. tit. de arbitrar. §. ſequitur, qui tamen n. 64. aperte probat communem, quòd arbitr* non poteſt declarare verba ambigua ſuæ ſententiæ, ut advertit Ant Blanc. de compromiſſ. q. 9. n. 64. ad finem. Quinimo licet Spec. tit. de arbit. §. ſequitur n. 62. dicat quòd arbitr* in continenti poteſt declarare ſuam ſententiam, & idem teneat Henric. d. c. cum olim. n. 2. de arbit.

109 Tamen* eſt, quòd neque incontinenti poſſit prædictam declarationem facere, ut eleganter probat Ant. Blanc. de compromiſſo q. 9. n. 63. ꝑ tamen ſalvat Speculatorem. Limitabis* tamen prædicta, ut eleganter per Cardinal. cap. tum olim ad finem de arbitris, cui addendus eſt Ant. c. cum dilecti, in fine de arbitris, & Fulgoſ. l. quid tamen §. fin. ſupra de receptis arbitris. Item* quòd licet non poſſit facere prædictam declarationem tanquam Judex, poterit tamen eam facere tanquam teſtis ut quia ꝑ ordinarius, qui exequitur ſententiam arbitri, & qui ob id poteſt declarare ſententiam arbitri, Panor.

110 c. cum olim n. 1. de arbit. eum interrogabit tanquam teſtem, ut declarat, quid ſenſerit in prædicta ſententia, cujus declarationi magna fides adhibetur Bald. l. ne in arbitris n. 11. c. de arbitris Dec. conſ. 43. n. 3. qui explicat, utrum ſoli ejus dicto fides adhibenda ſit, & tenebitur in dicto ſuo cauſam addere, per quam veriſimilis reddatur ejus declaratio. Felin. c. cum à nobis n. 10. de teſt. & vide Fulgoſ. conſ. 142. n. 1.

111 Ad* complementum autem prædictorum videndum eſt, quando Judex declarat ſuam ſententiam, utrum citanda ſit pars, quæ lædi poſſet per interpretationem? Et* Bartol. l. ab executeure n. 8. infra de appell. exiſtimat citari debere & probat Ang. hic n. 4. Jacob. n. 7. Curt. Jun. n. 20. In contrarium* tam-n urget traditio ejusdem Bart. l. hæredes palam §. 1. in fine infra de teſt. & ibi Paul. n. 4. Bald. n. 1. dum* dicunt, teſtem poſſe declarare dictum ſuum ambiguum abſque novo juramento, & abſque citatione partium: nam* qui declarat, nihil novum dicit, ſed tantum explicat id, quod jam dixerat citata parte quod & tenet Bald. auct. hoc ſacramentum n. 1. C. de jurejur. propter calumniam dando Dec. l. 2. §. creditum n. 10. & ibi Purpur. n. 62. infr. ſi cert. pet. Curt. Jun. hic n. 18. Soc. conſ. 214. n. 7. l. 2. declarando tamen ut per Alex. l. qui bona §. ſi quis ſtipulatus in fine de damno infecto. Ergo idem recipiendum eſt quando Judex declarat ſententiam ſuam, quia eadem videtur militare ratio.

112 Sed his* non obſtantibus, non eſt recedendum à magis recepta opinione. Quia* inter prædictos caſus manifeſta eſt ratio differentie, quia teſtis ex ſe, vel ad petitionem partis, non poteſt* declarare dictum ſuum ex intervallo ut infra dicemus. Sed tantum Judex id poteſt jubere ex officio ad veritatem indagandam, gl. auct. de teſt. §. quia vero verb. non habebit collat. 7. bonus textus in c. cum clamor de teſtib. & ibi notat gl. fin. c. cum Joannes de fide instrumentorum, & ibi gl. verb. poſtquam Bart. hic n. 5. Fulg. n. 3. Curt. Jun. n. 27. poſt Bart. l. repet. infra de qua. Alex. l. 4. §. hoc autem Judicium n. 14. infra de damn. infect. Cum* igitur declaratio teſtis, tendat ad hoc ut Judici concludat, non requiritur partis citatio juxta dictum Bald. l. certum n. 5. Cod. unde legitimi, item ꝑ quia licet pars debeat videre jurare teſtes deponentes c. 2. de teſtib. non tamen debet audire illorum dicta, gl. l. ſi quando verb. voluerunt. Cod. de teſtib. Ergo fruſtra citaretur ad videndam declarationem teſtis, quam audire non debet, ut advertit Bald. de auct. hoc ſacramentum n. 1. l. de jurejur. propter calumniam dando, quæ quidem rationes ceſſant Judice declarante, qui ex ſe, vel ad requiſitionem partis, poteſt facere declarationem, quæ multum lædat partem, ac* ob id licitum ſit parti à prædicta declaratione appellare l. ab executeure infra de appellat. Ordin. Portugallia lib. 3. tit. 61. §. fin. & hodie lib. 3. tit. 66. §. 6. novæ recopilationis. Ergo neceſſaria eſt partis citatio l. nam ita divus ſupra de adoptio. expreſſe Decius conſ. 534. in fine

113 Quod* tamen videtur limitandum, quando Judex fundaret ſuam declarationem, in actis proceſſus: nam cum ex illis videatur de declaratione evidenter conſtare, non eſt neceſſaria partis citatio, cap. evidentiæ de accuſat. Calcaneus conſ. 16. n. 43. Ruin. conſ. 28. n. 12. lib. 1. prout diximus, quòd* Judex poteſt declarare ſententiam prædeceſſoris ſui, Bartol. l. ab executeure n. 9. infra de appellat. Hieron. Verius l. ex ſaſto n. 32. infra de vulg. quam utique facere poteſt abſque citatione partium, ſi modo ea declaratio fiat veriſimilis ex deductis in actis publicis, Alexand. l. inter ſtipulantem §. 1. n. 10. infra de verborum obligatio. hujusmodi enim declaratio,

114 cuiilibet

115 Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis.

Hh 2

cullibet permittitur l. voluntatis, cum ibi notatis Cod. de fideicommissis, subscribitur Calefatus hic n. 28. Felin. cap. qualiter el. 1. n. 27. de accusat. Aviles de pratoribus in proemio p. 19. n. 20. notab. And. Sicul. conf. 83. col. penult. libr. 3. late Anton. Gabr. lib. 6. communium tit. de reg. jur. concl. 3. num. 85. Cagnol. dist. l. edita num. 156. C. de edendo. Similiter ¶ Judex, qui aliquem condemnavit de vi commissa, declarabit sententiam, de qua vi intellexerit, d. ducendo prædictam declarationem ex deductis in actis, vel verisimilem illam reddendo per dicta testimia, vel aliis modis, Bart. d. l. ab executione n. 7. Alex. la Secunda n. 7. infra de liberis, & post ibidem Calefatus hic n. 30. conferunt tradita per Dec. l. 1. in princip. n. 29. infra de acq. posses.

¶ Hanc tamen declarationem Judex semel tantum facere potest, gl. 3. communiter receptal. quicquid astringenda inf. de verb. oblig. Bald. l. 2. ad finem C. de sententiis ex brevisloquo recitand. Fel. c. qualiter el. n. 27 de accusat. Dec. l. edita n. 13. C. de edend. & supra diximus, declarando tamen ut per Fel. d. c. qualiter el. 1. n. 17. Item * & illud certum est, quod si ex declaratione facta per Judicem, nulla pars læditur, evidentiis redditur ad eam faciendam, non fuisse necessariam citationem partis, And. Sicul. conf. 18. col. 9. l. 1. Rip. c. cum M. n. 106. in fine de conslit.

¶ Ultimo * querit gl. hic ad finem, utrum actor invidius cogatur declarare libellum suum ambiguum? Et concludit cogendum esse, arg. l. 1. quia autem infra quorum legatio, quod Bart. hic n. 1. dicit procedere, quando adhuc lis non erat contestata: nam * tunc non cogitur actor declarare libellum suum: ut videat reus utrum debeat edere, vel contendere, l. 1. supra de edendo l. si defensor §. illud, inf. de interrogat. actio. subscribitur Ang. hic n. 2. Greg. l. 3. tit. 33. part. 7. in gloss. 1. Post litem autem contestatam necessarium est actori quid certum & determinatum probare, quia aliàs dubia probatio nihil ei proderit, c. in presentia, de probatio. quasi dicat Bart. quod post litem contestatam cessat questio: neque enim est verisimile, quod reus petat hanc declarationem fieri, cum inter sit ejus, ne fiat, quia si probatio fuerit etiam ambigua, interpretabitur contra actorem, d. cap. in presentia, quamvis si testes clare deponant, per eorum dicta declarabitur libellus ambiguus Bart. hic n. 1. ad finem Bald. col. 1. ad finem, & communiter alii ut Curt. Jan. hic n. 15. & supra diximus. Quando * enim verba testium sunt clara, non est admittenda alia interpretatio. Soc. l. sedet in illo §. fin. n. 2. infra de reb. dub.

¶ Expeditis * gl. questionibus restat agere de questionibus Bart. in presentia, qui n. 3. querit utrum heres possit declarare verba ambigua libelli producti per defunctum? Et concludit non posse per doctrinam gl. adem Pompon. §. fin. supra de rei vendic. quam questionem omittimus, quia illam supra late tractavimus

¶ Querit tamen ulterius Bart. utrum testis possit declarare dictum suum ambiguum, prolatum in Judicio. Et respondet n. 4. Judicem hoc posse concedere, si videat expedire. In quo Bart. sentit, quod testis ex se non potest hoc facere, quod est limitandum nisi in continenti se declararet: nam tunc poterit etiam corrigere dictum suum c. Præterea, de testib. cogen. late Tirac. lib. 2. retractum §. gl. 5. n. 18. Ex intervallo autem non poterit id facere absque licentia Judicis, propter timorem subordinationis, declarando ut per Jas. l. quicquid astringenda n. 10. infra de verb. obligat. Hyppol. singul. 365. & probat. l. 30. ad finem, tit. 16. part. 3. sentit etiam Bart. dist. n. 4.

¶ Quod neque * ad requisitionem partis testis ex intervallo potest declarare dictum suum, quod tenuit gloss. auth. de testib. §. quia vero verb. non habe-

bit, ad medium, colla. 7. afferit receptum Curt. Jun. hic num. 17. & videndus est Gregor. l. 30. ad finem tit. 16. part. 3. in gl. penult. & fin. Denique sentit Bart. quod * neque Judex potest declarare dictum testis ambiguum, quia esset declarare dictum alienum, quod non est licitum Baldus l. ea qua n. 2. C. cominatio, vel epistolae & alii relati per Ant. Gab. lib. 6. communium tit. de reg. jur. concl. 3. n. 21. Judex * igitur tantum potest repetere ex intervallo, ut declaret dictum suum, si id viderit expedire ad indagandam veritatem, quia tunc cessat timor subordinationis, gl. d. §. quia vero verb. non habebit ad medium, gl. fin. c. cum clamor de testibus, quæ ratio evincit id procedere, etiam post didicita & publicata testimonia, quia * in Judice semper cessat timor subordinationis, Bart. l. produci, inf. de testib. Alex. conf. 147. n. fin. l. 2. & l. 4. §. hoc autem, n. 14. inf. de damno infecto, probat l. 30. ad fin. tit. 16. part. 3. & ibi notat Gregor. in gl. fin. Quinimo ¶ non solum Judex potest testem repetere, ut declaret dictum suum ambiguum, sed etiam ut aliquid addat priori dicto, de quo postea magis certificatus fuit, testis Fel. c. clamor, n. 5. de testibus, prout * Judex post conclusum in causa, potest interrogare partem, non solum, ut declaret, sed ut addat Alex. d. l. 4. §. hoc autem, n. 18. inf. de damno infecto, Dec. c. 1. n. 9. de Judiciis, in * declaratione autem illa, quam testis facit ex Judicis præcepto, non requiritur, quod de novo juret, vel quod citetur pars, ut supra diximus, addunt Curt. J. hic n. 18. Calefatus n. 40. quod * testis non debet declarare dictum suum, nisi iterum sibi legatur, allegat Bald. l. fin. C. plus valere quod agitur, qui tamen illud tantum dicit, quod quis non debet subscribere alicui scripturæ, nisi prius eam legat, ne aliàs facile decipiat.

¶ Ultimo * querit Bart. hic n. 5. si intentio actoris & rei sint ambigua, quid sit faciendum? Et resolvit, quod si intentio actoris sit certa, & responsio rei ambigua: debet declarari juxta claram interrogationem præcedentem l. si defensor. §. 1. infra de interrogat. act. si vero utraque sit ambigua, tunc quilibet potest declarare intentionem suam, subscribitur Alex. conf. 115. n. 2. l. 3. & conf. 80. n. 7. l. 7. Alciat. de presumpt. regul. 3. presunt. 44. n. 8. Quod si non sit facta declaratio, vel adhuc duret dubietas: tunc ea fiet interpretatio, ut id quod minus est, videatur comprehensum, quia id favorabilius est reo: cui in dubio est favendum, c. ex literis, de probat. l. favorabiliores, infra, de reg. juris, & hic expressit Angel. n. 2. Paul. Castrens. n. 6. Calefatus n. 41. Roman. conf. 455. n. 4. sentiunt Curt. Jan. hic n. 19. Socin. l. postquam liti, n. 7. C. de pactis, & l. 1. n. 15. ad finem, infra de except. declarando ut per Alexand. conf. 171. n. 14. l. 6. & videndus est Greg. lib. 3. tit. 33. part. 7. in gloss. 1.

L. Ad peremptorium, 68. cum II. sequentibus ff. de Judiciis.

S U M M A R I A.

- 1 Agit de citatione absentium qua fit per edicta, qua jure civili multis casibus invenitur permissa.
- 2 Pro declaratione materiae præmittit, quod si lite nondum contestata Acto, vel Reus non adsuerint in Judicio, non potest perveniri ad sententiam diffinitivam.
- 3 Limitat dictam regulam in instantia appellationis, in qua una ex partibus presente, appellatio terminari potest.
- 4 Probat, dictam regulam etiam jure Canonico locum

- 5 Si post citatum Reum Actor non compareat circumducitur edictum citationis, & impetrabit reus, ut ab ea citatione absolvatur.
- 6 Impetrata absolutione, perinde habetur, ac si reus nunquam fuisset citatus.
- 7 Ad faciendam prædictam absolutionem a citatione, non est necessarium, actorem non comparentem de novo citare.
- 8 Utrum Judex actorem non comparentem in termino possit expectare, per aliquod temporis spatium, remissive.
- 9 Quando actor non solum citavit reum, sed & contra eum præsentavit libellum, & postea in termino non comparet in Judicio, tunc etiam non potest perveniri ad sententiam diffinitivam, sed tantum potest petere reus, ut absolvatur ab illa conventionione.
- 10 Si actor post datum libellum se absentavit, potest reus petere, ut in causa procedatur, & in ea sententia diffinitiva feratur.
- 11 Notat hic esse casum, in quo jure civili lite non contestata, potest perveniri ad sententiam diffinitivam.
- 12 Dilaciones, de quibus in auth. qui semel, Cod. quomodo & quando Judex consuetudine sunt abrogata, & tantum assignantur dilaciones arbitrio Judicis.
- 13 Declarat, non esse præcisè necessarium, reum petere, ut perveniat ad diffinitivam, sed in electione rei est, vel petere, quod absolvatur à conventionione, vel quod procedatur ad diffinitivam.
- 14 Ostendit dict. auth. qui semel, in re locum non habere, & quod etiam actore petente non potest perveniri ad diffinitivam.
- 15 Assignat rationem differentia remissive.
- 16 Colligit, quod gravius punitur contumacia actoris, quam rei.
- 17 Tradit, quod differentia, de qua n. 14. in Hispania non observatur.
- 18 Si reus citatus non compareat in Judicio, si ve ante datum libellum, si ve postea, pervenitur contra eum ad sententiam diffinitivam, quia in odium contumaciae lex habet litem pro contestata.
- 19 Declarat, quod in Florentia idem observatur.
- 20 Idem etiam observatur in Camera Imperiali.
- 21 Item & in Regno Francia.
- 22 Declarat differentiam, qua in hoc articulo versatur inter legem Castellæ & Portugallia.
- 23 In Regno Portugallia in nullo casu est in usu primum & secundum decretum.
- 24 In causa beneficii etiam non est locus primo, & secundo decreto.
- 25 Quæ supra dicta sunt de jure communi, procedunt, quando actor se absenteat ante litem contestatam si vero post vira tempora, distinguunt Doctores.
- 26 Declarat, primum tempus esse jus digestorum, secundum quod tantum circumdacebatur edictum peremptorium, & non poterat perveniri ad sententiam diffinitivam, neque ad liquidationem cause.
- 27 Jure digestorum reus non poterat absolvi ab instantia Judicii, nisi ipso reo petente Judex expressim id concederet.
- 28 Declarat, quo pacto illo jure melioris conditionis esset actor, quam reus.
- 29 Tradit, quid jure Codicis in hoc articulo constitutum sit.
- 30 Refert, quid jure authenticorum in hoc articulo constitutum sit.
- 31 Impugnat resoluta in hoc articulo de tempore digestorum de quo n. 27.
- 32 Respondet ad textum in l. & post edictum, §. 1. quem ad id late expendit.
- 33 Judex potest expectare actorem per aliquod tempus antequam circumducatur edictum.
- 34 Tradit replicationem ad explicationem text. eam tamen resolvit.

- 35 Declarat, qua ratione utilius sit et circumducitur edictum quam uti remedio d. §. est quidem.
- 36 Tradit aliam utilitatem, qua versatur inter eosdem terminos. (tionem supra tractatam.)
- 37 Expendit d. §. & siquidem, circa communiem resolutionem.
- 38 Declarat, reum esse absolvendum, etiam si actori assignata sit probatio, si ipse intra illam non probavit.
- 39 Ostendit, proxime dicta procedere, etiam si ante dispositionem nova dict. auth. qui semel,
- 40 Declarat proxime resoluta approbari per ordin. lib. 3. tit. 14. §. 1. ad finem.
- 41 Si reus se absentat ante litem contestatam, non potest adversus eam procedi ad sententiam diffinitivam.
- 42 Probat d. auth. qui semel, procedere specialiter in actore.
- 43 Adversus reum contumacem ante litem contestatam tantum actor petere potest, ut adversus eum procedatur ad primum & secundum decretum.
- 44 Quando res petitur per actionem personalem, jure antiquo per primum decretum actor mittebatur in possessionem omnium bonorum rei contumacis, hodie autem tantum pro quantitate debiti.
- 45 Si agatur hypothecaria actione, etiam hodie mittetur creditor in possessionem omnium bonorum hypothecatorum.
- 46 Advertit, quod hoc primum decretum non debet interponi ad simplicem requisitionem creditoris, sed prius debet constare Judici id, quod actor petit cum effectu, et deberi præmissa summaria informatione vel saltem interveniente juramento creditoris.
- 47 Tradit, quod de jure communi in hoc articulo variæ erant Doctorum opiniones.
- 48 Item in hoc decreto debet procedere citatio peremptoria absentis, qua moneatur citatus, quod si non compareat in termino, adversus eum procedatur ad missionem bonorum.
- 49 De contumacia debet constare ex actis publicis, aliàs nec primum decretum, nec omnia alià facta adversus contumacem valebunt.
- 50 Docet, quo illo jure, interposito primo decreto solemniter missus tantum per illud consequatur simpliciter detentionem bonorum.
- 51 Ex missione primi decreti, missus non consequatur aliquod jus, nullo cursu temporis, nisi impetrasset secundum decretum, & eo impetrato, consequatur possessionem dictorum bonorum.
- 52 Quando ratione actionis personalis sit missio in bona ex primo decreto, quocunque tempore compareat reus contumax, & resciat expensas, liberam recuperabit bonorum suorum possessionem & administrationem.
- 53 Declarat, quid in Regno Castellæ operetur missio in possessionem ex primo decreto, & quomodo in Regno procedatur in eo decreto.
- 54 Tradit, quod in eo Regno ad consequendam veram possessionem prædictorum bonorum, non sit necessarium impetrare secundum decretum, prout jure communi requirebatur.
- 55 Lex ipsa Castellæ transacta prædicto tempore, tribuit missio vim & effectum secundi decreti.
- 56 Declarat formam & modum, per quem de jure communi deveniebatur ad consequendum decretum.
- 57 Secundum decretum non statim interponebatur post primum; sed aliquo intervallo opus erat.
- 58 Declarat, quantum deberet esse hoc intervallum, quod Judici arbitrium erat.
- 59 Impetrato secundo decreto, obtinebit creditor, vel quod bona debitoris contumacis vendantur, vel etiam Judex aliud statuet, quod sibi videtur magis conducere, ut creditor citius debitum consequatur.
- 60 Declarat, qua ratione, & ad quid sit necessarium in Regno Castellæ secundum decretum.

- 81 Tradit, quod ad interpositionem hujus secundi decreti necessarium est, quod contumax peremptorie citetur.
- 82 Item, quod constet plenius de debito, quam constitit, quando interponitur primum, quia in secundo agitur de majori præjudicio.
- 83 Tradit notabilem differentiam inter interpositionem primi & secundi decreti.
- 84 Secundum decretum non interponitur, nisi adversus latentem, hoc est, turpiter se occultantem in fraudem creditorum.
- 85 Si constituerit, non in fraudem creditorum, debitorem se occultare, sed ob aliam causam, non poterit adversus eum procedi ad secundum decretum.
- 86 Tradit, quo casu, etiam primum decretum concedatur, non possit perveniri ad secundum decretum.
- 87 Declarat, quomodo procedatur ad missionem primi decreti, quando reus convenitur actione reali.
- 88 Missus in possessionem ex primo decreto ante annum, non est illo modo possessor, sed detentator.
- 89 Tradit contrariam opinionem, imo missum ex primo decreto statim esse possessorem, revocabiliter tamen, si contumax compareat intra annum.
- 90 Declarat, opinionem Canonistarum veriorum esse, quam expresse probant leges Castellæ ibi relatae.
- 91 Tradit, quod tempus necessarium est, ut in Regno Castellæ missus efficiatur possessor.
- 92 Respondet ad legem si quis emptionis, §. penult.
- 93 Jure communi non erat necessarium, actorem expectare annum, sed antea poterat impetrare veram possessionem.
- 94 Declarat, quod etiam illo jure poterat iudex, si sibi videretur addicere actori, imposto perpetuo silentio contumaci, si id in termino peremptorio fuisset declaratum.
- 95 Ut in actione reali secundum decretum imponatur, necessarium est, quod in peremptorio fiat prædicta comminatio.
- 96 Reprobatur gl. l. i. jubere cavere, supra de jurisdictione omnium iudicum.
- 97 Declarat, in quo consistat specialitas primi & secundi decreti in causa noxali & damni infecti.
- 98 Tradit etiam secundam specialitatem causæ noxalis & damni infecti.
- 99 Declarat tertiam specialitatem dictarum causarum.
- 80 Tradit remissionem citationem specialitatis.
- 81 Declarat, quod ad interpositionem primi decreti nusquam requiritur latitatio.
- 82 Docet, quod in hac materia tam primum quam secundum decretum censetur sententia interlocutoria, & poterit revocari per iudicem antequam sit mandata executioni.
- 83 Decretum interpositum ex falsa causa, censetur
- 84 Si reus post litem contestatam se absente, & non compareat in iudicio, in termino assignato duo adversus eum inveniuntur prodita remedia in jure.
- 85 Tradit primum remedium, quod scilicet missus in possessionem statim efficiatur possessor ita ut neque reus postea comparens in iudicio illam recuperare possit.
- 86 Declarat conclusionem procedere, etiam quando se absente, postquam lis habetur pro contestata ex dispositione legis.
- 87 Exponit præcipuam differentiam inter primum decretum interpositum adversus contumacem absentem & conventum per actionem personalem, vel conventum per actionem realem.
- 88 Declarat quod in primo casu actor non facit fructus suos eos autem faciet in secundo.
- 89 Tradit secundum remedium, quod scilicet actor petat negotium liquidari, & sententiam ferri diffi-

- nitivam super causa principali.
- 90 Declarat, quod si actor hoc remedio utatur, poterit obtinere ut declaretur dominus rei petite.
- 91 Si reus ante litem contestatam se absente, actor hoc remedium obtinere non possit.
- 92 Si actor hoc remedium elegerit & tamen nil probet licet reus veniat absolvendus, non absolvetur diffinitive, sed tantum ab observatione iudicii.
- 93 Refert qui contrariam opinionem tenent.
- 94 Tradit concordiam ad dictas opiniones.
- 95 Docet, quod ultra citationem generalem, quæ fit ad causam principalem, requiritur etiam specialis citatio ad audiendam sententiam, & sine citatione sententia nulla esse censetur.
- 96 Ne sufficit simplex citatio, sed requiritur peremptoria.
- 97 Declarat proxime dicta non esse necessaria in Regno Portugaliæ, sufficit enim unica citatio generalis ad totam causam, & ex ea valida sententia profertur absque alia citatione.
- 98 Tradit ex Afflicto idem observari in Regno Neapolitano.
- 99 Ubi persona est extra, & locus certus, in quo ille resideat citandus est absens personaliter, & per literas directas ad iudicem in cuius territorio degit absens ut scilicet eum jubeat citare.
- 100 Si quis a principio fuerit personaliter citatus ad iudicium & non compareat, & iudex velit procedere ad actus ultiores non sufficit citatio per edicta, nec consuetudo contraria illam roborare potest.
- 101 Citatio per edictum tantum admittitur, quando persona citanda est incerta, vel quando locus, in quo residet, est incertus.
- 102 Item quando locus, in quo degit, citandus non est tutus citandi, vel missus ab eo, vel etiam ille non vult sui copiam facere, ut citari possit.
- 103 Colligit ex text. notabilem conclusionem, quod ad edictum peremptorium pervenitur.
- 104 Movet difficultatem contra conclusionem ex eo quia text. præsupponit citationem per edicta regulariter valere, cum contrarium sit verius.
- 105 Respondet ad difficultatem, & ostendit text. non probare, quod proxime dictum est.
- 106 Expediit pro hac responsione l. contumacia, infra de re iudicata.
- 107 Agit de corruptiæ litera dict. l. contumacia, & veram literam assignat.
- 108 Tradit auctor novam interpretationem ad dict. l. contumacia.
- 109 Declarat probare text. juxta proximam interpretationem, quod ibi fit mentio citati per edictum, debemus intelligere de eo, de quo nescitur locus certus, in quo degat.
- 110 Tradit, quod ut contra aliquem possit procedere, tanquam contra contumacem, requiritur, quod ter sit citatus per edicta, vel literis iudicis sit revocatus.
- 111 Quamvis ad quemlibet actum iudicalem sufficit unica citatio, quæ semper peremptoria censetur, tamen ut quæ censetur contumax, trina mōditio est necessaria.
- 112 Tradit pro declaratione eorum quæ proximè resoluta sunt, elegantem resolutionem Bart. dict. l. consentaneum n. 7.
- 113 Opponit contra resolutionem Bart. quæ communis est de dicta l. contumacia §. 1.
- 114 Pro concordia distinguit duos casus, primus, quod ut quis dicatur contumax, tres citationes requiruntur.
- 115 Si agatur contra aliquem ad pœnas jure impostas contumaci, semper oportet procedere trinam citationem, alias processu factus tanquam contra contumacem non valebit.
- 116 Refert secundum casum, quando non prætenditur absentem esse contumacem, sed adversus eum proceditur tanquam contra absentem.

- 117 Declarat in hoc casu sequendam esse resolutionem Bart. de qua num. 12.
- 118 Qui non comparet in iudicio non potest dici præsens, nec etiam potest dici contumax, cum trina citatio non præcesserit.
- 119 Refert, quod ut quis censeatur verus contumax, requiritur, ut ultra tres citationes per edicta interponatur quartum edictum, quod appellatur peremptorium.
- 120 Opponit contradictum notabile ex l. tres denunciations, C. quomodo & quando iudex.
- 121 Defendit dictum notabile, & respondet ad primam difficultatem.
- 122 Hoc quartum edictum, quod appellatur peremptorium, non interponitur ex necessitate, sed ex sola benignitate juris.
- 123 Rejicit communem traditionem.
- 124 Assignat aliam responsionem ad dictam l. tres denunciations.
- 125 Contumacia præsentis & non comparentis, magis odiosa est, & minus excusabilis.
- 126 Explicat d. l. contumacia §. 1. infra de re iud.
- 127 Explicat etiam dict. l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex.
- 128 Tradit intellectum ad illa verba dict. l. consentaneum ibi impleta juris solemnitate.
- 129 Explicat etiam dictam l. consentaneum, dum addit, quod si successerit primi iudicis absenti ter citaverit, poterit adversus absentem procedere ad diffinitivam.
- 130 Tres citationes per denunciationem habent vim peremptoriam.
- 131 Explicat text. in l. 2. C. quomodo & quando iudex.
- 132 Declarat, quod observata forma, de qua hic, in his casibus censetur verus contumax, cui deneganda sit appellatio.
- 133 Respondet ad difficultatem motam ex l. & post edictum infra eodem.
- 134 Quartum edictum non interponitur ex necessitate, sed ex benignitate iudicis, & tunc dicitur peremptorium solemnissimum.
- 135 De equitate Canonica post edictum peremptorium alia solet fieri citatio.
- 136 Amplectitur auctor explicationem Duar. lib. 1. disputat. cap. 7.
- 137 De stylo curiæ post peremptorium expectatur citatus per triduum, tam in Regno Portugaliæ, quam Neapolis.
- 138 Verbum citari proprie significat citationem, quæ fit voce præconis.
- 139 Ut procedatur adversus absentem contumacem, debet alia pars accusare absentiam & contumaciam partis absentis, & petere, quod adversus eum procedatur.
- 140 Quando utraque pars est præsens, potest iudex ferre sententiam, illis non petentibus.
- 141 Quando altera pars est absens, oportet quod præsens accuset, & petat contra absentem procedi.
- 142 Si constet, partem non accusasse absentiam absentis, sententia lata adversus absentem erit nulla.
- 143 Item debet iudici constare de contumacia absentis ex actis.
- 144 Si utraque pars sit absens, ita ut non sit, qui possit accusare contumaciam absentis non poterit ferri sententia, imo edictum peremptorium censetur circumductum.
- 145 Si altera pars sit præsens, & tamen non accuset absentiam adversarij, neque petat contra eum procedi ad sententiam, si nihilominus iudex sententiam ferat, non valebit.
- 146 Assignat notabilem limitationem ex Bart. l. si tutor, n. 1. C. interdict. marim.
- 147 Quando absens habetur pro confessio ex dispositione legis seu statuti, non requiritur parvis præsentia,

- neque petitio, quod absens habeatur pro confessio.
- 148 Refert contrariam opinionem contra Bald. limitationem, quam veriorum declarat, & ad argumenta in contrarium adducta respondet.
- 149 Respondet ad rationem Bald.
- 150 Quando dispositio legis seu statuti tendit in favorem alicujus, intelligitur tacita conditio, si ille eo favore voluerit uti.
- 151 Resolvit, quod ut sit locus statuto, de quo Bald. oportet, quod elapso termino, præsens compareat, & accuset contumaciam actoris.
- 152 Declarat, quod unumquodque edictum debet continere intervallum decem dierum, ut absens compareat.
- 153 Terminus positus in edicto censetur peremptorius.
- 154 Ostendit dictam auct. qui semel non innovasse aliquid circa terminos decem dierum in Reo procedit non actore absente.
- 155 Colligit quod in peremptorio debet iudex comminare, quod si absens non compareat, possit ipse de causa cognoscere.
- 156 Tradit ex Paul. Castrens. non esse necessariam illam comminationem, cum in verbo peremptorie includatur.
- 157 Assignat veram resolutionem ad hunc articulum & ostendit, quod quartum edictum ex sua natura continet verbum peremptorie, et si non exprimat.
- 158 In quarto edicto oportet nihilominus fieri prædicta comminatio, & ibi rationem tradit.
- 159 Quando quis citatur ad unum actum, ex quo reditur contumax, non potest adversus eum procedi ad alium diversum actum, nisi id fuerit iudex comminatus.
- 160 Tradit, quod si prima edicta continerent vocationem generalem, etiam ad audiendam sententiam, non esset necessaria prædicta comminatio.
- 161 Colligit ex l. nonnunquam infra eodem in arbitrio iudicis esse moderare numerum edictorum, ita ut possit proponere unum pro tribus.
- 162 Agit de intellectu d. l. nonnunquam.
- 163 Reprobatur opinio illorum, qui tenent quod si unum pro tribus edictis proponatur, debet continere terminum trium edictorum.
- 164 Declarat in terminis juris communis non esse licitum iudici hanc moderationem facere, nisi ex justa causa, vel urgente necessitate.
- 165 Admonet iudices, quod quando prædictam moderationem fecerint semper in ea expriment causam, ne alias tribuant partibus justam causam appellandi.
- 166 Quæ sint justæ causæ moderandi edictum, tradit remissive.
- 167 Declarat, quod ibi unum edictum proponitur pro tribus, debet in eo exprimi verbum peremptorie alias non habebit vim peremptoriam. Cæquipollens.
- 168 Declarat, etiam quod sufficit exprimere verbum
- 169 Tradit remissive esse nonnullos casus, in quibus iudex non potest moderare edicta, neque spatia dierum, quæ debent continere.
- 170 Docet, quod hodie ex consuetudine generali propositio edictorum, & spatium in illis assignandum, est iudici arbitrium, qui ad libitum potest illam mutare, & moderare.
- 171 Nota etiam, quod hodie ex consuetudine generali sufficit unica citatio ad determinationem totius causæ, sive citatio fiat per edictum sive alio modo, & etiam si non sit expressum verbum peremptorie.
- 172 Declarat dictam consuetudinem observari in Regno Neapolitano, & in Regno Francia.
- 173 Item in Regno Portugaliæ.
- 174 Declarat, quod in hoc articulo in Regno Castellæ observatur.
- 175 In Regno Neapolitano omnes causæ sunt summariæ.
- 176 In causis summarijs non requiritur expressio verbi peremptorie.
- 177 Tradit Doctores, qui tenent contrarium in dicto Regno

- Regio Neapolis observari, & unde vera resolutio colligatur remiffive.
- 178 Ostendit in Regno Portugallie unicam tantam citationem sufficere etiamſi verbum peremptorie non exprimitur.
- 179 Item in Curia Romana observatur.
- 180 Advertit, quod dict. Ord. Portug. in hac materia citationis multa innovat contra receptas traditiones juris communis.
- 181 Primum, quod in Regno sufficiat unica citatio ad totam causam, sive pars sit præſens, sive absens in longinquis locis.
- 182 Item quod non est necessarium, quod in citatione exprimitur, quod sit ad totam causam, secus de jure communi.
- 183 Declarat, in quo casu de jure communi tantum admittatur unica citatio ad totam causam.
- 184 Declarat modum, de jure communi procedebatur facta generali citatione.
- 185 Ostendit etiam comminationem, que in communi necessaria erat, rejici per prædictam ordinat.
- 186 Item in alio emendat dict. ord. jus commune, quod admittit prædictam citationem, etiamſi adhuc lis contestata sit.
- 187 In Regno Portugallie etiam lite non contestata proceditur ad sententiam diffinitivam adversus absentem.
- 188 Advertit, prædictas ordinationes esse intelligendas, quando quis fuit citatus personaliter, aliàs illa generalis citatio nihil operabitur.
- 189 Item nec contra absentem procedatur per edita, nisi concurrant ea, de quibus Clement. 1. de Judiciis.
- 190 Tradit stylum Curie Romanæ circa hunc articulum.

Agitur in hoc textu de citatione absentium, quæ sit per dicta sit per edita, quæ jure civili in multis casibus invenitur permissa. Ad declarationem autem materię tria permittenda sunt. Primum regulam esse juris civilis, & Canonici receptissimam, quod si lite nondum contestata actor vel reus non adfuerint in Judicio, non potest perveniri ad sententiam diffinitivam, l. *properandum* §. *et si quidem* C. de Judiciis l. fin. §. *illud* C. de tempor. appellat. Ubi * tamen hoc limitatur in instantia appellationis, in qua una ex partibus præſente, appellatio terminari potest. Prædictam tamen regulam etiam jure Canonico locum obtinere constat ex c. 1. & 2. ut lite non contest. Si * igitur post citatum reum, actor non compareat in Judicio, circumducitur edictum citationis l. *et post editum* §. 1. *infra eodem* & impetrabit reus ut ab ea citatione absolvatur *auth. quod fieri* C. de dilatio. Ord. Portugallie l. 3. tit. 3. in principio, & hodie l. 3. tit. 14. in princ. nova recopilationis & c. 1. de dolo & contumacia l. 6. Quia * impetrata absolutione, perinde habetur, ac si reus nunquam fuisset citatus Bart. l. *et post editum* n. 3. ad medium *inf. eod.* & l. *si finita* §. *Julianus* n. 11. *infra de damno infecto* Jason. §. *pœnales* n. 130. *instit. de actionib.* Purpur. l. *edita* n. 148. C. de edendo notab. Soares de pace in *praxi judiciaria* 2. tom. cap. 3. à num. 7. p. 17. Ad prædictam autem absolutionem faciendam à citatione non est necessarium actorem non comparentem, de novo citare Innocent. cap. *consuluit* n. 1. & ibi Panorm. n. 8. Felin. n. 7. de officio deleg. *Azeved.* l. 5. tit. 3. num. 2. lib. 4. *ordinam.* Utrum * autem Judex actorem non comparentem in termino possit expectare per aliquod temporis spatium? videndus est textus cap. *consulit de officio delegati*, & ibi Decius n. 5. Menoch lib. 2. de *arbitrariis* cap. 45. Si * autem actor non solum citavit reum, sed & contra eum præsentavit libellum, & postea in termino non comparet in Judicio, tunc etiam non potest perveniri

ad sententiam diffinitivam, sed tantum potest petere reus, ut absolvatur ab illa conventione: nam petere quod absolvatur ab instantia, ineptè peteret, cum ante litem contestatam nulla detur instantia ut colligitur ex l. *properandum* §. *et si quidem* C. de Judic. quod tamen hodie immutatum fuit per *auth. qui semel* C. *quomodo* & *quando* Judex, per * quam constituitur, quod si actor post datum libellum se absentavit & citatus per modum ibi prescriptum non compareat, potest reus petere, ut in causa procedatur & in ea sententia diffinitiva feratur, & * sic est casus, in quo jure civili, lite non contestata potest perveniri ad sententiam diffinitivam concordat c. 3. de dolo, & contumac. *ordinatio* lib. 3. tit. 13. §. 1. *hodie* lib. 3. tit. 14. §. 1.

Ad * perfectam autem explicationem illius *auth.* tria consideranda sunt. Primum est, quod licet ut procedatur ad sententiam in ea longe dentur dilationes actori absenti, & non comparenti, ut in ea exprimitur, tamen illæ dilationes consuetudine sunt abrogatæ, & tantum assignantur dilationes arbitrio Judicis, gl. *dict. auth. qui semel verb. per intervalla*, & ibi Bart. n. 14. Item t & secundum considerandum est præcisè necessarium reum petere, ut perveniant ad diffinitivam sententiam, sed in electione rei est, vel petere quod absolvatur à conventionem ut supra diximus vel quod procedatur ad diffinitivam. Nam *dict. auth. qui semel* concedit quidem novum remedium, non autem abrogat remedium jure antiquo concessum, & ita Bart. *auth. quod fieri* C. de dilatio. Paul l. *properandum* §. *et si quidem* in fine C. de judic. Felinus cap. *consuluit* n. 7. de offic. deleg. *ordinatio* Portugallie l. 3. tit. 13. §. 2. *hodie* l. 3. tit. 14. §. 2. *nova recopilationis*.

Præterea * & tertium considerandum est quod *dict. auth. qui semel*, loquitur in actore non comparente in Judicio, & absentante se post datum libellum sed si reus se absentet, lite adhuc non contestata, non poterit procedi ad diffinitivam, etsi actor id petat, sed observabitur regula generalis, quod si reus absentet se ante litem contestatam, non pervenitur ad diffinitivam, & ita gloss. *dict. auth. qui semel, verb. locum*, & ibi Bart. n. 18. Paul. Castrenf. n. 12. Jacobin. l. *properandum* §. *et si quidem* n. 24. C. de Judic. & asserit receptum Curt. Jun. l. *et post editum*, in fine *infra eodem* Boer. l. *consentaneum* n. 29. C. *quomodo* & *quando* Judex. Rationem * autem hujus differentie assignat Pan. cap. 3. n. 15. de dolo & contumacia, ex qua colligitur, gravius puniri contumaciam actoris, quam rei, notat Paul. Castrenf. in l. *et post editum* §. 1. n. 4. & *infra eodem*, quia * actoris contumacia, magis videtur qualificata, Bart. l. *hec conditio* l. *secunda* in fine *infra de conditio*. & *demonst.* Tiraq. l. 1. *retract.* §. 8. gl. 2. n. 12.

Est * tamen advertendum, quod hæc differentia in Hispania non observatur: nam si reus citatus non compareat in Judicio * sive ante datum libellum sive postea, pervenitur contra eum ad sententiam diffinitivam, qui in odium contumacis lex habet litem pro contestata, ut in Regno Castellæ disponit l. 1. tit. 11. l. 4. *ordinamenti*, & in Regno Portugallie *ordinatio* l. 3. tit. 14. & *hodie* l. 3. tit. 15. in principio *nova recopilat.* Quod * & Florentiæ observari asserit Avendanus *tract.* 1. & 2. *decreti*, 1. parte n. 3. ad finem, & * etiam in Camera Imperiali observatur, ut testatur Minsinger in *decisione Camera* & *contumacia* 4. *observatio* 66. & etiam * in Francia Boer. *dict.* l. *consentaneum* n. 33. ad finem C. *quomodo* & *quando* Judex.

Notabis * tamen in hoc articulo eam esse differentiam inter legem Castellæ & Portugaliæ, quod lex Castellæ l. 1. tit. 11. l. 4. *ordinamenti*. reliquit in potestare

potestare actoris, vel petere, quod producat ad diffinitivam sententiam, vel quod procedatur ad primum & secundum decretum: quæ lex ortum videtur habuisse à traditis per Alexand. l. *si finita* §. *Julianus* numer. 96. *infra de damno infecto*, & *Decius* *cons.* 12. numer. 3. & Boer. *dict.* l. *consentaneum* numer. 83. Sed * lex Portugallie *dict.* l. 3. tit. 14. 24 disponit posse procedi ad diffinitivam, negat * autem actori recursum ad primum & secundum decretum, ita ut in eo Regno non sit in usu primum, & secundum decretum, proat neque in causa beneficii illis locus est, c. *unico*, de eo qui mittitur in possessionem causa rei servanda lib. 6.

Procedunt t autem supra tradita, quando actor se absentat ante litem contestatam: nam si post litem contestatam se absentet, dicunt Doctores, distinguenda esse tria tempora. Primum est * jus ff. secundum quod tantum circumducatur edictum peremptorium, non poterat autem perveniri ad sententiam diffinitivam, neque ad liquidationem cause. Quinimo * neque reus absolvebatur ab instantia Judicii, nisi ipso reo petente Judex expressum id concederet, ut colligitur ex l. *post editum* §. 1. *juncta* gloss. *verb. instantia*, *infra eodem*, & * sic conveniebat, quod melioris esset conditio actor contumax quam reus, quia actore contumace post litem contestatam, non poterat contra eum procedi ad liquidationem cause, ad quam tamen poterat procedi, si reus post litem contestatam se absentaret l. *consentaneum* C. *quomodo* & *quando* Judex cap. prout de dolo & contumacia, sed quia hoc videbatur absurdum, quia gravior censetur contumacia actoris, quam rei, ut supra diximus: supervenit jus Codicis, quod t constituit, quod si actor absentaret se à Judicio post litem contestatam, & postquam jam constabat de meritis cause, tunc contra absentem & contumacem perveniretur ad sententiam diffinitivam, aliàs tantum reus absolveretur ab instantia Judicis & actor condemnaretur in expensis l. *properandum* §. *et si quidem* C. de Judic. sed quia per hoc remedium non videretur sufficienter cautum reo supervenit *dict. auth. qui semel*, constituens quod reo petente in hoc casu indistinctè procederetur ad liquidationem cause, & ad ferendam sententiam diffinitivam: nam cum illud disponat quando actor se absentavit post datum libellum, à fortiori idem recipitur, quando se absentavit post litem contestatam ut advertit Paul. Castrenf. *dict.* §. *et si quidem* ad finem, & l. *et post editum* §. 1. numer. 4. *infra eodem* & ibi Curt. Jun. numer. 10. Bart. *dict.* *auth. qui semel* numer. 17. & ibi Paul. numer. 1. Alexand. l. *si finita* §. *Julianus* numer. 93. *infra de damno infecto* Jason d. §. *et si quidem* numer. 13.

Sed * circa hanc resolutionem communiter receptam, imprimis est advertendum, quod dum habet jure ff. actore abiente, tantum circumduci edictum, etiam si actor se absentaverit post litem contestatam, non videtur verum, quia imò eo jure in prædicto casu observabatur idem, quod postea clarius expressum est d. l. *properandum* §. *si quidem*. Neque * repugnat textus l. *et post editum* §. 1. quia licet text. dicat, quod petente reo circumducitur edictum, ac si nulla citatio interveniret ut supra tradidimus, & tradit Tiraq. l. 1. *retract.* §. 8. gloss. 2. numer. 8. tamen si reus magis petat causam determinari observata distinctione d. §. *si quidem*, id obtinebit, ut sentit *dict. l. et post editum* in princ. nam licet textus ille dicat simpliciter, reo

non comparentem circumduci edictum, non tamen negat Judicem posse expectare actorem per aliquod tempus, antequam circumducatur * edictum, ut tradit Decius cap. *consuluit* numer. 5. de offic. deleg. & Menoch. lib. 2. de *arbitr.* calu 45. numer. 2. Et * si replices, ineptè eo casu videri reum petere, ut circumducatur edictum, cum possit uti remedio *dict.* §. *et si quidem*. Respondetur enim primo facile posse contingere, ut utilius sit circumduci edictum, quam uti remedio *dict.* §. *et si quidem*, nam in remedio *dict.* §. *et si quidem*, debet citari actor absens, & ei debet assignari dilatio ad comparendum in Judicio, ut ibi exprimitur, & tamen si petatur circumduci edictum, non est necessaria citatio actoris absentis, & consequenter neque est necessaria dilatio ad comparendum, Innocent. cap. *consuluit*, numer. 1. de offic. delegat. & ibi Panormitan. numer. 9. Felin. numer. 7. Bart. l. *et post editum* ad finem *infra eodem*, & ibi Jacobin. numer. 5. Curt. Jun. numer. 4. Paul. Castrenf. *dict.* §. *et si quidem* n. 4. quam utilitatem in terminis considerat Bart. *auth. qui semel* numer. 13. C. *quomodo* & *quando* Judex, *Ordinatio* Portugallie lib. 3. cap. 14. §. 2. *nova recopilationis*. Adde * & aliam utilitatem, quod ubi circumducitur edictum si postea super eadem causa, iterum procedatur, non est necessaria nova litis contestatio, neque novus processus, cum circumducto edicto citatorio, alia salva permanent, & diversum est, si absolvatur ab instantia Judicii, juxta terminos *dict.* §. *et si quidem*, nam tunc novus processus & nova litis contestatio est necessaria ut tradit gloss. d. l. *et post editum* §. 1. *verb. instantia* *infra eodem*. Paul. Castrenf. l. *Julianus* C. n. 8. *infra de conditio. indeb.*

Item & * secundo circa prædictam communem resolutionem est advertendum, quod cum supra allegati dicunt, quod in terminis d. §. *et si quidem*, si liquebat jam de causa tempore, quo actor se absentavit, ferenda est sententia diffinitiva, & aliàs absolvendus est reus ab instantia Judicii, id ita interpretandum est, quod si quidem actor se absentavit post litem contestatam, & tamen antequam ei assignaretur dilatio ad probandum, procedet d. §. *et si quidem*. Ceterum si se absentavit, postquam ei fuerat concessa dilatio ad probandum, tunc reus non absolvetur ab instantia Judicii, sed est absolvendus diffinitive, etiam si ex parte actoris, nulla sit facta probatio. Nam prout * si actor fuisset præſens, & nihil probaret reus esset diffinitive absolvendus l. *qui accusare* C. de edendo l. *argentarius* §. *cum autem supra se edendo*, gloss. *recepta* *dict. auth. qui semel, verb. locum* in fine, idem recipiendum est, quando actor data dilatione ad probandum, se absentavit, & nihil probavit, neque enim debet esse melioris conditionis contumax, quam obediens, cap. *contingit*, de dolo, contumacia l. *Servius* *infra quod vi aut clam*, tradit Bart. l. *admonendi* numer. 13. *infra de jurejurando*, & asserit receptum Jason. *dict.* §. *et si quidem* numer. 15. Covar. *resolut. libr. 1. capit. 1. numer. 8.* Menoch. de *recup. poss.* primo remedio numer. 179. Quod * procedit, etiam stante nova dispositione *dict. Auth. qui semel*. Nam licet in terminis illius textus: si actor se absentavit, & à fortiori post litem contestatam, possit reus petere, quod cognoscatur de meritis cause, & feratur sententia diffinitiva *dict. auth. qui semel*, tamen dicendum est, quod si petatur, postquam actori fuit assignata dilatio ad probandum, etsi nihil probaverit ex parte sua, tamen venit diffinitive absolvendus, juxta supra tradita, & tamen si actor se absentavit, antequam ei data esset dilatio,

ad probandum, tunc si reus nihil probavit ex parte sua, tantum venit absolvendus ab instantia Judicii, juxta dispositionem *dist. 5. & siquidem*, quæ in his terminis non invenitur correctæ ex mente supra allegatorum, & probat ordinatio *† Portugallia l. b. 3. tit. 14. §. 1. ad finem novæ recopilationis*, quicquid hoc eriam casu reus esse definitive absolvendum teneat Innoc. c. *prout in fine, de dolo & contumacia*, & quicquid opinionem Innocenti in praxi esse receptam dicat Cov. *resolut. lib. 1. c. 1. n. 8. ad finem*, & hæc de actore contumace, & non comparente in Judicio.

Videndum igitur restat, quid dicendum est, quando reus contumax est? Et pro regula constituendum est, quod si reus se absentat ante litem contestatam: non potest adversus eum procedi, ad sententiam diffinitivam, quia licet *dist. Auth. qui semel*, permittat ad sententiam diffinitivam procedi posse, si actor post datum libellum se absentavit, id tamen specialiter inductum est in actore absente, non autem in reo absente, ut supra probavimus, in hoc observanda est regula generalis *cap. 1. ut lite non contestata*. Adversus igitur reum contumacem ante litem contestatam, tantum actor petere potest, ut adversus eum procedatur ad primum, & secundum decretum l. 3. §. *fin. infra de acquirenda possess.* quibus remediis propriè est locus, quando reus & contumax ante litem contestatam, ut tradit Boerius l. *consentaneum numer. 189. post med. C. quomodo & quando Judex*. Circa quod tamen duos casus necessariò distinguendi sunt, nam aut res petitur per actionem personalem, vel per actionem realem. Primo casu jure antiquo per primum decretum actor mittebatur in possessionem omnium bonorum rei contumacis l. *hæres absens §. infra eodem l. cum proponat. C. de bonis auth. judicis* hodie autem tantum pro quantitate debiti, *Authent. & qui jurat. C. de bonis author. Judicis, cap. quoniam frequenter §. in aliis, ut lite non contestata tradit Bart. l. si finita §. Julianus n. 23. infra de damno infecto*. Quod si agatur de Hypothecaria actione, etiam hodie mittetur creditor in possessionem omnium bonorum hypothecatarum, cum verum sit, omnia bona pariter esse hypothecata, & creditor velit esse in possessione omnium bonorum illorum pro securitate sui debiti, *gloss. penultim. l. eum qui C. de procurat. & gloss. dist. Auth. & qui jurat. Bart. l. Fulcinius §. nunc videmus, in fine infra quib. ex causis in possess. caput. Avendani. tract. 1. & 2. decret. 3. parte n. 11. ad finem*.

Est tamen sane adverteendum, quod hoc primum decretum non debet interponi ad simplicem requisitionem creditoris, sed prius debet constare Judici id, quod actor petit, cum effectu ei deberi præmissa lummaria informatione, *gloss. leg. cum proponas C. de bonis authorit. Judicis*, vel saltem interveniente juramento creditoris, *leg. 2. tit. 8. partit. 3.* Quamvis jure communi in hoc articulo variæ essent Doctorum opiniones, ut ibi notat Greg. *verb. à lomenos & Boer. de l. consentaneum n. 36. & Avendani tractatu primi, & secundi decreti 3. parte num. 10.* Item † debet præcedere citatio peremptoria absentis, qua moveatur citatus, quod si non compareat in termino, adversus eum procedetur ad missionem bonorum, *gloss. & Bartol. numer. 3. dist. §. Julianus Panormit. consil. 84. post principiam libr. 2.* Præterea † & contumacia debet constare ex actis publicis, aliàs nec primum decretum, nec omnia alia facta adversus contumacem valdebunt, *leg. hæc autem §. 1. infra quibus ex causis in possessionem caput Bartol. receptus d. §. Julianus numer. 8.* Interposito autem solemniter primo decreto, missus tantum consequebatur per illud, simplicem de-

tentionem bonorum *leg. 3. §. final. infr. de acquiren. 51* possessione, adeo quod nullo cursu temporis conseqetur aliquod jus in prædictis bonis, nisi impetrasset secundum decretum, nam eo impetrato conseqetur possessionem prædictorum bonorum, ut clarè significat *dist. l. 3. §. fin. infra de acquirenda possessione*, & ideo * receptum est, quod quando ratione actionis personalis, sit missio in bona ex primo decreto, quocumque tempore compareat reus contumax & reficiat expensas, liberam recuperabit bonorum suorum possessionem & administrationem, ut clarè probat *capit. quoniam frequenter §. in aliis in fine, ut lite non contestata, & ibi notat Panorm. n. 40. & notab. Boer. dist. l. consentaneum n. 192.* In Regno * autem Castellæ, si missus in possessionem ex primo decreto, sit in detentione bonorum per quatuor menses, ex detentatore efficit possessor, *leg. 6. tit. 8. partit. 3. & ibi notat Gregorius verb. 4.* Quinimò per *leg. 1. tit. 11. libr. 4. ordinamenti* constitutum est, quod si reus contumax in actione personali, & intra mensem refectis expensis non recuperet liberam bonorum administrationem, & possessionem, missus in detentionem illorum ex primo decreto, versus illorum efficitur possessor, ita ut in Regno ad conseqendam veram possessionem prædictorum bonorum, non sit necessarium impetrare secundum decretum, prout jure communi requirebatur d. l. si finita §. Julianus *infra de damno infecto d. l. 3. §. fin. de acquire. posses.* Sed † ipsa lex transacto prædicto tempore tribuit missio vim & eff. cum secundi decreti, & notab. prosequitur Avendani *tractatu 1. & 2. decreti 3. parte num. 9.*

Sed * redeundo ad dispositionem juris communis, cum per primum decretum missus tantum detentionem bonorum acquireret, d. l. 3. §. final. *infra de acquirenda possessione*, ut is efficeretur possessor vel aliquod jus pinguis consequeretur in bonis rei contumacis, debebat actor impetrare secundum * decretum, quod quidem non statim interponebatur post primum, sed aliquo intervallo opus erat, *leg. si finita §. non autem infra damno infecto l. cum proponas in fine C. de bonis auth. Judicis*. Quantum autem * deberet esse hoc intervallum controversum erat apud Doctores? Nam textus capituli *quoniam frequenter §. in aliis in fine ut lite non contestata*. videtur probare, expectandum esse annum, & si in eo reus contumax non compareat, tunc proponer nimiam contumaciam procedetur adversus eum ad secundum decretum, ut ibi expendit Panorm. *num. 36. ad finem Decius cap. consultat. num. 7. de offic. delegati*, sed verius & receptius est id esse Judici arbitratium, juxta regulam l. 1. *infr. de jure deliberandi, ut tenet glo. dist. l. cum proponas Bart. dist. §. Julianus numer. 39.* quamvis si nulla causa urgens aliud suadeat, Judex non debet procedere ad secundum decretum, nisi transacto anno contumaciæ, ut videtur expressum, *dist. §. in aliis in fine, ut ibi expendit Panormit. num. 36. ad finem Decius cap. consultationib. n. 7. de offic. delegati.* Impetrato * autem secundo decreto obtinebit creditor, vel quod bona debitoris contumacis vendantur *dist. l. cum proponas in fine*, vel etiam Judex aliud statuet, quod sibi videbitur magis conducere, vel creditor citius debitorum consequetur, *Bart. dist. §. Julianus nu. 54. Panormit. dist. §. in aliis num. 37. & num. 40. idem cap. contingit num. 10. de dolo, & contumacia Boer. d. l. consentaneum numer. 192.* Quod * secundum decretum etiam in Regno Castellæ utile & necessarium erit, quia licet in eo Regno missus ex primo decreto efficiatur possessor in actione reali, si contumax non purgaverit moram, ut supra diximus, tamen si ulterius prætetendat bona debitoris contumacis vendi

vendi debere, vel aliquid aliud novi fieri, debet id impetrare ad Judicem, & sic secundum decretum ei impetratum est, *leg. 1. tit. 11. libr. 4. ordinam. tradit Avendani in tractatu primi, & secundi decreti 3. parte n. 20.* ad interpositionem autem * illius secundi decreti necessarium est, quando de novo contumax peremptorie citetur *leg. 4. §. si forte infra de damno infecto, Bart. dist. §. Julianus n. 27. & ibi Mich. Ulcurrus n. 128.* Item † quod constat de debito plenius, quam constitit, quando interponitur primum: quia in secundo agitur de majori præjudicio, *Bart. l. Fulcinius §. cum hoc n. 5. infra ex quibus causis in possess. & dist. §. Julianus n. 36. & in specie Greg. l. 6. tit. 11. p. 3. verb. de velo fæzer.*

Et est † notandum, differentiam esse, inter interpositionem primi decreti, & secundi, quod primum interponitur adversus absentem, etiam ex justa causa, quia propter modicum præjudicium, satis est vocatum non comparere, *leg. ignorare C. de test. militum Bart. dist. §. Julianus numer. 30.* quicquid contradicatur Decius *cap. consuluit, numer. 6. de officio delegat.* Sed secundum † non interponitur, nisi adversus latitantem, hoc est turpiter se occultantem in fraudem creditorum, *leg. Fulcinius §. 1. infra quibus ex causis in possessionem caput*, sive de hoc verè constat, sive præsumptivè, ut declarat Bart. *dist. §. Julianus numer. 30.* Si * igitur constat non in fraudem creditorum se occultare, sed ob aliam causam, non poterit adversus eum procedi ad secundum decretum: ut in notabili causa *traidit Panormit. consil. 84. num. 3. libr. 2.* Item * quod interposito primo decreto, non semper devenitur ad secundum: nam si quis citatus ad locum contractus non compareat, poterit quidem adversus eum procedi ad primum decretum, non autem ad secundum, l. *hæres absens §. 1. supra eodem & ibi diximus.* Et hæc de reo absente ante litem contestatam, & convento per actionem personalem.

Si autem reus sit * conventus per actionem realem rei vendicationis: & quidem si ante litem contestatam reus se absentaverit, tunc actor mittetur in possessionem rei petitiæ ex primo decreto, & post annum, si reus non compareat missus ex primo decreto, efficitur possessor, *cap. quoniam frequenter §. in aliis, ut lite non contestata.* In * quo invenitur, quod missus in possessionem, ante annum transactum, non est nullo modo possessor, sed tantum detentator l. 3. §. final. *infra de acquirenda possessione*, & tenent communiter Canonistæ *dist. §. in aliis ut ibi per Panormit. num. 14. & n. 20. & cap. contingit num. 5. de dolo & contumacia*, extollit Romanus *sing. 406. Dec. cap. consultationibus, n. 11. de officio delegati.* Contrariam * tamen opinionem, imò in his terminis missum, statim esse possessorem, revocabiliter tamen, si contumax compareat intra annum: videtur probare textus, *leg. si quis emptiois §. penult. C. de præscript. 30. anno. & est magis communis opinio l. gistarum, ut asserit Decius d. c. cap. consultationibus num. 11. Jason. l. 3. §. final. num. r. 20. infra de acquirenda possess. Alexan. l. si finita §. Julianus numer. 104. & ibi Bolognin. n. 181. infra de damno infecto.* Sed * opinio Canonistarum longè verior est, quam expressè probavit lex *6. tit. 8. partit. 3. & l. 1. tit. 11. libr. 4. ordinamenti, ut latius expendit Avendani in tractatu primi & secundi decreti 3. part. num. 40.* In * quo etiam Regno Castellæ (ut supra diximus) ut missus efficiatur possessor, non requiritur annus, sed jure partitarum sufficiebant sex menses l. 5. cit. 8. partit. 3. & jure novissimo duo menses in convento actione reali, l. 1. tit. 11. libr. 4. ordinam.

Neque repugnat *dist. lex si quis emptiois §. penultim.* quia illi defendendo communem opinionem Canonistarum, eleganter respondet Arcuinus *l. g. 3. §. fin. colum. 3. ad finem infra de acquiren. possessione & Bologn. dist. §. Julianus numer. 181.* quinimò * jure communi non erat nec sarrum. actorem expectare annum. sed & antè poterat impetrare veram possessionem bonorum sibi concedi, quod Judex adhibita causâ cognitione jubere poterat l. 4. §. si forte *infra de damno infecto & supra diximus*, quicquid contrarium tenent *mol. cons. 97. num. 6. Poterat * etiam Judex, si sibi videretur, rem addicere actori, imposito perpetuo silentio contumaci, si id in peremptorio fuisset declaratum, quod compareat ad docendum de jure suo & dominio intra certum tempus, quo transacto amplius super illis non audietur, argum. l. diff. am. C. de ingen. & manum. tradit Bar. d. §. Julia. num. 54. & ibi def. audit Alex. num. 117. & Michael Ulcurrus n. 251. asserit ita esse receptum: quibus adde Pan. d. §. in aliis n. 42. Bar. l. consentan. n. 14. & ibi Boer. n. 189. ad finem. Nam * ut in actione reali secundum decretum interponatur, necessarium est, quod in peremptorio fiat prædicta comminatio, *Imol. consil. 95. n. 5. & videtur text. l. à quo fundus 45. infr. de damno infecto & ibi notat Bart.**

Ex quibus * cavendum est, à gloss. *leg. jubere cavere, supra de jurisdictione omnium judicium* dum tenet, quod in actione reali non est locus secundum decreto, per quod dominium addicatur actori, præterquam in causa damni infecti, vel in causa noxali, quod etiam tenet *gl. dist. §. Julianus & gloss. final. capit. contingat de dolo & contumacia.* Nam ex prædictis constat, verius esse, quod in omnibus causis sit locus secundo decreto, & specialitas in causa damni infecti, & in causa noxali, in eo tantum consistit, quod in illis per secundum decretum conceditur res actori propter solam rei contumaciam, non habita consideratione ad veram rei æstimationem, ut probatur *dist. §. Julian.* sed in aliis causis non adicitur dominium actori, sed tantum imponitur perpetuum silentium parti, ne amplius audiat super dominio, *Bart. dist. §. Julianus numer. 42. Maranta in praxi pag. 289. ante finem, Negusantini de pignor. 2. membr. 3. part. numer. 9.* Item * consistit specialitas in eo, quod in aliis causis oportet, quod in peremptorio fiat comminatio, quod si contumax non compareat, non audietur amplius, super dominio, ut supra diximus, & tamen in illis duabus causis non requiritur ea comminatio, quia ex natura prædictarum actionum semper tacitè videtur contineri ut colligitur ex *dist. §. Julianus.* Denique * in eo consistit prædicta specialitas, quod in illis duabus causis non requiritur latitatio, ut perveniat ad secundum decretum, l. si finita §. si forte & ibi Bar. n. 1. *infra de damno infecto, idem dist. §. Julian. n. 29.* in aliis autem causis requiritur latitatio absentis, ut contra eum perveniat ad secundum decretum; ut dictum est, & tradit Alciatus l. si prius *num. 41. infra de novi operis Bologn. dist. §. Julianus, n. 11.* Et * rationem hujus specialitatis reddit Bart. l. 4. §. prætor ait n. 21. *infr. de damno infecto.* Quinimò, ut vi interponatur primum decretum, conventum rei vendicatione, requiri latitationem, quia videtur agi de magno præjudicio, concedit Bald. *auth. & qui jurat. num. 33. vers. cave C. de bonis auth. Judicis possidendi.* Sed † fallum est, quia ad interponendum primum decretum, nunquam requiritur latitatio, ut resolvit Alexand. *dist. §. Julianus numer. 56. & l. si prius n. 15. infra de novi. per. nunciat. & tenebis † mente in hac materia, quod tam primum quam*

ſecundum decretum cenſetur ſententia interlocutoria l. 2. tit. 8. partit. 3. & ibi notat Gregor. verb. interlocutoria, & idem revocari poteſt per Judicem, antequam ſit perfectè mandata executioni, glo. recepta l. 1. §. final. infra de præſcriptis ſtipulat. tradit

83 Panorm. conſ. 43. colum. fin. lib. 2. & pariter interpoſita ex falla cauſa cenſebitur nulla, juxta regulam, leg. 1. §. hac verba infra ne via fiat ei, & l. cum vtro §. ſubvencum infra de fideicommiſſ. libertatibus, proſequitur Michaël Ulcurrus omninò videndus d. §. Juliano num. 254. Et hæc quando reus conventus per rei vindicationem ſe abſentat ante litem conteſtatam.

84 Si autem poſt litem conteſtatam ſe abſentet, & non compareat in Judicio in termino aſſignato, duo adverſus eum inveniuntur prodita remedia in jure. Primum * eſt, quòd miſſus in poſſeſſionem ſtatim efficiatur poſſeſſor, ita ut neque reus poſtea comparens in Judicio illam recipere poſſit, leg. proſerandum §. ſi autem reus C. de Juſticiis l. conſentaneum C. quomodo & quando Judex, & ibi tradit Bart. n. 14. Paul. num. 7. Innocent. cap. prout num.

85 2. de dolo & contumacia. Quòd procedit etiam quando ſe abſentat, poſtquam lis habetur pro conſtituta ex diſpoſitione legis, leg. ſecunda, C. ubi in rem actio. cap. quoniam frequenter §. in aliis ut lite non conteſtata. Quæ * utique differentia præcipua eſt inter primum decretum interpoſitum adverſus contumacem abſentem, & conventum per actionem perſonalem, vel conventum per actionem realem: nam primo caſu per primum decretum conceditur actori honorum detentatio, etiam ſi reus ſe abſentet poſt litem conteſtatam, leg. 3. §. ſin. infra de acquirend. poſſeſſione. Quæ in his terminis non invenitur correctæ Bartol. leg. conſentaneum num. 14. & ibi Paul. Caſtreus, num. 1. & num. 7. Quòd ſi primum decretum interponatur, contra conventum actione reali, miſſus in poſſeſſionem in prædictis terminis, ſtatim efficitur poſſeſſor, ut ſupra diximus, ac ita actor in primo caſu non faciet fructus ſuos, quos tamen faciet, in ſecundo ut reſolvit Alex. §. Julianus num. 119.

89 Secundum tamen remedium, quòd in prædicto caſu proditum eſt, contra reum contumacem illud eſt: quòd actor petat negotium liquidari, & ſententiam ferri diffinitivam ſuper cauſa principali, ut probat dict. §. ſi autem reus & dict. l. conſentaneum & capit. prout, de dolo & contumacia, ac ita niſus actor hoc remedio, poterit obtinere, ut declaretur dominus rei petite: ut tradit Bald. dict. l. conſentaneum num. 48. Quòd tamen obtinere non poteſt, ſi reus ante litem conteſtatam, ſe abſentaret: neque enim tunc adverſus eum, poſſet procedi ad diffinitivam, ut ſupra diximus. Quòd

90 * ſi actor hoc remedium eligat, & tamen nihil probet, licet reus veniat abſolvendus, l. ſin. C. de rei vend. tamen non abſolvetur diffinitive, ſed tantum ab obſervatione Judicii Innocent. cap. prout in fine dolo & contumacia Kipa l. admonendi numer. 77. infra de jurejurando, & nos ſupra probavimus quicquid * contrarium defendat Hippolytus reſpondens contrariis ſing. 169. & contrarium in praxi eſſe receptum aſſerat Covar. reſol. lib. 1. cap. 1. n. 8. poterunt tamen concordari opiniones, ut per Pacian. de probatio. lib. 1. cap. 67. num. 30. quòd ſi actor plenè probaverit intentionem ſuam, pro eo ferenda eſt ſententia, & utrum tunc reus abſens poſſit rem recuperare explicat Boer. d. l. conſentaneum num. 191.

91 His ita tamen explicatis ulterius præmittendum eſt, quòd ultra citationem generalem, quæ fit ad cauſam principalem requiritur etiam ſpecialis citatio

ad audiendam ſententiam, aded quòd ſi ea non præmiſſa, ſententia pronuncietur propter hunc defectum cenſetur eſſe nulla, leg. prima, §. cum ex edicto infra qua ſententia ſine appellat. reſcid. cap. reſolvit. de offi. deleg. cap. 2. & ibi glo. verb. audiendum de dolo & contumacia, lib. 6. Nec * ſufficit ſimplex citatio ſed requiritur citatio peremptoria Clemen. ſæpe ad finem de verb. ſignif. per locum à ſpeciali, & ibi notat gl. verb. non peremptorie glo. d. cap. conſuluit. verb. termin. & ibi Felin. n. 8. Matheſilan. ſing. 8. Bern. Dias reg. 82. ampliando ut per Vanium de nullitate ex defectu citationis numer. 57. pag. 420. Iſtud * tamen in Regno Portugallæ non eſt neceſſarium, ſufficit enim unica citatio generalis ad totam cauſam, & ex ea valide ſententia proferitur abſque alia ſpeciali citatione, ordinatio lib. 3. tit. 1. §. 13. veteris & nova impreſſionis, quòd & de * ſtylo Curie obſervari in Regno Neapolit. aſſerit Afflictus deciſ. 283. n. 6. de quo inferius latius agemus.

Ultimò * & proprius accedendo, ad materiam iſtius textus præmittendum eſt: quòd ubi perſona eſt certa, & etiam locus ſit certus in quo illa reſideat, citandus eſt perſonaliter, & per literas directas ad Judicem, in cujus territorio degit abſens, ut ſcilicet, eum jubeat citari, Auth. ut nulli iudicium §. ſi quis vero comprehenſorum collat. 9. ordinat. lib. 3. tit. 1. §. nova recopilationis, adeo * quòd ſi quis à principio fuerit perſonaliter citatus ad Judicium & citatus non compareat, & Judex velit procedere ad actus ultiores, non ſufficit, eum ad eos actus citari per edicta, ſed debet ad id perſonaliter citari, alias non valebit citatio, neque conſuetudo contraria illam confirmare aut corroborare poterit, ut tradit Hippolyt. ſing. 260. Regula enim eſt generalis, quòd ubi perſona eſt certa, & certus etiam ſit locus, in quo reſideat, perſonaliter eſt citandus, neque admittitur citatio per edicta, Oldradus conſil. 43. num. 7. Felinus c. cognoſcentes num. 8. de conſtitut. Faſ. conſ. 86. num. 12. in fine lib. 3. Boer. dict. l. conſentaneum num. 52. Menoch. de recuperand. poſſeſſione num. III. Soar. à Paz. in praxi 2. tom. pag. 15. n. 10. & n. 11. tantum * igitur citatio per edictum admittitur, quando perſona citanda eſt incerta, leg. ſi eo tempore C. de remiſſio pignor. vel etiam, quando locus, in quo reſidet, ſi incertus, cap. qua in princ. de clericis non reſident. & ibi Panormit. num. 4. Oldrad. conſil. 43. numer. 6. vel * quando locus, in quo degit citandus, non eſt tutus citanti, vel miſſus ab eo, vel etiam non vult ſui copiam facere, ut citari poſſit, Clem. 1. de Judic. Bar. in extravag. ad reprimendum verb. per edictum, n. 2. & 3. Boer. dict. l. conſentaneum n. 49. & proſequuntur Jacobin. hic n. & Curt. Jun. num. 10. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 8. nu. 113. ubi multas alias aſſignat limitationes.

His ita præmiſſis * ex littera hujus textus colligenda eſt notabilis conſuſio quòd ad edictum peremptorium pervenitur modo hic expreſſo, eſt * tamen advertendum, textum iſtum præſupponere regulariter quem citari poſſe per edictum, & valere huiusmodi citationem, ita ut comparens cenſetur eſſe contumax, quòd tamen verum eſſe non poteſt, cum citatio per edicta regulariter ſit prohibita, & idem non valet, niſi in certis caſibus ſupra expreſſis. Sed reſpondendum * eſt, textum iſtum non probare, quòd ſemper valeat citatio per edictum, ſed poſius, quòd in illis caſibus quibus permittit fieri citationem per edicta, quos congerit Marant. in praxi 6. p. tit. de citatio. à num. 93. pag. 372. & Menoch. de recuperand. poſſeſſ. 8. remedio à num. 114. quòd in illis debet procedi modo hic expreſſo.

106 Primò ad quòd expendo textum t leg. contumacia infra de re judicata, dum deſinit, contumacem eſſe, qui tribus modis edictis evocatus, vel uno pro tribus modis edictis evocatus, præſentiam ſui

107 facere contemnit, cujus quidem litera * videtur corrupta, & debet ita emendari (vel uno pro tribus, vel literis evocatus) ut colligitur ex Paul. Jureconſ. l. 5. recepta. ſententiarum tit. 5. & expreſſè admonet Cujat. l. 17. obſervat cap. 30. ſecundum hanc litteram idem Cujat. in notis ad Paul. Jureconſ. d. l. 5. receptarum ſententiarum cap. 5. ita exponit verb. dict. l. contumacia, ut abſens edictis videatur vocatus, quando literæ Judicis ad citandum dirigitur, Revardus autem lib. ſing. pro tribunali cap. 3. exponit quòd quis dicatur literis evocatus, quando ab eſt à Roma. Cæterum ſi Romæ ſit, & tamen latitet, neque ſui copiam, faciat, tunc edictis ſit evocandus.

108 Ego autem t interpretor in dict. l. contumacia §. 1. duos aſſignari modos, quibus abſentes evocati, & non comparentes, reputantur contumaces. Primus eſt, quando evocatur ille, qui eſt abſens, & ignoratur locus certus, in quo reſideat. Nam ſi his tribus edictis ſit evocatus vel uno pro tribus (quod peremptorium dicitur) ſi non compareat in iudicio contumax cenſebitur, vel ſi ſciatur locus certus in quo reſideat, tunc ſi literis evocatus directis ad Judicem, in cujus territorio degit abſens, auth. ut nulli iudicium §. ſi quis vero comprehenſorum collat. 9. non compareat in iudicio, is etiam contumax reputabitur, & juxta interpretationem probabit textus, quòd * ubi ſit mentio citati per edicta, debemus intelligere de eo, de quo neſcitur locus certus, in quo degat: nam alias non per edicta, ſed per literas Judicis eſt evocandus.

109 Quamobrem * aptius ex iſto noſtro textu colligitur, quòd ut contra aliquem poſſit procedi tanquam contra contumacem, requiritur, quòd ter ſit citatus per edicta, vel literis Judicis ſit evocatus: concordat l. contumacia §. 1. infra de re jud. & l. proſerandum §. eſt quidem C. de judic. & l. conſentaneum C. quomodo & quando Judex, tradit Plotus conſ. 3. n. 19. lib. 2. criminal. Quamvis t igitur ad quemlibet actum judicialem ſufficiat unica citatio, quæ ſemper peremptoria cenſetur l. final. ſupra de ſi quando C. de teſtib. Alexand. l. de unoquoque §. 1. numer. 2. infra de re judic. tamen ut quis cenſetur contumax; & ut tanquam contra contumacem procedi poſſit, trina citatio eſt neceſſaria: Invenio tamen * quòd Bart. d. l. conſentaneum n. 7. magiſtraliter reſolvit quòd ubi quis citatur ad audiendam ſententiam diffinitivam, vel interlocutoriam reſpicientem primum & ſecundum decretum, vel etiam ad audiendam aliquam interlocutoriam, quæ ſerè exhauriat vires negotii principalis, trina requiritur citatio, & in his terminis accipienda ſunt jura ſupra citata: ſi verò citetur ad actum non ita præjudicalem, ut ſi citetur ad videndam jurare teſtes vel ad eorum publicationem unica ſufficiet citatio l. ſi quando C. de teſtib. ſubſcribitur Boerius d. l. conſentaneum num. 114. Jacob. hic, n. 4. & Curt. Jun. num. 8. Paul. Caſtr. l. 2. n. 4. C. quomodo, & quando Judex, Matheſ. ſing. 132. & aſſerit receptum Alexand. l. de unoquoque §. 1. numer. 2. infra de re judicata & Socin. conſ. 10. numer. 8. libr. 4.

110 Cæterum huic communi * reſolutioni nimis videtur obſtare d. l. contumacia §. 1. dum generaliter requirit trina citationem ut quis dicatur contumax, notat Panor. conſ. 84. n. 1. l. 1. Ergo cum antea non reputetur contumax eo abſente, mihi determinari poteſt, l. de unoquoque in princ. infra de re judicata.

111 re jud. Pro concordia * dicendum eſt, in hac materia duos caſus eſſe diſtinguendos. Primus eſt, quot citationes requirantur, ut quis dicatur contumax, & in eo dicendum eſt tres citationes requiri, juxta tex. & d. l. contumacia §. 1. Si igitur procedatur contra aliquem tanquam contra contumacem ad poenas jure impoſitas contumaci, de quibus agit Marant. in praxi tit. de contumacia à n. 9. p. 387. ſemper oportet præcedere trinam citationem, alias proceſſus factus tanquam contra contumacem non valebit Panorm. conſ. 84. n. 1. l. 2. & c. quoniam frequenter §. in aliis n. 45. ut lite non conteſtat. poſt. Bart. dict. l. conſentaneum n. 5. & l. proponas n. 3. C. de bon. auct. judic. Secundus caſus, eſt quando non præſentitur, abſentem eſſe contumacem, ſed adverſus eum præſentitur, tanquam contra abſentem, & non comparentem in iudicio: licet contumax factus non ſit, juxta l. ignorare C. de reſtit. mili. & tunc tenenda eſt Bart. reſolutio ſupra relata, ut ſi agatur de actu multum præjudiciali, ſufficiat unica citatio, licet propriè non cenſetur contumax. l. ſi quando C. de teſtib. Si verò agatur de actu nimis præjudiciali, neceſſaria ſit trina citatio, quia ad hunc actum non poteſt procedi, niſi adverſus præſentem vel contumacem, qui pro præſente habetur leg. de unoquoque infra de re judicata, qui * autem non comparet in iudicio, non poteſt dici præſens, neque etiam poteſt dici contumax, cum tripla citatio non præceſſerit, & ita colligitur ex Bart. leg. ſi finita §. Julianus n. 9. infra de damno in ſectio, quicquid involvat Dec. cap. conſuluit. n. 9. officio del. gati.

112 Ulterius * ex iſto text. juncta l. ſeq. colligendum eſt, quòd ut quis cenſetur, verus contumax, & ut contra eum procedi poſſit tanquam contra verum contumacem, non ſolum requiritur, quòd ter ſit citatus per edicta, ſed etiam quòd poſt trinam citationem interponatur quartum edictum, quòd appellatur peremptorium: quia non patitur contumacem tergiverſari: notat Bart. d. l. conſentaneum n. 122. Sed * adverſus hoc notabile urget lex tres denunciations C. quomodo & quando Judex, quæ probat tres denunciations habere vim peremptorii ut etiam inſinuat l. contumacia §. 1. infra de re judicata. Item urget in contrarium l. & poſt edictum in princip. inf. eod. tit. & poſt edictum per emptorium requiritur aliud edictum & ſic quintum, notat Bart. l. ſi finita §. Julian. n. 20. inf. de damno inſectio.

113 Sed defendendo * noſtrum notab. ad primam diſſicultatem reſpondetur, quòd ut contrahatur vera contumacia ultra tres citationes, requiritur edictum peremptorium. Interveniuntibus autem tribus citationibus tantum, contracta quidem videtur contumacia non vera ſed ficta, inducta per diſpoſitionem legis, quæ licet habeat vim peremptorii, regulariter tamen quoad aliqua minus operatur, quam vera, ut infra dicemus. Et ita reſpondent Paul. Caſtreus, & Jacob. hic in princip. Curt. Jun. n. 1. Alexand. l. contumacia n. 16. inf. de re judicata, quibus adde Paul. Caſtr. l. 2. n. 3. C. quomodo & quando Judex, ex qua reſponſione neceſſariò inferitur, hoc quartum, quòd appellatur peremptorium, non interponi ex neceſſitate, ſed ex ſola benignitate juris, cum ſola tres denunciations eundem effectum habeant, & ita Salycetus dict. l. tres denunciations in principio Curt. Jun. hic n. 6. Alexand. l. ſi finita §. Julian. n. 22. ad finem inf. de damno inſectio, ubi vide Ulcurrus n. 48. & n. 70. Boer. dict. l. conſentaneum n. 64. & latius comprobatur Boerius cap. quoniam contra n. 144. de probat. Ubi etiam novam addit explicationem, ſed non placet hæc communis traditio, quia imò cum per ſolas tres citationes inducatur ficta contumacia, quæ multum diſfert à vera, juxta notata

22 Secundò * principaliter ex isto textu inferitur, conclusionem hujus textus procedere, etiam si de injustitia sententia constet manifeste ex actis, vel incontinenti ostendi possit: quia adhuc militat ratio supra assignata. Et patet ex eo, quod si licet sententia sit lata contra jus, & is error non sit expressus in sententia, valet sententia, & transit in rem judicatam, si ab ea non appelletur, l. preses infra de re judicata, & ibi notat Alexand. numer. 2. Jason. numer. 1. Ergò a fortiori debet valere, & transire in rem judicatam, etiam si ex actis possit constare eam fuisse latam contra jus partis, & in specie probat leg. non videtur 4. C. de muner. patrimon. libr. 10. & tenet Afflic. decis. 28. num. 8. & decis. 39. num. 7. asserens ita fuisse judicatum.

24 Sed adversus * hanc illationem nimis videtur urgere cap. inter ceteras, de re judicata. Quod videtur probare, quod si constet ex actis de notoria injustitia sententia, talis sententia censetur nulla, quia idem est, injustitiam exprimi in sententia, vel illam posse colligi ex actis, ut ibi notat Pan. n. 10. & latius Fel. n. 10. & esse magis receptum asserit idem Feli. cap. quoniam contra n. 26. & ibi Decius n. 26. de probationibus. Guilielmus cap. Raynutius. verbo mortuo itaque el. 1. num. 211. Horolcius leg. si feriat n. 3. supra de feriis, & plures quos refert Vantius de nullitate ex defectu processus numer. 127. pag. 529. Antonius Gabr. libr. 2. munium tit. de sententia conclusio 10. in principio, & secundum istam opinio-

nem consuluit Alexand. consil. 77. num. 3. lib. 3. Socin. consil. 134. numer. 1. libr. 1. Roland. consil. 6. d. numer. 36. libr. 3. Ergò executor debet cognoscere de nullitate sententia exequendæ, ut statim dicemus.

Sed his * non obstantibus nostra illatio verior est ex supra traditis. Nec obstat cap. inter ceteras, de re judicata, quia si bene advertas, textus ille proponit casum, quando committitur cognitio causæ cum clausula (appellatio remota) & distinguit duos casus. Primus est, quando sententia iniqua est evacuanda, scilicet per superiorem ad quem habetur recursus mediante appellatione. Quod ego * ita interpretor, quod non obstante clausula (appellatio remota) tamen à sententia ini- qua appellari possit, quamvis tunc appellatio tantum opereur effectum devolutivum, non autem suspensivum, propter predictam clausulam, cap. pastoralis, junctis ibi traditis per Panormitan. num. 15. de appellat. Secundus * casus est, quando sententia continet manifesti antiquitatem, & in isto casu dicit dist. cap. inter ceteras in fine, quod illi sententia non est standum. Quod * ego ita interpretor, ut non obstante clausula (appellatio remota) appellatio in hoc casu * inducat etiam effectum suspensivum, quia prædicta clausula non censetur excludere appellationem, quæ interponitur à manifesto gravamine, gloss. recepta cap. ex conquestione spoliat, & in terminis Panormitan. cap. pastoralis in principio num. 14. de appellat. & juxta * hanc interpretationem retorquetur dist. cap. inter ceteras, adversus communem sententiam: sentit enim, quod * licet sententia sit notorie injusta, tamen mero jure valet, & necessaria est appellatio, ut etiam probat leg. non videtur 4. C. de muner. patrimonialibus libr. 10. Quod * igitur injustitia sit manifesta, illum tantum operatur effectum, ut appellatio habeat effectum suspensivum, non obstante clausula (appellatio remota) ut dictum est. Tantum igitur * communis opinio admitti poterit, quando ex sententia injusta resultat error intolerabilis: nam tunc sententia censetur nulla ipso jure, cap. cum contingat. de offic. delegati cap. per tuas, de sententia excommunic. cap. solet & cap. venerabilis §. penultim. de sententia excommun. in 6. & quando * dicatur error intolerabilis, explicat Innocent. cap. cum nostris numer. 2. de concess. præbend.

Ex his cavendum * est à concordia, quam inter predictas opiniones assignat Anton. Gabr. libr. 2. tit. de sententia conclus. 10. num. 4. quod sententia continens manifestam iniquitatem, tunc demum censetur nulla, quando ea iniquitas fuerit expressa in ipsa sententia, allegat Clement. pastoralis §. Pisana infra de re judicata. Nam si de iniquitate tantum ex actis constare potest, sententia mero jure valebit, & necessaria erit appellatio, prout & valet sententia lata contra jus, si error in ea non fuerit expressus, quantumcumque ex actis de eo possit constare, leg. preses infra de re judicata, & supra diximus.

Verius enim est, quod * etsi ex ipsa sententia constare possit de iniquitate, tamen mero jure valebit, & transibit in rem judicatam, si ab ea non appelletur, ut supra probavimus. Et patet ex eo, quod * in hac materia jura distinguunt inter sententiam latam contra legem, vel contra jus partis leg. 1. §. 1. infra qua sententia sine appellat. rescind. leg. servo invito §. cum prætor infra ad Trebellian. cap. cum inter, de re judicata, quæ differentia verò non esset, nisi intelligamus sententiam latam contra jus partis valere, licet de iniquitate const-

- tra absentem fuiſſe latam per falſos teſtes ſcienter productos.
- 27 Ex eo ſolum, quod ſententia lata fuiſſet propter falſos teſtes, venit reſcindenda per reſtitutionem in integrum.
- 28 Reſpondet ad ſecundam rationem.
- 29 Contumacia, quæ non eſt ordinata ad caſum, quo actor per falſos teſtes ſcienter productos falſo probavit intentionem ſuam, quoad hunc caſum contumacia non nocebit.
- 30 In jure ſæpius invenitur expreſſum, contumacem melioris conditionis in hoc caſu.
- 31 Refert particularem rationem, quare abſens ſit melioris conditionis in hoc caſu.
- 32 Abſens habetur pro preſente mediante præſentia Judicis, qui abſentis vicem ſupplet.
- 33 Si debitor ante pendentiã litis aliquid alienet in fraudem creditorum, & emptor fraudem participaverit, neceſſaria eſt actio reſciſſoria ad revocandam alienationem.
- 34 Si jam pendente lite fiat alienatio in tertium participem fraudis, non eſt neceſſaria revocatoria, ſed directio contra emptorem participem fraudis fiet executio.
- 35 Tradit rationem hujus proxima concluſionis, quia hoc caſu per alienationem offenditur autoritas Judicis, qui de caſu cognoſcebat.
- 36 In beneficiis ſpuliatus petens reſtitutionem, debet probare, ſe cum titulo colorato, ſaltem beneficium poſſeſſiſſe.
- 37 Quando in beneficiis agitur remedio attentatorum, reſtituetur ſpuliatus etiam non colorato titulo, quia tunc Judicis autoritas principaliter videtur læſa.
- 38 Tradit, quod ſi in ſpecie hujus textus non probetur per dolum actoris illos teſtes fuiſſe productos ſententia mero jure valebit, ita ut ad eam reſcindendam neceſſaria ſit reſtitutio, & conſequenter executor de ea non poterit cognoſcere.
- 39 De dolo debet conſtare per claras probationes, neque ſufficit ſi per præſumptiones probetur.
- 40 Examinat id quod Doctores tradunt, quod ceſſante dolo actoris propter ſolos falſos teſtes, debeat reſcindi ſententia, & ad id adducit Fulgoſ. contra tenentem & ejus fundamenta.
- 41 Læſo culpa ſua non conceditur reſtitutio.
- 42 Contumaci denegatur remedium appellandi.
- 43 Amplectitur opinionem numer. 38. & ad argumenta Fulgoſ. reſpondet.
- 44 Reſpondet ad primam rationem Fulgoſ.
- 45 Culpa quæ non eſt ordinata ad caſum, non ſolet nocere.
- 46 Reſpondet ad ſecundam rationem Fulgoſ.
- 47 Qui appellat, in effectu allegat, Judicem à quo judicaffe iniquè & injuſtè, quam allegationem juri prohibet admitti in punitionem contumacia partis.
- 48 Declarat, quod ut primus caſus in text. expreſſus locum habeat, tria copulativè requiruntur, ſcilicet, quod ſententia feratur contra abſentem, ſecundò quod teſtes ſunt falſi. Tertio quod ſcienter, & ſic per dolum fuerunt producti.
- 49 Si Actor nil falſum allegavit, nec probavit, ſed tantum omiſit allegare eam, quæ reo abſenti ſciebat prodèſſe, ſententia val. bit mero jure, & abſenti contra eam reſtitutio non conceditur.
- 50 Aliud eſt aliquid falſum allegare & probare, vel aliquid omiſſere, quod ſciebat pro contumacia facere.
- 51 In tacente dolum hoc caſu conſiderari non poteſt.
- 52 Nemo tenetur contra ſe allegare.
- 53 Qui utitur legis permiſſione, non poteſt videri dolum commiſiſſe.
- 54 Rejicit conſiderationem Jacobini hic n. 6.
- 55 Examinat capit. ſi duobus, de appellat.

- 56 Teſtis non poteſt tacere veritatem, quam ſcit, aliàs punietur de falſo.
- 57 Judex tenetur inquirere veritatem, & eam propalare, & idèd non obſtante ſcandalo, vel alia quacumq; caſu, ſemper veritas debet apud eum prævalere.
- 58 Pars non tenetur propalare veritatem in ſui præjudicium.
- 59 Si pars ſciuit, juridiſtinctionem judici eo caſu non competere, & tacuit, valebit quidem proceſſus, & ſententia contumacia punitiva: ſententia verò lata ſuper caſu principali non valebit, tanquam lata per Judicem incompetentem.
- 60 Si in ipſo Judice detur ſententia defectus juridiſtinctionis, non valebit ſententia etiam contumacia punitiva.
- 61 Idem erit ſi Judex dubitet de ſua juridiſtinctione.
- 62 Assignat rationem, quare in hac ſpecie hujus text. executor poteſt cognoſcere de ſententia.
- 63 Declarat, quod Judex executor poteſt cognoſcere de caſu nullitatis per viam informationis, & tamen non poteſt pronunciare, ſententiam eſſe nullam, ſed hanc pronuntiationem debet remittere ad Judicem, qui tulit ſententiam, ſecus ſi nullitas colligitur ex ipſo tenore ſententia.
- 64 Reſolvit, quod Judex executor poterit etiam cognoſcere de exceptione, quod abſens fuit tanquam contumax condemnatus, cum tamen eo tempore eſſet infirmus, vel abeſſet caſu Republica bis enim caſibus ſententia erit ipſo jure nulla.
- 65 Argumentatur contra proximam concluſionem ex leg. quia abſente C. de procuratoribus.
- 66 Argumentatur item, quod ſententia lata contra infirmum mero jure valet.
- 67 Adducit ad reſolutionem difficultatum communem reſolutionem gl. in dict. l. queſitum verb. judicata, ubi diſtinguit, quando Judex ſciuit impedimentum, & quando ignoravit.
- 68 Tradit prædictam reſolutionem approbaſſe Ord. Portugalia lib. 3. tit. 9. §. 10.
- 69 Adducit argumentum Fulgoſ. hic n. 8. contra dictam communem.
- 70 Ad deſenſionem communis opinionis duos caſus diſtinguit.
- 71 Primus, quod aut Judex ſcit impedimentum, & tamen illud coram allegator, nec impedimenti exceptio opponitur, & tunc ſine ſcrupulo procedit.
- 72 Secundus, quod exceptio ſit oppoſita per deſenſorem, & nihilominus Judex eum rejicit tacitè vel expreſſè, & eſt neceſſaria appellatio, aliàs inducitur l. liberti §. ſin. ſupra de negot. geſt.
- 73 Impugnat dictam communem reſolutionem, alio fundamento ultra tradita à Fulgoſ.
- 74 Refert in hac materia reſolutionem Bart. l. ſin. n. 10. ſupra de in integrum reſtit.
- 75 Rejicit prædictam reſolutionem Bart. & ponderat textum in præſenti.
- 76 Refert ad reſolutionem materie conſiderationem. Angeli loco ibi relato, ubi diſtinguit inter abſentem ex caſu voluntaria, vel probabili, & de abſenti ex caſu probabili ſimul & neceſſaria.
- 77 Reſtat proximan traditionem Angeli, & oſtendit ſubſiſtere non poſſe.
- 78 Ad veram reſolutionem difficultatis ponderat text. hunc relatum ad principium legis, & in quo caſu loquatur declarat.
- 79 Quando prætor probabiliter poterit ignorare impedimentum abſentis, regulariter mero jure valet ſententia.
- 80 Declarat, ſpecialè eſſe in eo, qui eſt abſens caſu Republic. vel etiam infirmus, ut ſi vocati per edita non comparuerint, etiamſi Judex ignoraverit impedimentum, ſententia ſit ipſo jure nulla.
- 81 Citatus per edita non poteſt venire contra ſententiam

- 82 Si citatus per edita probet, ante latam ſententiam Judicem ſciuiſſe prædictam citationem ad citati notitiam non perveniſſe, tunc ſententia ipſo jure non valebit.
- 83 Si abſens caſu Reipub. vel infirmitatis probaverit citationem per edita, nunquam perveniſſe ad ejus notitiam, & idèd non comparuiſſet, ſententia cenſebitur nulla.
- 84 Declarat, quod extra hoc caſus ſpecialis ſententia valebit mero jure, & ad eam reſcindendam neceſſaria eſt reſtitutio in integrum.
- 85 Tradit prædictos caſus æquiparare leg. 10. tit. 3. part. 3.
- 86 Tradit declarationes ad alternativam hujus text.
- 87 Si Judex ſciuit impedimentum, ſententia eſt nulla, & ſic ex eo tanquam nulla non datur actio judicati.
- 88 Si Judex ignoravit impedimentum, valebit ſententia mero jure, & tamen executioni non mandabitur impetrata ſcilicet adverſus eam reſtitutione in integrum.
- 89 Tradit ex Bart. quod non ſolum executio ſententia impeditur, quando principaliter petitur reſtitutio adverſus ſententiam, ſed etiam quando de ea opponitur per viam exceptionis.
- 90 Rejicit prædictam exceptionem.
- 91 Explicat ſecundo loco ex mente Bart. & aliorum Doctorum, quos refert textum hunc inſinuare duos modos diverſos, quibus ſententia mandantur executioni.
- 92 Refert primum modum, quando ſcilicet intentatur actio judicati, quæ in factum dicitur.
- 93 Refert ſecundum, quando ſcilicet imploratur officium Judicis, qui tulit ſententiam.
- 94 Viſtor actionem judicati poteſt ubique intentare.
- 95 Officium Judicis non poteſt improbari, niſi coram Judice, qui tulit ſententiam, vel coram alio, cum literis tamen requiſitoriis Judicis, qui tulit ſententiam.
- 96 Quando imploratur officium Judicis, non eſt dandus libellus, nec lis conteſtanda, ſed proceditur via executiva, nec admittuntur exceptiones altiorum requirentes indaginem.
- 97 Quando intentatur actio judicati ordinariè proceditur, & non executivè.
- 98 Contra actionem judicati non poſſunt opponi exceptiones peremptoria, vel alia, quæ prohibentur opponi poſt ſententiam.
- 99 Allegat Soares loco hic relato, qui tenet in actione judicati procedendum eſſe via executiva, quem tamen reprobat.
- 100 Reſpondet ad fundamenta Soares.
- 101 Refert concordiam ad has opiniones.
- 102 Declarat, quomodo ſit interpretanda alternativa, de qua in text.
- 103 Rejicit prædictam communem explicationem.
- 104 Assignat veram interpretationem noſtri text. & queſtionem circa alternativam determinat.

AD explicationem * hujus textus præmittendum eſt, ſolitos fuiſſe Jureconſultos, ad libros aliorum Jureconſultorum notas addere, per quas vel eos reprehendebant, vel declarabant vel limitabant leg. i. §. ſed neque C. de veteri jure enucleando, traſcit Antonius Auguſtin. lib. emendation. c. 6.

Quare * dictum Juliani relatum in principio hujus legis Marcellus, & Paulus Jureconſulti per ſuas notas limitarunt, ut ejus generalitas locum non haberet in caſibus in hoc §. expreſſis, ut eſt de mente gl. hic verb. Marcellus & verb. Paulus, ad quarum ta-

men limitationum explicationem, advertendum eſt, quod cum hæc exceptiones ſiant à regula generali * poſita in principio hujus legis, ſcilicet quod executor non poteſt cognoſcere de injuſtitia ſententiæ, & exceptio debeat eſſe † de regula, Dynus in rub. de reg. juris in 6. ut exceptiones videantur de regula, intelligendum videtur in illis executorè poſſe cognoſcere de injuſtitia ſententiæ principalis: unde conſequi videtur, quod in caſibus hic expreſſis ſententia non eſt nulla, ſed injuſta & advertit Decius cap. cum venerabilis n. 32. de exceptio. & cap. licet caſum n. 21. de probat.

Sed falſa eſt * hæc collectio: nam in nullo caſu executor cognoſcere poteſt de iniquitate ſententiæ principalis, ut probavimus in principio legis. Magis ergo dicendum eſt, idèd admitti hoc caſu exceptionem, quia per illam conſtat ſententiam eſſe nullam, & executor licèt non poſſit admittere exceptionem, quæ arguat injuſtitiam ſententiæ, admittet tamen eam, quæ arguat illius nullitatem, gl. 1. cap. paſtoralis §. quia vero, de officio delegati, & in terminis admittit Docinus leg. qui agnitis, num. 11. infra de exceptionibus. Quod tamen ita * explicandum eſt, ut executor poſſit admittere querelam condemnati, quando allegat ſententiam eſſe nullam, ut probat is textus in principio, ſcilicet quoad actum, ut ſe informet, & ſuperſedeat in executione, non autem quoad effectum, ut pronunciare poſſit, ſententiam eſſe nullam eſſe: nam hoc debet remittere ad Judicem, qui tulit ſententiam, ut ſentit is textus in fine & declarat Panormitan. dict. §. quia vero num. 3. poſt medium. Bart. l. à Divo Pio, in principio num. 9. & ibi Alexan. num. 11. infra de re judicata, & nos diximus in principio hujus legis, quicquid aliter explicet Angelus repet. leg. qui Romæ §. duo fratres, num. 4. ad finem, infra de verborum oblig. & ſtatim latius dicimus, ita hæc differentia ſit † inter exceptionem, quod ſententia ſit nulla, vel ſit injuſta: nam primam admittere poteſt executor, declarando, ut ſupra: ſecundam autem admittere nullo † modo debet. Neque is textus facit pro opinione Decii, quia eſt advertendum, quod Julianus in principio legis non dicat, executorem non poſſe cognoſcere de iniquitate ſententiæ principalis, ut malè intellexit gloſſ. hic verbo cognoſcere, ſed generaliter dixerat, non poſſe cognoſcere de ſententia principalis: quæ verba generalia videntur importare, ut neque de injuſtitia, neque de nullitate ſententiæ, poſſit cognoſcere. Hanc igitur generalitatem notantes Marcellus & Paulus Jureconſulti adderunt in hoc §. duos caſus, in quibus de ſententia principali executor poſſit cognoſcere, quia licèt in illis ſententia cenſetur eſſe nulla: & ſic in effectu volunt, quod generalitas dicti Juliani, quod executor non poſſit cognoſcere de ſententia, procedat reſpectu injuſtiæ: nam utique de ejus nullitate cognoſcere poterit declarando, ut ſupra, & ita in effectu Ang. rep. l. qui Romæ §. duo fratres, n. 4. infra de verborum obligat.

Ex † qua explicatione facile tollitur inductio Decii ſupra relata: nam procederet, ſi Julianus dixiſſet, executorem non poſſe cognoſcere de injuſtitia ſententiæ principalis, ſed cum ipſe verbis generalibus uſus magis intellexerit, executorem de ſententia principali cognoſcere generaliter non poſſe, limitationes poſitæ in hoc §. fatiſ videntur eſſe de regula generali, quantumcunque in illis dicamus, ſententiam fuiſſe nullam.

Inferitur etiam annotatio † ad gloſſam in principio hujus legis verbo, cognoſcere, dum exponit dictum Juliani, quod executor non poſſit cognoſcere de injuſtitia ſententiæ principalis, quam ex præ-

dictis dicendum est, hanc non fuisse mentem Juliani: sed potius generaliter voluisse, de sententia principali cognoscere non posse, & tamen ejus dictum generale, propter notas Marcelli, & Pauli in effectu reduci ad expositionem glossæ.

112 Quibus ita præmissis ex isto textu colligendum est, executorem eam debere admittere exceptionem: quod sententia fuerit lata per falsas probationes, scienter factas, & sic dolose concordat leg. 33. tit. 14. part. 5. & ibi notat Gregor. verb. *allegationes*, & tradit idem Gregorius l. 1. tit. 26. part. 3. in verb. *se pcedo*.

123 Sed obstat huic conclusioni l. *divus in fine infra de re judicata*, ubi sententia lata per falsos testes, & pecunia corruptos, valet mero jure, & ad eam rescindendam necessaria est restitutio in integrum, ut ibi notat Jason. num. 30. & probat l. 1. tit. 26. part. 3.

134 Ergo de hac exceptione, executor cognoscere non potest juxta supra tradita. Et * quia idem executor non potest cognoscere de injustitia sententiæ, quia æqualis non potest infringere factum parisi l. nam Magistratus supra de receptis arbitrariis, Bartol. receptus l. à Divo Pio in principio num. 9. de re judicata, quæ ratio pariter militat, quando petitur restitutio, adversus sententiam parisi.

135 Neque * enim par potest concedere restitutionem adversus factum parisi, Albericus l. in causa la secunda §. fin. post principium, supra de minoribus.

136 Et * confirmatur, quia Judex executor respectu executionis censetur minor, quam sit ille, qui ei commisit executionem, cap. pastoralis §. quia verò de officio delegati l. à Divo Pio §. 1. infra de re judicata, tradit Cynus l. properandum §. fin. autem reus, question. 8. Codic. de judic. Bart. l. penultim. in fine principii supra de jurisdictione omnium judicum, & minor Judex non potest concedere restitutionem adversus sententiam majoris Judicis, l. minor autem supra de minoribus. Et † in specie est textus l. penultim. juncta gloss. final. infra de concessis, ubi executor non cognoscit de sententia, vel confessione judiciali per errorem facta quantumcumque probato errore, ea veniat rescindenda per restitutionem in integrum.

Propter hanc difficultatem variant Doctores in intellectu hujus textus, ut latè refert Alexand. l. qui Rome §. duo fratres à num. 41. infra de verborum obligationibus. Vitalis tractatu clausularum, pag. 363. à num. 16. Communis tamen concordia est

137 *divus*, procedere, * in sententia per falsos testes contra præsentem, hæc enim sententia mero jure valet, & ad eam rescindendam necessaria est restitutio in integrum, & idem executor hujusmodi exceptionem admittere non debet l. penultim. juncta gloss. fin. infra de concessis. Sed si sententia lata sit per falsos testes contra absentem, sententia est nulla ipso jure, ut contra Innocent. resolvit Bald. cum in jure num. 7. de officio delegati, & idem executor hanc exceptionem admittere potest, quia de omni exceptione nullitatis sententiæ executor cognoscere potest, gloss. 1. capit. pastoralis, quia verò de officio delegati, Bartol. leg. à Divo Pio in principio num. 9. infra de re judicata, ut supra diximus, & ita hanc concordiam inter prædicta jura, in terminis assignavit gloss. hic verb. sciens, & Bart. num. 2. & alii communiter, Bart. dict. l. *divus* num. 1. Alexand. dict. §. duo fratres num. 43. Vitalis ubi supra num. 18. Capella Tholosæ. 282. Guid. Papa cons. 119. num. 3. Angel. Aretin. §. appellatur num. 10. instit. de except. Jason. dict. l. *divus* num. 4. infra de re judicata, & l. si is ad quem num. 6. infra de acquirenda hereditate, Felin. c. sicut numer. 23. de re judic. Socin. regul. 364. & reg. 367. & de-

sendit idem Socin. l. qui agnitis num. 11. infra de exceptionem. Paris. c. cum venerabilis numer. 71. de excepti. nibus, & probat, l. 1. tit. 26. part. 3. ad juncta l. 33. tit. 14. part. 5.

Sed * est advertendum, quod hanc communem concordiam impugnaverunt antiqui Doctores, quos refert Albet. hic num. 3. contententes, etiam in terminis hujus textus, sententiam non esse nullam, sed venire rescindendam per restitutionem in integrum juxta l. *divus*, quam opinionem uti veriorrem admittit Fulgos. hic num. 3. & l. 2. à num. 2. C. si ex falsis instrumentis, & eam in puncto juris esse veriorrem fatetur Aretin. dict. l. si is ad quem, & defendit Decius c. licet causam num. 21. de probationibus. & cap. cum venerabilis nu. 22. de except. expendentem hunc verbum in verb. (querela) quod † præ-2E supponit actum esse validum, & tantum postea rescindendum l. 1. supra de inoffi. ioso testamento, & quia ex contraria opinione illud sequeretur absurdum, quod * magis fatetur absentis, & contumaciæ quam præsentis & obedienti, contra reg. l. 5. servus infra, quod vi aut clam. & in auth. ut omnes obediunt iudicibus §. si verò neque collat. 5. cap. contingit, de dolo & contumacia.

Sed * his non obstantibus non est recedendum à 23 communi concordia, quia ex contraria opinione sequeretur, executorem posse cognoscere de restitutione, per quam venit rescindenda sententia, quod tamen esset contra textum l. penult. juncta gl. fin. infra de concessis & supra probavimus. Neque * 24 obstant rationes contrariæ opinionis: nam ad primam de isto textu verb. (querela) responderetur, * 25 illud esse generale verbum, quod verificatur etiam in querela, per quam prætenditur, actum esse nullum, & injustè executioni mandari, l. querela C. ad l. Corn. de falsis, ad * quod expendo istum textum, 26 dum requirit, sententiam latam contra absentem, fuisse latam per falsos testes scienter productos: Nam si Jureconsultus sentiret, propter hunc defectum sententiam non esse nullam, sed venire rescindendam per restitutionem in integrum, frustra requireret falsos testes scienter fuisse productos, Nam etsi scienter non essent producti, tamen † 27 sententia ex eo solo, quod lata fuisset propter falsos testes, veniret rescindenda per restitutionem in integrum gloss. hic verb. sciens & probat Vitalis in tract. clausularum pag. 363. num. 17. & infra latius probavimus.

Non * obstat, secunda ratio, quia cum is textus loquitur de absente, verum est, loqui de eo absente, qui citatus solemniter per edicta, non comparuit, ut colligitur ex isto textu juncto principio hujus l. & * tamen quia ea contumacia non 29 erat ordinata ad casum: quo actor per falsos testes scienter productos falsò probavit intentionem suam, quoad hunc casum contumacia ei non nocet, l. non omne infra de statu lib. & infra latius dicemus. Et * confirmatur quia sæpius in jure invenitur expressum, contumacem melioris esse conditionis, quam obedientem propter aliquam particularem rationem, quæ id suadeat ut multis exemplis ostendit Mathef. singul. 17. imol. l. eum qui in fine infra de usucap. Jas. l. furioso n. 7. infra de re judicata.

In * nostro autem casu ea particularis ratio id suadet, quia si pars sit præsens, ea principaliter circumvenitur l. *divus* infra de re judicata, sed quando quis est absens & contumax, quamvis juris interpretatione habeatur pro præsentem, athen. qua in Provincia C. ubi de crimine agi oporteat, id est * intelligendum, mediante scilicet præsentia Judicis: qui absentis vicem supplet l. ampliore in principio, & ibi Bart. C. de appellat. l. properandum §. fin. autem reus Cod.

C. de judic. & ibi Baldus n. 4. Quare in hoc casu ipse Judex principaliter videtur circumventus, & ideo durius proceditur contra eum qui in effectu Judicem decipit l. debuit 17. supra de his qui notantur infamia capite 1. in fine de appellat. in 6. Unde * videmus, quod si debitor ante pendentiam litis, aliquid alieni in fraudem creditorum, & emptor fraudem participaverit, tamen necessaria est actio rescissoria ad revocandam alienationem §. item si quis in fraudem instituit. de actio. Bart. l. à Divo Pio §.

34 si super rebus ad finem, infra de re judicata, & * tamen si jam pendente lite fiat prædicta alienatio in tertium participem fraudis, non est necessaria rescissoria, sed * directo contra emptorem participem fraudis fiat executio quia hoc secundo casu per alienationem offenditur autoritas Judicis, qui de causa cognoscebat, Cygnus lib. 1. quest. 9. C. de alienatio. iudicis mutandi causa, Vincent. dict. §. si super rebus num. 47. Covarruv. practicarum questionum cap. 17. num. 5. vers. imò. Denique † quamvis in beneficiis spoliatus petens restitutionem, debeat probare, se cum titulo colorato beneficii possessorem fuisse gloss. final. Clem. unic. de causa possess. tamen * si agatur remedium attentatorum, restituatur etiam non colorato titulo, quia cum tunc Judicis, autoritas principaliter videatur læsa, durius proceditur contra spoliatorem, ut resolvit Navarrus cap. accepta opposit. 10. n. 5. de restit. spoliatorum Covarruv. pract. q. c. 23. n. 4.

35 Et † ex hac ratione ita comprobata infertur, quod in specie hujus textus non probetur, per dolum actoris, istos testes falsos fuisse productos, sententia non erit nulla, sed mero jure valebit, ita ut ad eam rescindendam necessaria sit restitutio d. l. *divus* infra de re judic. & consequenter executor de ea non poterit cognoscere, per supr. tradita, quod sentit id text. ibi (sciens) à contrario sensu, & hic notat gl. verb. & Jacobin. num. 7. Bart. l. qui Romæ §. duos fratres num. 8. infr. de verb. oblig. Rom. cons. 454. num. 21. Mathef. singular. 17. num. 4. Aret. l. si is ad quem num. 3. infr. de acq. hered. & tanquam receptum defendit Socin. l. qui agnitis n. 12. infr. de except. Quinimò videatur probare is text. in verb.

36 (liquido de * prædicto dolo debere constare) per claras probationes, neque sufficere si per præsumptiones probetur ut expendit Angelus Aret. §. appellatur num. 11. instit. de except. circa quod videndus est Robert. lib. 3. sentent. c. 2. Est tamen advertendum, quod licet data scientia actoris, quod testes essent falsi, sententia sui ipso jure nulla, ut probat is text. secundum communem intellectum, tamen

37 ad prædicti sentiunt, quod * cessante dolo actoris propter solos falsos testes, debeat rescindi sententia per restitutionem in integrum, quod id impugnat Fulg. hic num. 4. & l. 2. num. 3. C. si ex falsis instrumentis, & * ad id expendit istum textum, dum loquitur in absente contumace, qui præcipue propter contumaciam videtur condemnatus, l. si ideo infr. de evictio. Læso a. culpa sua non conceditur restitutio l. ab hostib. §. fin. cum l. supr. quibus ex 22 causis majores, item * quia cum contumaci denegatur remedium ordinarium appellandi l. & post edictum §. final. supr. eodem l. ex consensu §. fin. infr. de appell. à fortiori remedium restitutionis debet censeri denegatum, quod extraordinarium censetur,

38 sed non est recedendum à prima opinione magis communiter, recepta quæ bene deducitur ex mente hujus textus explicati ut supra.

39 Neque * obstant rationes Fulgos. quia ad primum responderetur, culpam contumaciæ ad hoc esse ordinatam, ut procedatur contra absentem contumacem, tanquam contra præsentem, l. de unoquo-

que §. fin. infr. de re judic. athen. qua in Provincia C. ubi de crimine agi oporteat, si ergo contumax vel restitui eo prætextu quod fuerit absens & non pæns, non audietur. Cæterum culpa contumaciæ, non est ad hoc ordinata, ut adversarius etiam per falsos testes obtineret victoriam contra contumacem, & culpa, quæ non est ordinata ad casum, non * solet nocere, l. is qui ex stipulatione, inf. de 45 actio. & oblig. l. non omne, infr. de statu lib. & in terminis advertit Purpur. l. 2. n. 74. C. de edendo.

Non * obstat etiam secunda Fulgos. ratio, quia 46 contumaci ideo denegatur remedium appellandi, 47 quia qui appellat, in effectu allegat, Judicem à quo inique & injustè judicasse l. 1. infr. de appellat. quam allegationem jus prohibet admitti, in punitionem contumaciæ partis, qui Judicis præcepto non paruit l. contumacia infra, de re judic. leg. properandum §. fin. autem reus C. de iudicis. Sed qui petit restitutionem, non conqueritur de Judice, sed de parte quæ illum circumvenit, quam querelam jus admittit l. *divus* infr. de re judicata, ne aliàs pars delinquens ex sua malitia commodum reportet, contra regulam cap. ex tenore de rescriptis, ac ita ex prædictis aperte colligitur, quod * ut is primus ca-48 sus in text. expressus locum habeat, tria conulative debent intervenire, scilicet quod sententia feratur contra absentem: Secundo quod testes sint falsi: Tertio quod scienter, & sic per dolum fuerint producti, & tradit Bart. dict. §. duo fratres num. 8. Gregor. l. 1. tit. 26. part. 3. verb. si pcedo notab. Bald. c. contingit n. 14. de dolo & contumacia, Panor. c. cum dilecta n. 7. de rescrip. Capella Tholosæ, quest. 282. & ad hunc modum sunt explicandi Jas. l. 2. n. 7. C. de edendo & leg. 1. §. edenda num. 7. supra de edendo, & Bellamera decis. 217.

Uterius * ex supra dictis colligitur, quod si ac-49 tor nihil falsum allegavit, neque etiam probavit, sed tantum omisit allegare ea, quæ eo absentis sciebat, prodesse nihilominus valebit sententia mero jure, ita ut absenti contra eam non concedatur restitutio, quia * aliud est aliquid falsum allegare & 50 probare, vel aliquid omittere, quod sciebat pro eo contumace facere, juxta notat Clem. constitutionem, de electio. & ibi notant Innocent. Joan. Andr. & Dec. nu. 9. Bart. l. unica num. 12. in fine C. de satisd. Mathef. singul. 18. Alexand. dict. §. duo fratres numer. 44. Felin. cap. sicut num. 23. de re judic. Vitalis tractatu clausularum pag. 365. num. 19. Quinimò * dici potest, in tacente dolum hoc casu considerari non posse, quia cum nemo teneatur contra se allegare, c. 1. de probat. & ibi Anton. 3. notab. qui * 52 utitur legis permissione, non * potest videri dolum 53 commississe arg. l. injuriarum actio infr. de injur. & l. Gracchus C. de adulter.

Ex * quibus venit rejicienda consideratio Ja-54 cobin. hic numer. 9. dum limitat prædictam conclusionem non procedere, quando actor sciens Judicem in ea causa jurisdictionem non habere, vel etiam actionem actori non competere, id non declaravit judicis: Nam tunc sententia lata per illum Judicem, in ejus favorem non valebit, quia is non solum commisit dolum, tacendo jus adversarii, sed etiam commisit dolum faciendo actus judiciales coram illo, cui sciebat illò casu jurisdictionem non competere, & ideo talis processus non valebit, allegat Innocent. cap. fin. de accusacion. Cæterum hæc limitatio aperte confunditur ex proximè dictis & † maxime ex cap. 55 duobus de appellat. Nam in eo textu pars sciebat, illum Judicem, quem adiverat ex causa appellationis, nullam habere jurisdictionem in ea causa, quia altera pars appellaverit ad Papam, & tamen

Petri Barboſæ, Comment. de judiciis. Kk nihilò

nihilominus valet iudicium proceſſus. Et eſt ratio, quia licet teſtis non poſſit tacere veritatem, quam ſciet, & aliàs puniatur de falſo, c. 1. de crimine falſis, c. quiſquis 11. q. 3. l. pre byteri, & ibi Bal. 4. notab. C. de Epifc. & cler. & etiam iudex, qui tenetur inquirere veritatem & eam propalare & ideo non obſtante ſcandalo, vel alia quacunque cauſa, ſemper veritas debeat apud eum prevalere c. qui ſcandalizaverit cum gloſ. final. de reg. jur. Tamen prædicta locum non poſſunt habere in ipſa parte, qui non tenetur propalare veritatem in ſui præjudicium c. 1. de probat. l. nimis grave C. de teſtib. bonus text. c. offic. de penitentiis & remiſſio. Verius * igitur Jacob. docuiſſet, quòd ſi pars ſcivit iurisdictionem iudici eo caſu non competere, & tacuit, valebit quidem proceſſus, & ſententia contumaciæ punitiva d. c. ſi duob. tamen ſententia lata ſuper cauſa principali non valebit tanquam lata per iudicem incompetentem, cujus non fuit prorogata iurisdictione, ut ibi tradit Panorm. n. 14. Si autem* in ipſo iudice detur ſcientia defectus iurisdictionis, non valebit ſententia, etiam contumaciæ punitiva, ut ſentit d. c. ſi duobus, & idem ſi iudex* dubitet de ſua iurisdictione, ſi juxta receptam doctrinam Bart. l. multum intereſt, inf. de conditionibus & demonſtrat.

His ita explicatis, & redeundo ad hanc primam principalem concluſionem hujus text. dicendum eſt, quòd in * hac ſpecie ideo cognoscere poteſt executor de ſententia, quia pars, quæ de ea querelam proponit, in effectu allegat eam eſſe nullam, & ideo de ea cognoscet executor, intelligendo tamen, quando ea nullitas eſt notoria, vel incontinenti probari poteſt, aliàs executor non debet eam admittere, neque ſuperfedere in executione, & ita expreſſe Bart. l. 4. §. condemnatum n. 3. inf. de re iudicata, & ibi Alex. n. 21. Rip. n. 26. Alex. d. §. duo fratres n. 42.

Item ¶ intelligendum eſt, quòd executor poteſt cognoscere de hac cauſa nullitatis, per viam informationis, tamen non poteſt pronunciare ſententiam eſſe nullam, ſed hanc pronunciationem debet remittere ad iudicem, qui tulit ſententiam, ut ſentit is textus in fine, quem eleganter inducit Bart. l. à Divo Pio in prim. n. 9. infra de re iudicata, & ſubſcribunt Ang. hic n. 3. Jacobin. n. 5. & alii quos refert Gama dec. 207. n. 6. niſi nullitas colligatur ex ipſo tenore ſententiæ. Nam tunc poteſt executor de ea nullitate cognoscere, & pronunciare, quia tunc ipſa infringit, ut diximus in princip. hujus legis. Et hæc de prima concluſione hujus §.

Succedit ¶ igitur ſecunda principalis concluſio hujus textus, quòd executor poterit etiam cognoscere de ea exceptione, quòd abſens fuit tanquam contumax condemnatus, cum tamen eo tempore eſſet infirmus, vel abſeſſet cauſa reipublicæ: nam his etiam caſibus ſententia erit ipſo jure nulla: unde de ea exceptione poterit executor cognoscere & pronunciare, juxta ſupra tradita, & ita intelligunt communiter Doctores hic Salyc. l. 1. n. 8. C. de condiſt. indeb. Ang. §. appellantur n. 10. ad finem, Inſt. de except.

Sed * huic concluſioni nimis videtur obſtare, quòd ſententia lata contra abſentem cauſa reip. mero jure valet, & ad eam reſcindendam, oportet impetrare reſtitutionem in integrum, l. quia abſente adjuncta gl. 1. C. de procurat. l. 1. C. quibus ex cauſis majores. Similiter ¶ & ſententia lata contra infirmum mero jure valet, gl. recepta l. quaſitum verb. iudicata inf. de re jud. Ergo falſo præſupponitur, ſententiam his caſibus eſſe ipſo jure nullam.

Communiter ¶ tamen approbatur reſolutio gl.

d. l. quaſitum verb. iudicata, quòd aut iudex erat certus de his impedimentis, & nihilominus proceſſit contra abſentes, tanquam contra contumaces, & non valebit ipſo jure ſententia d. l. quaſitum & l. contra pupillum 54. infra de re iudicata, aut iudex ignoraverit prædicta impedimenta, & ſententia valebit mero jure, & ad eam reſcindendam neceſſaria eſt reſtitutio, l. 1. C. quibus ex cauſis majores, & ira reſolvit Bart. hic num. 3. & l. final. n. 4. & ibi Fulgoſ. num. 2. ſupra de in integrum reſtit. Paul. Caſtr. l. quia abſente in fin. C. de procurator. idem l. ea qua C. quomodo & quando iudex Salyc. l. 1. num. 8. C. de condiſt. indebiti. Probat * ordinatio Portugalliæ lib. 3. tit. 8. §. & ſe allegum, & hodie lib. 3. tit. 9. §. 10. nova recopilationis. Et probat etiam l. 80. tit. 23. part. 3. junctis tradiis ibi per Greg. verb. vole empeceria.

Non * eſt tamen omittendum, quòd adverſus hanc communem reſolutionem arguit Fulgoſ. hic num. 8. quòd ſi iudex ſcivit impedimentum, & nihilominus proceſſit in cauſa, tanquam contumacem, tacite videtur allegationem impedimenti rejicere l. à procedente C. de dilatio. Ergo ratione prædictæ allegationis, non debuit irritari ſententia ipſo jure, imo nec beneficio reſtitutionis debuit reſcindi, ut videtur expreſſum l. liberto 32. §. final. ſupra de negot. ge. ra.

Sed * ad deſenſionem communis opinionis, diſtinguendi ſunt duo caſus: Aut enim iudex ſcivit impedimentum, & tamen illud coram eo non allegatur, neque impedimenti exceptio opponitur & ſine ſcrupulo procedit, quòd is textus ſentit ſecundum communem intellectum, & d. l. quaſitum. Cum ¶ enim nulla ſit oppoſita exceptio non poteſt dici, quòd tacite fuerit rejecta: aut vero exceptio fuit oppoſita per deſenſorem, & nihilominus iudex eam rejicit tacite, vel expreſſim, & eſt neceſſaria appellatio, aliàs inducetur l. liberto §. fin. ſupra de negot. geſtis.

Sed * licet ab argumentis Fulgoſ. hic communis reſolutio deſendi poſſit, ex alio tamen non placet, quia præſupponit in terminis hujus textus prætorem ſciviſſe impedimentum, & tamen textus magis ſignificat, illud ignorare dum ſubdit, quòd prætor, comperta veritate debet denegare actionem iudicati: ergo antea ignoravit veritatem. Neque enim eſt veriſimile, quòd proceſſiſſet ſcienter ad ferendam ſententiam, ex qua comperta veritate, debuit denegare actionem iudicati. Quare * Bart. l. final. n. 10. ſupra de in integr. reſtit. aliter reſolvit hanc materiam, ſententiam his caſibus ſemper valere mero jure, niſi lata ſit contra non legitime citatum. Nam tunc erit nulla l. ea qua C. quomodo, & quando iudex l. 1. §. item cum ex edicto, infra qua ſententia ſine appellatione reſcindantur, & ſatis ſentit l. 10. tit. 23. part. 3. Sed * etiam non placet, quia is textus relatus ad principium, aperte loquitur in eo, qui fuit citatus obſervato ſolemni ordine edictorum, nihilominus probat, his caſibus ſententiam eſſe nullam ipſo jure, quòd etiam videtur probare text. l. contra pupillum 54. inf. de re judic. & ideo Ang. repet. l. qui Roma §. duo fratres, n. 4. ad finem infra de verb. oblig. conſiderat, text. * iſtum duas habere partes, in prima agere de abſente ex cauſa voluntaria, vel etiam probabili, item quando per dolum adverſarii ſententia lata eſt per falſas probationes: nam his concurrentibus ſententia erit nulla, ut diſponit l. 11. tit. 23. part. 3. de qua utique nullitate poterit executor ſe informare ad effectum ſuperfedendi in executione, non autem quoad effectum pronuncianſi

nunciandi ſuper nullitate: Hanc enim pronunciationem debet remittere ad iudicem, qui tulit ſententiam, ut diſtum eſt. In ſecundo autem caſu agitur de abſente ex cauſa probabili ſimul & neceſſaria, & in hoc caſu probat textus aded ſententiam eſſe nullam, ut executor non ſolum poſſit de ea cognoscere, quoad effectum ſuperfedendi: ſed etiam quoad effectum pronuncianſi ſuper nullitate, quia abſenti ex cauſa probabili & neceſſaria magis ſuccurrendum eſt, c. fin. de foro competent. quam Angel. reſolutionem probavit Angel. Aretin. §. appellantur numer. 10. ad finem, Inſt. de except.

Quæ ¶ tamen traditio placere non debet, quia in ea præſupponitur, in hac ſecunda parte etiam latam fuiſſe ſententiam adverſus abſentem ex cauſa neceſſaria, & hoc per dolum adverſarii, quòd tamen ex litera text. non conſtat. Item præſupponit, in hac ſecunda parte executorem poſſe pronunciare ſuper nullitate ſententiæ, quòd tamen jure non probatur, & ita contrarium in hoc probat Alexan. l. à Divo Pio, in principio, n. 11. inf. de re iudic. & diſt. §. duo fratres, n. 43. Vitalis tractatu clauſularum pag. 364. n. 18. & Menoch. lib. 1. de arbit. q. 38. n. 18. Et * ided ad veram reſolutionem hujus difficultatis ſciendum eſt, quòd is text. facta relatione ad principium legis, loquitur in eo, qui citatus per edicta, non comparuit, & ſic proprie videtur loqui, quando prætor probabiliter * potuit ignorare impedimentum abſentis, quo caſu licet regulariter valeat ſententia mero jure, gl. recepta, & d. l. quaſitum, verb. iudicata, inf. de re iudicata, & * dictum eſt, tamen ſpeciale eſt in eo, qui eſt abſens cauſa Reipubl. vel etiam eſt infirmus, ac ita vocatus, per edicta non potuit venire ad iudicium, his n. caſibus ſpeciale eſt, ut etiam ſi iudex ignoraverit impedimentum, tamen ſententia ſit ipſo jure nulla: ut colligitur ex iſto textu, & ex mente Doctorum: Similiter licet receptum ſit, quòd citatus per edicta non poſſit venire contra ſententiam, etiam ¶ alleget, & probet, eam citationem nunquam perveniſſe ad ejus notitiam, gl. l. 1. §. item cum ex edicto verb. notitia noſtra qua ſententia ſine appellatione reſcindantur Bart. l. & poſt edictum, n. 2. inf. eod. Afflic. lib. 1. conſt. rub. 96. §. 1. n. 11. & late Tirag. libr. 1. retract. §. 9. gl. 2. n. 39. niſi prober, ante * latam ſententiam iudicem ſciviſſe prædictam citationem ad citatum per edicta, notitiam non perveniſſe, quia tunc non valeret ſententia ipſo jure, Bart. in extravag. ad reprim. verb. neglexerit, n. 2. in quibus terminis debet accipi id, quòd inſinuat d. l. 1. §. item cum ex edicto, inf. qua ſententia ſine appellatione reſcindantur, tamen * ſi abſens cauſa Reip. vel infirmitatis probaverit eam citationem per edicta nunquam perveniſſe ad ejus notitiam, & ideo non comparuiſſe, ſententia cenſebitur nulla, ut colligitur ex mente hujus textus: extra ¶ tamen hos caſus ſpeciales, ſententia valebit mero jure, & ad eam reſcindendam neceſſaria eſt reſtitutio in integrum, l. 1. C. quib. ex cauſ. major. quomodo accipiendus eſt text. l. contumacia, §. panam, inf. de re jud. Quamvis * omnes prædictos caſus equiparet l. 10. tit. 23. partit. 3.

Ultimò ex iſto textu in fine annotandum eſt, quòd prætor in caſibus hic propoſitis, non debet victori, dare actionem iudicati, vel ſententiam mandare executioni: quam * alternativam hujus text. hoc modo explicant Bart. Angel. & Paul. Caſtr. hic omnes, num. 3. & Jacob. num. 4. ſcilicet ¶ quòd ſi iudex ſcivit impedimentum, ſententia eſt nulla: & ſic ex ea tanquam nulla, non datur actio iudicati. Si autem ignoravit impedimentum, valebit ſententia mero jure, & tamen executioni non mandabitur; impetra ſcilicet adverſus eam reſtitutione in integrum, & ſubſcribitur Imol. & Alex. n. 41. ad fin. l. qui Roma, §. duo fratres, inf. de verb. oblig. Salyc. l. 1. num. 1. C. de cond. indeb. Vitalis tract. clauſularum, pag. 365. n. 18. Ex quibus colligitur Bart. hic ad fin. & Fulgoſ. n. 5. Quòd * non ſo am-executio ſententiæ impeditur, quando principaliter petitur reſtitutio adverſus ſententiam, t. unica C. in integr. reſtit. poſtulata, ſed etiam quando de ea opponitur per viam exceptionis. Sed ¶ non placet prædicta explicatio, quia in hoc textu nulla ſit mentio reſtitutionis in integrum, & alternativa, quam expreſſit is textus, ſolum videtur referri ad ſententiam, quæ dicitur nulla.

Unde * ſecundo loco ex mente Bart. & Paul. Caſtr. hic num. 3. Jacobin. n. 7. Vital. tract. clauſularum pag. 365. n. 18. ad fin. Alex. §. duo fratres, num. 41. ad fin. Ange. Aret. §. appellantur, num. 10. ad finem, Inſt. de except. interpretandum eſt, textum inſinuare duos modos diverſos, quibus ſententiæ mandantur executioni, ſcilicet in-entata actione * iudicati, l. miles §. fin. & ibi notat Paul. n. 2. inf. de re iudic. quæ alio nomine appellatur actio in factum, l. affori, C. de rub. creſcit & jurisjur. vel * inplorando officium iudicis, qui tulit ſententiam, Bart. l. intra dies, inf. de re iudic. Inter quos * modos ea eſt differentia, quòd victor actionem iudicati poteſt ubicunque intentare, juxta regulam l. fin. C. de præſ. longi temporis, ſed officium iudicis, non poteſt implorare, niſi coram iudice, qui tulit ſententiam, vel coram alio, cum literis tamen reſtoris iudicis, qui tulit ſententiam, leg. à Divo Pio, §. 1. inf. de re iudic. & ibi notat Bart. num. 1. notab. Paul. Caſtr. l. 4. §. ait prætor, n. 2. inf. de re iudic. Ang. l. qui inofficioſo, num. 7. & ibi Paul. Caſtr. n. 8. ſupra de inofficioſo teſtam. Fal. l. proferendum, §. ſin autem rem, n. 3. C. de judiciis, & rationem hujus differentie aſſignat Bart. d. l. à Divo Pio, §. 1. n. 2.

Eſt ¶ & alia differentia inter prædictos caſus quia quando imploratur officium iudicis, non eſt dandus libellus, neque lis conteſtanda, ſed proceditur via executiva, neque admittuntur exceptiones altiorum requirentes indaginem, l. à Divo Pio, §. ſi ſuper rebus, inf. de re iudic. Sed * quando inentatur actio iudicati, eſt dandus libellus, & lis eſt conteſtanda, & denique ordinariè proceditur, & non executive l. item veniant, §. idem reſt. & ibi Bart. l. intra dies, num. 1. & ibi Joſon. n. 3. aſſerit receptam, inf. de re iudic. Quamvis non poſſint * opponi exceptiones peremptoriæ vel aliæ, quæ prohibentur opponi poſt ſententiam l. peremptorias, C. ſententiam reſcindi non poſſe, & tradit Paul. Caſtr. l. 4. §. prætor ait, n. 2. inf. de re iudic. quicquid Imol. & Alex. n. 6. d. l. intra dies, & * Soares l. poſt rem iudicatam, 2. 99. not. n. 9. inf. de re iudic. contendat, quòd etiam inentata actione iudicati, ſit procedendum executive, allegantes authoritatem gl. leg. qui de inofficioſo teſtam. & gl. fin. ad finem l. 1. C. de judiciis, quibus tamen facile reſponderetur, altàs gloſ. tantum dicere, actionem iudicati eſſe exequendam, non tamen dicant, in ea executione non eſſe procedendum via ordinaria, ſed via executiva, & ſummariè, vel pro * concordia videretur poſſe dici, quòd licet in actione iudicati ſit dandus libellus, & lis ſit conteſtanda, tamen non ſunt neceſſarie novæ probationes, ſed ſufficiet oſtendere ſuper ea cauſa ita iudicatum fuiſſe, Bart. d. l. à Divo Pio, §. 1. n. 2. in fine, inf. de re iudic. Et hoc reſpectu dicitur in dicta actione iudicati, modo executive procedi: Ad hunc igitur modum eſt explicanda alternativa poſita in hoc textu, ut propter nullitatem ſententiæ, neque ex ea detur actio iudicati, neque poſſit

possit implorari officium Judicis pro executione illius sententiæ.

103 Cæterum hæc communis explicatio admittenda non est, quia ea admissa Jureconsul. non debuit uti alternativa, sed potius copulativa. Aliam igitur interpretationem assignavit Fulgos, hic n. 9. quæ etiam placere non potest.

104 Et idè ad veram explicationem advertendum est, quòd verba hujus text. apertè referuntur ad prætozem, qui tulit sententiam, & vult, quòd si ad eum fuerit remissa exceptio nullitatis, super qua regulariter executor pronunciare non potest, sed eam prononciationem debet remittere ad Judicem, qui tulit sententiam, ut dictum est, & tradit Bart. l. de Dico Pio in principio num. 2. ad finem, infra de re judic. prætor tunc comperta veritate, & doctus de nullitate sententiæ, vel debet denegare actionem judicati, si adhuc executionem alteri Judici executori non commiserat, vel si eam alteri commiserat, debet scribere ad prædictum executorem, quòd in executione ulterius non procedat. Et ita in effectu Menoch. libr. 1. de arbitrariis, quest. 38. n. 18. ad fin. & videndus est Bart. l. 4. §. condemnatum n. 3. infra de re judic. Et hæc satis in hac amteria.

L. proponebatur. 76. ff. de Judic.

S U M M A R I A.

- 1 Proponit questionem, utrum mutatis partibus, & manente eadem forma, dicatur eadem res diversa.
- 2 Refert responsionem Jurisconsul. ad questionem.
- 3 Si plures dati sint Judices in aliqua causa, & postea aliqui, vel etiam omnes mutati fuerunt, nihilominus eadem dicitur causa.
- 4 Causa est origo & materia ipsius judicii.
- 5 Idem potest dici attento genere, sive specie, licet non idem sit attenda substantia.
- 6 Si judicium ex ordinario fiat summarium, non dicitur idem judicium, cum ejus forma sit mutata.
- 7 Quando dicitur idem judicium, mutatis partibus non debet formari novus processus, sed Judices substituti loco deficientium debent assumere causam in eo statu, in quo priores Judices eam relinquerunt.
- 8 Quando censetur diversum judicium, necessariò novus processus est formandus, & nova lis inchoanda.
- 9 Opponit contra primam conclusionem d. l. proponendum, §. si autem utraque ad medium C. de judicis.
- 10 Tradit responsionem Fulgos. ad primam difficultatem.
- 11 Rejicit explicationem Fulgos.
- 12 Assignat veriore responsionem.
- 13 Tradit axioma suprapositum non solum locum habere in judicis, sed in omnibus similibus casibus.
- 14 Refert contrariam opinionem, imò propter prædictas mutationes, non censeri eandem rem, sed omnino diversam.
- 15 Tradit responsionem, quam ad hunc textum assignant Doctores, qui hanc contrariam opinionem sequuntur.
- 16 Rejicit prædictas responsiones.
- 17 Eadem dicitur legio, etiamsi omnes eius milite mutentur, vel intereant, & alii eorum loco substituantur.
- 18 Idem dicitur Populus, licet ab his, qui ab hinc centum annis fuerunt, nullus superstit.
- 19 Idem dicitur collegium, licet mutentur collegiati.
- 20 Eadem dicitur Canonica, licet Clerici mutentur.
- 21 Eadem dicitur Ecclesia, licet Canonici mutentur.
- 22 Homagium præstitum per universitatem ligat omnes presentes & futuros.

- 23 Privilegia concessa Civitatibus censentur realia & perpetua.
- 24 Tradit rationem horum similibus, quia prædicta censentur esse quadam corpora facta, qua comprehendunt subjecta tanquam membra illius corporis.
- 25 Civitas vel collegium nihil aliud est, quam homines presentes, vel qui loco presentium subrogantur.
- 26 Illa dicuntur eadem, in quibus forma non mutatur, licet aliqua qualitas, vel accidens alteretur.
- 27 Cives omnes censentur presentes, licet in veritate aliqui sint absentes.
- 28 Refert ex Guid. Papæ, quòd sententia lata contra Cives vel homines alicujus loci, nocebit omnibus sequentibus, etsi non fuerint hæredes condemnatorum.
- 29 Limitas conclusionem, si in Civitate, vel in Populo mutetur gubernandi forma, tunc enim jam non dicitur idem Populus, vel eadem Civitas.
- 30 Limitationem impugnat, & refert contraria opinionis fundamenta & auctores.
- 31 Tradit verius esse, eandem esse Civitatem, & tamen eandem esse Rempubicam propter mutatam gubernandi formam.
- 32 Limitat secundò in his, qua singulorum personis cohererent, ita ut ab illis separari non possint.
- 33 Proponit proxima limitationis exemplum.
- 34 Juramentum ita coheret personæ, ut ad aliam non transcat.
- 35 Si Populus aliquid occupavit mala fide, quandiu aliquis superest ex his, qui malam fidem habuit, non procedet præscriptio, sed illis omnibus extinctis incipiet currere præscriptio.
- 36 Mala fides proprie respicit animam, & idè Populus, qui succedit, cum non habeat eandem animam, non censetur esse in mala fide.
- 37 Proponit secundum exemplum in navi, utpote si navis particulariter sit refecta, ita ut nulla tabula in ea sit, quæ non sit nova, & tamen eadem navis est, & dicitur.
- 38 Expendit, quare Jureconsultus tradiderit exemplum, quando navis supius refecta est, & sic per partes.
- 39 Si navis simul destructa sit, & postea reficiatur ex eisdem tabulis, nova navis esse censetur, nisi de mente domini aliud constet.
- 40 Tradit rationem differentie.
- 41 Addit, quòd etiamsi navis ita reficiatur, ut etiam carina mutata sit, & refecta: si enim salva sit carina, etiamsi in totum destruat, vel reficiatur, indistinctè eadem navis esse censetur.
- 42 Tradit rationem proxima conclusionis.
- 43 Recenset ultimum exemplum à toto individuali, utpote homine, in quo certum est, partes discernere, & intrinsecus alias suppleri, quæ succedunt loco perditorum, & semper idem homo est.
- 44 Homo comedit, & bibit, ut per hoc partes, quæ deficiunt, restantur in nobis.
- 45 Adducit traditionem D. Thome part. 1. q. 116. art. 1. in respons. ad secundum argumentum.
- 46 Declarat, qua ratione venit explodenda opinio Heraclii Philosophi.

Tractat Jureconsultus Alphenus, in hoc context. controversam questionem apud Philosophop. utrum mutatis partibus, & manente ead. forma dicatur ead. res vel diversa? Et ita illi Jurec. respondet, ut omnes Philosophi vivi eam responsionem componere hoc modo nescirent, ut asserit Cagn. l. 2. n. 257. C. de pactis inter emptorem & venditorem, & tamen Jureconsult. in fine determinat, quòd * cujus rei species, hoc est forma eadem est, ut hic exponit gl. fin. eadem res esse censetur, quantumcumque circa ipsam materiam aliqua mutatio contingerit. Et juxta hæc conclusionem infert Jureconf. quòd si plures dati

dati sint Judices in aliqua causa, & postea aliqui, vel etiam omnes mutati fuerunt, nihilominus eadem dicitur causa, extollit Milanensis decis. Sicilie 2. n. 27. & num. 29. & Felix Phebus conf. 118. n. 2. lib. 2. criminalium. Et * est ratio, quia causa est origo & materia ipsius judicii, c. forus, de verb. signif. Cum igitur non sit mutatum id, quòd quodammodo est forma judicii, licet quoad alias partes aliqua contingerit mutatio, meritò adhuc censetur esse idem judicium: Nam J idem potest dici attento genere sive specie, licet non idem sit attenda substantia, Bar. l. 2. n. 1. ad fin. C. de aff. & obl. Quare si forma judicii mutetur, ut quia ex ordinario rediditur summarium, non dicitur idem judicium, cum ejus forma mutata sit, l. pen. inf. judicatum solvi, & ex mente Aristotelis explicat Alci. lib. 6. Parergon, c. 17. & effectus * erit, quia quando dicitur idem judicium, mutatis partibus non debet formari novus processus, sed Judices substituti locum deficientium, debent assumere causam in eo statu, in quo priores Judices eam reliquerunt, l. mortuo sup. eod. & * declarant Paul. hic num. 3. & Jacob. num. 1. Quando autem censetur diversum judicium, necessariò novus processus est formandus, & nova lis est inchoanda.

Sed adversus * hanc primam Jureconfulti conclusionem opponitur de l. proponendum, §. si autem utraque ad medium. C. de jud. quæ probat, mutato Judice, mutatum videri judicium. Cuj tamen difficultati respondet gl. hic verb. permaneret, sed sufficienter. Et * idè Fulgos, hic ad finem respondet, quòd dicit l. proponendum, §. si autem utraque procedit, quando unus tantum Judex datus est: qui postea moritur, vel etiam quando plures dati sunt, qui omnes mortui sunt ante finitam litem, quia tunc dicitur mutari judicium, sed extra hos casus mutato Judice & alio dato ejus loco, non dicitur mutari judicium juxta istum textum. Sed * neque hæc explicatio Fulgos. tollit difficultatem, quia confunditur per istum textum l. editum, §. 5. & l. mortuo, 60. sup. eod. & advertit Panorm. c. licet num. 8. de accusat. Verius ergò * responderetur, quòd text. dicit, §. si autem utraque, non dicit simpliciter, mutari judicium, sed tantum quòd habito respectu ad personam Judicis mortui, novum censetur judicium. Cæterum ipsum judicium per se consideratum, semper idem dicitur judicium, quantumcumque mutatus sit primus Judex ut probat is textus.

Secundò * ex isto textu colligendum est, quòd axioma supra propositum, non solum locum habet in judicis, sed & in omnibus similibus casibus, quam opinionem probarunt Aristoteles & multi alii, & elegantibus rationibus comprobatur Plutarch. in libello de sera numinis vindicta pag. mibi 197. & explicat Alciat. lib. 6. parerg. c. 17. & Cagn. l. 2. n. 257. C. de pactis inter emptorem.

Contrariam * nihilominus opinionem, imò propter prædictas mutationes, non censeri eandem rem, sed omnino diversam probavit Heraclius Philosophus, & defendit Petrarcha lib. 3. rerum memorandarum ca. 50. & Hermolaus Barbarus apud Alexandrum ab Alexandro lib. 3. gentiliu dierum, c. 1. quem refert & non improbat Men. de recuperand. possess. 6. remedio, num. 9 qui J respondet ad istum textum, tantum procedere in casibus hic expressis, non autem in aliis similibus: item quòd procedit attenda mente dispositionis, non autem attenda veritate & rerum natura, quæ * tamen responsiones futiles sunt, & illis apertè repugnat litera hujus text. qui apertè sentit, hoc idem procedere in similibus casibus, & attenda veritate, Petri Barbolæ, Comment. de Judiciis.

& rerum natura, & notat Bar. l. ab excozure, n. 9. inf. de appell. Id autem quòd Jureconf. tandem concludit, comprobatur similibus in litera expressis, circa quorum explicationem nobis insistendum est.

Primum ergò simile, quòd Jureconf. adducit ad comprobendam prædictam conclusionem, deducitur ex toto universali, quòd * eadem dicitur legio, 17. etsi omnes milites mutentur, vel etiam intereant, & alii loco illorum subrogentur. Item * & dicitur idem Populus licet ex his, qui ab hinc centum annis fuerunt, nullus superstit, quòd latè exornat Niconic. in rub. à nu. 14. inf. de novi oper. nunciat. Denique idem dicitur collegium, * quamvis mutentur collegiati, Mandosius conf. 91. n. 5. & n. 8. & ea dem dicitur Ecclesia, quamvis Clerici mutentur, Alvar. c. 1. §. 1. ad fin. de alien. feud. & eadem dicitur Canonica, licet mutentur Canonici, Bald. c. publicato, num. 12. de elect. & in notab. casu notat Emmanuel Rodriguez, in q. reg. q. 26. artic. 1. ad fin. & * 22 Homagium præstitum per universitatem ligat omnes presentes & futuros, ut probat l. 5. tit. 15. part. 2. & ibi eleganter Gregorius verb. son vivos, & 123 privilegia concessa Civitatibus censentur realia & perpetua, l. forma, §. quamquam, inf. de censibus, tradit Gregor. l. 27. tit. 9. part. 6. gloss. 1. Et * prædictorum omnium ratio est, quia prædicta censentur esse quadam corpora facta, quæ comprehendunt subjecta, tanquam membra illius corporis ficti, l. mortuo, inf. de fidejussoribus, Bart. l. aut facta, §. si. num. 3. inf. de pœnis. Quando igitur superest forma illius corporis ficti, censetur idem corpus, licet partes mutentur, ut dictum est, & probat l. grege, & l. etsi grege, inf. de leg. 1. Ex quibus merito colligit Rom. conf. 436. num. 8. quòd J Civitas vel collegium nihil aliud est, quam homines presentes, vel qui loco presentium subrogantur. Et idem Rom. conf. 198. n. 1. colligit, quòd * illa dicuntur eadem, in quibus forma non mutatur, licet aliqua qualitas vel accidens alteretur, Et hac etiam ratione Cives omnes presentes, licet in veritate aliqui sint absentes, Bart. rep. l. de quibus, n. 14. sup. de legibus, & l. 1. n. 9. ad medium sup. de jurisd. omn. judic. & pariter dicuntur scientes, Curia. conf. 268. à num. 15. ante fin. lib. 4. Denique * infert Guid. Papæ decis. 379. quòd sententia lata contra Cives, vel homines alicujus loci, nocebit omnibus sequentibus, etsi non fuerint hæredes condemnatorum, quia satis est, quòd videantur iidem Cives sive homines, juxta hunc text. de quo notat. agit Ant. Nata confil. 589. à n. 16. li. 3. & probat l. 5. tit. 15. part. 2. & ibi notat Grego. verbo son vivos.

Hanc conclusionem * ita explicatam limitabis primò, ut licet semper censetur idem Populus, & iidem Cives, tamen non dicitur eadem Civitas, si in ea mutetur gubernandi forma: Nam si Civitas nihil aliud est, quam societas quadam Civium, variata societatis ratione, consequens est, & ipsam rem variari. Quod ex Aristot. tradit Alciat. lib. 6. parer. c. 17. & Men. conf. 219. num. 16. lib. 3. & subscribit Vacon. in juris declar. 21. n. 12. inquiens, quòd licet Populus Rom. sit hodie idem qui fuit olim, tamen non dicitur eadem Civitas, cum mutata fuerit gubernandi forma. Sed * subdit tendum est: nam imò eadem ratione, qua iidem videntur Cives, eadem etiam Civitatem, semper videri eandem pro constanti tenet Plutarch. in libello de sera numinis vindicta, p. 197. & videtur probare tex. l. 2. §. novissime, sup. de origine juris. Verius * igit. est, eandem esse Civitatem, & tamen non eandem Remp. propter mutatam gubernandi formam, ut advertit Vacon. declarat juris 21. n. 14.

Limitat * secundò prædicta non procedere in his, quæ singulorum personis cohererent, ita ut ab illis

33 reparari non poſſunt: nam ꝑ quoad illa, non item Populus cenſebitur. Exemplum erit, ſi univerſitas juraverit, nam eo caſu Populus, qui juravit vinculo juramenti tenebitur, non autem Populus, qui 34* primò ſucceſſit, quia juramentum ita coheret perſonæ, ut ad alium tranſeat, c. veritatis, de jurejur. Paul. hic num. 9. ante fin. de foro compet. Alc. lib. 6. parer. c. 17. not. Greg. l. 5. tit. 5. part. 2. verb. ſon vivos qui videndus eſt, & Paul. de citandini: tract. de jure patronatus cauſa acqu. jus patronatus, à num. 11.

35 Qua * ratione ſi Populus aliquid occupavit mala fide, quamdiu aliquis ſuperſit ex his, qui malam fidem habuit, non procedet præſcriptio, c. fin. de præſcript. Sed * illis omnibus extinctis incipiet currere præſcriptio, quia mala fides propriè reſpicit animam, & ideò Populus, qui ſucceſſit, non cenſetur eſſe in mala fide, quia licet idem Populus ſit, tamen non habet eandem animam, Imol. l. mortuo, in fin. infr. de fidejuſſ. & conſequenter neque eandem malam fidem habet, & ita Bart. leg. poteſt. infr. de uſucap. & contra Corneum reſolvit receptum Bald. de præſcript. 2. part. 3. princip. q. 17. & conſequenter bene tradita per Felin. c. eam te, n. 14. verſ. 2. declar. de reſcriptis.

Vifo explicatione primi exempli reſtat agere de ſecundo exemplo, quo Jureconſultus probat ſuam principalem concluſionem, quòd utique deſumitur à toto integrali, utpote ſi navis particulariter 37* ſit reſecta, ita ut nulla tabula in ea ſit, quæ non ſit nova, & tamen eadem navis eſt, & dicitur, ex 38 ſcolit Felin. c. conſuluit, num. 1. de Jud. Et advertendum eſt, Jureconſ. cum myſterio poſuiſſe exemplum, quando navis ſæpius reſecta eſt, & ſic per partes, nam tunc eadem navis eſſe cenſetur, ut eſt expreſſum l. quid tamen, §. 1. ſupr. quib. modis uſufru. amittatur, & l. ſi ita legatum, §. fin. infr. de leg. 1.

39 Nam ꝑ ſi ſimul deſtructa ſit, & poſtea reſiciatur, etiam ex iſſdem tabulis, nova navis eſſe cenſetur, & probant jura allegata, niſi conſiterit, quòd domitius deſtruxerit totam navem, ut ex eisdem tabulis eam conſtrueret: nam tunc propter mentem domini eadem navis eſſe cenſetur, ut eſt expreſſum l. inter ſtipulantem, §. ſacram, infr. de verb. oblig. & 40 l. qui res, §. aream, infr. de ſolut. Et eſt * ratio hujus differentiæ, quia quando navis particulariter reſecitur, ſemper forma navis permanet, & ideò licet tabulæ mutatæ ſint, & earum loco aliæ fuerunt ſubrogatæ, meritò eadem navis appellatur, quia habet locum regula propoſita per Jureconſult. in hoc textu.

41 Et * addendum eſt, prædicta procedere, etiam ſi navis reſiciatur, ut etiam carina mutata ſit, & reſecta: nam ſi ſalva ſit carina, etiamſi in totum deſtruatur, vel reſiciatur, indiſtinctè eadem navis eſſe cenſetur, ut eſt expreſſum l. quod in rerum, §. fin. 42 & ibi gloſ. & Jaſon. n. 5. infr. de leg. 1. Et * eſt ratio, quia ut ex Ariſt. reſert Cagnol. l. 2. n. 257. C. de pactis inter emptorem, ad identitatem rei ſufficit identitas majoris partis, vel principalioris, vel formalioris, neque ad quarumcunque partium deſluxarum deperditionem, & aliarum integrationem, ſequitur identitatis mutatio. Cùm igitur carina ſit principalior pars navis, & formalior, dum ea ſalva manet, ſemper principalior pars navis ſalva eſt, ideò non obſtante mutatione aliarum partium, ſemper eadem navis eſſe cenſetur, facit l. cum in diverſis, infr. de religioſis, & ſumptib. funerum, & l. queritur, ſupr. de ſtatu hominum, & in materia inſinuat l. qui res, §. aream, ante finem, infr. de ſolutionibus.

43 Ultimum * exemplum Jureconſ. deſumitur à toto individuali; utpote in homine certum eſt partes

deſicere, & extrinſecus alias ſupplet, quæ ſuccedunt loco deperditarum, & tamen ſemper idem homo eſt, circa quòd exemplum notandum eſt, quòd hac præcipua ratione homo comedit, & bibit, ut per hoc partes, quæ deſiciunt, reſtaurentur in nobis, ut hic notant Bald. & Paul. in fine, & idem Paul. Caſt. notab. conſ. 389. col. 2. poſt prin. lib. 1. adde D. Tho. 1. part. q. 119. art. 1. in reſponſ. ad ſecundum argumentum, tradente quòd cum id, quòd ex alimento generatur, adjungatur corpori nutrito per modum mixtionis, non poteſt eſſe alia natura ejus quòd convenit, & ejus cui advenit, cum ſint jam factum unum per veram mixtionem, addens, quòd hæc conſideratio locum habet in eadem carne, ſecundùm diverſas conſiderationes. Si enim conſideretur caro ſecundùm ſpeciem, hoc eſt ſecundùm id, quòd eſt formale in ipſa, ſemper manet natura carnis, & diſpoſitio naturalis ipſius, ſed ſi conſideretur caro ſecundùm materiam, utique non ſemper manet, ſed paulatim conſumitur, & reſtauretur. Cùm igitur ſive homo conſideretur ſecundùm formam, ſemper idem maneat, ſive ſecundùm materiam, cum loco deperditarum partium aliæ ſubſtituantur, quæ miſcentur cum ipſa carne & corpore: meritò idem homo eſt, & dicitur, quòd in ſimilibus caſibus recipiendum eſt.

Et ꝑ hac ratione venit explodenda opinio Heraclii Philoſophi, qui dicebat, quòd equus non ingrediebatur bis eundem fluvium, quia partes materiales fluvii deſluerunt: Nam cum nihilominus eadem forma fluvii maneat, idem fluvius erit. Item licet conſideretur ſecundùm materiam, cum loco deſlugarum aliæ incontinenti ſubſtituantur idem fluvius erit, juxta ſupra tradita, & ita opinionem Heraclii deridet Plutarch. tractatu de ſera numinis vindicta, Canol. leg. 2. numer. 257. de pact. inter emptorem, & Menoch. conſ. 219. numer. 14. libr. 3. Et hæc ſatis ad explicationem hujus textus.

L. eum qui temere, 75. in princ. ff. de Judic.

S U M M A R I A

- 1 Reſert Doctores, qui agunt de materia expenſarum litis, de qua in hoc textu agitur.
- 2 Colligit primò ex textu, quòd ille qui temere vocavit alium ad judicium, eſt condemnandus in viaticis & ſumptibus litis.
- 3 Verbum temere non præſupponit dolum, neque malitiam, ſed quandam facilitatem, & incuriam, ſive incogitantiam.
- 4 Ubi ſit actus notoriè nullus, non præſumitur dolum, ſed temeritas.
- 5 Qui in conſulto calore, & non adhibita ſufficienti diligentia aliquid facit, fatue & ſulte dicitur facere.
- 6 Inconſulte & ſulte agere idem eſt.
- 7 Temeritas ſtrictè ſumpta ſignificat aliquid fieri, ſine prudentia, & inconfideratè, & ſine conſilio.
- 8 Viſtus eſt condemnandus in expenſis, ſi ſola temeritate, & inconfideratione i. juſtè litigavit, etiamſi nulla illius malitia intervenierit.
- 9 In re dubia non vult jus, quòd quis alteri litem moveat, ſed potius ſibi ſilentium imponat.
- 10 Si quis datum libellum emendaverit, condemnabitur in expenſis.
- 11 Si quis intentato petitorio illud ſuspendat, intentato poſſiſſorio, quaſi temere intentaverit petitorium, condemnabitur in expenſis.
- 12 Si quis vocaverit ad judicium perſonas, de quibus in l. ge-

- l. generaliter, ſupra de in jus vocand. ſine venia condemnabitur in expenſis.
- 13 Tradit & enumerat multos Doctores, ex quibus alia exempla hujus concluſionis colligi poſſunt.
- 14 Examinat illam queſtionem, utrum ſi actor juret de calumnia, prout tenetur, & ſententia contra illum lata ſit, debeat in expenſis condemnari.
- 15 Reſert jura, quæ partem affirmativam tenent.
- 16 Juramentum calumniæ excludit præſumptam calumniam.
- 17 Reſert contrariam opinionem, & Doctores, qui illam ſequuntur.
- 18 Tradit hanc contrariam opinionem conſuetudine totius orbis obſervari.
- 19 Proponit concordiam ad has opiniones, & veram reſolutionem queſtionis assignat.
- 20 Declarat, quòd licet quis ſoleat condemnari in expenſis, vel propter temeritatem, vel propter calumniam, hoc caſu tantùm ob temeritatem condemnabitur.
- 21 Examinat queſtionem, utrum actor, qui non probavit intentionem ſuam, & ideò fuit condemnatus in expenſis, an videatur condemnatus propter temeritatem, vel propter præſumptam calumniam.
- 22 Reſert qui tenent propter præſumptam calumniam, & ſic durius condemnari.
- 23 Ille qui non probavit id, quòd deduxit in judicio, præſumitur calumniator.
- 24 Idem dicendum eſt, ſi id, quòd deduxit, non probavit, ſed aliud diverſum.
- 25 Reſert contrariam opinionem, & ejus auctores.
- 26 Dolus vel calumnia præſumi non debet, niſi clare probetur.
- 27 Reſert concordiam ad has opiniones.
- 28 Aliam concordiam assignat.
- 29 Qui ſemiplene probavit non ſolum non videtur litigare per calumniam, imò nec per temeritatem ac ideò à condemnatione expenſarum videtur excuſandus.
- 30 Deſendendo communem, de qua n. 28. huic difficultati reſpondet.
- 31 In ſemiplene non probante, licet non detur malitia, datur tamen temeritas.
- 32 Si actor eſt dubius, utrum in cauſa obtinere poſſit, debet ſibi ſilentium imponere.
- 33 Reſert concordiam Socin. ad has opiniones.
- 34 Reſert concordiam Socin.
- 35 Veriorem concordiam assignat.
- 36 Propter ſemiplenam probationem excuſatur quis à præſumpta calumnia.
- 37 Sed non liberabitur à præſumpta temeritate, & ob id in expenſis condemnabitur.
- 38 Declarat, non eſſe novum, quem liberari à præſumpta calumnia, & tanquam temerarium litigatorem condemnari in expenſis.
- 39 Declarat item, non eſſe ſimpliciter verum, quòd ſemiplene probans tanquam temerarius litigator, ſemper ſit condemnatus in expenſis, & diſtinguendo procedit.
- 40 Qui ſemiplene probavit facta comparatione ad plenam probationem rei, perinde habetur ac ſi nil probaſſet.
- 41 Declarat quid dicendum, quando uterque ſemiplene probavit, & uni tantùm delatum eſt juramentum.
- 42 Qui in uno gravatur, in alio eſt relevandus.
- 43 Declarat, quòd ut ſemiplene probans relevetur ab expenſis, duo copulative requiruntur, & ibi ea ſpecificat.
- 44 Reſolvit, quòd ſi actor nil omnino probavit, & adverſarius ſemiplene probavit, & ei delatum fuit juramentum actoris, tanquam temerarius litigator condemnabitur in expenſis.

- 45 Reſert Doctores, qui tenent, quòd ubi delatum eſt juramentum ſuppletorium, nunquam viſtus condemnabitur in expenſis.
- 46 Reſert proxima Doctorem traditionem, & optimo argumento contrarium confirmat.
- 47 Reſert caſum, quo actor excuſabitur ab expenſis, etiamſi viſtus ſit.
- 48 Tradit alium caſum, in quo etiam actor ab expenſis excuſabitur.
- 49 Quando quis condemnatur in expenſis, propter præſumptam calumniam, ſi non habet in bonis, licet in corpore.
- 50 Quando propter temeritatem condemnatur, ſi bona habeat cedendo bona, liberabitur.
- 51 Ut quis condemnetur in expenſis, debet ſaltem eſſe temerarius litigator, unde ſi habuerit juſtam cauſam litigandi, quæ excludat temeritatem, non condemnabitur.
- 52 Addit, quòd non requiritur juſta cauſa in veritate, ſed ſufficit cauſa, quæ reputabitur juſta.
- 53 Cauſas propter quas viſtus debeat excuſari ab expenſis, tradit ex multis Doctorebus reſiſſivè.
- 54 Proponit cauſam, qua viſtus ſecundùm Hoſtienſ. relevatur ab expenſis.
- 55 Reſert proxima limitationem ab Hoſtienſe traditam, & rationi Hoſtienſis reſpondet.
- 56 Præſumptio, qua colligitur ex qualitate perſonæ eſt generalis.
- 57 Præſumptio, qua colligitur ex ſententia lata contra viſtum eſt ſpecialis, & ideò præferri debet.
- 58 Neque mulier, neque ruſticus, excuſantur à condemnatione expenſarum.
- 59 Sanctitas litigantis tantùm excludit præſumptionem calumniæ, non autem temeritatis.
- 60 Vir ſanctus facile temeritatem incurere poteſt, & ibi exemplificat.
- 61 Declarat ex Reſſ. dictum Hoſtienſ. de quo n. 34.
- 62 In Romana Curia ſemper ſit condemnatus in expenſis proceſſus, etiam ſi viſtus habuerit juſtam cauſam litigandi.
- 63 Stylum Romana Curia probavit Ordin. Portugaliæ.
- 64 Proponit auctor contra multos ſtylum Romana Curia, ex mente juris communis fuiſſe inductum.
- 65 Sententia lata contra viſtum multam elidit præſumptionem, quòd viſtus habuerit cauſam litigandi.
- 66 Expendit pro hac ſententia text. in l. qui ſolidum, §. 80. ſ. etiam infra de leg. 2.
- 67 Declarat communem traditionem, quòd juſta cauſa excuſat à condemnatione expenſarum, ut non procedat in expenſis proceſſus.
- 68 Reſpondet ad rationes dict. communis opinionis, & ad primam de iſto textu.
- 69 Ad condemnationem expenſarum proceſſus non exigitur temeritas ſed ſufficit victoria.
- 70 Reſpondet ad l. qui ſolidum, §. 80. infra de leg. 2.
- 71 Adminiſtratores, vel alii, qui in utilitatem alterius litem movent, ſumptus imputabunt illi, in cujus utilitatem litem moverunt, ſi juſta cauſa litigandi fuerit, alia ſecus.
- 72 Reſpondet ad auct. de Judicibus, §. ſed oportet, v. ſi tamen, coll. 6.
- 73 Explicat Ordin. Portug. lib. 3. tit. 51. in principio, & in §. 3.
- 74 Proponit differentiam, quam circa expenſas litis p. Ord. facit, juſta ratione carere.
- 75 In hac materia actor, & reus à pari judicantur.
- 76 In actore juſtor cauſa requiritur, ut excuſetur ab expenſis quam in reo, qui non debet jus ſuum in deſenſum relinquere.
- 77 Reſert prædictam differentiam tanquam injuſtam emendaſſe Ordin. Portugaliæ libr. 3. titul. 67. in principio.

- 78 Limitat dict. Ordin. non procedere, si causa litigandi fuerit iustissima, & evidenter apparen.
- 79 Iusta causa, propter quam victus fuit excusatus à condemnatione expensarum, debet exprimi in sententia, aliàs Judex facit litem suam.
- 80 Explicat l. unicam, tit. 46. lib. 2. constitutionum Regni Neapolit.
- 81 Explicat l. 1. tit. 22. lib. 4. Ordinamenti Castellæ.
- 82 Tradit, quòd in Regno Castellæ in prima instantia non est faciendæ condemnatio expensarum.
- 83 Tradit etiam, consuetudinè multorum locorum observari, ut non fiat condemnatio expensarum, nisi in instantia appellationis.
- 84 Item quòd in Regno Neapolitano redacta est res ad terminos juris communis, ut etiam in prima instantia fiat condemnatio in expensis litis.
- 85 Idem etiam approbavit Ordin. Portugal.
- 86 Declarat d. l. Castell. de qua n. 81. dum jubet, ut in causa appellationis condemnatio expensarum, deberet intelligi de expensis utriusque instantiæ.
- 87 Idem observatur in Francia.
- 88 Idem Tolosa observatur.
- 89 Declarat, quòd si in causa appellationis fiat simpliciter condemnatio in expensis, debet intelligi de expensis utriusque instantiæ, etiamsi id non sit expressum.
- 90 Explicat dict. l. Castell. ut intelligi possit, quòd non excludat expensas primæ instantiæ.
- 91 In prima instantia minor iusta causa sufficit, ut quis excusetur à condemnatione expensarum.
- 92 Tradit prædictam l. Castell. se restrinxisse ad causam appellationis, ut ostenderet, in ea causa semper esse faciendam condemnationem expensarum, non obstante iusta causa.
- 93 Colligit ex dict. l. Castell. quòd in causa appellationis debet fieri condemnatio expensarum, quòd non observari in tribunalibus superioribus refert Azvedo.
- 94 Examinat utrum ea l. Castell. sit generaliter intelligenda, vel sit limitanda, nisi iusta causa litigandi, vel appellandi abfuerint.
- 95 Refert Doctores, qui tenent, limitandum esse, nisi iusta causa litigandi, vel appellandi abfuerit.
- 96 Refert contrariam opinionem, & ejus auctores, quòd scilicet dicta lex sit generaliter intelligenda.
- 97 Tradit rationem & fundamentum prædictæ opinionis.
- 98 Resolvit primam opinionem n. 94. veriolem esse.
- 99 Lege Castellæ non faciliè recedunt à dispositione juris communis.
- 100 Respondet ad rationem Parladovi.
- 101 Jura limitatoria recipiunt extensionem ex identitate rationis.
- 102 Si appellans tam in prima, quam in secunda instantia succubuit, etiam in causa appellationis indistinctè condemnandus est.
- 103 In causa appellationis ad excusandum ab expensis, causa debet esse iustissima.
- 104 In causa appellationis circa has expensas debet observari id, quòd observatur in Francia.
- 105 Explicat d. l. Castellæ circa exceptiones, quæ in ea exprimuntur, à regula generali.
- 106 Prima exceptio est, nisi vicinus in causa appellationis in prima instantia pro se obtinuerit sententiam.
- 107 Declarat hanc conclusionem in terminis juris communis observasse multos Doctores, quos ibi tradit.
- 108 Refert contrariæ opinionis auctores, & ejus fundamenta.
- 109 Tradit communem resolutionem, quæ in hoc articulo assignatur.
- 110 Assignat limitationem ad hanc communem resolutionem ex Myning. loco ibi relato.
- 111 Adducit opinionem illorum, qui tenent, quòd si ex noviter productis sententia primæ instantiæ revocata sit, nullus condemnabitur in expensis.

- 112 Tradit verius esse, quòd prædictæ expensarum debeat fieri condemnatio, & postea inter partes debeat fieri compensatio.
- 113 Declarat, quomodo sit intelligenda prima exceptio l. 1. tit. 22. lib. 4. ordinam.
- 114 Distinctio, de qua hic, servatur in Curia Romana.
- 115 Item servatur in Francia.
- 116 Tradit secundam exceptionem, quæ exprimitur in d. l. Castellæ.
- 117 Declarat, quomodo intelligenda sit dicta exceptio.
- 118 Quando actor in parte vincit, & in parte victus est, tunc qualibet quo parte, in qua victus est, condemnabitur in expensis.
- 119 Respondet ad dictum Baldi, de quo in leg. eos, §. cautione, num. de appellat.
- 120 Resolvit in arbitrio Judicis esse, vel non, condemnare quemlibet pro parte.
- 121 Si fuerit equalis calumnia, vel temeritas, vel etiam si simus in dubio, pro portione numeri fiet compensatio.
- 122 Addit, quòd prædicta procedunt in expensis, quæ debentur ex dispositione legis, mediante officio Judicis, secus si debeantur ex promissione facta inter partes.
- 123 Declarat ad hos terminos reducendam esse gloss. leg. 3. §. si rem verb. fortassis, in fine, infr. de legatis 3.
- 124 Ostendit doctrinam dict. gloss. intelligendam esse procedere in expensis debitis jure actionis precedentis, ex conventionione partium.
- 125 Expensa facta extra judicium, & sic extra causam litis, quamvis tunc jure actionis peti possint, tamen iusta causa ab illarum excusatione excusabit.
- 126 Si expensa promissa sint in judicio, iusta causa ab illis excusabit.
- 127 Proponit questionem, utrum stante statuto, quòd victus victori condemnatur in expensis, debeat in illis condemnari, etiamsi iustam causam litigandi habuerint.
- 128 Refert jura & Doctores, qui tenent, iustam causam ab illis non excusare.
- 129 Tradit, qui contrariam opinionem sequuntur.
- 130 Declarat primam opinionem n. 127. veriolem esse in puncto juris.
- 131 Respondet ad fundamentum contrariæ opinionis.
- 132 Pro expensis factis in judicio solum competit officium Judicis, & illo extincto amplius peti non possunt.
- 133 Propter dispositionem statuti competit conditio ex statuto, & quamvis expiret officium Judicis, adhuc expensa jure actionis peti poterunt.
- 134 Refert difficultatem contra proximam resolutionem ex Mathes. singul. 80.
- 135 Respondet ad dictam difficultatem, quòd cum verba statuti directo non referantur ad Judicem, & impetrativo modo prolata sint, ex illis jus agendi non competit victori.
- 136 Cum verba impersonaliter sint prolata, actionem inducunt.
- 137 Resolvit, quòd pro eo tempore, quo quis habuit iustam causam litigandi, liberabitur ab expensis, & pro alio tempore condemnabitur in illis.
- 138 Adducit declarationem ad proximam conclusionem ex Guid. Pape decif. 178.
- 139 Reprobatur declarationem Guid. Pape.
- 140 Respondet ad fundamentum contrariæ opinionis.
- 141 Si victor diu distulit præsentare instrumentum, ex quo de iustitia causa constabat, quòd tamen non produxit, ut adversariam fatigaret, est condemnandus in expensis factis ante productionem instrumenti.
- 142 Explicat traditionem gloss. cap. presentiam, verb. sigillatim, de testibus in 6.

- 143 Refert contrariam opinionem d. gloss. & declarat, quomodo hoc casu expensa dividi debent.
- 144 Declarant, veriolem esse banc ultimam opinionem.
- 145 Respondet ad rationem contrariæ opinionis.
- 146 Quando petitio plus debito consistit in quantitate, non potest reus iuste negare totum.
- 147 Declarat, quo casu potest admitti contraria opinio, de qua num. 141.
- 148 Rejicit concordiam, quam ad has opiniones assignat Vincentius loco hic relato.
- 149 Actor plus petens excusabitur ab expensis, si utatur cautela, de qua per Boerium decif. 74. n. 2. & alios, de quibus hic.
- 150 Reus simpliciter totum negans, excusabitur ab expensis, si utatur cautela, de qua per Paris. consil. 104. n. 16. lib. 3.
- 151 Colligit ex text. quòd actor temerarius condemnatur in expensis litis.
- 152 Tradit remissivè, quæ dicantur expensa litis.
- 153 In sententia interlocutoria debet fieri condemnatio expensarum, quas victus statim solvet, non expectata sententia definitiva.
- 154 Declarat effectus conclusionis.
- 155 Quando interlocutoria fertur super questione facti, procedet dictus effectus, si verò fiat super questione juris, cessat condemnatio expensarum.
- 156 Condemnatio expensarum ante definitivam, censetur esse sententia interlocutoria, & ideo per Judicem mutari aut suppleri potest.
- 157 In causa criminali victus condemnabitur in expensis, sicut fit in causa civili, ad cuius similitudinem proceditur in criminali.
- 158 Conclusio supra proxima expresse est approbata per ordinationes Portugallie hic relatas.
- 159 Impugnat conclusionem ex l. non ignorat, C. de fruct. & litem expens. quam ad id expendit.
- 160 Communem resolutionem amplectitur, & respondet ad dictam legem, non ignorat.
- 161 Reprobat Caravitam, dum tenet, quòd in Regno Neapolitano non fit condemnatio in expensis, in causa criminali, & resolvit, verius esse contrariam.
- 162 Tradit, hanc ampliationem non solum procedere in succumbente, sed etiam in denunciatore, nam etiam is condemnabitur in expensis.
- 163 Idem recipitur in reo, se defendente in causa criminali.
- 164 Refert Bald. contrarium tenentem, & ejus fundamentum.
- 165 Respondet ad legem primam infra de his, qui mortem sibi confecerunt.
- 166 In causa criminali præstat juramentum de calumnia.
- 167 Licet per editum bona confiscentur, expensa tamen solvenda sunt accusatori.
- 168 Ha expensa solo officio Judicis debentur, post latam sententiam in causa criminali, sive condemnatione expensarum amplius peti non possunt.
- 169 Si procedatur per viam Inquisitionis, tunc semper fiet condemnatio in expensis.
- 170 Si accusator habuerit iustam causam accusandi, excusabitur ab expensis.
- 171 Si Judex victum non condemnavit in expensis, ex suo tenetur victori solvere.
- 172 Declarat, expensarum condemnationem fieri non debere per Judicem, nisi pars in libello id petat.
- 173 Obligatio, quam habet Judex ad condemnationem expensarum, inest sub tacita conditione, si pars id petierit.
- 174 Tradit in multis partibus, consuetudine servari, ut fiat condemnatio in expensis, etiamsi à partibus petita non sint.
- 175 Declarat, quòd si pars expensas non petat, non poterit Judex, etiamsi velit, victum in expensis condemnare.
- 176 In expensis factis post litem contestatam poterit Judex victum condemnare, etiamsi pars eas non petat.
- 177 Si Judex post litem contestatam in expensis victum non condemnet, non tenebitur.
- 178 Potest Judex omissem condemnationem expensarum eadem die supplere, & non postea.
- 179 Reprobatur Covarruv. & alios, dum tenent, proximè dicta in practica non recipi.
- 180 Declarat modum procedendi, quando Judex victum absolvit ab expensis, vel eum condemnavit in minori quantitate.
- 181 Agit de intellectu l. final. Codic. quando provocare non est necesse.
- 182 Reprobatur intellectum proximè traditum ad d. l. fin.
- 183 Tradit veriolem intellectum ad dict. l. fin.
- 184 Declarat, quòd pari ratione erit necessaria appellatio victoris, quando victus appellans limitativè à sententia principali appellavit, quatenus contra se erat lata.
- 185 Si victor non appellavit à condemnatione expensarum, eum possit, ita sibi præjudicari, ut neque contra Judicem in sindicatu possit habere recursum, quod ex Rebuff. tradit.
- 186 Reprobatur proximè tradita & ostendit, quòd præjudicans sibi in appellatione non excluditur à remedio juris, quòd ei conceditur contra Judicem.
- 187 Declarat, quo casu tradita à Rebuff. admitti non possunt.
- 188 Declarat etiam decisionem dict. leg. final. Codic. quando provocare non est necesse, non observari in Curia Francia.
- 189 Si actor liti renunciaverit, adhuc condemnabitur in expensis, ac si per sententiam victus esset.
- 190 In judicio nulla admittitur penitentia, quoad restitutionem expensarum.
- 191 Quando pars renunciat illi, quia de novo cognovit se iniuste litigare, excusabitur ab expensis: secus si de causa erat jam antiqua, & qui aderat tempore mota litis.
- 192 Si in transactione expensa non fuerint remissa, poterit auctoritas petere à reo, si constat ideo transigisse, quia bonam causam non agebat.
- 193 Si instantia appellationis culpa actoris extincta sit, & ille postea impetret restitutionem instantiæ, non audietur, nisi prius solvat expensas antea factas.
- 194 Quòd procedit etiamsi per principem restauratio facta sit.
- 195 Quando quis appellavit, & ejus culpa, & negligentia deserta fuit appellatio, tenebitur expensas solvere.
- 196 Fiscus victus non condemnabitur in expensis.
- 197 Depositi in privatis regulariter observatur etiam in fisco.
- 198 Illud quòd dictum est, quòd fiscus expensas non solvit, magis ad consuetudinem generalem, quam ad jus referendum est.
- 199 Contendens cum fisco, & victus expensas non solvit.
- 200 Si procurator fisci aliquem accuset, & non probavit delictum, non condemnabitur in expensis.
- 201 Procurator fisci excusatur à præsumpta calumnia, quia ex necessitate officii accusavit.
- 202 Si pars simul cum procuratore fisci accuset, in expensis condemnabitur, sive tanquam instigator, sive tanquam denunciator procuratori fisci assistit.
- 203 Si ad instantiam partis fisci accusaverit, saltem pars condemnabitur in expensis.
- 204 Si clarè constiterit de calumnia procuratoris fisci, & quòd animo vexandi partem accusavit, ac si esset privatus, condemnabitur in expensis.

- 204 *Judex, qui injustè & malitiòse inquiri contra aliquem ex officio, in expensis condemnabitur.*
- 205 *Quando sententia fertur in favorem actoris absentis & contumacis, & contra reum presentem, non fiet condemnatio expensarum.*
- 206 *Agit de intellectu l. properandum, §. & siquidem vers. si autem ex gestis, Cod. de judic. & intellectum gloss. assignat.*
- 207 *Tradit alium intellectum ad dictam textum ex Pileo, quem ut veriores probat.*
- 208 *Rejicit concordiam, quam dictas opiniones, assignavit Alexan. dict. §. & siquidem, ad finem, & ostendit procedere non posse.*
- 209 *Si actor reum non interpellavit extra judicium, & citatus, & in judicio comparens non agnoscat bonam fidem, non condemnabit in expensis citationis.*
- 210 *Si dies certus fuerit declaratus in obligatione, & sit transactus, etiamsi reus non fuerit interpellatus extra judicium expensas solvet.*
- 211 *Quando una pars propter aliquod privilegium expensas litis non tenetur solvere, neque adversarius victus cas solvet.*
- 212 *Si plures sint consortes ejusdem litis, & simpliciter fuerunt victi, & condemnati, quilibet eorum tenetur pro rata expensarum.*
- 213 *Victus non solum debet condemnari in expensis litis sedè processus, sed etiam in viaticis.*
- 214 *Viaticum significat sumptus destinatos ad iter faciendum.*
- 215 *Tradit textus probare, faciendam quoque esse condemnationem expensarum factarum ante litem contestatam, occasione tamen ipsius litis.*
- 216 *Ostendit contra decisionem hujus text. latam fuisse decretum Senatus Parisiensis.*
- 217 *In Francia viatica non solvuntur victori.*
- 218 *In Curia Romana viatica etiam non solvuntur.*
- 219 *In Regno Portugaliæ fit condemnatio in viaticis, iuxta istum textum.*
- 220 *Victori debent solvi expensæ, quas fecit cum sua persona dum duravit lit.*
- 221 *Refert declarationem ad proximè dicta quod ex illis sumptibus debet deduci, quod domi esset consumpturus.*
- 222 *Reprobat proximam declarationem.*
- 223 *Testi, qui à domo evocatur ad ferendum testimonium prestatur sumptus itineris, non facta deductione ejus, quod domi esset consumpturus.*
- 224 *Respondet ad textum l. sed nisi hereditas §. 1. infra ad exhibendum.*
- 225 *Quando servus jubetur exhiberi, ad expensis autoris fieri tamen debet: à quibus deducuntur alimenta, quæ possessor tenebatur dare illi serpo.*
- 226 *Ut verior sit puniatio temere victi, nulla debet fieri deductio.*
- 227 *Ex expensis, quæ ratione contumacia debentur, non debet fieri predicta deductio, ut contumacia gravius puniatur.*
- 228 *Ampliat, ut non solum fiat condemnatio in viaticis, sed etiam in dampnis respicientibus personam victoris, ut quia esset artifex.*
- 229 *Deductio eorum, quæ domi consumpturus est, tantum fit illi, qui ex suo vivit, & non ex operis, quas perdidit propter litem.*
- 230 *Tradit ex Greg. Lopez in praxi non observari, quod in expensis habeatur ratio interesse, quodam tamen eo preteritum pretendit.*
- 231 *Probat attento jure communi, quod nullus habeatur respectus predicti interesse, & confirmat traditam n. 228. & receptissimum esse ostendit.*
- 232 *Examinat illam questionem, utrum in terminis hujus text. veniant etiam damna, quæ victor passus est propter litem injustam.*
- 233 *Refert magis communem opinionem tenere, non unire.*
- 234 *Sub nomine expensarum non veniunt damna.*
- 235 *In expensis ratione victorie non veniunt damna, nec interesse.*
- 236 *In expensis, quæ veniunt ratione contumacia, venit damnum & interesse.*
- 237 *Declarat, in hoc articulo tutiorem esse resolutionem Bart. l. 1. n. 1. supra de alienat. judicii.*
- 238 *Tradit rationem proximè distinctionis Bart.*
- 239 *Damnum, quod advocatus & similes passi sunt, propter litem eis debetur.*
- 240 *Explicat differentiam, quæ versatur inter expensas debitas ratione victorie, vel ratione contumacia.*
- 241 *Tradit, quod in utroque casu hujus differentia non veniunt damna sub nomine expensarum, sed sub nomine damni.*
- 242 *Refert in hoc articulo aliam distinctionem traditam à Theaur. decis. Pedemon. 67. n. 4.*
- 243 *Declarat hanc novam distinctionem jure non probari, verissimam tamen esse.*
- 244 *Quoad expensas ratione victorie fit differentia inter causam mediatam & immediatam, sed quoad expensas ratione contumacia, vel delicti occasio sine causa remota sufficit, ut damna debeantur.*
- 245 *In expensis ratione contumacia veniunt omnia damna, etiamsi contumacia non fuerit illorum causa immediata, sed mediata.*
- 246 *Tradit alias differentias circa predictas expensas remissive.*
- 247 *Tenet contra multos Doctores, quod in expensis ratione victorie non solum veniunt expensæ litis, sed etiam damna, quæ victor propter litem passus est.*
- 248 *Explicat, quod in multis juris locis ultra expensas veniunt damna.*
- 249 *In Curia Franciæ etiam in dampnis fit condemnatio.*
- 250 *Assignat concordiam ad has opiniones.*
- 251 *Refert distinctionem, quando condemnatio fit propter temeritatem victi.*
- 252 *In debitis ratione calumnia, vel contumacia veniunt damna, quorum lis fuit causa etiam immediata.*
- 253 *Quid in regno Castellæ in hoc observetur, tradit remissive.*
- 254 *Declarat, quod ut predicta locum habeant, oportet, quod expensæ, in quibus fit condemnatio, sint moderatæ.*
- 255 *Ubi fit mentio de expensis, debet intelligi de justis & moderatis.*
- 256 *Expensæ non solum debent esse moderate, sed etiam utiles & necessariae, ita ut non sufficiat esse utiles tantum.*
- 257 *Resolvit verius esse, etiam utiles ad consequendam victoriam esse solvendas, dummodo in illis moderamen fuerit observatum.*
- 258 *In moderatione semper debet haberi respectus ad qualitatem personarum.*
- 259 *Ille non solvuntur, in quibus faciendis culpa victoris non deprehenditur.*
- 260 *Declarat supra dicta procedere, quando ex suo aliquid expendit, nam quod non expendit, ex suo, non potest petere nomine expensarum.*
- 261 *Sed advocatus egit causam propriam in qua obtinuit & adversarius condemnatur in expensis, nihil petere potest nomine advocacioni.*
- 262 *Limitat proximam conclusionem, nisi advocatus assumpserit aliud advocatum in propria causa, tunc enim sub nomine expensarum venit id quod ex suo dedit alii advocato.*
- 263 *Item limitat si pretium sue advocacioni petat sub nomine damni, & interesse.*

264. Limi-

- 264 *Limitat, etiam quod si advocatus nihil voluit accipere, propter reverentiam persone, non debebuntur illi expensæ, pro quibus nihil ex suo solvit.*
- 265 *Declarat, quod si hæc remissio facta sit propter benemerita præterita, vel futura, expensæ debebuntur.*
- 266 *Tradit expensas, in quibus victus victori condemnatur, taxandas esse ex proprio arbitrio, secundum qualitatem litigantium.*
- 267 *Declarat ad taxationem faciendam citandum esse victum cum sit diversa causa à principali.*
- 268 *Exponit modum taxandi expensas.*
- 269 *Advertit, quod Judex debet prius taxare secundum quantitatem & postea jubere partem jurare, quod illas ex suo expendit & tunc in illis condemnabit.*
- 270 *Hoc casu non est necessaria alia probatio ex parte victoris, quam illius juramentum.*
- 271 *Refert ex Azevedo practicam modernam circa hanc taxationem expensarum.*
- 272 *Hæc predicta moderna satis videtur concordare cum praxi quæ in hac materia observatur in Francia.*
- 273 *In Regno Portugaliæ ad hanc taxationem expensarum creatus est officialis, qui de earum liquidatione specialiter cognoscat.*
- 274 *Quod idem in ducatu Sabaudie observari dicit Theaurus.*
- 275 *Declarat Ordinatio Portugaliæ lib. 1. tit. 90. quæ de his expensis loquitur, secutam esse ferè omnes communes conditiones quas in hac materia refert Azevedus & Rebus. hic.*
- 276 *Si taxatio expensarum facta fuerit injusta, & de excessiva, potest ab ea appellari, ut alia taxatio justa fiat.*
- 277 *Licet Judex in sententia diffinitiva non possit sibi reservare condemnationem expensarum, potest tamen in ea sibi reservare taxationem earum.*
- 278 *Tradit ex Felino valere condemnationem expensarum, antequam fuerint taxatæ.*
- 279 *Valet sententia expensarum, etiam incerta, qui poterit postea in executione certificari.*
- 280 *Intelligit proximè dicta in expensis præteritis, nam pro futuris non poterit fieri condemnatio.*
- 281 *Probat, quod de taxatione, vel liquidatione futurarum expensarum agi non poterit, cum adhuc non debeantur.*
- 282 *Refert multos Doctores, qui de hac materia expensarum tractant.*

DE materia expensarum * de qua in hoc text. datur ultra Doctores legitas in leg. properandum §. si autem alterutra C. de iudicis & Canonistas cap. finem litibus, de dolo & contumacia latè agit Hypol. l. patre vel marito à n. 12. infr. de quest. Rebus. 3. tom. ad. ll. Gallicas tract. de expensis Caravita in ritib. Curia ritu 279. Andr. Gallus lib. 1. practicarum observ. in observat. 151. à n. 2. & observatione sequenti Covar. pract. quest. c. 27. Azeved. 1. tit. 22. ib. 4. ordinam. à n. 1. & Cumia in ritibus magnæ Curie Regni Sicilia cap. 25. n. 48. Ego autem utiliora tantum attingam.

Et primò ex isto * textu colligendum est, quod ille, qui temere vocavit alium ad Judicem, est condemnandus in viaticis, & sumptibus litis. Pro cuius notabilis explicatione, sciendum * est, quod verbum (temere) non præsupponit dolum neque malitiam, sed quandam facilitatem, & incuriam, sive incogitantiam, 30. Andr. post. Joan. Monachum cap. 1. col. 1. ad finem de sententia excommunicat. in 6. 4. Anbar. com. 271. de tutelis n. 8. in quibus, quod ubi fuit dolus notoriè nullus, non * præsumitur dolus, sed temeritas: nam qui inconsulto calore, &

non adhibita sufficiente diligentia, quid facit, fatuè & stultè dicitur tacere, & non dolosè l. 1. §. quæri possit infra ad Turpil. cap. pen. 30. quest. 5. in princ. c. isti de pena temere litigantium. tradit Lucas de Penna l. Magistros col. 3. C. de t. professor. & Medic. lib. 10. sive (quod idem est) inconstitè, & stultè agere, Menoch. de recuper. possess. 5. remedio nu. 72. & cons. 145. n. 9. & lib. 2. de arbitrariis casu 194. n. 29 similiter inquit Patianus de probat. lib. 2. cap. 45. n. 78. quod t. temeritas firidè sompta, significat aliquid fieri sine prudentia & inconsideratè, & sine consilio; juxta quam expositionem probat is textus, victum * esse condemnandum in expensis, si sola temeritate, & inconsideratione, injustè litigavit, etiamsi nulla illius malitia intervenerit, notat Barr. hic nu. 2. & l. 1. in principio n. 11. infr. ad Turpilianum & in notab. casu Panor. cons. 78. nu. 2. libr. 1. & cap. finem litibus n. 21. de dolo & contumacia, & Rebus. post alios 3. tom. ad ll. Gallicas, tract. de expensis art. 1. gl. 1. à num. 7. & art. 3. gloss. 1. à n. 17. Menoch. cons. 145. n. 13. lib. 2. & rationem assignat Bal. cap. final. ad finem de major. & obediencia: quod in re dubia non vult jus, quod quis alteri * litem moveat, sed potius sibi silentium imponat, & subscribit decisi. Avenionensis decis. 35. n. 7.

Ex quibus inferitur primò, quod * si quis datum libellum emendaverit, juxta leg. edita C. de edendo condemnabitur in expensis, quia à principio libellum temerariè formaverit: ut ibi tradit Barr. n. 30. Bal. cons. 3. in fine lib. 2. pariter * & si quis intentato petitorio illud suspendat, intentato possessorio, juxta Clem. unicam de causa possess. quasi temere prius intentaverit petitorium, condemnabitur in expensis Panorm. videndus cap. pastoralis n. 31. de causa possess. vel si vocaverit * ad judicium sine venia iudicis, personas de quibus l. generaliter supra de n. jus vocatio. Nam quasi temerarius condemnabitur in expensis in terminis Purpuratus * in rub. n. 25. C. 13. de in jus votando, & aliud etiam exemplum vide per Bart. tract. de ordine iudicio. n. 2. post principium & per Bal. l. 1. n. 8. ad finem C. de procurator. & aliud per eundem Bald. l. non ignorat in fine C. de fructibus & litium expensis & l. sancimus n. 5. C. de iudicis, de quo notab. agit Greg. l. 23. tit. 11. par. 5. in gl. 1. & aliud etiam exemplum invenies apud Jason. §. tripli num. 16. & num. 19. in lit. de act. & aliud invenies apud gloss. hic versic. sed pone, & Greg. leg. 10. tit. 3. par. 6. gl. 2. in fin.

Secundò principaliter * ex supra traditis inferitur resolutio, ad eam dubiam questionem, utrum si actor juret de calumnia, prout tenetur, & nihilominus sententia contra eum lata sit, debeat in expensis condemnari? Et gloss. auth. de t. iudicib. §. oportet collat. 6. 15. & gloss. l. qui solitum §. etiam inf. delegat. 2. & gloss. cap. finem litibus verb. expensus de dolo & contumacia, concludunt, non * debere condemnari in expensis, quia predictum juramentum excludit presumptam calumniam l. 3. vers. proderit supra de iurjurand. l. 1. post principium infr. si mulier ventris nomine, & in terminis hanc conclusionem probat l. 8. tit. 22. part. 3. & ibi notat Greg. verb. la jura.

Contrariam tamen * opinionem, imò quod non obstante juramento calumniæ, victus debebat condemnari in expensis, & ita consuetudine totius orbis observari, resolvit Salycet l. qui crimen in fine C. qui accusare non possunt Bald. aub. generaliter num. 8. & 9. Codic. de Episcops & Clericis Socin. regu. 139. in principio eleganter Covar. practicarum qualis cap. 27. num. 2. vers. secunda Seraphinus tract. de juramenti privilegiis 13. privilegio num. 3. quicquid ipse postea distinguit n. 5. ad finem.

Concordandæ tamen * sunt opinionem, quod licet

licet juramentum excuset à præſumpta calumnia, non tamen excuſat à temeritate, quæ ſola ſufficit ad condemnationem expenſarum, ut ſupra dictum eſt, ita Innoc. cap. final. ad ſcæm de majoritate & obedientia Bart. l. 1. in principio num. 11. infra ad Turpilian. & in terminis idem Bart. l. qui ſolidum §. etiam n. 2. inf. de legat. 2. Alex. l. ait prætor in principio n. 6. ad finem infra de jurejurando. Greg. l. 8. tit. 22. partit. 3. verb. la jura ad finem. Ita ut licet † quis ſoleat condemnari in expenſis, vel propter temeritatem, vel propter præſumptam calumniã, c. finem litibus de dolo & contumacia, & ibi Panorm. num. 21. tamen hoc caſu tantum condemnabitur in expenſis, propter temeritatem, Alciat. de præſumpt. regula 3. præſumpt. 44 n. 5. & Menoch. conſ. 145. n. 14. l. 2. & de præſumpt. l. 5. præſumpt. 45. n. 4. & de Avinionenſis dec. 35. n. 7.

Tertio principaliter inferitur * reſolutio ad eam dubiam quæſtionem, utrum ille qui alium vocavit ad judicium, & non probavit intentionem ſuam, & ideo fuit condemnatus in expenſis, utrum videatur calumnia? Et videtur dicendum, * quod propter præſumptam calumniã: & ſic durius condemnabitur, cap. calumniã de penis & ibi Panorm. n. 2. & in terminis ita reſolvit Alciat. de præſumpt. 44. num. 5. facit leg. de libertate 9. §. 1. infra de liberali cauſa & ratio lex rem non novam §. fin. C. de judiciis, & quia ille qui non probavit id, * quod deduxit in judicio, præſumitur calumniator, gloſ. l. athletas §. calumniator, verb. ex utraque ſupra de his qui notantur infamia, gloſſa l. 3. §. dicitur, verb. relegaretur, infra de teſtibus, & aſſerit receptum Felin. cap. 2. numer. 4. de calumniã. Et * idem ſi id, quod deduxit, non probavit, ſed aliud diverſum, Innocentius & Panormitanus ad finem cap. cum contingat de officio delegati.

Contrariam * tamen opinionem, imò quod ille, qui non probavit id, quod deduxit in judicio, magis per temeritatem, quàm per calumniã videatur injuſtè litigaſſe, reſolvit Alciatus leg. in principio num 136. ad finem & n. 138. infra de novi oper. nunciat. Neque enim dolus * vel calumnia præſumi debet, niſi clarè probetur l. quoties §. qui dolo inf. de probatio. l. dolum C. de dolo.

Sed † poterunt concordari opinionem ex ſupra traditis, ut ſi interveniat juramentum de calumnia, præſumatur temeritas; & non calumnia, poterit etiam † concordari opinionem, quod aut victus nihil probavit, & præſumitur per calumniã litigaſſe, c. calumniã de penis Speculator tit. de calumniã. in fine & Bald. auth. generaliter num. 8. & num. 9. verſ. ex prædictis C. de Episc. & cleric. Si autem ſemiplenè probavit, tunc non præſumetur calumnia, ſed potius temeritas, & ideo tunc propter ſolam temeritatem videtur condemnatus in expenſis, quæ concordia videtur colligi ex mente cap. 1. §. final. de elect. in 6. cui tamen concordat illud videtur repugnare, * quod ille, qui ſemiplenè probavit, non ſolum non videtur litigaſſe per calumniã, imò neque per temeritatem, & ideo ab expenſarum condemnatione omnino eſt excuſandus: Ancharan. conſil. 248. ad prædicta dubia num. 13. ſubſcribit Alexand. l. properandum §. ſive autem alterutra n. 13. & ibi Jaſon. n. 8. C. de judic. verſ. 4. conſul. Hippolyt. l. 1. §. patre vel marito num. 36. infra de quaſt. Rebuff. in praxi tomo 3. ad leges gallicas, tractat. de expenſ. artic. 1. gl. unica n. 32. Aſinius in prax. §. 32. c. 2. in 5. limita Menoch. de arbit. de caſu 177. n. 80.

Huic * tamen difficultati defendendo communem traditionem, reſponderi poteſt, hanc prædictorum opinionem non eſſe veram: & illi apertè repugnare mentem cap. 1. §. fin. de elect. in 6. & contrarium expreſſè ſentit Bald. l. 2. n. fin. C. de Episc. audientia: Nam * licet non detur malitia, tamen datur temeritas, quia actor non conſideravit, ut oportuit ea, quæ neceſſaria erant, ut in cauſa mota obtineret, arg. leg. qui cum alio infra de reg. juris tradit Bart. l. properandum §. ſin autem reus n. 2. C. de jud. Purp. l. edita n. 240. C. de edendo. & * ſi dubius eſſet, utrum in cauſa obtinere poſſet, debuit ſibi ſilentium imponere, aliã tanquam temerarius in expenſis condemnabitur, Bald. cap. fin. in fin. de majorit. & ob id.

Non eſt tamen omittendum, * quod Socin. reg. 32. n. 2. concordat prædictas opiniones, quod in cauſis, in quibus ſemiplenè probanti, non deſertur juramentum in ſupplementum probationis: is quaſi temerarius litigator condemnabitur in expenſis, quia non habens plenas probationes provocavit ad judicium: ſed in cauſibus, in quibus ſemiplenè probanti, deſertur juramentum in ſupplementum probationis, excuſabitur ab expenſis, quia probabiliter potuit ſperare quod ſibi deſerretur juramentum in ſupplementum probationis, ac ita plenè videretur probaſſe intentionem ſuam: ſubſcribit Menoch. libr. 2. de arbitrariis caſu 177. n. 9. & Maſcard. de probat. l. 1. conſul. 36 n. 45. * Sed non placet hæc concordia, quia adhuc temerarius debet cenſeri ille litigator, qui ſciens ſe non habere plenas probationes, ac proinde abſolvendum eſſe reum, & ſi nihil præſtiterit l. qui accuſare C. de edendo. l. fin. C. de rei vindicatio. nihilominus voluit litigare, neque debuit pro certo habere, quod ei iudex deſerret juramentum in ſupplementum probationis, cum relinquatur arbitrio Judicis, cui illud deſerat cap. fin. §. fin. de jurejur. & vide etiam declarationem, quam ad prædictam Socin. reſolutionem aſſignat Men. lib. 2. de arbitrariis caſu 32. n. 9.

Verius igitur † concordabuntur opinionem, † quod propter ſemiplenam probationem, excuſabitur à præſumpta calumnia, ut poſt Speculatorem & alios reſolvit Felin. cap. 2. col. 2. in principio de calumniator. Alban. conſil. 5. n. 5. Maſcard. de probat. l. 1. conſul. 36. n. 46. Menoch. l. 2. de arbitrariis caſu 321. n. 7. Seraphinus de juramento privilegio. 13. numer. 11. non tamen ob id liberabitur à præſumpta temeritate, quia ſciens ſe non habere plenam probationem, nihilominus voluit litigare: & ob * id in expenſis condemnabitur: Nec novum eſt, quem liberari à præſumpta calumnia, & tamen tanquam temerarium litigatorem condemnari in expenſis litis, ut tradit Panormit. conſil. 78. n. 2. lib. 1. cui ſubſcribunt Boſſius in praxi criminali tit. de accuſat. n. 28. & Menoch. l. 2. de arbitr. caſu 321. n. 34.

Addendo tamen non eſſe * ſimpliciter verum, quod ſemiplenè probans, tanquam temerarius litigator, ſemper ſit condemnatus in expenſis, ſed potius eſt diſtinguendū, quod aut actor ſemiplenè probavit, & reus accipiens in ſe onus probandi, juxta legem circa infra de probat. plenè probavit intentionem ſuam, & hoc caſu actor procul dubio tanquam temerarius litigator debet in expenſis condemnari, Bal. auth. generaliter numer. 9. verſ. ex prædictis C. de Episcop. & clericis: Nam qui ſemiplenè probavit, facta † comparatione ad plenam probationem rei perinde habetur, ac ſi nihil probaſſet, Arch. Joan. Andr. & Dominic. numer. 5. 40. c. 1. §. fin. de elect. in 6. quod ſi uterque probavit intentionem ſuam ſemiplenè, & tamen quia uni ex illis

illis delatum fuit juramentum ſuppletivum probationis; pro ſe obtinuit ſententiam alter, qui ſemiplenè probavit, & tamen quia non eſt id delatum juramentum ſuppletivum, plenè non videtur probaſſe: eſt excuſandus ab expenſis, juxta eam regulam, * quod qui in uno gravatur, in alio eſt relevandus l. cum qui in principio ſupra de jurejurando, & ita Bald. ubi ſupra Alex. conſil. 183. numer. 17. lib. 6.

Advertendo tamen, * quod ut ſemiplenè probans excuſetur hoc caſu à condemnatione expenſarum duo copulativè requiruntur, quod ipſe ſemiplenè probavit, & adverſarius etiam ſemiplenè probaverit: Item quod adverſario fuit delatum juramentum, propter quod ſuppleta eſt ſemiplena ejus probatio, * quare ſi actor nihil omnino probavit & adverſarius ſemiplenè probavit & ei fuit delatum juramentum, actor tanquam temerarius litigator condemnabitur in expenſis, Bald. d. auth. generaliter num. 8. Alexand. dict. conſil. 183. numer. 17. lib. 6. Theſaur. deciſ. Pedemont. 236. ad finem, licet Alexan. d. §. ſive autem alterutra numer. 17. & ibi Jaſon. num. 8. verſ. quarta, & Aſinius in prax. §. 32. in 14. limitatione pag. 451.

dicant, quod * ubi delatum eſt juramentum ſuppletorium, nunquam victus condemnabitur in expenſis, & eſt ſubſcribit Rebuff. 3. tom. ad l. gallicas tract. de expenſis art. 1. gloſſ. unica numer. 28. & numer. 32. Quod tamen eſt falſum, quando actor nihil * probavit ex ſupra traditis & conſtat ex eo quod ſi actor nihil probavit, reus etiam nihil probans abſolvendus eſt l. fin. C. de rei vindicatio. & quidem diſſinitive gloſſ. auth. qui ſemel C. quomodo & quando jud. verbo locum in fine. Et conſequenter actor debet condemnari in expenſis. Ergo à fortiiori idem recipietur quando reus ſemiplenè probavit intentionem ſuam. Illud ſane verum * videtur, quod ſi actor habebat plenam & perfectam probationem, tempore inceptæ litis, & propter caſum ſupervenientem dimiſiſſa eſt, tunc quaſi juſtam cauſam litigandi habens, excuſabitur ab expenſis, exempla proponit gloſſ. fin. c. 1. §. fin. de electio. in 6. Bal. d. aubr. generaliter nu. 9. verſ. ex prædictis. Aſinius in prax. §. 32. cap. 6. in 6. limitatione. Rebuff. 3. tom. tit. de expenſis art. 1. gloſſ. unica num. 34. Et pari ratione, ſi teſtes jactabant ſe ſcire veritatem, & actor illis credens movit * litem, qui tamen poſtea receſſerunt à dictis extra Judicium: nam, tunc actor propter juſtam cauſam excuſabitur ab expenſis Bald. l. non ignorat num. 8. C. de ſuſcip. & litium expenſis.

Et tenebis mente, in hac materia, multum intereſſe, utrum quis condemnetur in expenſis, propter præſumptam calumniã, vel propter temeritatem: Nam * primò caſu cum propter delictum condemnatur, cap. finem litibus, de dolo & contumacia, ſi non habuerit in bonis, luet in corpore, juxta regulam l. fin. ſupra de in juſ vocando: in terminis Theſaur. deciſ. Pedemont. 182. num. 5. Cumia. in ritibus Regni Sicilia cap. 73. num. 39. Sed quando * propter temeritatem condemnabitur in expenſis, ſi non habeat in bonis, cedendo illis liberabitur ab expenſis, & à carcere l. 1. qui bonis cedere poſſunt, & ad hunc modum eſt explicandus Speculator tit. de expenſis §. poſtremo numer. 12. & vide aliam differentiam per Ordin. lib. 3. tit. 67. §. 1. nova recopilat.

Ulterius & ex iſto † text. 2. principaliter colligendum eſt, quod ut quis condemnetur in expenſis, debet ſaltem eſſe temerarius litigator. Unde ſi habuerit juſtam cauſam litigandi, quæ excludat temeritatem, non condemnabitur in expenſis gloſ. 1. bis Petri Barboſæ, Comment. de judiciis.

in 3. ſolutione. & Bartol. n. 1. qui ad idem allegant leg. qui ſolidum 80. §. etiam inf. de leg. 2. & ibi gl. verbo in litum. & ibi notant Bartol. Paul. & Imol. allegant etiam auth. de judicib. §. oportet verſ. ſi tamen collat. 6. & ibi notat gloſ. verb. ſolo ad medium & ibi Bart. n. final. Et eſt dictum Innoc. ca. final. in ſu. de major. & obedientia: Bald. auth. generaliter n. 9. verſ. ex prædictis appai et Codic. de Episcop. & clericis. & conſil. 323. quidam num. 1. ad finem libr. 1. & eſſe receptiſſimam opinionem aſſerit Alex. conſil. 115. num. 15. lib. 4. Deciſ. capit. interpoſita §. ille n. 2. de appellation. Curt. Jaſon. conſil. 28. num. 10. & conſil. 34. num. 8. Berouin conſil. 135. num. 9. libr. 2. late Hippolytus leg. patre vel marito à num. 7. infra de quaſt. Caravita in ritibus magna Curie ritu 297. num. 20. Covar. practicarum quaſtionum, capit. vigefimo ſeptimo, numer. 3. probat l. 8. tit. 22. partit. & ibi Greg. videndus in gl. ſſ. final. addendo, quod non requiritur juſta cauſa in veritate, † ſed ſufficit cauſa quæ reputabatur juſta, Paul. Caſtr. conſil. 2. num. 1. lib. 1.

Juſtas autem cauſas † propter quas debeat victus excuſari ab expenſis, enumerat Panormit. in fine capit. finem litibus num. 22. de dolo & contumacia. Lanfrancus capit. quoniam contra in tractatu de expenſis à numer. 2. de probat. Ribuff. 3. tom. ad l. Galic. tractat. de expenſis artic. 1. gloſſ. unica num. 30. & Menoch. tractatu de arbitrar. libro 2. caſu 177. poſt Jaſon. dict. leg. properandum §. ſive autem alterutra à numero octavo, Hippolytus leg. patre vel marito à numer. 38. infra de quaſtionibus.

Inter quas non eſt omittenda illa, * quam proponit Holtienſ. dict. c. finem litibus, quam ibi probant Canoniſtæ, quando ille, qui victus eſt, perſona valde honeſta, & ſpectatæ fidei & ſanctitatis: nam hæc perſona non præſumetur per calumniã, vel temeritatem litigaſſe, ſed potius deceptam per alium eam litem moviſſe, juxta traditionem gloſſ. capit. expedit verb. ſcirent 12. q. 12. & ſic excuſabitur à condemnatione expenſarum, ut reſolvit Jaſon. auth. jubemus munere 12. Codic. de Judiciis, & alii quos reſert Patianus de probatio. lib. primo, capit. ſeptimo, num. 30. & Aſinius in praxi §. 32. limitat. 13. pag. 451.

Cæterum * hæc limitatio non videtur tuta: quia jure non probatur. Nec obſtat ratio prædictæ limitationis, quia præſumptio, quæ † colligitur ex qualitate perſonæ, eſt generalis, quæ autem colligitur ex ſententia lata contra victum, * eſt ſpecialis, auth. generaliter & ibi gloſſ. Codic. de Episcop. & clericis; & ideo præferri debet juxta doctriam Innoc. c. auditis nu. 4. de præſcriptionibus, & in ſpecie colligitur ex generalitate d. l. properandum §. ſive autem alterutra, & dict. cap. finem litibus. Qua ratio neque mulier neque rufficus * excuſantur à condemnatione expenſarum, quia creditur temerarie ligari, Purpuratus l. edita n. 321. C. de edendo. Menoch. l. 2. de arbitr. caſu 194. num. 30. Neque ſanctitas * litigantis aliquid facit, quia tantum excludit præſumptionem calumniæ, * non autem temeritas, quatu vir ſanctus facile incurrere poteſt, c. in autem verſ. nemo 24. q. 2. Et cum appareat virum ſanctum aliquando approbaſſe, falſas, aut incogitatas res pro veris, inſignem dicitur temeritatem commiſiſſe: ut inquit Cicer. * lib. 1. Academicarum q. ad finem, & ideo merito Rebuff. 3. tomo ad l. Gallicas tract. de expenſis art. 1. gl. unica numer. 26. exiſtimat, dictum Holtienſ. tantum procedere, quando conſtat virum ſanctum deceptum fuiſſe ab illo, cui credere debuit, aliã ſi non appareat de bona fide, condemnandus eſt in expenſis, juxta regulam generalem.

Et limitabis autem prædicta * non obſervari in Romanis

māna Curia. Nam in ea ſemper fit condemna-
tio in expenſis proceſſus, etiam ſi juſtus habuerit
juſtam cauſam litigandi: ut aſſerit Gomecius in regu-
la de annali qu. 41. & Octavian. de ſtylo Curia libr. 8.
cap. 2. num. 20. & Caſſodo. deciſ. 13. num. 2. de reſcri-
ptis, & ante eos Speculator tractat. de expenſis §. nunc
tractemus de expenſis num. 4. ad finem, & Bald. auth.
& generaliter numer. 9. verſ. & in Curia C. de Epif-
cop. & clericis, & idem in multis aliis locis obser-
vari aſſerit Afinius in praxi. §. 32. c. 2. num. 1. pag.
63 414. & utique ꝑ hunc ſtylum Romanæ Curie pro-
bavit ordinatio Portugalliæ lib. 3. tit. 51. §. 3. & l.
7. tit. 1. §. 41. lib. 3. extravag. & hodie lib. 3. tit. 67.
in principio novæ recopilationis. Et quamvis Bald.
leg. properandum §. ſive autem alterutra ad finem Cod.
de Judiciis & ibi Jaſon. nu. 7. ad finem dicant illud
tantum procedere de ſtylo Romanæ Curie, & a-
liud eſſe, attenda diſpoſitione juris communis,
& ſubſcribat Berouius conſilio 135. in fine libro 2.
Tamen ego hunc * ſtylum ex mente juris commu-
nis fuiſſe inductum exiſtimo: Adverto enim,
quod litigator movendo litem, fuit cauſa immēdia-
ta & finalis, propter quam victor fecit expenſas
in lite, & ideo æquum & juſtum eſt, quod illi eas
reſarciat, argumento capit. final. de injuriis. Quæ ra-
tio ceſſat in aliis expenſis, vel damnis, quorum
victus non fuit ita cauſa finalis, & immēdiata, ut
eſt de mente Rebuſſ. 3. tom. ad leges Gallicas tractatu
de expenſis articul. 1. gloſſ. unica numero octavo &
ideo etiam ex mente juris facilius fit condemnatio
in expenſis litis, ſive proceſſus, Bald. l. 1. §.
hoc autem Judicium 2. lectura numero primo & ibi
Jaſon. numer. 9. ſupra ſi quis jus dicenti non obtempe-
raverit, & quia ſententia lata * contra victum mul-
tum elidit præſumptionem, quod victus habuerit
juſtam cauſam litigandi, ut colligitur ex d. l. prope-
randum §. ſive autem alterutra, & ibi not. Bald. n. 2.
Jaſ. n. 8. Salyc. poſt principium, Men. de præſum. l. 2.
præſum. 84. num. 1. & ideo non obſtante juſta cau-
ſa, merito ſemper fit condemnatio in expenſis pro-
ceſſus, præterea expendo tex. l. * qui ſolidum 80. §.
etiam inf. de l. 2. nam in eo textu tantum erat du-
bitatio, utrum adminiſtratores Reipubl. qui ſump-
tus fecerunt in lite mota contra rempublicam, &
victi ſunt, & ibi per gl. verb. in litis, poſſent nihilo-
minus eos ſumptus reipubl. imputare? Et respon-
det Jureconf. non poſſe, ſi juſta cauſa litigandi non
fuerit, & a contrario ſenſu probat quod ſi juſta cau-
ſa litigandi fuerit, poterunt eos reipubl. imputare,
& conſequenter ſentit, quod licet juſta cauſa liti-
gandi fuerit, tamen victus condemnatur in expenſis
victori, quos tamen eo caſu adminiſtratores impu-
tabit reipubl. ob rationem, de qua infra.

68 Neque * obſtat communis illa traditio ſupra fir-
mata, quod juſta cauſa excuſat à condemnatione ex-
penſarum, nam non excuſabit tamen ab expenſis
68 proceſſus, ut dictum eſt. Neque obſtant ꝑ rationes
prædictæ communis reſolutionis, quia ad primam
de iſto textu reſpondetur, quod loquitur, quan-
do fit condemnatio in expenſis perſonalibus, ut ex
eo conſtat: Ad hujusmodi enim condemnationem
neceſſaria eſt temeritas, gl. hic in 1. ſolut. ſed ad
condemnationem * expenſarum proceſſus, non exi-
gitur temeritas, ſed ſola ſufficit victoria ut illis fiat
condemnatum, juxta generalitatem d. leg. properan-
dum §. ſive autem alterutra, & pro conſtanti tenet
Theſaur. deciſ. Pedemon. 67. n. 5. Et rationem ſupra
reddidimus.

70 Non * obſtat d. l. qui ſolidum 80. etiam infra de leg. 2.
quia textus ille à contrario ſenſu non probat, quod
juſta cauſa litigandi excuſet à condemnatione ex-
penſarum, ut ibi falſo collegit gl. verb. litis, commu-

niter Doctores. Imò ſentit, quod non obſtante
cauſa juſta fiet condemnatio in expenſis, & illæ ſunt
ſolvendæ victori, ut ſuprà diximus Tantum igitur
probat, quod ſi fuerit juſta cauſa litigandi, admini-
ſtratores imputant reip. prædictos ſumptus. Re-
cepta enim eſt reſolutio in hac * materia, quod ad-
miniſtratores ſive alii, qui in utilitatem alterius li-
tem movent, ſumptus imputant illi, in cujus u-
tilitatem litem moverunt, ſi juſta cauſa ligandi fue-
rit, ſecus ſi injuſta, ut reſolvit Emilianus conſ. 15. n.
8. & Vincentius de Franchis deciſ. 394. nu. 3. & in 2.
parte, & adde Capellam Tholoſanam q. 40.

Denique non * obſtat auth. de Judicibus §. oportet
verſ. ſi tamen coll. 6. quia licet gl. ibi verb. ſolo ad me-
dium, & Bart. n. fin. colligat ex eo, quod juſta cau-
ſa excuſat à condemnatione expenſarum, & idem
colligat Jaſ. d. §. ſive autem alterutra num. 3. tamen
textus ille hoc non probat, ſed illud tantum, quod
licet Judex qui expreſſa quantitate uſque ad quam
juretur, & ſecuto partis juramento, non poſſit
quantitatem juratam moderari, tamen ſi juſta cau-
ſa ſuadeat, tantas expenſas non deberi, tunc ex
cauſa poterit illas moderari Judex.

Et ex hac opinione * ita deſenſa inferitur explica-
tio ad ordinationem Portugalliæ lib. 3. tit. 51. in princ.
dum diſponit, quod ſi actor habuit juſtam cauſam
litigandi, debet excuſari à viaticis & ſumptib. perſo-
nalibus, non autem ab expenſis proceſſus: In §. au-
tem tertio diſponit, quod eſi reus habuit juſtam
cauſam litigandi, tamen ſemper condemnabitur in
expenſis litis, ſive proceſſus, & ſic conſtituit differ-
entiam inter actorem & reum, & facilius excuſet
actorem ab expenſis litis, quam reum, quod etiam
apertè ſignificat ordinatio Portugalliæ lib. 1. rit. 1. §.
87. in fine, tamen prædicta differentia juſta ratione
videtur carere, * quia in hac materia actor, &
reus à pari * judicantur d. l. properandum §. ſive autem
alterutra. Imò juſtior cauſa requiritur * in actore,
ut excuſetur à condemnatione expenſarum, quam
in reo qui non debet jus ſuum indefenſum relin-
quere l. illud ſupra de petir. hered. tradit Bart. hic nu-
mer. 2. Dec. l. qui in alterius, n. fin. inf. de reg. jur. &
c. interpoſita §. ille nu. 2. de appell. & eleganter Paul.
Caſtrenſ. l. deſtituiſſe num. 5. & ibi Jaſon. num. 7. inf. l.
eod. Gramma. deciſ. 83. n. 1. Theſaur. deciſ. Pedem. 73.
n. 1. Ant. Nat. conſ. 16. n. 6. l. 1. Purpurat. leg. 2. n.
47. C. de edend. Covar. præſ. q. c. 27. n. 3. Et pro-
pterea * prædictam differentiam tanquam injuſtam e-
mendavit l. 7. tit. 1. §. 41. lib. 3. extravag. conſtituens
generaliter tam in reo, quam in actore, quod ſem-
per fiet condemnatio in ſumptib. proceſſus, etiam-
ſi victus habuerit juſtam cauſam litigandi, & hodie
lib. 3. tit. 67. in principio novæ recopilationis.

Quam * tamen limitabis non procedere ſi illa juſta
cauſa litigandi fuerit juſtiſſima, & evidentè appa-
rens: nam tunc propter illam victus etiam excuſabi-
tur à ſumptib. proceſſus, quod ita in Curia Roma-
na obſervari tradit Speculator tract. de expenſis in
§. nunc de expenſis nu. 4. in fine, & in terminis poſt
Boſſium tradit Men. l. 2. de arb. caſu 321. n. 34. Qua
ratione reſolvendum eſt, quod propter juſtam cau-
ſam non excuſetur victus à condemnatione expenſa-
rum litis, excuſabitur tamen ab illis, ſi cauſa liti-
gandi fuerit juſtiſſima, & multum apparens, tradit Re-
buſſ. 1. tom. ad ll. Gall. in præſ. 153. & 3. tom. tract.
de expenſ. art. 1. gl. unica n. 49. Oportet autem hanc
juſtam cauſam * exprimi in ſententia propter quam
victus fuit excuſatus à condemnatione expenſarum.
auth. de judicib. §. oportet coll. 6. aliàs Judex faciat li-
tem ſuam, d. l. properandum §. ſive autem alterutr. &
ibi no. Jaſ. num. 10. de quo tamen videndus eſt Gall.
præſ. obſ. l. 1. obſ. 151. n. 23.

Præ-

80 Præterea ex ſuprà * dictis inferitur explicatio ad
l. unicam tit. 46. lib. 2. conſtitutionum Regni Neapo-
litani, ex quo collegit Afflic. ibi num. 4. in Regno
juſtam cauſam litigandi, non excuſare victum à
condemnatione expenſarum. Nam dicendum eſt,
quod imò ea conſtitutio apertè ſentit contrarium,
quod victus victori condemnatur in expenſis, ut
erat de jure communi, niſi quos probabilis cau-
ſa ignorantie excuſaverit, quali dicat, quod propter
juſtam cauſam ignorantie, vel ſimilem, non
eſſe victum victori condemnandum in expenſis,
& ſic magis concordat cum jure communi, ut in
terminis advertit Caravit. in ritu 298. n. 23. Quod
ita hodie clarè declaratum fuit in eo Regno per
pragmaticam Regni, incipientem temeritatem ſub
rub. de expenſ. condemnat. pag. 422.

81 Denique inferitur * explicatio ad l. 1. tit. 22. lib.
4. ordinam. Caſtella, ubi probatur, in cauſa appella-
tionis ſemper faciendam eſſe condemnationem in
ſumptibus litis, ſed quia ea lex obſcure fuit com-
poſita, latius circa illius interpretationem inſite-
mus. Ex ea igitur lege primò colligendum eſt, *
quod in Regno Caſtelle, in prima iſtantia, non eſt
facienda condemnatio expenſarum: nam cum
reſtringat ſe ad cauſam appellationis, tacitè pri-
mam iſtantiam videtur excludere, juxta regulam
legis cum prætor ſupra eodem, & eſt de mente Gre-
gorii l. 8. tit. 22. partit. 3. in gloſſ. final. ad finem &
Parladori rerum quotidianarum libr. 2. parte 5. §. 18.
num. 7. Id quod conſuetudine multorum * loco-
rum obſervari, ut non fiat condemnatio expenſa-
rum, niſi in iſtantia appellationis, aſſerit Joan.
Andr. in additio. ad Specul. titul. de expenſis §. nunc
de expenſis num. 5. verſ. alterutra in fine ſub littera H.
Quod in Regno Neapolitano diſponit ritus 297.
qui tamen poſtea fuit correctus per pragmaticam
Regni, incipit temeritatem ſub rub. de expenſarum
condemnatione pag. 422. Et ſic in eo Regno redac-
ta eſt reſ ꝑ ad terminos juris communis, ut etiam
in prima iſtantia fiat condemnatio in expenſis
litis, ut probat is textus & tradit Baldus l. eos §.
cautione n. 4. C. de appellat. Grammaticus deciſion. 83.
& in ſpecie ita declarat Caravita ritu 297. num. 3.
85 quod etiam in * Regno Portugalliæ obſervatur, ut
conſtat ex ordinationibus ſupra allegatis.

86 Et eſt advertendum, * quod id, quod primùm
facie videtur probare prædicta lex ordinamenti
Caſtelle, ea ratione tolerari poteſt, quia cum ju-
beat in cauſa appellationis fieri condemnationem ex-
penſarum, debet intelligi, quod debeat fieri con-
demnatio in expenſis utriuſque iſtantia, ꝑ quod
ita obſervari in Francia aſſerit Rebuſſ. 3. tom. ad
leges Gallicas titulo de expenſis articul. 1. gloſſ. 1. nu-
mer. 40. & idem * Tholoſana obſervari tradit Ca-
pella Tholoſan. quaſtion. 222. adeo ꝑ quod ſi in
cauſa appellationis, fiat ſimpliciter condemnatio
in expenſis, debeat intelligi de expenſis utriuſque
iſtantia, etiamſi id non ſit expreſſum, Felin. cap.
ſignificaverunt, num. 7. de exception. Menoch. de præ-
ſumptio. 2. parte præſumptio. 88. de quo tamen eſt vi-
dendus Decius cap. reprehensibilis, numer. 6. de ap-
pellation. Afflic. lib. 2. conſtituit. rubr. 42. nu. 6. Hip-
polyt. ſingul. 682. Rebuſſ. 5. tom. ad leges Gallicas titul.
de appellation. articul. 9. gloſſ. unica num. 29.

89 Adde, quod poterit * etiam intelligi prædicta l.
Caſtella, ut per illam non excludatur condemnatio
expenſarum in prima iſtantia, ſed reſtringendo ſe
ad cauſam appellationis, & diſponendo, quod
in cauſa appellationis, ſemper fiat condemnatio
expenſarum, voluit inſinuare differentiam, quæ
eſt inter condemnationem expenſarum in pri-
ma iſtantia, vel in cauſa appellationis. Nam mi-

nor juſta cauſa ſufficit, * ut quis in prima iſtantia
exculetur à condemnatione expenſarum, ut irait
Decius cap. ut debitis n. 21. de appellatio. Covarruv.
practicarum quaſtionum cap. 27. numer. 3. Guier. in
practicis ad leges regni 1. parte cap. 135. numer. 12.
& rationem differentie aſſignat gloſſ. cap. præſu-
mitur. de regul. juris in 6. & notab. explicat Panormi-
tan. in cap. finem litibus n. 25. de dolo & contumacia,
Rebuſſ. 3. tom. ad leges Gallicas titul. de appellatio. ar-
ticul. 9. gloſſ. unica numer. 25. Andr. Gaillus practi-
carum obſervationum lib. 1. obſervatione 152. à nu-
mer. 5. Reſtringit igitur * ſe prædicta l. Caſtel-
læ ad cauſam appellationis, ut oftenderet, in ea cau-
ſa ſemper eſſe faciendam condemnationem expen-
ſarum, non obſtante juſta cauſa litigandi, ut irait
Hyppol. l. patre vel marito num. 31. infra de quaſ-
tion. & in prima iſtantia poteſt excuſari victus à
condemnatione expenſarum.

Secundò principaliter * ex prædicta lege Caſtel-
læ colligendam eſt, quod in cauſa appellationis
debet fieri condemnatio expenſarum. Circa
quam conſuſionem in primis eſt advertendum
cum Azeved. ibi in principio, eam legem in præ-
dicta conſuſione, non bene obſervari: præſertim
in tribunalibus ſuperioribus, in quibus etiam in
cauſa appellationis non fit condemnatio in expen-
ſis, ut l. illa præcipit. Cui tamen malo dicit me-
dicinam eſſe adhibendam, quia magni momenti
res eſt.

Item eſt advertendum, magnam eſſe contro-
verſiam apud Doctores Hiſpanos, utrum ea lex ſit
* generaliter intelligenda, vel ſit limitata, niſi
juſta cauſa litigandi, & appellandi adſuerit? Nam
ꝑ Covarr. practicarum quaſtionum cap. 27. num. 4.
verſ. eandemque ſententiam, reſolvit prædicto mo-
do eſſe limitandam prædictam l. quod probat Gu-
tierrez. in practicis ad legem regni 1. parte quaſt. 135.
num. 8. verſ. contrariam, & Azeved. l. 1. tit. 22. lib.
4. orinamenti num. 28.

Contrariam tamen * opinionem, imò quod ea lex
ſit generaliter intelligenda, & tantum eſſe limitan-
dam in caſibus in ea expreſſis, de quib. ſtatim age-
mus, defendit Parladoris lib. 2. rerum ꝑ quotidianarum
97 5. par. §. 18. n. 8. Ea ratione, quia cum præ-
dicta lex generaliter regulam conſtituat, & ab ea exci-
piat tantum certos caſus, omnes alii in ea non ex-
preſſi debent cenſeri incluſi ſub generalitate regulæ,
ita ut nec caſus ab ea excepti debeant extendi ad ſi-
miles caſus juxta notab. dictum Bald. l. 1. §. final. in
fine ſupra de feriis, probatum Alexand. conſil. 36. nu-
mer. 7. lib. 2. Sed * prima opinio verior eſt, quia
98 non eſt credendum leges Caſtelle facile recedere à
diſpoſitione juris communis, planè certum eſt jure
communi juſtam cauſam * excuſare à condemna-
99 tionem expenſarum etiam in cauſa appellationis Bald. l.
eos §. cautione nu. 4. de appellatio. Panormitan. cap.
finem litibus num. 25. de dolo & contumacia. Guierrez.
practicarum ad ll. regni 1. parte quaſt. 136. n. 2. &
Coſmas in pragmatica ſanctione titul. de ſervolis appella-
tio. §. quoque verb. expenſarum pag. 180.

Neque obſtat * Parladori ratio, quia prædicti ca-
100 ſus in ea l. expreſſi ideo excipiuntur à regula,
quia in illis videtur concurrere juſta cauſa * appel-
101 landi, & jura limitatoria recipiunt extenſionem ex
identitate rationes c. cum dilecta, §. nos igitur de con-
firmatio. nulli, vel innulli.

Ad veram tamen * reſolutionem hujus articuli
conſiderandum eſt, quod ſi appellans tam in pri-
ma iſtantia, quam in ſecunda ſuccubuit, is in cauſa
appellationis indiftinctè condemnandus eſt in
expenſis: nam tunc evidentius conſtat de præ-
ſumpta calumnia, vel temeritate ſuccumbentis

cap. omnimodo 2. qu. 6. & probat l. 27. titul. 23. par-
 tit. 3. notat Bald. l. final. in fine Codic. quando provoca-
 re non est neceſſe. Et quamvis etiam hoc caſu juſta
 cauſa poſſit excuſare victum à condemnatione
 103 expenſarum, * tamen non ſufficiet quælibet juſta cau-
 ſa, ſed debet eſſe juſtiſſima, ut ſupra tradidimus, prop-
 ter rationem gloſſæ cap. præſumitur de regul. juris in
 6. & exemplificat Panormitan. cap. ſinem litibus nu-
 mer. 25. de dolo & contumacia, Coſmas in pragmatica
 ſanctiõne titul. de frivol. appellat. §. quoque, verb. ex-
 penſarum, ita in cauſa appellationis, debeat ob-
 104 ſervari illud, quod * generaliter obſervari in Reg-
 no Franciæ aſſerit Rebuff. 1. tom. ad l. Gallicas in
 præmio numer. 153. & 3. tom. titul. de expenſ. ar-
 tic. 1. gloſſ. unica num. 43. ut in eo Regno juſta cau-
 ſa non excuſet à condemnatione expenſarum, ſed
 oportet eſſe juſtiſſima, vel evidenter juſta, ut aliàs
 dicit Paul. Caſtr. conſ. 16. num. 9. ad ſinem libr. 1.
 105 Explicata ita * principali concluſione diſt. l. 1. ti-
 tul. 22. lib. 4. ordinamenti, videndum eſt de excep-
 tionibus, quæ in ea exprimuntur. Exceptit ergo
 lex illa à regula generali, niſi victus in cauſa ap-
 pellationis in prima iſtantia pro ſe obtinuerit ſen-
 tentiam: nam tunc excuſabitur à condemnatione
 106 expenſarum, quali juſtam cauſam litigandi * ha-
 buerit, quam concluſionem in terminis juris
 communis ob prædictam rationem probarunt
 poſt Speculator. Alexand. conſil. 183. numer. 8. libr.
 6. Anton. Nata conſil. 142. numer. 24. libr. 1. Re-
 buff. 3. tom. ad l. Gallic. tractatu de expenſis artic. 1.
 gloſſ. unica num. 39. quibus adde gloſſ. (quæ hoc
 videtur ſentire) l. generaliter §. 1. verb. diſpendii C.
 de rebus creditis, & jurejurando, quam ad hoc ap-
 pellavit ſingularem Paul. Caſtrenſ. ſingul. 1. &
 Guid. Pape ſingul. 90. cum quibus videtur concor-
 dare prædicti l. Caſtellæ.
 107 Eſt tamen * advertendum, quòd multi tenent
 illum, qui ſuccubuit in cauſa appellationis, eſſe
 condemnandum in expenſis: licet in prima iſtan-
 tia pro ſe ſententiam obtinuerit, inter quas eſt
 gloſſ. cap. ſinem litibus verb. expenſas, ante ſinem de
 dolo & contumacia, quia cum per ſententiam ap-
 pellationis revocata ſit illa, quæ fuit lata, in prima
 iſtantia tanquam injuſtè lata, detegitur etiam in
 prima iſtantia injuſtè litigaſſe, & conſequenter in
 expenſis in ea factis debere condemnare, quod
 & probavit gloſſ. 1. in fine cap. qui ſcit 2. quaſt. 6.
 Capella Tholoſan. quaſt. 222.
 108 In hoc tamen * articulo, communis reſolutio
 eſt, quòd ſi ſententia lata in prima iſtantia re-
 vocata ſit ex ipſis actis antiquis, fiet condemnatio
 etiam in expenſis primæ iſtantiæ, ex ratione de
 qua ſupra: ſi autem fuerit revocata per novas
 obligationes, & probationes, quæ poſtea fue-
 runt factæ in cauſa appellationis juxta regulam l.
 per hanc Cod. de tempor. appellatio. tunc non fiet
 condemnatio in expenſis primæ iſtantiæ, cum
 per ſententiam, quam in ea obtinuit appareat
 juſtam cauſam litigandi habuiſſe, & ita reſolvit
 Speculator titul. de expenſis §. nunc videndum nu-
 mer. 4. Bart. l. generaliter §. 1. numer. 8. Cod. de
 rebus credit. & jurejurando. Guid. Pape deciſio. 137.
 & plures refert Andreas Gaillus prædictarum ob-
 ſervationum lib. 1. obſervatio. 152. Lancell. titul. de
 attentatis 3. parte cap. 31. numer. 138. quibus ad-
 de Jaſon. l. properandum §. ſive autem alterutra
 numer. 24. Codic. de judic. additio Capella Tholoſana
 quaſtione. 222. Rebuff. 3. tom. ad l. Gallicas titul. de
 appellation. artic. 9. gloſſ. unica num. 36. adde Myn-
 ſingerum in deciſ. Camera Centuria 2. obſerv. 89. ubi
 communem probat limitans tamen ſi revocata
 ſit ſententia lata in prima iſtantia ex allega-

tionibus novis, quæ tamen pendebant à facto
 victi, & ſic quarum ipſe veriſimiliter habebat no-
 titiam: nam tunc condemnabitur in expenſis
 primæ iſtantiæ, Salicetus l. generaliter §. 1. Co-
 dic. de rebus credit. & jurejurando, ſubſcribit Lance-
 lotus ſupra citatus, Caravita ritu 297. & Azevedo. l.
 1. titul. 22. lib. 4. ordinamenti numer. 33. quibus
 adde Mathes ſingul. 82. ad ſinem. Quòd ſi ex no-
 viter t productis, ſententia primæ iſtantiæ revo-
 110 cata ſit: nullus condemnabitur in expenſis: Pri-
 mus quidem quia pro ſe obtinuit ſententiam in
 prima iſtantia, quamvis poſtea fuerit revoca-
 ta ex noviter productis, & obtinens in cauſa ap-
 pellationis quia fuit victor gloſſ. l. generaliter §.
 1. verb. diſpendii Cod. de rebus credit. & jurejurando,
 quod probat l. 27. titul. 23. partit. 3. Sed t
 111 quia hujusmodi opinio facile inducere poſſet inæ-
 qualitatem inter partes; verius eſt, quòd præ-
 dictarum expenſarum debeat fieri condemnatio,
 & poſteat inter partes debeat invicem fieri
 compenſatio, ut ſentit etiam gloſſ. diſt. l. gene-
 raliter §. 1. verb. diſpendii, quam extollit Pau-
 lus Caſtrenſ. ſingul. 1. & tradit Franciſcus Mar-
 cus deciſion. 244. in prima parte, & Theſaurus de-
 ciſion. Pedemontan. 73. ad ſinem: additio. Mathes. 82.
 n. 6. & ita ſemper vidiffe obſervari aſſerit Andreas
 Gaillus prædictarum obſervation. lib. 1. obſervation.
 152. n. 5. ad medium, & infra dicemus.
 Et ex his * inferendo ad primam exceptionem
 112 expreſſam diſt. l. 1. titulo 22. lib. 4. ordinam. dici-
 mus eam eſſe intelligendam, juxta prædictam diſ-
 tinctionem, ut in cauſa appellationis ſemper fiat
 condemnatio expenſarum, etiam factarum in
 prima iſtantia: non tamen procedat, quando
 revocatio primæ ſententiæ fuit facta ex noviter
 productis in cauſa appellationis. Nam ſi ex ac-
 tis antiquis fuit facta revocatio, tunc victus con-
 demnabitur in expenſis, utriusque iſtantiæ, &
 ita illam interpretatur Azevedus ibi à numer. 32.
 & Gutier. in prædictis ad l. Regni 1. parte cap. 136.
 numer. 1. & hanc t diſtinctionem obſervari in
 113 hac materia in Curia Romana aſſerit Octavianus
 de Silo Curia lib. 6. cap. 2. numer. 40. & ad hunc
 etiam modum eſt interpretanda l. 27. titul. 23.
 part. 3. & ibi expreſſe Gregor. verb. en las coſtas.
 Similiter & ad hunc modum eſt t explicandum
 114 illud, quod in Francia obſervari aſſerit Rebuff. 3.
 tom. ad l. Gallicas titul. de expenſis artic. 1. gloſſ. u-
 nica numer. 40. quòd ſemper in cauſa appellationis
 fit condemnatio in expenſis utriusque iſtan-
 tiæ, quod etiam tradit Capella Tholoſan. quaſtione.
 222. Nam debet id declarari juxta prædictam diſ-
 tinctionem, ut expreſſe tradit idem Rebuff. 3. tom.
 tit. de appellation. artic. 9. gloſſ. unica num. 42.
 Secunda principalis exceptio, * quæ exprimi
 115 tur in diſt. l. 1. illa eſt, ut ſi in cauſa appellationis
 prima ſententia fuit approbata, vel etiam re-
 vocata cum aliquo additamento. Nam tunc
 quaſi in prima iſtantia habuerit juſtam cauſam
 litigandi, pro ea parte modificata excuſabitur
 ab expenſis, ut ibi tradit Azevedus numer. 24.
 Quod fanè intelligendum eſt, * quòd pro eo; in
 quo moderata fuit prima ſententia, non ſolvat
 116 expenſas propter prædictam rationem: ſed
 pro reliquo eas ſolvat: quia quoad eas non vi-
 detur habuiſſe juſtam cauſam litigandi Bald. l. eos
 §. cautione numer. 4. Codic. de appellat. & ſic pro ra-
 ta invicem fiat compenſatio expenſarum, Panor-
 mitan. cap. unico numer. 17. de plus petitionibus; &
 quando actor in * parte vicit, & in parte victus
 117 eſt, tunc quilibet pro parte, in qua victus eſt,
 condemnabitur in expenſis, Rebuff. diſt. 3. tom.
 titul.

titul. de expenſis artic. 1. gloſſa unica numer. 21. &
 à numer. 23. aſſer. ns ita in Curia Franciæ obſer-
 vari, & idem probant plures, quos refert Afinius
 in praxi §. 32. cap. 5. in principio & §. 32. amplia-
 tio. 71. pag. 441. & probat ordinatio Portugalliæ
 lib. 3. titul. 51. §. & ſe à Reo, & hodie libr. 3. titul.
 118 67. §. 2. novæ recopilationis. Neque hiſ t repug-
 nant dictum Baldi l. eos §. cautione numer. 4. C.
 de appellat. quòd quando quis in parte condem-
 natur, & in parte abſolvitur, non debet fieri con-
 demnatio in expenſis, quia hinc inde admitti-
 tur compenſatio, neque debet haberi reſpec-
 tus ad proportionem numeri, pro quo quis vic-
 tus eſt, & vicit, ſed quantum quis habuit juſ-
 tam cauſam litigandi, ſubſcribit Galeaul. l. 1. §.
 ſi ſtipulanti in fine infra de verborum obligatio. & He-
 ronymus Gabriel. conſil. 19. numer. 6. libro 1. &
 Franciſcus Marcus in deciſione 244. in prima parte.
 119 Nam ex * prædictis reſolvendum eſt: quòd in
 arbitrio Judicis eſt, vel non condemnare in ex-
 penſis facta compenſatione in ſententia, vel con-
 demnare quemlibet pro parte, in qua victus
 eſt, & poſtea partes compenſabant, ſi velint,
 Bald. auct. generaliter numer. 9. in fine Cod. de Epiſ-
 copis & clericis, Berojus conſil. 135. numer. 7. libr. 2.
 Aymon. conſil. 473. numer. 6. libr. 3. & Theſaur. deci-
 ſion. Pedemontan. 73. ad ſinem, & ad hæc traden-
 dus eſt Andr. Gaillus prædictarum obſervationum
 lib. 1. obſerv. 151. numer. 23. Item neque eſt ve-
 rum, quod Bal. dicit, quòd pro proportione nu-
 meri non debeat fieri condemnatio expenſarum;
 120 nam * ſi fuerit æqualis calumnia, vel temeritas,
 vel etiam ſimilis in dubio, pro proportione nu-
 meri fiet condemnatio, Panorm. cap. unico numer.
 17. de plus petitiõ, & alii relati per Antonium Gabrie-
 lem libr. 2. communium titul. de expenſis concluſ. 2. n.
 16. Afinius in praxi §. 32. cap. 5. numer. 1.
 121 Hiſ ita explicatis * ad perfectam declarationem
 hujus articuli duo addenda ſunt. Primum eſt,
 quod prædicta procedunt in expenſis, quæ debentur
 ex diſpoſitione legis mediante officio Judi-
 cis: nam ſi debeantur ex promiſſione facta inter
 partes, à condemnatione harum expenſarum
 minimè excuſabit juſta cauſa litigandi, gloſſ. auct.
 de Judiciis, §. oportet verb. ſolo ad ſinem collat.
 6. quam ſingularem appellant relati per Jaſon. l.
 properandum §. ſine autem alterutra numer. 3. Ale-
 xand. conſ. 34. n. 6. libr. Hippolyt. ſing. 237. Hippo-
 lyt. Rimin. conſ. 255. numer. 9. libr. 3. & ampliãt no-
 tab. Hippolyt. l. patre vel marito num. 24. infra de quaſ-
 titio. Maſcard. de probat. 1. parte concluſ. 36. numer. 49.
 Rebuff. 3. tom. ad l. Gallicas titul. de expenſis artic. 1.
 122 gloſſ. unica à num. 42. & ad * hos terminos reducen-
 da eſt gloſſ. l. 3. §. ſi rem verb. fortassis in fine in-
 fra de leg. 3. & gloſſ. final. in fine l. non ſolum ſupra de
 rei vend. dum dicunt, juſtam cauſam non excu-
 ſare à condemnatione expenſarum debaritarum
 jure actionis, quamvis excuſet à debitis officio
 judicis, extollit Jaſon. diſt. §. ſive autem alterutra
 numer. 4. & l. venditores numer. 1. infra de verborum
 obligat. Afflic. lib. 2. conſtitut. rubr. 42. n. 4. Quod
 123 tamen * intelligendum eſt procedere in expenſis
 debitis jure actionis, ex conventionione partium, in
 qua ſe obligarunt contrahentes ad ſolvendas ex-
 penſas: nam ſi conditione ex lege ad illas teneantur,
 non præcedente conventionione partium juſta
 cauſa ab illarum condemnatione excuſabit, Bald.
 diſt. l. eos §. cautione num. 2. ad ſinem C. de appellat.
 Ex pari ratione * expenſæ factæ extra Judicium,
 & ſic extra cauſam litis, quamvis hic jure ac-
 tionis peti poſſint, ut declarat Innocentius cap.
 ſape num. 1. de app. latio. communiter receptus ex Hyp-
 Petri Barboſæ, Comment. de Judiciis,

polyto. Riminald. conſil. 303. à numer. 33. libr. 3.
 tamen juſta cauſa ab illarum condemnatione excu-
 ſabit. Quinimò ſi * expenſæ promiſſæ ſint in Ju-
 129 dicio, tamen juſta cauſa ab illis excuſabit. Bald. rati-
 onem assignans auct. generaliter numer. 6. in fine
 C. de Epiſcop. & cleric. Paul. Caſtrenſ. conſ. 16. num.
 10. lib. 1. Circa quod videndus eſt Jaſon. l. 1. ro-
 perandum §. ſive autem alterutra numer. 4. Codic. de
 judic. & Milanenſis deciſ. Sicilia 14. à num. 91. & Se-
 raphinus de juramento privilegio 13. num. 15.
 Et juxta prædicta venit reſolvenda ea dubia quæſ-
 126 tio * Doctorum, verum ſtante ſtatuto, quòd victus reſol-
 vitori condemnatur in expenſis, debeat in illis con-
 129 demnari etiamſi juſtam cauſam litigandi habuerit? in
 qua t quaſtione quidam exiſtimant, juſtam cau-
 127 ſam ab illis non excuſare, ut ſtatutum aliquid
 operetur ultra jus commune, & ita gloſſa auct.
 de exhibendis reis §. 1. verb. cauſam collat. 5. quam
 extollit Cremen. ſingul. 120. Hippolyt. ſingul. 207.
 & l. patre vel marito numer. 26. infra de quaſtione. So-
 cin. regul. 140. num. 2. & hanc eſſe magis commu-
 nem opinionem multis relatis reſolvit Antonius
 Gabr. libr. 2. communium titul. de expenſ. concluſ. 1.
 poſt principium, & Caravita in ritibus magnæ Curie
 ritu 298. num. 8. & late Seraphinus tractatu de jura-
 mento privilegio 13. à n. 16. & Cumia in ritibus magnæ
 Curie Sicilia cap. 73. num. 26. & num. 28.
 Contrariam tamen t opinionem, imò quod
 128 etiam in his terminis juſta cauſa excuſet ab ex-
 penſarum condemnatione, ut ſic ſtatutum reci-
 piat interpretationem à jure communi, tenet
 Bald. l. eos §. cautione numer. 2. ante ſinem C. de
 appellat. Paul. Caſtrenſ. notab. conſil. 16. num. 9. ad ſi-
 nem libr. 1. Gregorius l. 8. titul. 22. partit. 3. gloſſa
 ſaal. ad ſinem. Alexan. diſt. l. properandum §. ſive au-
 tem alterutra num. 7. & ibi Jaſon. num. 6. & alii
 relati per Anton. Gabr. ubi ſupra ad ſinem, & defendit
 Rebuff. 3. tom. ad l. Gallicas titul. de expenſis
 artic. 1. gloſſ. unica num. 48. & Covarruv. prædictarum
 quaſtione. c. 27. num. 3. late Afinius in praxi cap.
 32. in 3. limitatio. num. 4. verſ. contrariam pag. 446.
 & ibi numer. 8. aſſerit magis receptum, de quo
 quamvis dubitari poſſit ex traditis per Cueniam in ri-
 129 tibus Sicilia cap. 37. numer. 26. & Seraphinus de jura-
 privilegio 13. à num. 22. Tamen in puncto juris ve-
 rior videtur ex ſupra traditis prima opinio.
 Neque obſtat ratio contrariæ opinionis. Nam
 130 reſpondetur fatiſ operari ſtatutum, etiamſi intel-
 ligatur prædicto modo, quia quamvis jure * com-
 131 muni pro expenſis factis in Judicio, ſolum com-
 petat officium Judicis, & ideo extincto officio
 Judicis, illæ amplius peti non poſſunt, l. 4. C.
 depoſiti. l. terminato Cod. de fruſtibus & litium ex-
 penſis, & rationem reddit Hippolyt. Riminaldus
 conſil. 303. à numer. 35. libr. 3. tamen propter *
 132 diſpoſitionem ſtatuti competet conditio ex ſta-
 tuto l. unica ſupra de condit. ex lege, & conſequen-
 ter etiamſi expiret officium Judicis, adhuc jure
 actionis peti poterunt, Bart. l. 3. §. 1. num. 3. in-
 fra de leg. 3. Alex. diſt. l. properandum §. ſive autem
 alterutra num. 7. & ibi Jaſon. ad ſinem. Panorm. cap.
 unico num. 10. de plus petitiõ, & dicit receptam Car-
 avita ritu 297. num. 5. ad medium Hippolyt. Riminald.
 conſil. 303. num. 31. libr. 3. Gravatus ad Octavianum
 lib. 8. de ſilo Curie cap. 2. numer. 23. Afflic. lib. 2.
 conſtitutio. rubr. 41. num. 2. Nec debet * difficul-
 133 tatem facere, quòd Mathes. ſing. 80. contendit
 imò etiam ſtante prædicto ſtatuto, pro expenſis
 petendis ſolum competere officium Judicis, juxta
 doctrinam gloſſ. receptæ l. ſi ſoror Codic. de collat.
 & tanquam verius probet Rebuff. 3. tom. ad l.
 Gallicas tit. de expenſis art. 1. gloſſ. unica n. 49. & Cov. præf.
 L 1 3 quaſt.

34 *quæſt. c. 27. numer. 4.* Tamen respondetur, quod cum verba statuti directo non referantur ad Judicem, & imperativo modo prolata sint, ex illis jus agendi competet victori, juxta doctrinam Bart. l. unica num. 3. inf. de conditione
 35 *ex lege*, item cum impersonaliter sint probata actionem inducunt, ut ibi per Bart. numer. 6. ad finem, de quo tamen est videndus Paul. Castr. l. 3. §. fin. n. 5. inf. de leg. 3. & Cumian. in ritibus Regni Sicilia c. 7. n. 26.

Secundò principaliter supra traditis addendum est, quod si quis habeat justam causam litigandi usque ad certum tempus, quæ postea redit iniqua pro eo tempore, in quo habuit justam litigandi causam, liberabitur ab expensis, & pro alio tempore in illis codemnatur, juxta regulam legis quæ de tota, supra de rei vendit. & §. nihil interest Inst. de fideicommiss. her. & deducitur ex l. distitisse supra eodem & ibi notant Paul. num. 4. Jacobi. num. 6. bonus textus l. si quis inficiatur, & ibi Bart. infra depositi Socinus regul. 139. num. 1. Cagn. l. qui in alterius num. 23. infra de reg. juris. Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de expensis artic. 1. gl. unica num. 4. Gregor. l. 8. tit. 22. partit. 3. in gl. fin. Cumia in ritibus Sicilia cap. 73. à num. 21. & in notab. casu tradit Kota decis. 11. num. 2. de re judicata, in novis. Covar. practicar. quæstio. cap. 33. num. 2. ad finem Ruin. consil. 217. num. 19. lib. 1. Thesaur. decis. Pedem. 73. num. 1. probat l. 8. tit. 22. partit. 3. & ord. Portugallie lib. 3. tit. 51. §. 3. Quod tamen intelligebat Guid. Papæ decis. 173. si postquam constitit agenti de injuria causæ, statim ab ea recedit: Nam si nihilominus in ea persistit, in omnibus expensis condemnandus est, quia præsumatur, quod etiam à principio certus esset de injuria causæ, nihilominus eam movisset, & idem probat Dec. d. l. qui in alterius num. 7. & consil. 421. num. 3. & Aymo. consil. 693. num. 7. lib. 4. & consil. 839. num. 7. lib. 5. & hanc opinionem forensium usum recepisse asserit Rebuff. d. tract. de expensis artic. 1. gl. unica num. 15.

38 Sed utrique hæc declaratio est contra mentem supra allegatorum, & in specie illam improbat Soc. Jun. l. naturaliter §. nihil commune num. 204. infra de acquir. posses. Thesaurus decis. 173. Pedemont. 73. num. 2. Nec obstat ratio contrariæ opinionis: quia nunquam delictum est præsumendum, l. merito supra pro socio, & cum conflet de justa causa præcedentium initium litis, ei debet cedere quæcunque præsumptio contraria, cap. veritate 8. distinctio. Illud sanè verum est, quod si victor diu distulit præsentare instrumentum, ex quo de justitia causæ constabat: quod tamen non produxit, ut adversarium fatigaret, est condemnandus in expensis factis ante productionem instrumenti, arg. c. exceptionem de exceptio. tradit Jason. dict. §. sive autem alterutra num. 12. Hippolytus dict. l. patre vel marito n. 77. infra de quæst. Aymo. consil. 693. à n. 2. lib. 4. & Ant. Nata consil. 16. n. 7. lib. 1.

39 Et ex his inferitur annotatio ad traditionem præsentium, verb. sigillatim de testibus in 6. quod ibi actor petit plus debito, poterit reus licite totum negare, licet in eo concludatur aliquid, quod ipse re vera debet: Unde cum juste negaverit totum: actor in omnibus expensis condemnari debet, & ita Bartol. l. qui solidum in princ. num. 2. inf. de leg. 2. & post Salyc. probat Jaf. d. §. sive autem alterutra n. 17. Galleat. l. 1. §. si stipulanti in fine inf. de verb. obl. & a-

lii relati per Asinium in praxi §. 32. c. 2. in ro. limitatione. & Ant. Gabr. lib. 2. communium tit. de expensis concl. 1. à n. 11. & notabiliter tract. Decis. Avenoniensis 35. à n. 4.

Contrariam autem opinionem, imò quod hoc casu actor & reus debeant considerari tanquam personæ, quæ victæ sunt simul & vice-runt: & consequenter quod quælibet pars debeat condemnari in sua parte expensarum, ut supra dictum est, tenet Salyc. l. unica ad finem C. de plus petitio. & clarus l. 2. §. quod observari num. 19. Cod. de jurejur. propter calumniam dando, Panorm. cap. unico num. 15. de plus petit. & cap. finem litibus num. 27. de dolo & contumacia. l. 1. §. si stipulanti ad finem, infra de verborum obligation. Quæ opinio videtur verior, cui non obstat ratio contrariæ opinionis. Quia respondetur quod quando petitio plus debito confilii in quantitate: non posse reum juste negare totum: ut tenet Bartol. l. 1. §. si stipulanti num. 2. infra de verborum oblig. communiter receptus, ut ibi asserunt Alex. n. 7. & Jaf. num. 19. & notab. Covar. resol. lib. 1. c. 2. n. 5. Unde cum injuste totum negaverit, pro ea parte, quam re vera debebat & injuste negavit, condemnandus est in expensis: Tantum igitur contraria opinio admitti potest: quando reus conventus excepit de eo, quod plus debito petebatur. Nam cum tunc tacite videtur confiteri, id, quod re vera debebat, excusabitur ab expensis, etiamsi non offerat partem debiti quam re vera debebat: quia non est verisimile, quod eam actor plus petens acceperit, si id non declaraverit, arg. l. tutor. §. Lucius infra de usuris, & in terminis loquitur Bart. dict. l. qui solidum in principio num. 2. infra de leg. 2. ut eleganter advertit Panormitan. c. unico num. 15. de plus petition. subscribit Alex. l. 1. §. si stipulanti num. 18. infra de verb. oblig. Anton. Gabr. l. 2. communium tit. de expensis concl. 2. n. 17. Ex quibus venit rejicienda con-

cordia, quam inter has opiniones assignavit Vincent. d. l. 1. §. si stipulanti, num. 12. ut prima opinio procedat, quando sententia continet diversa capitula, & unus dicit in uno, & victus est in alio diverso: & aliud erit, si unum tantum fuerit capitulum: nam tunc obtinebit secunda opinio, cui adde Panorm. c. finem lit. n. 27. de dolo & contumacia. Ratio enim, de qua supra evincit 2. opinionem procedere, etiam si unum tantum sit capitulum. Illud sane verum erit, quod actor plus petens excusabitur ab expensis, si utatur cautela, de qua per Boerium decis. 74. n. 2. Asi. in praxi §. 32. in 63. ampliatione: vel etiam cautela, de qua per Aymo. consil. 839. n. 8. l. 5. prout & reus simpliciter totum negans excusabitur ab expensis, si utatur clausula, de qua per Perusum consil. 140. n. 16. lib. 3.

His ita expeditis colligendum est principali-ter ex isto text. quod actor temerarius condemnatur in expensis litis, concordantes supra adduximus: Quæ autem dicantur expensæ litis explicat Speculator tit. de expensis §. postremo n. 7. Albe. l. properandum num. 29. C. de Judic. & eleganter Dominicus consil. 48. n. 10. & Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallicas rival. de expensis artic. 5. gloss. unica à num. 17. Hippolytus Riminald. consil. 326. n. 9. l. 3. Asi. in praxi §. 32. cap. 3. n. 2. pag. 456. & Andre. Gailius videndus practicar. observatio, lib. 1. observ. 151. num. 2. quam utique conclusionem multipliciter ampliant & limitant Doctores d. leg. properandum §. sive autem alter-

utra. & Rebuff. dict. tract. de expensis artic. 1. gl. unica à n. 9. & n. 21. & multiplices ampliaciones assignat Asinius in praxi §. 32. cap. 1. & multis sequentibus pag. 414. & multas limitation. assignat idem d. §. 32. c. expeditis ampliacionibus cum multis sequentibus pag. 443. Ego tantum utiliora insulam.

Prima igitur ampliatio fit, ut etiam in sententia interlocutoria debeat fieri condemnatio expensarum, quas victus statim solvet etiam non expectata sententia definitiva: l. sancimus & ibi Bart. & Bald. n. 4. C. de Judiciis l. non ignorat & ibi Bart. C. de fructibus & litium expensis, c. significaverunt de testibus, tradit Felin. cap. 2. num. 25. de libelli oblatione. Jason. d. §. sive autem alterutra n. 19. Covar. practicar. quæst. capit. 27. n. 2. Asi. in praxi §. 32. ampliat. 18. & multa exempla hujus conclusionis proponit Caravita ritu 298. n. 2. & illius rationem assignat Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de expensis artic. 2. glossa. unica à num. 3. Et effectus hujus conclusionis est, quod licet victor in interlocutoria, postea sit condemnatus in causa principali per definitivam, tamen expensas, quas habuit ratione victoriæ in interlocutoria, non tenebitur restituere victor in definitiva, Bartol. leg. si pignora in principio num. 2. infra de pignoratitia actione. & l. damni §. cum parietem in fine infra de damno infecto. Jason. dict. §. sive autem alterutra n. 19. Caravita dict. ritu 298. num. 3. Asi. dict. ampliat. 18. n. 2. quod tamen declarabis, quando interlocutoria fertur super questione facti, nam si fiat super questione juris, cessat condemnatio expensarum, Bald. rationem reddens l. fin. ante fin. C. quando provocare non est necesse, Boerius consil. 135. num. 8. lib. 2. Antonius Nata consil. 422. num. 25. libr. 1. quicquid contradicat Alberc. l. idem erit numer. 3. supra de statu hominum, & tenebis mente, quod hæc condemnatio expensarum ante definitivam censetur esse sententia interlocutoria, Guid. Papa consil. 154. num. 3. & ideo per Judicem mutari aut suppleri potest l. quod iussit infra de re jud. & post alios tradit Jaf. dict. §. sive autem alterutra n. 29. Asinius in praxi. §. 32. in ampliatione.

Secunda ampliatio hujus conclusionis fit, eam etiam procedere in causa criminali. Nam & victus condenabitur in expensis, sicut fit in causa civili, ad cuius similitudinem proceditur in criminali l. absentem infra de penis, & in specie videtur textus secundum unum intellectum l. fin. C. de fructibus & litium expensis, & l. si postulerit §. si reus infra ad l. Juliam de adulteriis, & probat Bartol. l. 1. in fine principii infra ad Turpil. & usu esse receptum, affirmat Alber. hic n. 3. Panorm. cap. finem litibus n. 24. de dolo. & contumacia, Decius consil. 615. n. 11. Hippolytus l. patre vel marito n. 36. infra de qua. & consil. 36. Grammatic. decis. 39. n. 4. Francisc. Marc. decis. 776. in 1. part. Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de expensis art. 1. glossa unica n. 17. Azved. l. 1. tit. 22. l. 3. ordinam. n. 5. & late Hippolyt. Riminald. consil. 303. à n. 5. lib. 3. & ante omnes tenuit Specul. tit. de expensis §. postremo n. 13. ad finem Asi. in praxi. 32. c. 2. in 1. ampliatione. Covar. pract. q. c. 27. n. 2. Gailius pract. obser. lib. 1. obs. 152. n. 1. & Greg. l. 8. tit. 22. part. 3. in gl. 1. quibus adde Serap. tract. de juram. privig. 13. à n. 12. Cumia de ritibus Regni Sicilia c. 73. n. 15. & hanc conclus. exti-
 57 presse approbat ordin. Portug. lib. 3. tit. Si in principio & lib. 5. tit. 1. §. & bemassi & tit. 42. in principio.

Non est tamen omittendum, quod adversus hanc ampliacionem videtur esse textus l. non igno-

rat C. de fruct. & litium expensis, ubi textus agens de expensis litis, ponit, tanquam diversas, causam criminalem, & civilem, & notat ibi Jacob. Butrigarius quem sequitur Bald. auctor. l. generaliter n. 11. C. de Episc. & clericis, & lege qui crimen n. 22. C. qui accusare non possunt, Anani. c. accedens n. 11. & ibi Felin. n. 3. de accusation. eleganter Caravita ritu 297. n. 4. & late distinguit Lucas de Penna l. unica q. 15. C. de sumptuum recuperatione l. 10.

Sed non est recedendum à prima opinione, magis communiter recepta, cui non repugnat text. dict. l. non ignorat, quia licet dicat, in causa criminali victum propter præsumptam calumniam condemnandum esse ad pœnam talionis, non ob id negat, etiam condemnari posse in expensis litis, argument. leg. interdum §. qui furem infra de furtis, in causa autem civili tantum in expensis condemnatur, & ita in effectu Bart. dict. l. non ignorat num. 4. in fine. Fulgos. in fine & Salycet. n. 2. idem Salycet. l. qui crimen num. 31. in fine C. qui accusar. non poss. Ex quibus dubium redditur, quod resolvit Caravita ritu 297. n. 4. quod in Regno Neapolitano de stylo non fit condemnatio in expensis in causa criminali, is enim stylos est contra jus commune & ideo non est observandus, & verius est etiam in eo Regno fieri condemnationem expensarum in causa criminali, ut multis rationibus comprobat Thomas Grammat. decis. 39. asserens ita fuisse judicandum, & Hippolyt. Riminald. consil. 303. num. 6. & num. 9. & 25. lib. 3.

Quinimo hæc recepta ampliatio non solum procedit in accusatore & succumbenti, sed etiam in denunciatore; nam & is condemnabitur in expensis l. in Senatus §. 1. & ibi gloss. & Bart. infra ad Turpilian. Salycet. l. ea quidem num. 28. C. de accusat. & Asi. in praxi §. 32. cap. 2. in prima ampliacione. Cumia. in ritibus regni Sicilia cap. 73. à nu. 34. & nu. 43. Pariter & pro- cedit in reo se defendente in causa criminali, nam & is condemnabitur in expensis, Riminald. l. transigere col. 2. & ibi Curtius Jun. numer. 8. C. de transact. sed contrarium voluit Bald. auctor. generaliter numer. 11. vers. præterea C. de Episc. & clericis. Anton. sub. consil. 15. numer. 2. propter rationem textus l. 1. infra de his qui mortem sibi consciverunt: Sed prima opinio verior est, neque obstat dict. l. 1. quia licet sit licitum unicuique sanguinem suum quocunque modo redimere, non tamen id licitum est, facere per calumniam, vel alium modum illicitum, gl. 1. l. 2. C. de iurjurand. propter calumniam dando. gl. c. 1. verb. in criminali de juramento calumnie, & ideo etiam in causa criminali præstatur juramentum de calumnia, c. 1. per locum à speciali de juramento calumnie tradit Julius Clarus in praxi crimini. §. fin. quæst. numer. 3. & ideo licet propter delictum bona confiscentur, tamen expensæ solvendæ sunt accusatori ex prædictis bonis, juxta regulam l. unica C. de penis fiscalib. libr. 10. l. creditores & leg. non possunt infra de iure fisci, quicquid contrarium dicat Bald. d. auctor. generaliter numer. 11. ad finem. Verum est secundum quod hæc expensæ solo officio Judicis debentur, & ideo post latam sententiam in causa criminali sine condemnatione expensarum, amplius peti non possunt l. 4. C. de posit. l. terminato C. de fructibus & litium expensis, notab. Jason. consil. 2. numer. 3. lib. 1. Item & illud verum est quod si procedatur per viam inquisitionis, tunc fiet condemnatio in expensis, gloss. fin. c. cum di-

ſeſti dolo. & contum. Anon. & Felin. num. 5. verſ. quid. aut. m. c. accedens de accuſat. Gratus conſ. 72. numer. 14. lib. 2. ubi declarat, & conſ. 80. à num. 4. quod lib. 2. probat ord. Portugall. lib. 2. tit. 67. §. 6. Item ſi accuſator * habuerit juſtam cauſam accuſandi, etiam excuſatur, ab expenſis, prout neque tunc fit condemnatio expenſarum in cauſa civili, ut ſupra dictum eſt, & ita ſal. conſ. 2. num. 5. lib. 1. exemplum habet l. ſu. & ibi notat Imol. infra de hered. inſt.

170 Tertio * principaliter ampliã conclusionem noſtri text. ſi Judex non condemnauerit victum in expenſis, ex ſuo teneatur eas ſolvere victori, ut probat l. properandum §. ſive autem alterutra & ibi notant l. vnes C. de juſ. Lancel. de attentatis 3. part. c. 31.

171 numer. 108. intelligendo ¶ tunc quando victor in bello petiit, ut fieret condemnatio in expenſis, nam id, quod Judici faciendum injungitur, ſub ea tacita conditione videtur injunctum, ſi pars id petierit. l. uniuerſa cum gl. C. de precibus imperat. offerendis. l. peto §. fratre de leg. 2. & in ſpecie tradit gloſ. ſu. c. ju. de reſcript. & poſt alios reſoluit Jaſon. diſt. §. ſive autem alterutra num. 31. Rebuff. tractatu de expenſis art. 3. gloſ. unica num. 12. Grovatius ad Octavian. de ſtylo Curia lib. 2. c. 2. nu. 173.

172 Caravit. ritu 297. num. 7. quamvis ¶ in multis partibus conſuetudine obtentum ſit, ut fiat condemnatio in expenſis, etiam ſi à parte petiti non ſit, nam ita ſervari in Curia Delphinali, aſſerit Gnid. deciſ. 45. in ſu. & in Camera Imperiali Myninger. in deciſ. Camera Centuria 4. obſervat. 55. & latius proſequitur Lancelot. de attentatis 3. part. c. 31. à num. 111. ſed attentato jure communi non procedit, per ſupra tradita.

174 Quinimo etiam ¶ ſi Judex velit, tamen parte non petente non poſſet victum in expenſis condemnare juxta regulam l. 4. §. hoc autem Judicium & ibi expreſſe Bart. num. 9. infra de damno inſulto. Aſinius in prax. 54. ampliatio. pag. 432. niſi ſint expenſe facte poſt litem conteſtatam, nam in his poterit victum condemnare, & ſi pars id non petierit juxta diſtinctionem, l. aditu §. item ſciendum infra ad litem editto, tradit gloſ. c. ſinem litem verb. expenſis in fine de dolo. & contumacia. Decius c. ſepe col. ult. de appellat. ff. diſt. l. patre vel marito num. 86. Octavian. de ſtylo Curia lib. 8. c. 2. à num. 7. Carav. ritu 297. num. 8. Covar. pract. quaſt. cap. 27. num. 5. & Gailus pract. obſervat. 151.

176 Sed ſi Judex * forſitan id non faciat, non ob id tenebitur parti in aliquo leg. non quidquid ſupra eodem Bart. diſt. §. hoc autem num. 9. & diſt. l. properandum §. ſive autem alterutra numer. 4. C. de Judici.

177 Item poteſt omiſſam condemnationem * expenſarum, eadem die, qua lata eſt ſententia ſupplere, & non poſtea, l. Paulus la primera infra de re Judic. ſal. d. §. ſive autem alterutra num. 32. Hip. d. l. patre vel marito num. 71. Octavian. de ſtylo Curia lib. 8. c. 2. numer. 9. quicquid contradicat Rebuff. d. tract. de expenſis art. 3. gloſ. unica num. 14. & quicquid Covaruv. pract. quaſtionum cap. 27. num. 5. in primo dicat hoc in practica non recipi, nam imò id omnino recipiendum eſt in praxi, cum hoc expreſſe diſponat l. 3. tit. 22. part. 3. ut advertit Azeved. l. 2. tit. 22. lib. ordinamenti numer. 3.

179 Quod ſi Judex * abſolvit victum ab expenſis vel eum condemnaverit in minore quantitate quam debuerat, habemus text. l. ſu. C. quando provocare non eſt neceſſe, in qua probatur, quod ſi victus appellet à ſententia principali, victor ratione expenſarum appellare non poteſt: & tamen Judex appellationis, ex officio poteſt tollere gravamen

illarum circa expenſas, etiam ſi victus appellans, poſtea non proſequatur appellationem, quam ſingularem reputant Doctores ibi. Et ¶ circa illius intellectum eſt advertendum quod Imol. c. ſignificaverunt n. 3. de exception. exiſtimat, eam legem procedere, quando de condemnatione expenſarum, nihil fuit dictum, & non procedere, ſic victus ſuit abſolutus ab expenſis: nam tunc oportet victorem in cauſa principali, appellare à ſententia abſolutoria expenſarum: quia aliàs tranſibit in rem judicatam & defendit Felin. ibi n. 2. & ſubſcribit Caravita ritu 297. n. 5. ad ſinem. & probat Lucas de Pena l. unica quaſt. 6. de ſumptuum recuperatione lib. 10. Greg. l. 9. tit. 23. part. 3. gl. 1. ad ſinem & Aſinius in praxi §. 32. c. 20. p. 466. & Covarru. pract. quaſtio. c. 27. n. 5. v. ceterum, ſed non * placet hæc explicatio, quia ei aperte repugnat generalitas d. l. ſu. quæ proprius videtur loqui quando facta eſt condemnatio expenſarum in parva quantitate, vel victus liberatus fuit ab expenſis, ut ibi ſentiunt Paul. Caſtrenſ. & Solyceſtus num. 1. qui dubitant, utrum ille textus locum habeat, quando fuit omnino omiſſa condemnatio expenſarum, & reſpondent procedere ex identitate rationis: & ſic ſentiunt textum illum proprie loqui, quando fuit facta abſolutio ab expenſis, vel in illis fuit facta condemnatio in parva quantitate, & non quando omnino fuit omiſſa condemnatio expenſarum, & agnoſcit Panormit. d. c. ſignificaverunt num. 7. de exception. Verior igitur * declaratio erit text. d. l. ſu. non procedere, quando victus appellavit à ſententia principali: nam ſi non appellavit, tunc oportet victorem appellare à ſententia lata ſuper expenſis, quia in his terminis alio modo victori circa expenſas non poteſt eſſe conſulr. & ita omnes ibi & in c. ſignificaverunt de exceptionibus, Imol. l. ab executore calumnia 2. ad ſinem infra de appellation. Joannes de amicis conſil. 84. n. 11. Caravita ritu 297. n. 5. ad ſinem Gamma deciſ. 65. n. 1. quibus adde Lucam de Pena l. unica quaſt. 5. C. de ſumptuum recuperatione lib. 10. & eſt text. l. in bona fidei C. de uſuris, & pari * ratione etiam neceſſaria erit appellatio victoris, quando victus appellans limitativè à ſententia principali appellavit, quatenus contra ſe erat lata: nam cum tunc appellationem à ſententia lata pro ſe quoad expenſas, tacitè excluſerit, neceſſaria eſt appellatio victoris in cauſa principali, Covar. pract. quaſtio. cap. 27. n. 5. ad medium Gregor. l. 9. tit. 23. part. 3. in gloſ. 1. in ſu. quod * ſi non appellavit, cum poſſet, ita ſibi præjudicat, ut neque contra Judicem in ſyndicatu, poſſit habere recurſum, Rebuff. 3. tom. ad ll. Gallicas tit. de expenſis art. 3. gl. unica n. 16. Quæ * tamen opinio non placet: quia præjudicans ſibi circa appellationem non ob id excluſitur à remedio juris, quod ei conceditur contra Judicem malè judicantem circa expenſas: d. l. properandum §. ſive autem alterutra: quod ita tenet gl. 2. l. ſu. C. quando provocare non eſt neceſſe, Bald. cap. fraternitatis n. 7. in fine de teſtibus Joannes de amicis conſil. 84. n. 11. Jaſ. diſt. §. ſive autem alterutra num. 26. & * tantum opinio Rebuff. admitti poteſt, quando Judex vel abſolvit victum ab expenſis, vel eum condemnavit in parva quantitate, nam cum ſimus extra terminos d. §. ſive autem, alterutra, imputer ſibi, qui non appellavit, cum poſſet: Ultimò * tenebis mente, quod deciſio diſt. l. ſu. C. quando provocare non eſt neceſſe, nec obſervatur in Curia Franciæ, in quibus licèt victus appellet, tamen oportet victorem etiam appellare, propter omiſſam condemnationem expenſarum,

expenſarum, aliàs ei non ſuccurritur: ut teſtatur Rebuff. ad ll. gallicas 1. tom. in praſatio. gl. 5. n. 94. & 3. tom. tit. de expenſis art. 3. gl. unica n. 15.

188 Quarto * & ultimò ampliã conclusionem hujus textus procedere, & ſi actor liti renunciaverit: nam nihilominus condemnabitur in expenſis, ac ſi per ſententiam victus eſſet l. deſtituiſſe ſupra eodem cap. interpoſita §. ille de appellation. & ibi Decius in principio & in ſpecie tradit Bald. in l. poſtquam liti n. 12. C. de pact. & in auth. contra qui propriam, 2. notab. C. de non num. pecun. Aymon. conſil. 309. n. 1. lib. 5. Hieron. Gabr. conſil. 19. num. 5. lib. 1. Cumia in ritibus Regni Siciliae cap. 73. à num. 21. nulla enim in Judiciò admittitur poenitentia, quoad reſtutionem expenſarum, Jaſon. §. ſed hæc quidem n. 7. inſt. de actio. quod * tamen ita explicandum eſt, quod ſi renunciaverit liti, quia de novo cognovit, ſe injuſte litigare, excuſabitur ab expenſis pro eodem tempore, quo putabat ſe habere juſtam cauſam litigandi, & aliud erit ſi cauſa, propter quam renunciavit liti, erit antiqua, & quæ jam aderat tempore morte litis, nam tunc tanquam temerarius litigator in omnibus expenſis condemnabitur, Bald. l. poſtquam liti num. 12. Alex. conſil. 47. nu. 21. libr. 6. notabiliter Ruin. conſ. 217. num. 18. lib. 1. Rebuff. 3. tomo tit. de expenſis artic. 1. gloſſa unica à num. 12. Azevedus l. 1. tit. 22. lib. 4. ordinam. à num. 2. quibus adde Rip. l. naturaliter §. nihil. commune n. 115. & Capell. Thol. q. 5. cum additione. Et * idem ſi inter partes tranſactum ſit, nam niſi ſpecialiter fuerint remiſſe expenſe, poterit actor illas petere à reo, ſi conſtat ideo tranſigilſe, quia bonam cauſam non agebat §. ſu. Juſt. de perpet. & temp. act. Capel. Tholoſ. q. 5. & Guid. Pap. deciſ. 55. Miſing. in deciſ. Cam. Imper. cent. 4. obſ. 48. Aſin. in prax. §. 32. c. 2. ampliã. 38. pag. 42. & latius Lancel. de attentatis 3. part. c. 31. à n. 117. Et eadem ratione ſi instantia appellationis culpa actoris extincta ſit, & ille poſtea impetret reſtaurationem instantiæ: neque n. audietur, niſi prius ſolvat expenſas antea factas, Boer. dec. 247. n. 11. Unde * ſi instantia prima ſit extincta culpa actoris, ſi per Principem concedatur reſtauratio illius, non audietur actor niſi reſectis expenſis, ut poſt Marant. tradit Rol. conſ. 4. n. 65. l. 1. & Menoch. conſ. 380. à n. 41. lib. 4. Aymon. conſ. 833. n. 5. l. 5. Et idem erit, quando * quis appellavit, & ejus culpa & negligentia deſerta fuit appellatio, non tenebitur expenſas ſolvere, cap. reprehendiſſibilis, de appel. Ruin. conſ. 217. n. 18.

195 Conclusionem * hujus text. ita ampliãt limitabis primò non procedere: quando lis agitur cum fiſco, neque n. fiſcus victus, condemnabitur victori in expenſis, ut tanquam receptum tradit Boer. dec. 324. num. 1. Cumia. in ritibus Sicil. c. 73. num. 7. & pro conſtanti præſupponit Rebuff. d. 3. tom. tract. de expenſis art. 1. gl. unic. num. 19. Pereg. de jur. ſiſci lib. 7. tit. ult. num. 14. Azev. l. 1. tit. 22. lib. 4. ord. num. 6. quæ tamen limitatio non videtur tuta, quia * diſpoſitum in privatis regulariter obſervatur etiam in fiſco, gl. recept. l. 1. C. de pet. her. Unde * prædicta limitatio magis ad conſuetudinem generalem, quam ad juſ referenda eſt, ut fatetur Gail. c. Kay. verb. mortuo itaque teſtatore cl. 1. num. 169. ad ſinem. & idem conſuetudine obſervari in ducatu Mediola. licèt ex diſpoſitione juris aliud eſſet dicendum, reſolv. Jul. Clar. in prax. crim. §. ſu. q. 10. n. 5. & Cum. in ritibus Sicil. c. 73. num. 1. & ita etiam diſponit Ord. Portug. lib. 3. tit. 51. §. & bemaffi, & hodie lib. 3. tit. 67. §. 3. novæ recopilationis.

Unde * pari ratione contendens cum fiſco, & victus, non condemnabitur in expenſis juxta regulam l. ſu. C. de fruſt. & litium expenſis. Et hac ratione ſi procurator fiſci aliquem accuſet, & non probavit delictum, nunquam * condemnaretur in expenſis, Rebuff. d. tract. de expenſis art. 1. gl. unic. n. 19. & probat Ordin. Portug. lib. 1. tit. 15. §. ſinal. & hodie lib. 3. tit. 67. §. ſi. ita explicandum, ut * procurator fiſci excuſetur à præſumpta calumnia, quia ex neceſſitate officii accuſavit: ut tradit Auſerer. in addit. ad Capel. Tholoſ. q. 6. Unde * ſi pars ſimul cum procuratore fiſci accuſavit, quia pars voluntarie accuſavit, in expenſis condemnabitur, ſive tanquam inſtigator, ſive tanquam denunciator, procuratori fiſci aſſiſtat, in prædicta accuſatione l. 1. §. incidit & ibi Bart. inſr. ad Turpilian. tradit Guilb. c. Rayn. verb. mort. itaque & l. 1. num. 169. ad ſinem Rebuff. d. 3. tom. art. 1. gl. unic. num. 20. notabiliter Gramma dec. 39. & probat Ord. Portug. lib. 5. tit. 43. & hodie lib. 52. tit. 8. §. ſu. novæ recopil. Et pari ratione idem erit recipiendum, ſi ad instantiam partis fiſcalis aliquem accuſaverit, nam tunc ſaltem pars condemnabitur in expenſis, Beroius conſ. 180. num. 5. lib. 3. Et tenebis mente, quod licèt * procurator fiſci excuſetur à præſumpta calumnia, ut ſupra diximus, tamen ſi clarè conſiterit de ejus calumnia, & quod animo vexandi, partem accuſaverit, ac ſi eſſet privatus condemnabitur in expenſis, l. ſeveriter, & ibi Fab. & Bald. C. de excuſ. tut. l. unic. C. de ſumptuum recup. lib. 10. l. 1. ad ſinem principii infra de vacatione muner. l. 1. C. de curioſis & ſtation. lib. 12. tradit Boer. deciſ. 324. num. 1. Caſſan. in conſue. Burg. rub. 1. §. verb. ſu la grace num. 162. pag. 230. Jul. Clar. in prax. crim. §. ſu. q. 10. nu. 5. in fine nam etiam ¶ ſi Judex injuſte & malicioſe inquirat ex officio contra aliquem, etiam in expenſis condemnabitur, Paris. de ſynd. verb. inquisit. c. 1. num. 9. pag. 276. & latius proſequitur Aſinius in prax. §. 32. c. 2. ampliã. 39. pag. 426. & And. Gail. pract. obſerv. lib. 1. obſervat. 152. num. 2.

Secundò principaliter limita conclusionem hujus tex. non procedere: quando * ſententia fertur in favorem actoris abſentis & contumacis, & contra reum præſentem: nam tunc non fiet condemnatio expenſarum in favorem actoris, & contumacis, ut probat l. properandum §. & ſi quidem verſ. ſi autem ex geſtis C. de jud. ad quem gl. ibi verb. excipiendis duos aſſignat intellectus: Primus fuit Joannis, quod fiat etiam expenſarum condemnatio in favorem actoris abſentis, & victoris. Sed quod reus præſens & victus, poſſit deducere ex prædictis expenſis id, quod in ea lite ex ſuo impendit. Et hanc opinionem eſſe communiter receptam aſſerit Jaſ. ibi ad ſinem & Jac. n. 14. & eandem intellectum eſſe receptum fatetur Panor. c. calumniam n. 3. de pen. & Aſinius in prax. §. 32. limitat. 11. pag. 451. Alius intellectus fuit Pilei, quod * tex. ille probet, quod in favorem abſentis & contumacis, non fiat condemnatio expenſarum, ſed imò reus præſens, & victus, poſſit deducere ex ſorte principali id, quod impendit in ea cauſa, quæ intellectum probavit ibi Saly. in fine, & videtur approbaſſe Jaſ. de §. ſive alterutra n. 10. verſ. principaliter & eleganter defendit Panor. c. calumniam n. 3. de pen. & is intellectus magis videtur eſſe de mente d. §. & ſi quidem verſ. ſu. autem ex geſtis, & clariffime * probatur d. c. calumniam in ſu. de pen. Unde rejicienda eſt concordia, quam poſt Guil. inter prædictas opiniones aſſignavit Alex. d. §. & ſi quidem ad ſinem, & probavit

bavit Jaf. ibi in fine, quod si absens fecit expenſas in ea lite, tunc ex expenſis quas ille fecit, debet reus victus, deducere ſuas expenſas: si vero nullas fecit expenſas, tunc eas deducet ex ſorte principali: nam cum ex ſupra dictis conſtet in favorem abſentis nullam condemnationem expenſarum fieri debere, inanis redditur prædicta diſtinctio.

209 Tertio ſ limita conſuſionem hujus text. non procedere, quando actor non interpellavit reum, extra Judicium, ut ſolveret: nam ſi tunc citatus, & in Judicio comparens, agnoſcat bonam fidem, non condemnabitur in expenſis factis in citatione vel libelli datione Bald. *aut. contra qui propriam in fine C. de non n. pecun. 9. d. §. ſive autem alterutra n. 10. verſ. limita 7. Hippol. d. l. patre vel marito n. 39. & n. 43.* Quod tamen limitandum eſt, ſi dies certus fuerit declaratus in obligatione: nam cum dies interpellat pro homine l. magnam C. de contrab. & committ. ſtipulatio. etiam ſi alias non fuerit interpellatus extra Judicium, tamen indiſtincte condemnabitur in expenſis, ut poſt Panorm. tradit Hippol. d. l. patre vel marito num. 40. & ſubſcribit Afinius in prax. §. 32. limit. 10. ad finem pag. 452. Rebuſ. d. 3. tom. tract. de expenſis art. 1. gl. unica num. 27.

210 Quarto * & ultimo limita conſuſionem hujus tex. quando una pars expenſas litis non tenetur ſolvere, propter aliquod ſpecial. privilegium: nam tunc ut ſervetur æqualitas, neque adverſarius victus condemnabitur in expenſis, juxta regulam l. fin. C. de fruct. & litium expenſ. & in ſpecie eſt text. l. in ſacris n. 2. verſ. & quoniam C. de proximis ſacro Scriptorio l. 12. & ibi notat Lucas de Penna, & expreſſim tradit Joan. de amicis conſ. 92. nu. 5. Et tenebis mente in hac materia: quod ſi plures ſint conſortes ejusdem litis, & ſimpliciter fuerunt victi & condemnati, quilibet illorum tenebitur pro rata expenſarum, Milanenſ. in dec. Sicil. 14. num. 87. & num. 89. de quo videbis etiam Pariſ. conſ. 104. lib. 3.

His ita explicatis, quæ pertinebant ad hanc materiam expenſarum: ultimo ex hoc textu ibi [viaticis] colligendum eſt, quod non ſolum debet condemnari in expenſis litis, ſive proceſſus: ſed etiam in viaticis. Ad cujus notabilis explicationem ſciendum eſt, viaticum ſignificare, ſumptos deſtinatos ad iter faciendum, Aulus Gellius lib. 17. nocturnum atticarum c. 2. ac ita probat tex. faciendam quoque eſſe condemnationem expenſarum factarum ante litem conteſtatam, occaſione tamen ſimplicis litis, prout contingit in viaticis: nam viatica expenduntur in movendo ſe actore, de loco in quo eſt, ad locum litis notat Rebuſ. d. tract. de expenſ. art. 1. gl. unic. n. 18. Cumia. in ritibus. Sicilia c. 73. n. 28. & ante eos tradit Spec. tit. de expenſ. §. poſtremo n. 7. & Ab. l. propterandum n. 29. C. de jud. ex quo ſ conſtat contra deciſionem hujus text. latum fuiſſe decretum Senatus Pariſienſis relatum à Coſtal. hic in fine, eas ſcil. impenſas litis non eſſe computandas, quæ ante litem conteſtatam eſſent factæ, quamvis occaſione litis: niſi dicas * in Francia viatica non ſolvi victori: pro ut nec ſi in Curia Romana ſolvuntur, ut aſſerit Obſavian. de ſtylo Curia l. 8. c. 2. n. 11. de quo tamen eſt videndus Rebuſ. d. 3. tom. tract. de expenſ. art. 5. gl. unic. n. 21. In Regno autem Portugallie ſit condemnatio in viaticis juxta iſtum tex. ut probat Ord. lib. 3. tit. 51. & hodie lib. 1. tit. 90. in prin. novæ recopilation.

220 Et amplia hanc conſuſionem, ut pari ratione, ſolvi debeant victori expenſæ, quas facit cum ſua perſona, dum duravit lis, nam ſi ei debentur viatica, quæ fecit cum perſona ſua ante litem inchoatam, à fortiori, ei debentur illæ, quas fecit cum ſua perſona lite jam cepta, quæ tamen intellexerit gl. ſtatutum §. inſuper verb. moderatas de reſcri. in 6. Bart. hic n. 3. quod * debet ex illis deduci id, quod domi eſſet conſumpturus ex ſuo, & tantum illud quod impendit ratione litis, ei exolvendum eſt, allegant text. quaſi expreſſum l. ſe. & ſi hereditas l. 1. §. 1. inſra ad exhibendum, & ſubſcribit Panorm. c. finem litibus n. 31. de dolo & contumacia Alex. conſ. 37. n. 3. ad finem l. 2. Jaf. d. §. ſive autem alterut. n. 14. Hippol. d. l. patre vel marito n. 64. & dicit receptiſſimum Coſt. hic Greg. l. 8. tit. 22. part. 3. gl. 1. ad medium Afim. in prax. §. 32. c. 3. n. 7. & n. 9. pag. 457. & Men. de arbit. lib. 2. caſu 154. n. 3. Cumia in ritibus Sicilia c. 73. n. 20.

Quæ tamen declaratio mihi non placet, quia illi repugnat generalitas hujus text. item quia * teſti, qui à domo evocatur ad ferendum t. ſtimonium præſtantur ſumptus itineris l. ſi quando C. de teſtib. non facta deductione ejus, quod domi eſſet conſumpturus, gl. d. §. inſuper verb. moderatas & aſſerit receptum Alex. l. recuſare §. final. n. 2. inſ. ad Trebel. Ord. lib. 3. tit. 90. §. 29. novæ recopilationis. Ergo idem dicendum videtur in noſtro caſu, in quo eadem videtur militare ratio.

Nec repugnat tex. d. l. ſed eſt hered. §. 1. inſra ad exhibendum, quia loquitur, quando poſſeſſor rei ad requiſitionem actoris cogitur rem exhibere in Judicio: nam licet hæc exhibitio debeat fieri expenſis actoris, ſemper tamen ab expenſis deducuntur alimenta, quæ poſſeſſor tenebatur dare illi ſervo, quem paſſidebat, ut etiam probat l. ſi res mobilis ſupra de rei vend. & ibi notant Ang. & Fulg. Nos autem loquimur quando ex diſpoſitione legis & ſententia Judicis, viaticum alicui ſolvendum eſt, debet n. exolvi integrum viaticum nulla facta deductione, ut verba ſonant l. ſi quando C. de teſt. Maxime quia in punitionem temeritatis victi, ſit hæc condemnatio, nam ut acrior ſit puniſio, nulla debet fieri deductio, ut in ſpecie ſentit §. hæc autem iſti de pan. temerè litig. & ita de ſtylo ſervari in Delphinatu aſſerit Guid. Papæ deciſ. 625. & in Sabaudia Theſaur. dec. Pedam. 67. n. 4. ad finem, & in terminis diſponit Ord. Portug. l. 1. tit. 70. §. 2. & hodie l. 1. tit. 90. §. 2. novæ recopilationis. Illud certum eſt, quod ex expenſis, quæ ratione contumaciæ debentur, non debet fieri prædicta deductio, ut contumacia gravius puniatur, ut colligitur ex l. ſancimus C. de jud. & l. non ignorat C. de fruct. & litium expenſis & tradit Lanfran. cap. quoniam contra tract. de expenſis n. 8. de probatio. & alii relati per Plotum l. ſi quando n. 664. C. unde vi, Caravita in ritu 298. n. 11.

Amplia ſecundo, ut ſ non ſolum fiat condemnatio in viaticis, ſed etiam in damnis reſpicientibus perſonam victoris, ut quia eſſet artifex, vel alius, qui ex operis ſuis ſe ſuſtentabat. Nam ſi propter litem non potuit operari, hæc damna ei reſarcienda ſunt, nulla facta deductione ejus, quod domi eſſet conſumpturus, nam hæc deductio tantum ſit illi, qui ex ſuo vivunt, & non ex operis quas perdiderunt propter litem. Alb. l. propterandum num. 29. verſ. & vide de expenſis C. de judic. Bellamera c. finem litibus. num. 41. de dolo & contum. Afinius in prax. §. 32. art. 3. num. 9. pag. 457. & pro illis videtur tex. l. ſi procurator la. 2. & ibi gl. Bart. & Paul. inſra rem ratam haberi tex. intelligendus §. hæc a. inſiti, de pæna temere litigantium. Invenio tamen quod Gregor. l. 8. tit. 22. part. 3. 230 gl. 1. ad medium, dicit, ſe nunquam vidiffe in praxi obſervari, quod in expenſis habeatur ratio intereſſe,

tereſſe, quod artifex eo prætextu præterdit; quod propter litem injuſtam non potuit uti artificio ſuo: quod etiam pro conſtanti tenet Azeved. lib. 5. tit. 3. l. 4. ordina. n. 14. ad finem & Theſaur. l. 1. tit. 3. l. 4. ordina. n. 14. ad finem & Theſaur.

231 deci. Pedem. 67. n. 5. Quinimo quod attento jure communi nullus habeatur reſpectus prædicti intereſſe, reſolvit receptum Joſeph. Cumia. in ritibus Regni Sicilia c. 73. n. 16. & n. 29. & ſaltem non bene conſtat, quæ ſit magis communis opinio in articulo ut dicit Theſaur. deciſ. Pedem. 67. n. 5. Sed quicquid prædicti dicant quod in condemnatione expenſarum etiam habeatur reſpectus ad prædictum intereſſe, quod reſpicit perſonam victoris, ut quia eſſet artifex, vel advocatus receptiſſimum, nam id probat Bart. l. 1. ad medium ſupra de aliena. jud. mutandi, & l. ſi procurator in fine, & ibi Paulus n. 2. inſra rem ratam haberi & probant plures, quos reſert Jaf. l. 1. §. final. n. 14. ſupra ſi quis jus dicenti non obtemperaverit, Boer. deciſ. 52. n. 6. in fine, & plures relati per And. Gaill. præſ. obſerv. lib. 1. obſerv. 151. n. 17. Caravita ritu 298. n. 10. & expreſſe probat ordin. Portug. l. 1. tit. 70. §. 14. & hodie lib. 1. tit. 90. §. 14. novæ recopilationis.

232 Et juxta hæc venit reſolvenda * ea dubia quaeritio, utrum in terminis hujus text. veniant etiam damna, quæ victor paſſus eſt propter litem injuſtam? & magis communis opinio tenet non venire: quia ſub nomine impenſarum non veniunt damna c. in noſtra, de injuriis, reſolvit Jafon. l. 1. §. ſi n. 17. ſupra ſi quis jus dicenti non obtemperaverit Boer. deciſ. 52. n. 6. & ita receptum eſt, quod in expenſis ratione victoriæ non veniunt damna neque intereſſe.

233 Bal. l. rem ſupra de dolo Greg. l. 8. tit. 22. part. 3. in gl. 1. ad medium licet aliud ſit in expenſis, quæ debentur ratione contumaciæ, nam tunc veniunt damna, & intereſſe l. ſancimus C. de jud. quam differentiam inter prædictos caſus conſtituit Bald. l. prima §. hoc autem 2. l. 1. & ibi Jafon. n. 9. ſupra ſi quis jus dicenti non obtemperaverit, Jaf. d. §. ſive autem alterutra n. 13. Afinius in praxi §. 32. cap. 3. n. 10. Caravita ritu 298. n. 10. Gaillius præſ. obſerv. lib. 1. obſerv. 151. n. 14. & Azeved. l. 5. tit. 3. lib. 4. ordinamenti n. 17.

234 Sed tutius eſt ſequi ſi & probare reſolutionem Bart. l. 1. n. 1. ſupra de aliena. judicij mutandi, quod in expenſis victoriæ veniet damnum, quod ratione propriæ perſonæ victor paſſus eſt, ſed ſi damnum datum ſit in rebus, hujusmodi damnum non veniet, ut ibi per gloſſ. verb. tenebitur, quæ traditio communiter recepta eſt ut per Jaf. dicit. §. ſive autem alterutra n. 13. & 14. Plotus l. ſi quando n. 664. C. unde vi, Gravatus ad Obſavian. de ſtylo Curia lib. 8. cap. 2. n. 25. Rebuſ. 3. tom. ad leges Gallicas titulo de expenſis art. 3. gloſ. unica n. 25. Caravita ritu 298. n. 10. & Afinius in praxi tractatur de expenſis §. 32. cap. 3. n. 13. pag. 457. & Gaill. præſ. obſerv. lib. 1. obſerv. 151. n. 18. & Cumia in * ritibus. Sicilia cap. 37. à n. 28. Ratio autem hujus diſtinctionis eſt, quia damni reſpicientis perſonam victoris, immediata cauſa fuit lis, & ideò merito veniet hoc intereſſe, ſed reſpectu rerum, eſt intereſſe remotum ſive mediatum, & ideo non debetur l. ſi ſterilis §. cum venditorem inſra de actionib. empti, & in ſimili ita diſtinguit Jurec. l. ſocium qui §. 1. inſra pro ſocio, & ideo damnum, quod advocatus & ſimiles paſſi ſunt immediate propter litem, eis debetur, Afinius in praxi §. 32. limit. 19. pag. 452.

235 Ex juxta hæc venit accipienda * differentia ſupra 240relata inter expenſas debitas ratione victoriæ, vel ratione contumaciæ: nam eſt dicendum, quod in debitis ratione victoriæ, non veniunt damna, niſi quia immediate procedunt à lite, quod ta-

men verificatur in damno ratione perſonæ: non a rerum, ut dictum eſt. In expenſis a. ratione contumaciæ, veniunt omnia damna, quæ victor ratione contumaciæ paſſus eſt. In utroque autem caſu, non veniunt ſub nomine expenſarum, ſed ſub nomine damni, quod in his caſibus debetur, Boer. dec. 210. n. 3. & 4. Menoch. de arbitrariis lib. 2. caſu 154. num. 5.

Neque eſt omittendum quod * Theſaur. deciſ. Pedem. 67. n. 4. in hoc articulo novam facit diſtinctionem inter damna intrinſeca, & extrinſeca, prima vult venire in condemnatione expenſarum, non a. ſecunda: Vocat autem damna intrinſeca, quæ ex ipſa lite proveniunt: & extrinſeca quæ per caſum fortuitum obvenierunt victori, quam diſtinctionem exiſtimat locum habere, tam in expenſis debitis ratione victoriæ, quam ratione contumaciæ, nam in primis hæc nova concordia jure non probatur, & potius diſtinguendum eſt, inter cauſam immediatam, juxta l. ſocium qui §. 1. inſra, pro ſocio, & ſupra dictum eſt. Item quia adverſus omnes non facit differentiam inter expenſas cauſa victoriæ, vel cauſa contumaciæ, & tamen eſt veriſſima. Nam quoad expenſas ratione victoriæ ſit differentia inter cauſam mediatam, & * immediatam: ſed quoad expenſas ratione contumaciæ, vel delicti, occaſio ſive cauſa remora, ſufficit ut damna debeantur. l. qui occidit paragra. final. ſupra ad legem Aquiliam cap. final. de injuriis, & * ita in expenſis ratione contumaciæ, veniunt omnia damna, etiam ſi contumacia non fuerit illorum cauſa immediata: ſed mediata, ut reſolvit Jaf. l. ſancimus n. 8. C. de judic. Panorm. cap. dilecti nu. 12. de foro competentis. Sunt & aliæ differentie inter prædictas expenſas, de quibus agunt Corav. ritu 298. à n. 246. 10. Azeved. l. 5. tit. 3. l. 4. ordinamenti à num. 17. Gravatus ad Obſavian. de ſtylo Curia lib. 8. cap. 26. Rebuſ. tract. de expenſ. art. 8. à n. 22. Purpurat. l. edita à n. 241. C. de edendo.

Quinimo contra omnes * tentari poteſt, quod in expenſis ratione victoriæ, non ſolum veniant expenſæ litis, ſed etiam & damna, quæ victor propter litem paſſus eſt. Id quod videtur probare textus l. non ignorat, & ibi notat Bart. C. de fructibus & litium expenſis. Item probat l. final. C. quando provocare non eſt neceſſe, & ibi notat Fulg. n. 2. ad idem textus §. hoc autem, inſiti. de pæna temere litigantium, & ibi ſecurè tradit Angel. n. 6. Neque illi textui reſponderi poſſe, ſaretur Curt. Jun. l. 1. final. n. 12. ſupra ſi quis jus dicenti non obtemperaverit. Nam & in aliis multis juris locis, ultra expenſas veniunt damna ut proſequitur Lancel. de attentatis 3. parte cap. 13. n. 164. qui etiam videndus eſt num. 130. Cumia in ritibus Sicilia cap. 73. à num. 28. & ita obſervari in * Curia Franciæ, ut etiam in damnis, ſit condemnatio aſſerit Rebuſ. 3. tom. ad leges Gallicas tit. de expenſis art. 3. gloſſa unica à num. 6. & pro conſtanti tenet Boerius, conſ. 7. n. 7. & aliqua in favorem hujus opinionis allegat Theſaur. deciſ. 67. n. 2.

Pro concordia tamen * harum opinionum videatur reſolvendum, quod aut condemnatio expenſarum ſit in victum, propter præſumptam illius calumniam, & tunc fiet condemnatio etiam in damnis, quia militat eadem ratio, quæ in debitis ratione contumaciæ, & probat l. non ignorat C. de fructibus & litium expenſis. & tradit Rebuſ. dicit. tract. de expenſis art. 3. gl. unica in principio, in condemnatione a. expenſarum, quæ ſit propter temeritatem victi, quamvis idem admitat Rebuſ. dicit. art. 3. gloſſa unica num. 6. Theſaurus t. deciſ. Pedem. 67. num. 5. Tamen diſtinguendum eſt, nam veniunt

241

242

243

244

245

nient quidem damna, quorum lis fuit immediata causa: ita ut in his terminis videatur admittenda distinctio Theſauri *diſt. decif. 67. n. 4.* quam ſupra rejecimus, nam in debitis ratione calumniæ, vel contumaciæ, venient damna, quorum lis fuit cauſa etiam mediata *Panor. c. dilecti filii n. 12. de foro compet. 7af. l. ſancimus n. 8. C. de jud. & ſupra probavimus.* Et quid in Regno Caſtellæ * in hoc obſervetur tradit Parladorus *rerum quotidianarum lib. 25. part. 5. 18. n. 11. & adde gl. l. omnes §. final. verb. cog. C. de Epifc. & cler.*

254 Notabis tamen, quod ꝑ ut prædicta locum obtineant oportet, quod expenſæ, in quib. fit condemnatio ſint moderatæ, *argum. l. ſi ſervos infra de pignoratione*, tradit gloſ. *c. ſinem litibus verb. moderatas ad ſinem & ibi Panor. n. 28. de dolo & contumacia*, & idem tradit gloſ. *c. ſtatim §. inſuper verb. moderatas in fine de reſcripte. in 6. explicat Rebuff. d. tranſſ. de expenſ. art. 5. gloſ. unica à n. 29. Greg. l. 8. tit. 22. part. 3. gl. 1. in fine Afflic. dec. 91.*

255 n. 10. Adde quod * ubi fit mentio de expenſis, debeat id intelligi de juſtis, & moderatis, *Alex. conf. 67. n. 17. l. 4. 7af. l. ſed eſti quis §. quaſti. n. 37. ſupra ſi quis cautio Boerius decif. 27. n. 7. Quintimo non ſolum * debent eſſe moderatæ, ſed etiam utiles, & neceſſariæ, ita ut non ſufficiat, eſſe utiles tantum, *cap. cum veniſſent de eo, qui mittitur in poſſeſſionem & ibi notat Innoc. Speculat. tit. de expenſ. §. poſtremo n. 6. ad ſinem & notab. explic. Domin. conf. 48. n. 10. & idem probant plures, quos reſert Aſinius in praxi §. 32. c. 3. à n. 2. Verius tamen eſt, etiam * utilis ad conſequendam victoriam eſſe ſolvendas, dammodo in illis moderamen fuerit obſervatum, *gloſ. diſt. cap. ſinem litibus verb. expenſas & ibi Panorm. n. 28. Jaſon diſt. l. propterandum §. ſive autem alterutra n. 13. Boerius conf. 27. n. 7. in fine, & in hac moderatione,***

258 ſemper habet haberi * reſpectus ad qualitatem perſonarum, *Azeved. l. 1. tit. 22. l. 4. ordin. n. 30. & melius l. 5. tit. 3. lib. 4. ordin. à n. 21. probat ordinatio Portugaliz l. 1. tit. 70. §. 2. & hodie lib. 1. tit. 90. ad ſinem principii novæ recopilationis, &*

259 non ſolventur illæ, in * quibus faciendis culpa victoris deprehenditur *Imol. d. cap. ſinem litibus n. 13. Afflic. decif. 177. Caravita in ritibus Curia ritu 118. n. 3.*

260 Præterea declaranda ſunt ꝑ prædicta procedere, quando ex ſuo aliquid expendit. Nam quod non expendit ex ſuo, non poteſt petere nomine

261 expenſarum, & ideo receptum eſt, quod ſi advocatus egit cauſam propriam, in qua obtinuit & adverſarius fuit condemnatus in expenſis, nihil tamen petere poteſt nomine advocacionis, cum nihil ſolverit ex ſuo, ſed ipſe propriam operam adhibuit, *Bart. l. final. ad ſinem C. de fructibus & litium expenſis Bart. & Paulus l. ſtipulatus es infra de fidejuſſ. Hippol. diſt. l. patre vel marito num. 80. Greg. l. 8. tit. 22. par. tit. 2. gloſ. 1. ad ſinem Caravita ritu 298. col. final. & Gail. practica-rum obſervationum l. 1. obſer. 151. n. 16. Cumia de ritibus Siciliae cap. 73. à num. 28. & ita fuiſſe judicatum in Senatu Pariſienſi aſſerit Coſtal. hic Boer. decif. 210. num. 3. & Minſing. in deciſion. Camera Imperialis Centuria prima obſervat. 2. Quæ tamen concluſio debet limitari, niſi is advocatus ꝑ aſſumpſerit advocatum in propria cauſa, ut fieri ſolet. Nam ſaltem ſub nomine expenſarum, veniet id, quod ex ſuo dedit alii advocato, ut per Rebuff. diſt. tractatu de expenſis art. 5. gloſ. unica num. 27.*

262 Item, debet etiam limitari, ſi pretium ſuæ advocacionis petat ſub nomine damni, & intereſſe,

ut quia occupatus in defendenda propria cauſa, non potuit advocare in aliis ut ſolebat, nam tunc ſalarium eo nomine ei adjudicabitur *Bart. l. ſi procurator in fine & ibi Paul. inf. rem ratam haberi, & contra Bald. probat Jaſ. d. §. ſive autem alterutra nu. 14. & hoc approbari à Legiſtis & Canoniſtis aſſerit Boer. decif. 210. n. 2. & probat Minſing. in deciſ. Camera Imper. Centuria 1. obſerv. 2. ad ſinem Gailius pract. obſerv. lib. 1. obſervat. 151. n. 17. Aſinius in prax. §. 32. c. 3. in 19. limit. pag. 452. & Caravita in ritu 298. ad ſinem. Et vide circa advocatos aliam limitationem, quam assignat Covar. pract. c. 6. n. 4. & Matth. Brunum. conf. 174. n. 6. & Benincasium de paupert. 7. quaſtione ſpeciali in Judiciis n. 29.*

Præterea * debet limitari, quod ſi advocatus nihil voluit accipere à cliente, & ſic victor gratis habuit advocatum, vel notarius nihil voluit ab eo recipere propter reverentiam perſonæ, non debentur illi hæ expenſæ, pro quibus nihil ex ſuo ſolvit, juxta ſupra tradita & ita reſolvit Jaſ. d. §. ſive autem alterut. n. 14. Carav. d. ritu 268. col. final. & Aſini. in prax. §. 32. c. 3. in 10. limit. pag. 453. Benincas. de paupertat. q. 7. ſpeciali 1. in Judiciis n. 25. & n. 28. niſi * hæc remiſſio facta ſit, ꝑ propter bene merita præerita vel futura, quia tunc victor non omnino gratis videtur accepiſſe, cum ad antidoram obligatus l. ſed eſti lege §. conſuluit inf. de pet. her. & ita Spec. tract. de expenſis §. poſtremo n. 8. quem ſequuntur relati per Jaſ. & Caravit. ubi ſupra & Coſtal. in præſenti Benincas. de paupert. 7. q. ſpeciali 1. in Judiciis à n. 20. & n. 28. & probat ordinatio Portug. l. 1. tit. 70. §. 21. & hodie l. 1. tit. 90. §. 22. novæ recopil.

Ultimò * pro coronide hujus materiæ ſciendum eſt, expenſas, in quibus victus victori condemnatur taxandas eſſe à Judice ex proprio arbitrio, ſecundum qualitatem litigantium, *Covar. pract. qua. c. 27. n. 6. cui adde Luc. de Pen. l. unic. q. 8. C. de ſumptuum recuper. libr. 10. & Plot. l. ſi quando nu. 674. C. unde vi, declarando ut per Panor. c. dilecti n. 11. de foro competenti, & aliter per Afflic. l. 2. conſi. rub. 42. n. final. Et * ad hanc taxationem faciendam eſt citandus victus, cum ſit diverſa cauſa à principali, *Boer. dec. 285. n. 6. Modus autem illas taxandi eſt, Judicem designare certam quantitatem, uſque ad quam victor poſſit jurare nomine expenſarum de ſuo ſolviſſe, & ſecuto juramento partis, in ea quantitate debet fieri condemnatio l. propterandum §. ſive autem alterut. C. de Judiciis auct. de judicibus §. oportet collat. 6. auct. poſt juſjurand. C. de Judiciis auct. quod fieri C. d. dilat. c. olim. de injuriis, c. inducitur verſ. quod fieri 3. q. 6. tradit gl. c. ſinem litibus verb. expenſas ad ſinem de dolo & contumacia notab. Ant. c. 1. n. 14. de ſequeſt. poſſeſſ. & fructuum Alex. conſi. 37. nu. 32. lib. 1. Hipp. d. l. marito n. 65. Covar. d. pract. quaſt. c. 27. n. 6. Aſini. in prax. §. 36. c. 6. n. 1. & 2. ubi alios reſert, & Gail. pract. obſer. lib. 1. obſer. 151. à n. 11. & explicat Carav. ritu 298. à n. 5. & prob. l. 5. tit. 3. lib. 4. ordinamenti, ubi Azev. n. 20. notat, quod * Judex prius taxare impenſarum quantitatem, & poſtea jubere partem jurare, quod illas ex ſuo expendit, & tunc in illis condemnabit, neque * n. eſt neceſſaria alia probatio ex parte victoris, quam illius juramentum**

270 Seraph. de juramento priviil. 32. à n. 3. & ibi n. 4. declarat, quamvis aliam probationem ad hunc requirant Bal. in reſtituenda, & ibi Salyc. C. de pet. hered.

Et * adde Azevedum d. l. 5. tit. 3. lib. 4. ordinam. 278 menti num. 20. tradentem, quod licet prædicta practica

practica videatur de mente juris tamen, ut ipſe dicit, practica moderna aliter hanc taxationem facit, Nam victor dat petitionem judici, in qua quantitatem expenſarum exprimit & judex jubet dari copiam parti victæ, & poſtea videt ſi juſta ſint, & jubet ſolvi victori, alias eas moderatur, neq; requiritur quòd pars iterum juret, quam modernam practicam Azeved. ubi ſupra non multum probat, tamen ſatis videtur concordare cum praxi, quam in hac materia obſervari in Francia aſſerit Rebuff. d. 3. tom. tit. de expenſ. art. 5. gloſ. unica n. 10. circa quod eſt videndus Lancel. de arventatis 3. p. cap. 31.

272 ꝑ videtur concordare cum praxi, quam in hac materia obſervari in Francia aſſerit Rebuff. d. 3. tom. tit. de expenſ. art. 5. gloſ. unica n. 10. circa quod eſt videndus Lancel. de arventatis 3. p. cap. 31.

273 à numero 31. In ꝑ Regno a. Portug. ad hanc taxationem expenſarum creatus officialis eſt qui de earum liquidatione ſpecialiter agnoſcat, *ord. lib. 1. tit. 70. & hodie lib. 1. tit. 90. novæ recopil. & ꝑ conſonat cum his, quæ in Ducatu Sabaudiaæ obſervari Theſaur. dec. Pedem. 67. numero 6. & quæ etiam obſervari in Regno Neapol. dicit Caravit. in ritu 298. numero 6.*

275 Et præterea * prædicta ordinatio Portug. d. lib. 1. tit. 90. declarat quantitatem expenſarum perſonalium, quæ ſunt ſolvendæ victori, quando in illis facta ſuit condemnatio, quæ quidem ordinatio ſecuta eſt fere omnes traditiones, quas in hac materia referunt Azev. l. 5. tit. 3. lib. 4. ordin. a numero 2. & Rebuff. d. tract. de expenſ. art. 5. gl. unic. à n. 7. & Theſaur. dec. Pedem. 67. numero 4. ad ſinem, eſti prædicta taxatio facta fuerit injuſta & exceſſiva poteſt ab ea appellari, ut alia taxatio juſta fiat *Bal. c. cum veniſſent numero 6. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſervandæ, & melius quam alibi tractat Aſinius videndus in prax. §. 32. c. 21. pag. 467. quem etiam vide d. §. 32. c. 8. numero 5. Innoc. c. fin. numero 4. de his qua vi, & c. ſepe nume. 3. de appell. Bar. l. ab executeore numero. 13. infra de appel. Rebuff. ubi ſupra d. art. 5. gloſ. unica numero 11. Et * adde prædictis, quod licet juxta in ſententia diffinitiva non poſſit ſibi reſervare condemnationem expenſarum poteſt tamen in ea ſibi reſervare taxationem earum l. terminato C. de fruct. & litium expenſis, ex quo tex. collegit Felip. ſignificaverunt numero 6. de exceptionib. valere condemnationem expenſarum, antequam fuerint taxatæ, ſubſcribit Hippol. d. l. patre vel marito numero 70 inf. de quaſt. Similiter ꝑ colligendum eſt, valere ſententiam expenſarum incertam, quia poterit poſtea in executione certificari d. l. terminato notat Panor. d. c. ſinem litibus. ad ſinem, de dolo & contumacia Boer. conf. 27. à numero 13. quod * tamen eſt intelligendum in expenſis præteritis, nam pro futuris expenſis non poterit fieri condemnatio l. 1. §. 1. infra de uſur. Felip. & Hippol. ubi * ſupra Aſinius in prax. §. 32. c. 11. Boer. conf. 27. numero 2. Cumia in ritibus regni Siciliae c. 73. num. 31. imò neque de futurarum expenſarum taxatione, vel liquidatione agi poterit, cum adhuc non debeantur, *Cæpol. conſi. crim. 12. Boer. d. conſi. 27. à n. 25. Aſinius in prax. §. 32. c. 11. & * multa alia de materia expenſarum tractat Rebuff. d. tr. de expenſis art. 6. in gl. unic. & art. 5. gl. unic. à n. 42. Carav. ritu 298. à n. 22. Purpur. l. edita à n. 251. C. de edend. ubi poſt Bar. ibi n. 33. tractat, utrum minor ſœmina, vel ruſticus, & eccleſia ſint condemnandi in expenſis ꝑ Et de hiſ etiam agit Menoch. l. 2. de arbu. caſu 194. à n. 28. qui omnes videndi ſunt in hac materia.**

L. Eum qui temere 78. § fin. ff. de Judiciis.

S U M M A R I A

- 1 Refert ex Duareno ſubobſcurum eſſe hoc Ulpiani reſponſum.
- 2 Præſides ſolent reſpondere judicibus inferioribus de jure dubitantibus, idem principes. n. 3.
- 4 Partes ſolebant etiam dare libellos Principi, ut eis reſponderet circa jus dubitantibus.
- 5 Tradit, quòd ex diſtis reſponſis compoſitus fuit Codex Juſtiniani. Illæ cur obſcuriores numero. 6.
- 7 Præſides quomodo judicib. inferioribus reſpondere debeant.
- 8 Reſponſo juris dari non poteſt, niſi præcedat clara facti probatio.
- 9 Qui ignorat factum, non poteſt clare de jure reſpondere.
- 10 Quaſtio facti quomodo dicatur, & quomodo juris. num. 11. Cur. 12.
- 13 Examinat ad quem referantur verba rex. ibi inſamar, & ibi gratia vel ambuionis & num. 4. & ſeqq.
- 18 Præſes debet reſpondere eum conſulentibus de jure.
- 20 Jus certum eſt.
- 19 Tradit, quòd hac de cauſa quis non renetur reſpondere poſitionibus juris.
- 21 Dictum Paulus. Caſtrenſ. in hac materia, referatur.
- 22 Conſultatio quando proprie cadat.
- 23 Colligit, quòd in quaſtionibus facti non dari debet reſponſum conſulenti per ſuperiorem
- 24 Superior debet jubere, ut judex conſulens quaſtionem facti, determineret ſecundum juramentum, quòd judex præſtavit in initio officii.
- 25 Nec Princeps ſolet reſpondere ad quaſtionem facti.
- 26 Diſta concluſionis difficultates & n. 27.
- 28 Reſponderet ad eas. n. 29. & ſeq.
- 31 Quaſtio facti pendet ex arbitrio & poteſtate judicis, & dicitur eſſe in judicis poteſtate.
- 32 Si judex inferior ad ſuperiorem referat quaſtionem facti credi jus, quòd cauſa ſe exonerandi hoc faciat & n. 34.
- 33 Qui cauſa ſe exonerandi vel aliis hic expenſis relationem facit, efficitur inſamis, & puniuntur poena, de qua l. 2. C. de legibus.
- 35 Relatio ad Principem quib. caſibus licite fiat. Declaratur n. ſeq.
- 37 Relationi quando fides adhibeatur.
- 38 Pars contra relationem non auditur.
- 39 Relatio partibus invidis quando a judice fiat.
- 40 Utrum hoc caſu partes poſſint appellare remiſſive.
- 41 Relatione pendente nil innovandum.
- 42 Hæ relationes quales eſſe debeant
- 43 Refert tradita per Bart. l. 1. C. de relationibus, & reprobat num. ſeq.

Quoniam

 Delinquens non poterit puniri criminaliter a iudice loci delicti, nisi ibi reperitur, vel de more sit ad illum locum remissus per iudicem loci habitacionis, l. 16. Heres, §. 1. num. 28.
 Delinquens non potest accusari in loco delicti, nisi in eo inveniatur, vel ad locum de more sit remissus, l. 19. Heres, §. proinde, art. de foro delicti, num. 6.
 Denunciatio, & accusator succumbens condemnabuntur in expensis, l. 79. Eum qui temere, num. 161.
 Denunciatio si tantum requiritur ad aliquid certificandum, scienti non est necessarium, facere praedictam denunciationem, l. 49. Venditor, num. 9.
 Denunciatio, quando non solum requiritur ad certificandum, sed etiam ad incitandum alium, etiam scienti ea denunciatio fieri debet, ibid. num. 11.
 Denunciatio, cum in materia evictionis requiritur, ut venditor aliquid faciat, hoc est, ut veniat ad defendendam causam, etiam scienti denunciatio facienda est, ib. n. 11.
 Denunciatio sufficit, ut fiat venditori de lite mota ab emptore, licet non inciteatur, ut veniat ad defendendam causam, ibid. num. 19. contrariam conclusionem ponit, num. 18. prosequitur limitando, & respondendo usque ad num. 52.
 Denunciatio potest fieri venditori quocumque tempore, dummodo fiat eo tempore, quo debitor possit producere iura sua, ibid. num. 86.
 Detentor expulsus a detentione potest implorare officium iudicis, ut in sua detentione deponatur, l. 12. cum Praetor, in princip. num. 357.
 Detentor quando propter propriam culpam expulsus fuit a detentione minime reponitur, ibid.
 Dictator dici non poterat extra Romanum agrum, l. 2. §. legatis, num. 136.
 Dictio solo non inducitur quasi traditio, l. 1. art. 3. n. 124.
 Dictio, respondere, duo significat, litigare, & salvare, l. 1. art. 3. num. 233.
 Dictio solus, excludit omnes alios iudices, praeter illos, quibus antea competebar iurisdicção generalis in eisdem causis, l. 1. art. n. 104. disputat ad num. 98.
 Dictio taxativa si in concessione tantum expressa sit, per eam non videtur exclusus is, qui antea competebar iurisdicção generalis in eisdem causis, l. 1. art. 4. num. 106.
 Dictio taxativa, si ulterius addantur ea verba expressa, quod nullus alius de causis cognoscat, excludit illum, qui antea cognoscebat, l. 1. art. 4. num. 106.
 Diffamans de aliquo convenitur in loco diffamati, l. 19. Heres, §. proinde, num. 23.
 Differentia quae sit, quando de spolio agitur civiliter vel criminaliter? l. 37. si de vi, num. 35.
 Differentia inter plus & minus, l. 1. art. 1. n. 88.
 Differentia adveniens generi constituit speciem diversam, ibid. num. 143.
 Differentia est inter voluntariam, & contentiosam iurisdictionem, ibid. num. 184.
 Differentia inter ius Civile, & Canonicum facile non est admittenda, ibid. num. 220.
 Differentia, quae constituitur inter delegatam iurisdictionem, & ordinariam, quo casu procedat? ibid. num. 22.
 Differentia inter species prerogationis, l. 1. art. 2. num. 4.
 Differentia, quae datur inter iurisdictionem delegatam & ordinariam, non habet locum, quando iudex solum ignorat modum, & qualitatem iurisdictionis prorogatae, ibid. num. 19.
 Dignus quod est ex se, si minus digno accedat, ratione accessionis consideratur, tanquam minus dignum, l. 12. cum Praetor, §. final. num. 212.
 Dignus id, quod ex se est in dubio censetur, esse principalis in dispositione, & minus dignum censetur esse minus principale, ibid. num. 145.
 Dignitatis ejusdem si sint pater, & filius, & pater amittat dignitatem, nepos retinebit vitam, l. 19. Heres, §. proinde, art. de foro rat. origin. n. 33.
 Dignitates regales censentur titulus, comitatus, & similes, l. 12. cum Praetor, §. final. n. 213.

Dignitas

Dignitas & iurisdicção semper censentur principalia si bonis, vel titulis addantur, ibid. num. 247.
 Dignitas ubi est, est etiam utilitas, l. 18. si longius, §. si filiusfam. n. 58.
 Dignitas habet processum, & non obesse, ibid. disput. usque ad num. 60.
 Dilatio quando concessa est pro Principis privileg. parte petente tenetur impetrans cavere de solvendo, l. 41. in omnibus, num. 9.
 Dilatio si cui tribuatur ad solvendum ex dispositione legis, tenetur is cavere de solvendo, ibid. num. 10.
 Dilatio excedens quinquennium invalida censetur, l. 7. si quis posteaquam, n. 147.
 Dilatio, quae conceditur alicui ratione officii publici quod gerit, valida censetur, etiam si forsitan diu durare possit, ibid. num. 145.
 Dilatio quae diu est duratura extra terminos supra citatos, non solet concedi, ibid. n. 146.
 Dilatio si competat ratione conventionis, vel natura contractus, tunc non est praestanda cautio, l. 21. Si debitori, num. 153.
 Dilatio eadem datur confessis in iure, quae lex tribuit condemnatis per sententiam definitivam, ibid. num. 163.
 Dilatio ad solvendum condemnatis, quam concessa fuerit, ibid. num. 167. usque num. 174.
 Dilatio quatuor mensium ad solvendum conceditur condemnatis, ib. n. 177. vide declarationem, n. 178. & 179.
 Dilatio quatuor mensium, an concedatur diviti, disputat, ibid. num. 180. resolutio, n. 184.
 Dilatio legali tacite videtur renunciare condemnatus, si dilacionem sibi concedi petat a iudice, ibid. num. 186.
 Dilatio legalis etiam non petenti competit, ibid. num. 187.
 Dilacionem iudex notorie diviti potest concedere absque eo, quod praestet competentem cautiam, ibid. num. 188.
 Dilatio quatuor mensium, licet jure communi competat condemnatis, hodie ex consuetudine generali tantum datur dilatio decem dierum confessis, ibid. num. 189.
 Dilatio decem dierum non ex dispositione juris, sed propter consuetudinem generalem datur, quae juri communi derogavit, ibid. num. 190.
 Dilatio integra adhuc hodie competit confessis in locis, in quibus non probetur decem dierum consuetudinem vigere, l. 21. Si debitori, num. 191.
 Dilatio etiam hodie competit integra condemnatis, supra n. 192. vide differentiam dilacionis inter condemnatos, & confessos, ibid. usque ad num. 196.
 Dilatio decem dierum data est ad solvendum sponte confessis ex Ord. Portugalliae, ibid. num. 197.
 Dilatio nulla omnino datur condemnatis per actionem personalem ex jure Portugalliae, sed coguntur statim solvere, vel dare pignora, quae statim venduntur, ibid.
 Dilatio decem dierum de jure Castellae etiam condemnatis per actionem personalem conceditur, ibid. num. 198.
 Dilatio decem dierum conceditur, si certa species rei vindicationem petatur, vel etiam actionem Portugalliae ad illam petendam, de jure Portugalliae, ibid. num. 499.
 Dispositio loquens de uno, de aequo principaliter unitis, aliud non comprehendit neque ad illud extenditur, l. 12. Cum praetor, §. final. n. 231.
 Dispositio quando respicit usum, & exercitium causae comprehendit usum & exercitium futurum, quantumcumque causa illa a praetoriorum pendeat, & ortum habeat, l. 7. Si quis posteaquam, n. 153.
 Dispositio juris jubet partes etiam invitae respondere in loco in quo contraxerunt, l. 1. art. 3. n. 222.
 Dispositio poenalis semper extenditur ex identitate rationis quo ad dispositionem principalem, licet quo ad poenam extensionem non recipiat, l. 1. art. 3. n. 168.
 Dispositio extensa non dicitur nova dispositio, l. 1. art. 1. num. 14. & 15.
 Distractus si ab utraque parte comprobatus sit, venit appellatione contractus, si vero una ex partibus velit contractum rescindere, non poterit de hoc agere in loco contractus, cum non agatur de observantia, sed de ejus dissolutione, l. 19. Heres, §. proinde, n. 14.
 Diversitas in qualitate non solet inducere diversitatem in forma, l. 1. art. 1. n. 98.
 Diversitas in qualitate causae non impedit prorogationem, dum modo diversitas in causa non alteret subjectum, ibid. n. 121.
 Diversitas in genere, forma, quomodo consideretur? ibid. num. 139.
 Doctor licet tribunal non habeat, tamen iurisdictionem ordinariam inter scholares habet, & ejus iurisdicção prorogari potest, ibid. n. 119. & n. 196.
 Doctores repelluntur in l. si convenerit asserentes in terminis d. l. licitum esse partibus poenitere, l. 1. art. 3. n. 89.
 Doctores repelluntur in l. si convenerit asserentes, quod si pacto subjecta sit stipulatio, si id non observetur, non ob id inobediens tenebitur ad interesse, vel ad poenam promissam, ibid. num. 102.
 Dolus ex proposito nuncupatur, quando laeso in contractu est enormissima, l. 19. Heres, §. proinde, n. 37.
 Peiri Barbose, Comment. de iudicis.

Dolum commissum videri non potest, qui utitur legis permissione, l. 75. si praetor, §. Marcellus, n. 53.
 Dolus non praesumitur, sed temeritas, ubi actus fuit notorie nullus, l. 79. Eum qui temere, n. 4.
 Dolose non dicitur facere, sed tantum stulte, & fatue, qui inconsulto calore, & non adhibita sufficienti diligentia quid facit, ibid. n. 5.
 Dolus est delictum, l. 15. si filiusfam. n. 49.
 Dolus est proprium delictum, & delinquens, punitur etiam quando factum inutilem facit, l. 15. si filiusfam. num. 50.
 Dolus in omittendo absurdum est tam graviter puniri, quam dolus in committendo, ibid. n. 63.
 Dolus iudicis in iudicando qualiter probetur? ibid. n. 83.
 Doli praesumptio est adversus committentem delictum, l. 7. si quis posteaquam, n. 164.
 Domicilium qui habet in aliquo regno, utitur privilegiis, & beneficiis concessis subditis illius regni, etiam si alias forensis sit, l. 65. Exigere dotem, n. 35.
 Domicilium habens in aliquo regno vel civitate, dicitur esse civis, & subditus illius regni vel provinciae, in qua habet domicilium, ibid. n. 36.
 Domicilium in loco habens, ut gaudeat privilegiis loci, oportet ita constituere domicilium in loco, ut ibi perpetuo maneat, nisi aliqua causa de novo superveniat, ibid. num. 56.
 Domicilium ad tempus tantum constitutum, non efficit, ut quis beneficio statutorum fruatur, ibid. n. 55.
 Domicilium nunquam ullo tempore videtur constituisse, qui non habet animum perpetuo manendi in loco, ib. num. 58.
 Domicilium originis, quo ad honores fortius est, quam domicilium habitacionis, ibid. n. 144.
 Domicilium constituisse censetur, quis in eo loco, ubi habet majorem partem bonorum, si ibi assidue conversetur, l. 18. Heres, §. final. n. 121.
 Domicilii prerogativa est, juris interpretatione, praesentem esse absentem, cum semper in domicilio relinquat familiam, ibid. n. 49.
 Domicilium si quis habeat in loco originis, in quo raro habitat, & habeat domicilium in alio loco, ubi frequentius habitat, quodnam istorum domiciliorum censetur principalis? ibid. n. 63. vide concordiam opinionum, n. 66. usque ad n. 69.
 Domicilii foris, quamvis censetur fortior & potentior, tamen simplici voluntate mutari potest, & extinguitur, ibid. n. 70.
 Domicilii foris, an sola voluntate mutari possit, an vero requiratur mutatio re, & factio disputat, ibid. num. 75. ad num. 84.
 Domicilium ut constituatur sufficit solus animus, l. 21. si debitori, num. 89.
 Domicilii constituti animus debet esse firmus, & fixus permanendi in eo, nisi causa superveniat de novo propter quam animus mutet, l. 21. si debitori, num. 95. vide illationes usque ad n. 100.
 Domicilium licet quis dicatur habere in loco, in quo habet majorem partem bonorum, tamen si constet, eum non habere animum perpetuo manendi, sed post negotium revertendi, non censetur ibi domicilium constituisse, ibid. num. 96.
 Domicilium non censetur constituisse iudex temporalis, licet in loco sit cum bonis, & familia, ibid. n. 96. & 97.
 Domicilium in Castro non dicitur constituisse Castellanus, & si cum uxore & familia ultra decennium in eo moretur, ibid. n. 98.
 Domicilium nullo unquam tempore videtur quis in loco constituisse, si animum non habet in eo loco perpetuo manendi, ibid. n. 99.
 Domicilium in loco studii habere, non censetur scholasticus, nisi per decennium ultra tempus constitutum, ibi moretur, quasi redeundi in patriam animum amittat, l. 103.
 Domicilium habet quis in certo loco, ergo ibi foro sortitur, valida est consequentia, ibid. n. 35.
 Doli illi in foro quilibet conveniri potest etiam pro contractibus alibi gestis, ibid. num. 36.
 Domicilii in foro qualiter quis potest, etiam si alibi non reperitur, quamvis contrarium sit in aliis quibuscumque foris, ibid. num. 37.
 Domicilii in foro proceditur adversus absentem, ad omnimodam executionem, & condemnationem, ibid. n. 38.
 Domicilii ratione dicitur, quis simpliciter, & plene subditus, ibid. num. 39.
 Domicilii ratione subditus intelligitur, si fiat mentio de subditio simpliciter, ibid.
 Domicilii foris tanquam fortior, & magis naturalis, praefertur foro originis, & alii cuiusque, ibid. n. 40.
 Domicilium habens in loco tanquam simpliciter, & si proprie subditus, tenetur ad onera civitatis insolvidum, non sic si tantum habeat bona in eo loco, quia is tanquam magis forensis consideratur, ibid. num. 41.
 Domicilii foro praefertur originis, cum agitur de honoribus decernendis, vel oneribus injungendis, quia foris naturalis est, ibid. num. 43.

Nn 3

Domi-

Domicilii foris fortior est ad effectum, ut quis conveniatur, quia ratione illius conveniendus est magis subditus, ibid. num. 44.
 Domicilii ubi fit mentio, intelligitur de domicilio habitatione, & non originis, ibid. num. 45. vide ampliationem, num. 46. & 47.
 Domicilium semper magis inspicitur respectu incolatus, quam ratione originis in his, in quibus persona est in consideratione, ibid. num. 48.
 Domicilium est præcipua causa jurisdictionis passivæ, ibid. num. 32.
 Domicilium est proprius, & naturalis foris, ibid. num. 33.
 Domicilium est foris fortior, & potentior altero quocunque foro, ibid. num. 34.
 Domicilium proprium quem non habere facile contingere potest, l. Heres §. proinde, art. de foro delicti, num. 17.
 Domicilium nullum habens poterit consisti illi parochia in cuius parochia reperitur, ibid. num. 18.
 Domicilii a loco aufugiens in aliud regnum propter delictum commissum, vagabundus dici non potest, ibid. num. 19.
 Domicilium habitationis cuiuslibet licet mutare, non tamen originis, ibid. num. 23. & 24.
 Domicilii constituti licet quis a principio animum non habeat, potest mutata voluntate postea domicilium constituere, l. 19. Heres, §. fin. num. 108.
 Domicilium patris ad filium non transit, l. 19. Heres, §. proinde, art. de foro rat. orig. num. 6.
 Domicilium filius si mutet semper remanet obnoxius oneribus originis, ibid. num. 6.
 Domicilium si quis mutet, & illud transferat in aliud regnum, tamen ratione originis semper remanet subditus primo regi, ibid. num. 7.
 Domicilium mutando se quis potest liberare a foro domicilii, ibid. num. 29.
 Domicilium mutando non potest quis se liberare a foro originis, ibid. num. 26.
 Domicilium per spatium quatuor annorum sufficit in regno Portugallie ad consequenda privilegia civibus concessa, ibid. num. 53.
 Domicilium qui habet in civitate incola dicitur, ibid. n. 45.
 Domicilium in Castella sufficit constituere ad alia privilegia, ibid. num. 74.
 Domicilium constituitur si de animo non constet, ille præsumitur ex habitatione decem annorum, ibid. num. 74.
 Domicilium in aliqua provincia constituere, & in ea habitare, per quodcumque tempus, licet nihil proficiat patri ad naturalitatem consequendam, tamen proderit filiis in regno natis, ut censentur naturales, ibid. n. 77.
 Domicilium ut constituatur, sufficit constare de animo constituendi domicilium, vere vel præsumptivè scilicet per habitationem decennii, ibid. num. 78.
 Domicilium, ut constituatur in regno Castellæ & Portugallie, non sufficit constare parentes habuisse animum constituendi domicilium, nisi ulterius accedat habitatio decennalis, ibid. num. 79.
 Domicilii in loco quis potest accusari, l. 19. Heres, §. proinde art. de foro delicti, num. 9.
 Domicilii in loco potest quis accusari, etsi ibi non reperiantur, ibid. num. 10.
 Domicilium duobus modis consideratur, pro loco habitationis propriæ, & pro loco originis propriæ, vel paternæ, ibid. num. 16.
 Domicilium antiquum omnino extinguitur per novum domicilium, & ideo Doctores dicentes, quod quis potest citari in antiquo domicilio, quod mutavit, intelliguntur loqui ratione contractus ibi celebrati, l. 19. Heres, §. proinde, num. 8. & sequentibus.
 Domicilium defuncti transit ad heredem, & ibi conveniri debet, ubi defunctus debebat, l. 19. Heres, in princ. n. 1. & 2. licet ibi non reperiantur, ut resolvit, ibid. num. 9. & 10. ac 26.
 Domicilium quatenus in facto consistit non transit ad heredem, & declarantur quæ in facto consistant, ibid. num. 19.
 Domicilii in foro potest quis conveniri, & si ibi non reperiantur, l. 2. §. legatus, num. 8.
 Dominus terrarum, cui jus non competit ad cognoscendum de appellatione, an de illa ex consensu partium cognoscere possit? l. 1. art. 1. dum. 168.
 Dominus rei verus licet quis sit, non tamen potest propria autoritate possessorem spoliare, l. 37. si de vi, n. 43.
 Dominum rei verum licet quem esse clare constet, adhuc non audietur, nisi prius spoliato restituito, ibid. num. 45. confirmat usque ad num. 47.
 Dominus retinens civilem possessionem potest propria autoritate repellere possidentem naturaliter, l. 37. si de vi, n. 21. opponit, n. 213. respondet, n. 214. & inde.
 Dominus rei dæ in Emphyteusm dicitur eandem rem possidere civiliter, ibid. num. 316.
 Dominus civiliter possidens jure Emphyteutico extincto, licet propria autoritate possidentem naturaliter injuste expellere potest, ibid. num. 332.

Dominus expellens Emphyteutam naturalem tantum habens possessionem, in sua civili se defendere dicitur, ibid. n. 337.
 Dominus vim videtur inferre possidens naturaliter injuste, & nolens possessionem dimittere domino petenti, ibid. num. 338.
 Dominum venientem si ipse Emphyteuta noluit admittere, & eum privavit sua civili possessione, in continentem, non autem ex intervallo, ab eo dejici poterit, ibid. num. 339.
 Dominus Emphyteutam propria autoritate expellere potest, stante pacto, quod eum possit expellere, ut pactum aliquid operetur, ibid. num. 354.
 Dominus propria autoritate simplicem colonum poterit expellere, cum dominus rem civiliter possideat, & colonus tantum detineat, ibid. num. 355.
 Dominus si ædes ad tempus fuerint locatæ transacto tempore propria autoritate colonum poterit expellere, & terras domus occludere, ibid. num. 356.
 Dominus, si conductor non solvat pensionem ex prædicto modo potest contra eum procedere, ibid. num. 356.
 Dominus, directus Emphyteutam renitentem poterit expellere, ibid. num. 359.
 Dominus directus potest petere, ut ea possessio, quam licite propria autoritate accepit per judicem confirmetur, ibid. num. 360.
 Dominus, ut ex persona institutorum obligatur, & conveniri potest, ita etiam actiones activæ domino quaeruntur ex prædictorum persona absque aliene cessione, l. 19. Heres, §. apud Labeonem, num. 19.
 Dominus directus potest petere a iudice, ut eum conservet in jure expellendi propria autoritate injustum possessorem, l. 37. si de vi, num. 361.
 Dominus habens civilem possessionem fructuarium injuste possidentem finito usufructu poterit expellere propria autoritate, ibid. num. 363.
 Dominus injustum possessorem quocunque tempore turbare potest, ibid. num. 405.
 Dominus vel credens se dominum respectu domini non potest videri clam possidere, ibid. n. 416.
 Domino in vero non potest cadere clandestinitatis vitium respectu proprietatis, ibid. num. 438.
 Dominus directe comparando in eum transferendum est iudicium, si contra colonum agatur, l. 49. venditor, num. 132.
 Dominus absens, & provincialis si constituit institorem, pro contractibus institoris ipse conveniatur, l. 19. Heres, §. apud Labeonem, num. 16.
 Dominum non transferitur in corporalibus ex sola conventionione, l. 1. art. 3. num. 76.
 Dominium, & possessio dantur in omni re, l. 37. si de vi, num. 2.
 Dominium, & possessio nihil commune habent inter se, ibid.
 Dominio probato non fit restitutio possessionis, l. 37. si de vi, num. 77.
 Dominium quando principaliter deducitur contra violentam possessionem, ut in præjudicium spoliatoris, censetur probatum dominium, ibid. num. 164.
 Donare, est perdere, l. 18. si longius, §. si filiusfam. n. 60.
 Donatio causa mortis æquiparatur legatis, l. 41. in omnibus, num. 53.
 Donandi prohibitio facta inter conjuges verificatur in sponsa ducta per verba de præsentem, quamvis non sit traducta ad domum viri, l. 65. Exigere dotem, n. 177.
 Dos si sit restitua da extraneo, quia tempore dationis de ea restituenda sibi cavit, non habebit locum decisio legis, exigere, l. 65. Exigere dotem, n. 94.
 Dotis restitutio propter naturam matrimonii videtur tacite collata in domicilium mariti, ibid. num. 17.
 Domini contractus est utraque parte obligatorius, licet scilicet uxor dotem præstet, & maritus soluto matrimonio illam uxori restituat, ibid. num. 5.
 Dotis restituendæ iudicium habet necessariam relationem ad dotis exactiorem, l. 19. Heres, §. proinde, n. 93.
 Dotis restitutio ad domicilium mariti videtur collata ad quam uxor transfertur, & inibi peti debet, n. 67. & quis locus sit respiciendus, an dotis constituitur, an col. læ solutionis? ibid. num. 90.
 Dubia in re jus non vult, quod quis alteri litem moveat, sed potius sibi silentium imponat, l. 79. Eum qui temerè, num. 9.
 Duumviri multam imponere non possunt, l. 2. §. fin. num. 22.
 Duumviri ordinariam habent jurisdictionem, ibid. num. 22.
 Duumviri jurisdictionem suam multam indicendo defendere non possunt, ibid. num. 47. disputat usque ad num. 57 ubi resolvit.
 Duumviri non solum habebant jurisdictionem, sed etiam erant præfecti juri dicundo, ibid. num. 54.
 Duumviri principatum tenebant inter municipales magistratus, ibid. num. 59.
 Duumviri fungebantur eisdem muneribus, quibus Romæ fungebantur Consules, & ad eorum similitudinem duo creabantur, ibid. num. 60.

Duumvirorum officium durabat tantum per annum, ac officium Consulium Romanorum, ibid. num. 61.
 Duumviri majorem habebant potestatem, quam alii municipales magistratus, ibid. num. 62.
 E.
 Ecclesia eadem dicitur, quamvis clerici mutentur, l. 76. proponebant, num. 20.
 Ecclesia, si agat ad rescissionem contractus, tenetur sequi forum rei conveniendi, l. 19. Heres, §. proinde, num. 31. & 33. declaratur, num. 36.
 Ecclesiasticus iudex non potest exequi suas sententias in bonis temporalibus secularium, secularis tamen iudex potest exequi in bonis temporalibus clericorum, l. 29. Qui prior, num. 99. vide rationem differentie, num. 160.
 Ecclesiasticus iudex ultra ambitum Ecclesiæ, & pertinencia ad spiritalia, nullum videtur habere territorium, ibid. 101.
 Ecclesiasticus iudex proprio jussu, & autoritate non potest jubere capi laicum, tanquam existentem in alieno territorio, ibid. num. 102.
 Edictum citationis circumfribitur, si post citatum reum actor non comparuit in iudicio, l. 75. si prator, n. 3.
 Edictum unumquodque debet continere intervallum decem dierum, ut absens compareat, l. 68. ad preemprium, num. 152.
 Edictorum numerum iudicis arbitrio potest moderari, ita ut possit proponere, unum pro tribus, ibid. num. 161. vide opiniones, num. 162. & 163.
 Edictum unum quando pro tribus proponitur debet in eo exprimi verbum preemptoriæ, quia alias unum tantum edictum, non potest habere vim preemptoriæ, ibid. n. 167. vide explanationes, num. 168.
 Edicta moderare non potest iudex, neque spatia dierum in certis casibus, ibid. num. 169.
 Edictorum propositio, & spatium in illis assignandum est iudici arbitrium, qui ad libitum potest ea mutare, & moderari, ibid. num. 170.
 Edictum provinciale proponebatur in provinciis, edictum urbanum proponebatur Romæ, l. 12. cum prator, §. num. 332.
 Ediles duplices sunt, alii cures, qui magistratus non habent, alii minores, qui populares vocantur, ibid. num. 250.
 Ediles populares, & quaestores etiam durante officio in jus vocari possunt, ibid. num. 251.
 Editio fit ad eum effectum ut reus deliberet, utrum debeat cedere, vel contendere, l. si debitor, num. 27.
 Electio valet illius, qui crimen committit, & antequam accusaretur fuit electus in magistratum, l. 7. si quis postquam, num. 173.
 Electus in iudicem propter impedimentum superveniens ab eo munere se potest excusare, l. 18. si longius, in princ. num. 1.
 Electa videtur industria personæ duobus concurrentibus, quod causa sit gravis, & sit commissa alicui constituto in magistratu, cuius fides perspecta sit, l. 12. cum prator, §. 1. num. 464.
 Emancipationes & adoptiones, non poterant fieri, nisi coram habentibus legis actiones, l. 2. §. fin. num. 68.
 Emancipationes & adoptiones, non poterant fieri coram quibuscumque aliis, nisi eis specialiter inveniretur commissum, ibid. num. 69.
 Emphyteuta, & feudatarius cum suo nomine possideant litem contra eos motam suscipere tenentur, l. 49. venditor, num. 131.
 Emphyteusis, si concessa sit ad certas vitas, & illæ sint finitæ, vel si Emphyteuta incidit in commissum, utrum dominus directus eum possit propria autoritate expellere? l. 37. Si de vi, num. 287. disputat. & opponit usque ad num. 312. ubi videbis varias opiniones, resolvit, num. 313. & inde.
 Emphyteuta si amittat Emphyteusm, & dominus decedat antequam declarem Emphyteusm amissam esse, hæres domini id non poterit declarare, l. 66. si quis intentione, num. 72.
 Emphyteuta fructuarium, & similes dicuntur rem naturaliter possidere, l. 37. si de vi, num. 315.
 Emphyteuta habet utile dominium, ibid. num. 118.
 Emphyteuta directo per interdicta possessoria succurrit, ibid. num. 319.
 Emphyteuta sub tacita conditione si modo impleant ex parte sua, id ad quod tenentur ex natura contractus, utile jus habent, aliis resolyetur concessio, & consequenter jus acquisitum, l. 37. si de vi, n. 320.
 Emphyteuta si non solvat debitum Canonem, vel jus suum alienavit sine domini licentia, quasi adventiente tacita conditione resolutiva jus amittit, ibid. num. 321.
 Emphyteuta dominium utile in terminis supra dictis consolidatur iterum cum ipsa proprietate, ibid.
 Emphyteuta in terminis supra dictis civilem possessionem amittit quam videbatur habere respectu utilis domini jam resoluti, ibid. num. 322.
 Emphyteuta non amittit naturalem possessionem ante-

quam ab illa sit defectus, licet propter censum non solutum dominium utile consolidetur cum directo, ibid. num. 327.
 Emphyteuta in terminis supra tantum naturaliter videtur possidere, dominus autem civiliter, ibid. n. 330.
 Emphyteuta possessio naturalis, quæ a principio fuit iusta, extincto jure Emphyteutico, si in ea perseveret Emphyteuta, eam retinendo contra Domini voluntatem redditur injusta, ibid. n. 331.
 Emphyteuta incidens in commissum ac eo tempore possidere vitiose videtur, respectu domini directi, ib. n. 432.
 Emphyteuta, qui extincta emphyteusi permanet in sua naturali possessione, injuste videtur possidere, quia respectu domini directi, dicitur vi, vel clam, vel precario, possidere, l. 37. si de vi, num. 334.
 Emphyteuta, si dominum venientem noluit admittere, & eum civili possessione privavit, poterit ab eo in continentem, non autem ex intervallo, dejici, ibid. n. 339.
 Emphyteuta propria autoritate poterit dominus expellere, stante pacto quod eum possit expellere, ut pactum aliquid operetur, ibid. num. 354.
 Emphyteutam renitentem in prædictis casibus propria autoritate expellere dominus poterit, ibid. num. 459.
 Emphyteuta major non potest restituere adversus commissum contingens suo tempore, si emphyteusis fuit per majorem accepta, & contractus cum eo celebratus, l. Heres absens in princ. num. 155.
 Emptor cum onere emississe creditur si onus, cui subjecta erat res, vere vel præsumtive erat notum emptori, l. 49. venditor, num. 98.
 Emptor non potest obtinere, ut liberetur ab instantia comparente venditore in iudicio, ibid. num. 104.
 Emptor, licet possit cognoscere bonam fidem, & rem emptam injuste non defendere, tamen oportet expectare, quod super causa sententia feratur, l. 1. art. 3. n. 33.
 Emptor cogere venditorem potest, ut sibi expressim promittat duplum, si res evincatur, l. 49. venditor, n. 4.
 Emptor potest cogere debitorem per actionem ex empto, ut sibi illam præstet, ibid. num. 5.
 Emptor, ut possit agere de evictione contra venditorem, non solum debet ei litem motam denunciare, sed ad eum transmittere copiam libelli, l. 79. Eum qui temerè, num. 15.
 Emptor, qui venditori denunciat litem motam, virtualiter eum videtur incitare, ut veniat ad causam defendendam, l. 49. venditor, num. 20.
 Emptor, si specialiter ad causam venditorem vocavit, nullam aliam denunciationem tenetur facere, ibid. n. 23.
 Emptor, qui venditori denunciavit, licet sententia præstetur esse lata, tamen præsumitur ita fuisse latam, quod venditor propter omissionem denunciationem, non potuit instituere emptorem, qualiter se defendere possit, ibid. num. 45.
 Emptor, si probet se ideo agnovisse bonam fidem, & rem restituisse actori, quia sciebat nullam justam defensionem competere venditori, potest agere de evictione, ibid. num. 54.
 Emptor, ut possit agere de evictione, tenetur a sententia contra se lata appellare, & coram superiore eam persequi, ibid. num. 56.
 Emptor, si constet sententiam iuste fuisse latam, quia defensio venditoris erat injusta, non tenetur appellare, ibid. n. 57. distinguit, n. 58. & 59. prosequitur ad n. 68.
 Emptor qui non denunciavit, & contra se reportavit sententiam, non poterit agere ad duplum, sed tantum ad simplicem, ibid. n. 77. refert aliam opinionem, n. 78. respondet usque ad num. 85.
 Ens qualificatum videtur esse alterius speciei, & nature quam sit simplex, l. 1. art. 1. num. 144.
 Episcopus, & alie personæ Ecclesiasticæ secundum dispositionem Juris Canonici, non possunt a suis beneficiis abesse, absque iusta & necessaria causa, l. 2. §. legatis, num. 311.
 Episcopus in cuius diocesi clericus domicilium habet, subrogatur in locum illius, qui eum ordinavit, l. 1. art. 3. num. 114.
 Episcopus in cuius territorio clericus domicilium habet, itaquam vere subditum eum ordinare potest, l. 1. art. 3. num. 215.
 Episcopi, cum habeant territorium, & familiam poterunt sententias latis, ex vi prorogationis executioni mandare prout eas exequerentur contra proprios subditos, l. 1. art. 5. num. 33.
 Episcopi proprii voluntas non est necessaria ad prorogationem, quando voluntas clerici non est causa immediata, ut coram alio iudice conveniatur, ibid. n. 23.
 Episcopus de causis criminalibus cognoscere non potest, l. 1. art. 4. num. 7.
 Episcopus poterit cognoscere de causis laicorum ex specialis commissionis principis secularis, quo casu ab Episcopo ad ipsum Principem appellandum est, l. 1. art. 5. n. 24.
 Error circa substantiam jurisdictionis vitiat prorogationem, l. 1. art. 2. num. 24.
 Error circa qualitatem jurisdictionis prorogationem non vitiat, ibid. num. 24.

Error consensu contrarius est, l. 1. art. 3. num. 21.
 Error cuiusque partis circa incompetentiam iudicis, five juris five facti, vitiat prorogationem, ibid. n. 23.
 Error juris non excusat, neque est in aliqua consideratione, ibid. num. 24.
 Error quilibet juris consensum excludit, ibid. n. 25.
 Error juris in dubio semper præsumitur, ibid. n. 26.
 Error facti non præjudicat ei, qui non opposuit declinatoriam iudici, qui habet vero iure jurisdictionem in eum, à qua tamen se poterat eximere aliqua exceptione, ibid. num. 25.
 Error juris præjudicat, qui declinatoriam non opposuit iudici, qui vero iure in eum habebat jurisdictionem, à qua se poterat eximere, ibid. num. 35.
 Error juris nocet, quando agitur de tollendo obstaculo jurisdictionis, ibid. num. 36.
 Errorem excludit certa scientia, l. 1. art. 3. num. 129.
 Errorem suum inferior post sententiam revocare non potest, l. 2. si debitori, num. 123.
 Errans in iure videtur confiteri, & sic consentire, l. 1. art. 3. num. 24.
 Erranti in re, vel articulis per errorem facti succurritur, non autem erranti per errorem juris, ibid. num. 37.
 Exceptio personalis competens principali, non competit fideiussori, l. 49. venditor, num. 175.
 Exceptio peremptoria potest opponi, in quacunque parte iudicii, ibid. num. 176.
 Exceptionem potest opponere assistens liti propter proprium interesse, quam emptor omisit opponere, vel quia noluit, vel quia non potuit, ibid. num. 178.
 Exceptio nullitatis, quamvis ex actis colligi possit, vel incontinenti probari, non admittitur contra tres sententias conformes, l. 49. venditor, num. 51.
 Exceptio nullitatis notoria, de qua appareat ex contextu sententiæ admittitur contra tres sententias conformes, l. 75. si prætor, n. 52.
 Exceptio impugnans sententiam, quæ transit in rem iudicatam non amittitur, ibid. num. 55.
 Exceptio admittitur, quæ non impugnat sententiam, sed illius executionem moderatur, ibid. num. 56. opponit, num. 57.
 Exceptio si coram iudice executionis opponatur, quod sententia exequenda est iniusta, admittenda non est, l. 75. si prætor, in princ. num. 15.
 Exceptiones peremptoriae, vel aliae, quæ prohibentur opponi post sententiam, non opponuntur contra actionem iudicatam, l. 75. si prætor, §. Marcell. n. 98.
 Exceptio quæ unquam declinatoria, quæ per errorem juris fuerit omissa, prorogationem inducit, l. 1. art. 3. n. 40.
 Exceptio dilatoria à partibus opposita iudici ad impediendum cursum in litis subiecti nem inducit, ibid. n. 69.
 Exceptio incompetentiæ, qui non opponit, sibi præjudicat, quia videtur prorogare, lib. 1. art. num. 167.
 Exceptio incompetentiæ, qui non opposuit, eam amplius opponere non potest, ibid. n. 68.
 Exceptio competit legato pro parte dilatoria, pro parte peremptoria, l. 2. §. legatis, n. 71. vide à 71. & 72.
 Exceptio dilatoria erit, si legatus excipiat, quod ei molestia, & importunitas infertur, ibid. num. 73.
 Exceptionem parit pactum nudum, quamvis non pariat actionem, l. 1. art. 3. num. 95.
 Exceptio peremptoria erit si legatus excipiat, quod legationi impedimentum infertur, l. 2. §. legatis, num. 73.
 Exceptio nem incompetentiæ quocumque tempore opponere non potest, l. 5. si quis ex aliena, n. 80.
 Exceptio quoad non opponitur si iudex habebat vero iure jurisdictionem in citato, tamen elidibilem per exceptionem valebunt gesta per eum tanquam per iudicem vero iure competentem, l. 5. si quis ex aliena, num. 81.
 Exceptio opposita incompetentiæ rejecta tacite videtur, si iudex nihilominus in causa processit, ibid. n. 95.
 Exceptio incompetentiæ non opposita, quia pars sit absens iudex ulterius procedendo non videtur, se competentem pronunciaré, ibid. n. 96.
 Exceptio de præventa jurisdictione proponenda est ante litem contestatam, l. 7. si quis posteaquam, n. 82.
 Exceptio declinatoria fori competens principali non communicatur nec prodest ejus fideiussori, ibid. num. 156.
 Exceptio competens ex lege ubi captum, dilatoria censetur & debet opponi ante litem contestatam, ib. n. 274.
 Exceptio ex l. ubi captum ut competat, oportet quod in utroque iudicio de eadem re agatur, & ex eadem causa, ibid. n. 276.
 Exceptio dilatoria quando reddit iudicium retro nullum, quocumque tempore opponi potest, l. 12. cum Prætor, §. si. num. 145.
 Exceptio infamiae, & similibus defectuum, iudicium reddit retro nullum, ibid. num. 145.
 Exceptio habet vim repellendi non autem acquirendi rei restitutionem, l. 37. si de vi, n. 184.
 Exceptio iniuste possessionis, quando concludit injusto

possessori nullam omnino quaesitam fuisse possessionem, tunc restitutio impeditur, ibid. num. 248.
 Exceptio admittitur adversus fideiussorem si solum concludat eum non possedisse, vel possidere non potuisse, ibid. num. 269.
 Exceptio non admittitur contra spoliatum, si solum concludat, non esse faciendam restitutionem, utpote quæ fuisset iniusta, ibid. num. 269.
 Exceptio quod turbans sit dominus tanquam non concludens non est admittenda, ibid. n. 403.
 Exceptio domini incontinenti probandi admittitur in interdico adipiscendæ, & interim impeditur missio in possessionem, ibid. num. 408.
 Exceptio domini occupantis possessionem clandestine, utrum obstat petenti restitutionem ex capite clandestinitatis, ibid. num. 420. opponit, n. 422. retinet negativam, n. 423. respondet, n. 424. & inde.
 Exceptio incompetentiæ ratione existentie rei legatæ, potest opponi in executione, l. 19. Heres absens, in princ. num. 43.
 Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur in loco contractus, licet tendat ad ejus rescissionem, quod est speciale in illo caso, ib. §. proinde, n. 16. & resolvit, n. 26.
 Excipere poterit pars in pacto de prorogando, quamvis prædictæ conventioni non cogatur stare, l. 1. art. 3. n. 96.
 Exclusa illa non videtur, quæ si cessarentur exclusæ, dispositio operaretur contrarium effectum ejus ad quem facta est, l. 12. cum prætor, in princ. n. 59.
 Excommunicatio ponitur ad distinctionem personæ, ideo absens à loco contractus, non potest excommunicari à iudice ecclesiastico illius loci, l. Heres absens, §. 1. n. 27.
 Executio potest fieri per iudicem secularem in bonis temporalibus clericis in illis casibus, in quibus sententiam valide tulit adversus clericum, l. 29. Qui prior, n. 98.
 Executio licet fiat in penis ipso iure incurris non præcedente sententia declaratoria, tamen opposita exceptione iterum sustinebitur executio, donec constet incurrisse expressam poenam ipso iure, l. 37. si de vi, num. 345.
 Executio sententiæ fit implorato officio iudicis nobili, l. 21. si debitori, num. 121.
 Executio antequam fiat in bonis debitoris in causa civili, quis capi non potest, ibid. num. 161.
 Executio mandati non habet se ad imhoationem per modum continuationis, l. 19. Heres, §. apud Labeonem, num. 29.
 Executorum iudicium dux sunt species, quidam dicuntur veri, quidam vero mixti, l. 75. si prætor, in princ. num. 3.
 Executor non potest cognoscere de validitate sententiæ, ibid. num. 2.
 Executio potest fieri in bonis defensoris necessarii, qui fecit se consortem liti, ac si principaliter in sententia fuisset condemnatus, l. 49. venditor, n. 195. vide contrariam opinionem, num. 197. respondet usque ad num. 200. resolvit, num. 201. & 202.
 Executor iudex non potest cognoscere de validitate sententiæ, cuius executio ei tantum fuit commissæ, l. 75. si prætor in princ. num. 2.
 Executor merus dicitur ille, cui est commissæ executio sententiæ, quæ lata fuit causa cognita, ibid. num. 4.
 Executors mixti dicuntur, qui concessionem factam per Principem causa non cognita, & sibi commissam exequantur, ibid. num. 5.
 Executors mixti apparente contradicte tenentur partes veri iudicis subire, ibid. num. 8. vide ampliationem, num. 9. opponit, num. 10. concordat, num. 11.
 Executio sententiæ si cui committitur, is de validitate vel iniquitate sententiæ non potest cognoscere, ibid. num. 13.
 Executio alicujus rei factæ extra iudicium, si cui mandata sit iudex, si par sit, & suspicetur de iniustitia rei exequentis, superfedere potest, ibid. num. 19.
 Executor cognoscere non potest, de iniustitia principalis sententiæ, etiam si æqualis in jurisdictione sit cum mandante, ibid. num. 20.
 Executor potest superfedere in executione, quando ei mandata est executio rei de qua judicialiter cognitum non est, ibid. num. 21.
 Executor cognoscere de sententia non potest, etiam si de iniustitia sententiæ constat manifestè ex actis, ibid. num. 22.
 Executor iudex si exceptio opponatur, quod sententia exequenda est ipso iure nulla, de exceptione cognoscere potest, l. 75. si prætor, in princ. n. 41.
 Executor de exceptione nullitatis cognoscere potest, quando nullitas constat ex actis, vel incontinenti probari potest, ibid. num. 43.
 Executor potest de prædicta exceptione cognoscere ad effectum ut si videat calumniosè opponi, eam debeat rejicere, & procedere in executione, ibid. num. 45.
 Executor si credat sententiam re vera esse nullam, vel dubiter, debet superfedere in executione, & exceptionem remittere ad iudicem, ibid. num. 46.

Exc-

Executor si nullitas evidens sit, ex ipso tenore sententiæ poterit super ea pronunciare, l. 13. in tribus, num. 47.
 Executor non potest pronunciare super nullitate, quæ ex actis colligitur, sed debet remittere exceptionem nullitatis ad iudicem, ibid. num. 49.
 Executor de nullitate pronunciare potest, quando nullitas colligitur ex ipsa contextura sententiæ, l. 75. si prætor, in princ. num. 50.
 Executor iudex quando habet jurisdictionem ordinariam inter partes, tunc de nullitate sententiæ inter eas cognoscere potest, ibid. num. 63.
 Executor licet non possit admittere exceptionem, quæ arguat iniustitiam sententiæ, admittit tamen eam, quæ arguet illius nullitatem, l. 75. si prætor, §. Marcellus, num. 6.
 Executor potest admittere querelam condemnati, quando allegat sententiam esse nullam, ut se informet, & superfedat in executione, ibid. num. 7.
 Executor de iniustitia cognoscere non potest, de nullitate potest, ibid. num. 8.
 Executor eam debet admittere exceptionem, quod sententia fuerit lata per falsas probationes scienter factas, & sic dolose, ibid. num. 13. opponit ex multis contrariis, num. 20. resolvit, num. 23.
 Executor cognoscere potest de omni exceptione nullitatis sententiæ, l. 68. ad peremptorium, num. 19.
 Executor ut exceptionem de falsis probationibus admittatur, debent concurrere, quod sententia feratur contra absentem, quod testes sint falsi, quod scienter & sic per dolum fuerint producti, l. 75. si prætor, §. Marcellus, num. 48.
 Executor sententiæ non solum impeditur, quando principaliter petitur restitutio adversus sententiam, sed etiam quando de ea opponitur per viam exceptionis, ibid. num. 89.
 Executor ari possit cognoscere de exceptione, quod absens fuit tanquam continuax condemnatus, cum tamen tempore esset infirmus vel abesset causa Reipublicæ, ibid. num. 64. ubi affirmat, opponit, num. 65. resolvit, num. 67. arguit ex vulg. n. 69. defendit, n. 70. vide usque ad num. 85.
 Exempla non arctant regulam generalem, l. 12. cum prætor, §. 1. num. 92.
 Expensæ litis, quæ dicantur? l. 79. Eum qui temere, num. 181.
 Expensæ victori solvi debent, quas fecit cum sua persona durante lite, ibid. num. 220.
 Expensæ, extincto officio iudicis, peti amplius non possunt, ibid. num. 131.
 Expensarum condemnatio etiam debet fieri in sententia interlocutoria, ibid. num. 154.
 Expensarum condemnatio cessat, quando interlocutoria fertur super quaestione juris, ibid. n. 155.
 Expensæ solvendæ sunt accusatori ex bonis condemnati, licet propter delictum bona confiscentur, ibid. num. 166.
 Expensæ litis, quando una pars propter aliquod privilegium non tenetur solvere, neque adversarius victus condemnabitur in expensis, ibid. num. 211.
 Expensæ quilibet pro rata solvet, si plures consortes ejusdem liti simul fuerint victi, & condemnati, ibid. n. 112.
 Expensæ in quibus victus victori condemnatur taxandæ sunt iudicis arbitrio, l. 79. Eum qui temere, num. 266.
 Expensæ ut sint taxandæ, victus est citandus, ibid. num. 267.
 Expensarum taxandarum modus præscribitur, ibid. num. 268. usque ad num. 272.
 Expensæ ut taxentur creatis est officialis, qui de eorum liquidatione specialiter agnoscat, ex iure regni Portugaliæ, ibid. num. 272.
 Expensarum condemnatio valet antequam fuerint taxatæ, ibid. num. 278.
 Expensarum sententia incerta valet, quia poterit postea in executione certificari, ibid. num. 279.
 Expensæ pro futuris non potest fieri condemnatio, ibid. num. 80.
 Expensarum futurarum ex taxatione agi non potest, cum adhuc non debeantur, ibid. num. 281.
 Expensæ, quæ ratione consumaciæ debentur, dandæ sunt sine aliqua deductione, ibid. num. 227.
 Expensarum in condemnatione etiam habetur respectus ad interesse, quod respicit personam victoris, ut quia esset artifex vel advocatus, l. 79. Eum qui temere, §. fin. num. 227.
 Expensarum sub nomine, an veniant damna, quæ victor passus est propter litem iniustam? l. 79. Eum qui temere, num. 233.
 Expensarum sub nomine venit damnum, quod ratione propriæ personæ victor passus est, sed si damnum datum sit in rebus huiusmodi damnum non venit, ibid. num. 237. vide rationem differentie, num. 238.
 Expensæ considerandæ sunt, an debeantur ratione victoriæ, an ratione consumaciæ, vide ibi differentiam, ibid. num. 240.
 Expensarum in condemnatione sit differentia inter causam mediatam, & immediatam, l. 19. Heres, §. proinde,

art. de foro rat. originis, num. 241. vide explicationes, num. 245.
 Expensæ non solum veniunt, sed etiam, & damna, quæ victor passus est, in expensis ratione victoriæ, ibid. num. 247. vide concordiam opinionum, num. 250. usque ad num. 252.
 Expensæ prædictæ, ut locum obtineant, oportet quod sint moderatæ, l. 79. Eum qui temere, num. 254.
 Expensæ tantum recuperat ille, cui pactum de prorogando factum est, tunc de nullitate sententiæ inter eas cognoscere potest, l. 1. art. 3. n. 94.
 Expressio unius speciei non includit alias species ejusdem generis, imo tacite videtur eas excludere, l. 1. art. 1. num. 142.
 Expressio nominis, vide Nominis expressio.
 Expressus casus, quando frequentius solet contingere, tunc casus alii non censentur exclusi, quando in prohibitione, vel permissione, sit mentio alicujus rei, vel personæ causa frequentioris usus, l. 12. cum prætor, in princ. num. 51.
 Extensio dispositionis non inducit novam dispositionem, sed est eadem cum extensio, l. 1. art. 1. n. 14. & 15.
 Extensio non potest dari in id, quod nullum est, ibid. n. 21.
 Extensio de persona ad personam regulariter non admittitur, nec de re ad rem diversam, ibid. n. 225. ad medium, & quid in prorogatione? n. 225.
 Extensio non fit ultra actum expressum in actibus voluntariis, l. 19. Heres absens, in princ. num. 71.
 Extensum diversum est à prorogatione secundum veritatem, l. 1. art. 1. n. 28.
 Extensum non censetur idem esse cum prorogato in materia poenali seu odiosa, ibid. num. 19.
 Externus licet petens matrimonium in Lusitania efficiatur incolæ, & vicinus regni, tamen non consequitur naturalitatem, five incolarum in regno, nisi ulterius in eo constituat domicilium, & onera subbeat, l. 65. Exigere dotem, num. 42.
 Extraneus agere volens nomine absentis, si non habeat illius mandatum, non auditur, l. 18. si longius, §. si filiusfam. n. 4.
 Exul Hermodorus Ephesus Auctor fuit Romanis, ut jurâ duodecim tabularum constitueretur, l. 19. Heres, §. 2. proinde, art. de foro delicti, num. 36.
 Exules à patria five iuste, five iniuste in alia provincia possunt honorari, ibid. num. 37.
 Exules & banniti ab una patria, in alia honorantur, in qua non censentur infames, ibid. n. 37.
 Evictio si fuerit secuta propter rei venditæ vel actus naturam, tunc de illa agi non potest, quia debuit emptor cogitare illum casum evenire potuisse, l. 49. Venditor, n. 87. vide ampliationem, n. 88. usque ad n. 90.
 Evictio ea venit, etiam quæ propter rei naturam contingit, si res tanquam libera, & non subiecta periculo evictionis vendatur, ibid. num. 96. alias si res vendatur tanquam subiecta restitutioni, ibid. num. 96.
 F.
 Factum si non præstetur in obligationibus facti, illius loco succedit obligatio ad interesse, l. 1. art. 3. n. 105.
 Factum, qui promittit, non potest præcisè ad illud compelli, sed ad interesse, ibid. num. 107.
 Facti quæ sunt ad heredem non transeunt, l. 19. Heres, in princ. num. 18.
 Factum qui promittit, virtualiter videtur promittere interesse, l. 1. art. 3. num. 108.
 Favor publicus est, quod sint plures iudices, qui iustitiam administrant, l. 1. art. 4. num. 80.
 Favor animæ cunctis rebus est præferendus, l. 2. §. legatis, num. 330.
 Feudi domino in causis feudi, cum sit privative concessa jurisdictione non poterunt vassalli in illis causis prorogare jurisdictionem alterius iudicis sine domini licentia, l. 1. art. 4. n. 51. disputat, & resolvit, n. 49.
 Fictio non consideratur in tertii præjudicium, l. 19. Heres, in princ. n. 207.
 Fictio cedit veritati, quando eo tempore concurrunt ad diversos effectus, ibid. n. 102.
 Fictio non habet locum nisi in casibus à iure expressis, l. 19. Heres, §. proinde, num. 65.
 Fideiussores condemnati, si fuerint solvendo, ex suo debent satisfacere, si autem non fuerint solvendo, tunc poterunt solvere ex bonis debitoris principalis, l. 49. Venditor, num. 203.
 Fideicommissum petitur actione personali in loco, ubi res fideicommissaria est, si sit in communi patria, & ubi heres invenitur, l. 19. Heres absens, in princ. num. 62. & 63.
 Fideicommissarius universalis, cui per heredem gravatum fuerit hereditas restituta, & tenetur solvere legata, si promiserit certo loco solvere, in eo tenebitur, sicut heres ipse, si promississet solvere, ibid. num. 89.
 Filius heretici propter delictum patris, non amittit beneficia obtenta, l. 12. cum prætor, in princ. §. fin. n. 185.
 Filius tanquam conjuncta persona poterit agere pro patre absente, l. 18. si longius, §. si filiusfam. n. 5.

Filius

Filius non poterit agere pro patre praesente. ibid. num. 5.
 Filius ipso patre agere non potest, quando pater abiens reliquit procuratorem, quia tunc tacite videtur prohibere, ne conjuncta persona pro eo agat. ibid. num. 8.
 Filius suo proprio nomine agit, si pater sit abiens in secundo genere negotiorum, ibid. num. 16. vide Negotiorum.
 Filius licet sit proprietarius actionum ex tertio genere negotiorum, tamen illarum exercitium competit patri; ibid. num. 20. vide Negotiorum.
 Filius nomine proprio utitur actionibus ex tertio genere negotiorum, si pater sit abiens, ibid. num. 21. vide Negotiorum.
 Filius patre abente in casibus supra dictis non agit utili actione, sed utili iudicio, ibid. n. 25. disputat a n. 22.
 Filium penes remanet proprietarius adventitiorum, & patri tanquam legitimo administratori tanquam competit exercitium actionum, ibid. num. 38.
 Filius intentate potest directam actionem; si pater sit abiens, & ille velit gerere pro adventitiis, ibid. num. 39.
 Filius etiam absque consensu patris admittitur in iudicio; si facile patris consensu inventi potest, ibid. num. 41.
 Filius suo nomine poterit intentare directas actiones; si pater ei dederit generalem licentiam, agendi in iudicio, ibid. num. 43.
 Filius admittitur in iudicio, quando si expectaretur consensus patris abiens, periculum esset in mora, utpote quia delictum non statim puniretur; l. 18. si longius; §. si filiusfam. num. 53.
 Filius ut pro patre abente potest agere sine consensu patris, poterit etiam conveniri sine consensu patris abentis, ibid. num. 43.
 Filiusfamilias tanquam homo liber, cui competit, actione depositi potest in iudicio agere, ibid. num. 81.
 Filiusfamilias jure ff. poterat conveniri in iudicio absque patris consensu, ibid. num. 44.
 Filiusfamilias male iudicans per dolum, in solidum tenebitur ad lris estimationem; l. 15. si filiusfam. num. 18.
